XIIII. De magnetiſ generibuſ: & mediciniſ & de hemante & theaniede & lapide ſcyri

XV. De lapidibuſ ꝗ cito abſumunt corpora in eiſ condita: & de iiſ qui diu ſeruant.

XVI. De Aſſio lapide: & eiuſ mediciniſ.

XVII. De ebore foſſili: & lapidibuſ oſſeiſ: & palmatiſ & aliorum generibuſ.

XVIII. De molari ſiue pyrrite lapide: & de oſtracite.

XVIIII. De amiãtho lapide & melitite & gagate
XX. De lapide ſpongie & phrygio.
XXI. De quiq; generibuſ hemãtite & ſchiſto.
XXII. De Etite lapide: & generibuſ eiuſ.
XXIII. De lapide Samio. & arabio.
XXIIII. De punicũ natura.
XXV. De lapidibuſ mortarioꝝ: & mollibuſ lapidibuſ.
XXVI. De ſpeculari lapide & ſilicibuſ.
XXVII. De phengite lapide & lapide trãſlucido
XXVIII. De cotibuſ: & eiuſ generibuſ.
XXVIIII. De reliquiſ ad ſtructuraſ lapidibuſ igni & tempeſtati reſiſtentibuſ.
XXX. De ciſterniſ & calce & arene generibuſ & mixtura calciſ & arene & uitiiſ ſtructuræ & coctaruſ & columniſ.
XXXI. De mediciniſ calciſ.
XXXII. De maltha.
XXXIII. De gypſo & generibuſ eiuſ.
XXXIIII. De pauimentiſ: & quando primũ Rome: & quãdo primũ camere.
XXXV. De origine uitri: & ratione faciendi.
XXXVI. De obliano uitro & multiſ eiuſ generibuſ.
XXXVII. De igniũ miraculiſ & medicine ꝓdiguſ.
Súma medicinæ & hiſtoriæ & obſeruationeſ.d.xxiiii.

EX AVCTORIBVS.

M. Varrone. Celio. Galba. C. Ictio Mutiano. Nepote. Cor. L. Piſone. Tuberone. Seneca. Fabio ueſtale. Ammõ faciale. Fabiano. Catone cenſorio. Vitrunio.

EXTERNIS.

Theophraſto. praxitele. Iuba Rege Nicandro. Sotaco. Sudine Alexãdro polihiſtore. Apione. pliſtonico. Duride. Herodoto. Euemero. Ariſtagora. Dionyſio. Archemidoro. Bucorida. Antiſthene. Democrito. Demotele. Lycea.

CAP. LIBRI TRIGESIMI SEPTIMI DE GEMMIS.

I. Prohemium: & de anulo prometei.
II. De gẽma polycratiſ Tyranni.
III. De gemma pyrrhi regiſ & gemmiſ Iſmeniæ & de ſculptoribuſ optimiſ nobilitatibuſq; artificũ
IIII. Quiſ primuſ dactylothecam Romæ habuit.
V. De gemmiſ tranſlatiſ in triumpho põpeii & natura murrhinorum.
VI. De chryſtallo: & natura ac luxuria eiuſ.
VII. De ſucino & electro
VIII. De linturio.
IX. De adamantiſ generibuſ & mediciniſ.
X. De Margaritiſ.
XI. De Smaragdi generibuſ & de gemmiſ uiridibuſ trãſlucidiſ.

XII. De beryllıſ & chryſoberyllıſ & chryſopyto.
XVIII. De opalio & uitiıſ ac experimentiſ & uariıſ gemmiſ.
XIIII. De gemmiſ quibuſ uiri ſimul ac mulieres utebant̄ & p̄mo de Sardonice.
XV. De onyce: & ſarda & carbunculiſ ac gēmiſ ardentibuſ.
XVI. De Topario.
XVII. De callaide.
XVIII. De praſio: & chryſopraſio.
XIX. De Nilio: & malachite.
XX. De Iaſpide.
XXI. De Sapphyriſ.
XXII. De Amethyſtiſ.
XXIII. De hyacinthiſ.
XXIIII. De chryſolitiſ.
XXV. De leucochriſiſ.
XXVI. De Molichryſi: & xyſtio.
XXVII. De pederote.
XXVIII. De aſteria & aſtrio & aſtroite & aſtrobolo & ceraunia.
XXIX. De Iri & zero.
XXX. De Achate & gēmiſ ĩcipientibuſ ab. A.
XXXI. De baláite & gēmiſ incipientibuſ a. B.
XXXII. De cadmite & gemmiſ incipiētibuſ a. C.
XXXIII. De daphnia & gemmiſ ĩcipiētibuſ a. D.
XXXIIII. De ecardia & gēmiſ incipientibuſ a. E.
XXXV. De glaxia & gēmiſ incipientibuſ a. G.
XXXVI. De Heliotrophio & gemmiſ incipientibuſ ab. H.
XXXVII. De Ideodactylo & gemmiſ incipientibuſ ab. I.
XXXVIII. De lepidote & gemmiſ ĩcipiētibuſ ab. L
XXXVIIII. De Memnonia: & gemmiſ incipientibuſ ab. M.
XL. De Naſomonite & gemmiſ incipientibuſ ab. N.
XLI. De Olca & gemmiſ incipiētibuſ ab. O.
XLII. De pāchro & gēmiſ incipiētibuſ a. P.
XLIII. De ſoliſ gemma: & reliquiſ incipientibuſ ab. S.
XLIIII. De Trico & incipientibuſ a. T.
XLV. De ueneriſ crine & reliquiſ incipientibuſ ab. V.
XLVI. De zathene & reliqſ ĩcipiētibuſ ab. Z.
XLVII. De gēmiſ que a mēbriſ hominiſ cognominantur: & quæ ab animalibuſ.
XLVIII. De gemmiſ naſcentibuſ & ficticiıſ: & figuriſ gemmarum.
XLVIIII. De rōne probādaꝝ gemmarum.

Summa Reſ: & hiſtorie: & obſeruationeſ. m. ccc.

EX AVCTORIBVS.

M. Varrone. Actiſ triumphi. Mecenate. Iaccho. Cor. Boccho.

EXTERNIS.

Iuba rege. Xenocrate. Zenoniſ Sudine. Eſchylo. philoxene. Euripido. Nicandro. Satyro. Theophraſto. Carete. philomene. Democrate. Xenotimo. Metrodoro. Sotaco. Pythea.

Timeo Siculo. Nicia. Theocreſto. Aſaruba. Mnaſea. Theomene. Cteſia. Mithridate. Sophocle. Archelao rege. Caliſtato. Democrito. Iſmenio. olympico. Alexādro Polyhiſtore. Apione. Ori. Xoroaſtre. Zactalia.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER PRIMVS DE HIS QVAE SINGVLIS LIBRIS CONTINENTVR FINIT. INCIPIT LIBER SECVNDVS DE MVNDO: ELEMENTIS: ET SYDERIBVS FOELICITER.

CAP. I. An infinitus: & an unus ſit mundus.

M

Vndūſ & hoc qđ alio noīe celū appellari libuit: cuius circūflexu desunt teguntur cuncta: numen eſſe credi par eſt: eternū: immenſū neq; genitum: neq; interituꝝ unq̄. huius extera indagare, nec intereſt hominum: nec capit humane conięctura mentis: ſacer eſt: eternus: immenſus. Totus in toto: immo uero ipſe totum. infinitus ac finito ſimilis. omniū rerum certus: & ſimilis incerto. Eextra intra cūcta complexus in ſe: idemq; rerum nature opus: & rerum ipſa natura.

Finitus & infinito similis

Furor eſt menſuram eius animo quoſdam agitaſſe: atq; prodere auſos. Alios rurſus occaſione hinc ſumpta: aut his data innumerabiles tradidiſſe mundos. ut totidem rerū naturas credi oporteret. aut ſi una omnes incubarent: totidem tamen ſoles: totidemq; lunas: & cetera etiā in uno & immenſa & innumerabilia ſidera: q̄ſi non eadē queſtione ſemper in termino cogitationis occurſura deſiderio finis alicuius. Aut ſi hec infinitas nature omnium artifici poſſit aſſignari: non illud idem in uno facilius ſit intelligi tanto tm̄ preſertim opere. Furor eſt profecto furor egredi ex eo, & tanq̄ interna eius cūcta plane iam ſint nota: ita ſcrutari extera. quaſi uero menſuram ullius vel regi poſſit agere. qui ſui neſciat. aut mens hominis uidere: quæ mundus ipſe non capiat.

incubare

tanto

CAP. II. De Forma mundi.

f

Ormam eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe: nomē in primis & cōſenſus in eo mortalium orbem appellantiū: ſed & argumenta rerum docent. Nō ſolū quia talis figura omnibus ſui ꝑtibus uergit in ſeſe: ac ſibi ipſa toleranda eſt ſeq; includit & continet: nullarum egens compaginum: nec finem aut initium ullis ſui partibus ſentiens: nec qa ad motū quo ſubinde uerti mox ap aparebit: talis aptiſſima eſt: ſed oculoꝝ quoq; probatione, ꝙ conuexus mediuſq; quacunq; cernatur. cum id accedere in alia non poſſit figura.

CAP. III. De Motu mundi.

h

Anc ergo formam eius eterno & irreqeto ambitu inenarrabili celeritate. xxiiii. horaꝝ ſpatio circūagi ſolis exortus & occaſus haud dubiū reliquere. An ſit immēſus & ideo ſenſū auriū excedens tante molis rotate uertigine aſſidua ſonitus non eqdē facile dixerī. non hercule magis q̄ circūactoꝝ ſimul tinnitus ſideꝝ: ſuoſq; uoluentium orbes: an dulcis quidem & incredibili ſuauitate cōcentus. nobis qui intus agimur iuxta diebus noctibusq; tacitus labitur. mundus. Eſſe innumeras ei effigies animaliū rerumq; cunctaꝝ impreſſas nec ut in uolucrum notamus ouis lenitate cōtinua lubricū corpus, quod clariſſimi auctores dixere, ueris argumentis indicantur: quoniā inde deciduis reꝝ omnium ſeminibus: innumere in mari p̄cipue ac plerūq; confuſis monſtrifice gignātur

nerum

Litura

effigieſ. Preterea uiſuſ ꝓbatiõe. alibi plauſtra alibi urſi. tauri alibi. alibi littere figura candidiore medio ſuper uerticem circulo.

CAP. IIII. Cur mundus uocetur.

Mundus q̄ orna mentũ & immũdiciũ

Celum q̄ celatum.

e Quidem & conſenſu gentium moueor. nam quem Coſmon Greci noīe ornamēti appelauerunt. eum & noſ perfecta abſolutaq; elegantia mumdum. Celũ qdem haud dubie celati argumento diximuſ: ut interpretatur. M. Varro. Adiuuat rerũ ordo deſcripto circulo qui Signifer uocatur: in. xii. animalium effigieſ & per illaſ ſoliſ curſu congruenſ tot ſeculiſ ratio.

CAP. V. De Quatuor elementiſ.

Stellas ex ignis elemēto lucere.

n Ec de elemētiſ uideo dubitari: quattuor eſſe ea. Igneũ ſummo: inde tot ſtellarũ illoſ collucentium oculoſ. Proximũ ſpirituſ: quē greci noſtriq; eodē uocabulo aera appellant. uitalem hunc ac per cuncta rerum meabilem: totoq; cōſertum: cuiuſ ui ſuſpenſam cum quarto aquarum elemento librari medio ſpatii tellurem. Ita mutuo cōplexu diuerſitatiſ effici nexũ: & leuia pōderibuſ inhiberi quo minuſ euolēt. cōtraq; grauiaꝗ ne ruant; ſuſpendi leuibuſ in ſublime tendētibuſ. ſic pari in diuerſa niſu in ſua queq; ſubſiſtere irrequieto mundi ipſiuſ cōſtricta circuitu. quo ſemper in ſe currēte unam atq; mediam in toto eſſe terram: eandemq; uniuerſo cardine ſtare pendentem: librātemq; per que pendeat. ita ſolā immobilem circa eā uolubili uniuerſitate: eandēq; ex omnibuſ necti: eidemq; omnia initi.

CAP. VI. De Septem planetiſ.

Sol

l Nter hanc celumq; eodem ſpiritu pendent certiſ diſcreta ſpatiiſ ſeptem ſidera: que ab inceſſu uocamuſ errantia: cum erent nulla minuſ illiſ. Quorum mediuſ ſol fertur: ampliſſima magnitudine ac poteſtate nec temporum modo terrarnmq;: ſed ſiderum etiam ipſorum celiq; rector: Hunc eſſe mundi totiuſ animũ: ac planiuſ mentē: hunc principale nature regimen ac numen credere decet opera eiuſ eſtimāteſ: hic lucē rebuſ miniſtrat: auſertq; tenebraſ: hic reliqua ſidera occultat: hic uiceſ temporum annumq; ſemper renaſcentem ex uſu nature temperat. Hic celi triſticiam diſcutit: atq; etiam nubila humani animi ſerenat: Hic ſuum lumen ceteriſ quoq; ſideribuſ foenerat preclaruſ: eximiuſ: omnia intuenſ: omnia etiam exaudienſ ut principi litterarum Homero placuiſſe in uno eo uideo.

Homerũ litterarũ principem.

CAP. VII. De Deo.

q Vapropter effigiem dei formamq; querere imbecillitatiſ humane reor. Quiſq́ſ eſt deuſ: ſi mō ē aliuſ: & quacũq; in pte: totuſ eſt ſenſuſ: totuſ uiſuſ: totuſ audituſ totuſ aīe: totuſ animi: totuſ ſui. Innumeroſ qdē credere atq; etiā ex uirtutibuſ uitiiſq; hominum ut pudicitiam: concordiam: mentem: ſpem: honorem: clementiam: fidē: aut ut Democrito placuit: duoſ omnino: penam & beneficium: maiorem ad ſocordiā accedit: fragiliſ & laborioſa mortalitaſ in pteſ iſta digeſcit īfirmitatiſ ſui memor, ut portiōibuſ coleret quiſq;: quo maxime indigeret. Itaq; nomina alia aliiſ gentibuſ: & numina in iiſdem innumerabilia reperimuſ. Inferiſ quoq; in genera deſcriptiſ morbiſq; & multiſ etiam peſtibuſ dum eſſe placata trepido metu cupimuſ. Ideoq; & publice Febriſ fanũ in Palacio dedicatum eſt. Orbonę ad edem Larium ara: & Male Fortune Eſquiliſ. quamobrem maior celitum populuſ etiam q̃m hominum intelligi poteſt: cum ſinguli quoq; ex ſemetipſiſ totidem deoſ faciant Iunoneſ Genioſq; adoptādo ſibi. Gēteſ uero quedā animalia & aliqua etiam obſcena pro diiſ habent: ac multa dictu magiſ pudēda per fetidoſ ciboſ & alia ſimilia iuranteſ. Matrimonia quidem inter deoſ credi: tantoq; euo ex iiſ neminem naſci: & alioſ eſſe grandeuoſ ſemper canoſq;: alioſ iuueneſ atq;

Conuenit cũ Manicheorũ dogmate qui duo bonũ & malũ principia ponũt

Poena & } duo dei
bn̄ficium } s̄m Democritũ.

Orbana q̄ orbabat pr̄es filijs.

pueroſ: atri coloriſ: aligeroſ; claudoſ: ouo editoſ: & alterniſ diebuſ uiuenteſ moriẽteſq; puerilium prope deliramentorum eſt. Sed ſuper omnem impudentiam adulteria inter ipſoſ fingi; mox iurgia: & odia: atq; etiam furtorum eſſe & ſcelerum numina. Deuſ eſt mortali iuuare mortalem: & hec ad eternam gloriam uia. Hac ꝓcereſ iere Romani. hac nunc celeſti paſſu cum liberiſ ſuiſ uadit maximuſ omniſ eui rector Veſpaſianuſ Auguſtuſ feſſiſ rebuſ ſubueniens. Hic eſt uetuſtiſſimuſ referendi benemerẽtibuſ gratiã moſ, ut taleſ numinibuſ adſcribant, quippe & aliorum omnium nomina deorum & que ſupra ſiderum retuli: ex hominum nata ſunt meritiſ. Iouem quidem aut Mercurium aliterue alioſ inter ſe uocari; & eſſe celeſtiſ nomenclature: quiſ non interpretatione nature fateatur? Irridendum uero agere curam rerum humanarum illud: quicqd eſt ſummum. an ne tam triſti atq; multiplici miniſterio non pollui credamuſ dubitemuſue? Vix eſt prope iudicare utrum magiſ conducat generi humano quando aliiſ nulluſ eſt deorum reſpectuſ aliiſ pudenduſ. Externiſ famulãtur ſacriſ. ac digitiſ deoſ geſtãt & mõſtra quoq; que colunt. damnãt: & excogitant ciboſ imperia dira in ipſoſ ne ſũno quidem quieto irrogant. Non matrimonia: non liberoſ non deniq; quicq̃ aliud niſi iubentibuſ ſacriſ deligunt. Alii in ipſo capitolio fallunt: ac fulminantẽ peierant Iouẽ. Et hoſ iuuant ſcelera: Illoſ ſacra ſuẽ peniſ agunt. Inuenit tamẽ inter haſ utraſq; ſententiaſ mediũ ſibi ipſa mortalitaſ numẽ: quo minuſ etiã plana de deo cõiectatio eſſet. toto quippe mundo & omnibuſ lociſ omnibuſq; horiſ oĩm uocibuſ Fortuna inuocat̃: & una nominatur: una accuſatur: una agitur rea: una cogitatur: ſola laudatur: ſola arguitur: & cum conuitiiſ colitur: uolubiliſq; a pleriſq; uero & ceca etiam exiſtimata: uaga inconſtans: incerta: uaria: indignorumq; fautrix. huic omnia expenſa: huic feruntur accepta: & in tota ratione mortalium ſola utranq; paginam facit: adeoq; obnoxie ſumuſ ſortiſ ut ſorſ ipſa pro deo ſit: qua deuſ probatur incertuſ. Parſ alia & hanc pellit, aſtroq; ſuo euentuſ aſſignat, & naſcendi legibuſ, ſemelq; in omneſ futuroſ unq̃ deo decretum: in reliquũ uero ocium datur. Sedere cepit ſentẽtia hec: pariterq; & eriditum uulguſ & rude in eam curſu uadit. Ecce fulgurum monituſ: oraculorum preſcita: aruſpicum predicta: atq; etiam parua dictu in auguriiſ ſternutamenta ſunt & offenſioneſ pedum. Diuuſ Auguſtuſ leuum prodidit ſibi calceum prepoſtere indutũ quo die ſeditione militari prope afflictuſ eſt. Que ſingula improuidam mortalitatem inuolunt, ſolum ut inter iſta uel certũ ſit nihil eſſe certi. nec miſeriuſ quicq̃ eſſe homine aut ſuperbiuſ. Ceteriſ quippe animantium ſola uictuſ cura eſt. in quo ſponte nature benignitaſ ſufficit. uno quidem uel preſẽnda cunctiſ boniſ q̃ de gloria: q̃ de pecunia ambitiõe: ſupq; de morte nõ cogitant. Verum in hiiſ deoſ agere curam reꝝ humanaꝝ credi ex uſu uite eſt: penaſq; maleficiiſ aliquando ſeraſ occupato deo in tanta mole nunq̃ irritaſ eſſe. Nec ideo proximum illi genitum hominem ut uilitate iuxta beluaſ eſſet. Imperfecte uero in homine nature precipua ſolatia: ne deum poſſe quidẽ oĩa. Namq; nec ſibi poteſt mortem cõſciſcere: ſi uelit. quod homini dedit optimum ĩ tãtiſ uite peniſ. Nec mortaleſ eternitate donare: aut reuocare defunctoſ: nec facere ut qui uixit non uixerit: qui honoreſ geſſit: non geſſerit: nullumq; habere in preterita iuſ: preterq̃m obliuioniſ. atq; ut facetiſ quoq; argumentiſ ſotietaſ hec cum deo copuletur ut biſ dena. xx. non ſint: ac multa ſimiliter efficere nõ poſſe. per que declaratur haud dubie nature potentiam id quoq; eſſe quod deum uocamuſ. In hec diuertiſſe non fuerit alienum propter uulgatam aſſidue queſtionem de deo. Hinc redeamuſ ad reliqua nature.

CAP. VIII. De Natura ſyderum errantium.

Veſpaſianus Augtus

Fortuna.

Cæca Fortuna.

D. Auguſtus.

Deum nõ poſſe omnia.

Dei ẽ mortalis iuuare mortal

Superi an curent humana.

Sõmno

Accepta: Expenſa.

Vtraq3 pagina.

Sternutamenta

Offenſiones Pedum.

S Ydera que affixa diximuſ mundo nó illa (ut exiſtimat uulguſ) ſingulis attributa nobiſ: & clara diuitibuſ; minora paupibuſ: obſcura defectiſ: ac pro ſorte cuiuſq; lucentia ac numerata mortalibuſ: quia nec cum ſuo queq; homine orta moriuntur: nec aliquem extingui decidua ſingnificãt: non tanta ſocietaſ nobiſcum eſt ut noſtro fato mortaliſ ſit ille quoq; ſiderum fulgor. Illa nimio alimento tracti humoriſ igneã uim abundantia reddunt cum decidere creduntur; ut apud noſ quoq; luminibuſ accẽſiſ liquore olei notamuſ accidere. Ceteꝝ eterna celeſtibuſ eſt natura intexẽtibuſ mundũ intextuq; concretiſ. Potentia autem ad terram magnopere eorũ pertinenſ que ꝓpter effectuſ claritatemq; : & magnitudinem tanta ſubtilitate noſci potuerunt: ſicut ſuo demonſtrabimuſ loco. Circulorum quoq; celi ratio in terre mentione aptiuſ dicetur: qñ ad eam tota pertinet ſingniferi modulatio inuentionibuſ non dilatiſ. Obliquitatem eiuſ intellexiſſe hoc eſt rerum fortiſſimaſ foreſ aperuiſſe Anaximãder mileſiuſ tradit̃ primuſ: Olimpiade. lviii. Signa deinde in eo Cleoſtratuſ, ac ꝑmũ Arietiſ & Sagittarii. Spheram ipſam ante multo Atlaſ. Nunc relicto Mundi ipſiuſ corpore reliqua inter celum terraſq; tractentur. Summum eſſe quod uocant ſaturni ſiduſ: ideoq; minimum uideri & maximo ambire circulo: ac triceſimo anno ad breuiſſima ſediſ ſue principia regredi certum eſt. Omniũ autem errantium ſiderum meatuſ. interq; ea Soliſ & Lune contrarium mundo agere curſum id eſt leuũ: illo ſemper in dexteram precipiti & q̃uiſ aſſidua conuerſione immenſe celeritatiſ attollãtur ab eo: rapiãturq; in occaſũ: aduerſo tamen ire motu ac per ſuoſ queq; paſſuſ ita ferri ne conuolutuſ aer eandem in partẽ eterni mundi uertigine: ignauo globo torpeat. ſed findatur aduerſo ſiderum uerbere diſcretuſ & digeſtuſ. Saturni autem ſiduſ gelide ac rigentiſ eſſe nature. Multoq; ex eo terriſ inferiorem Iouiſ circulum & ideo motu celeriore duodeniſ circumagi anniſ. Tertium Martiſ quod quidam Herculiſ uocant: ignea ardentiſ Soliſ uicinitate biniſ fere anniſ conuerti. ideoq; huiuſ ardore nimio & rigore Saturni interiectũ ãbobuſ ex utroq; temperari Iouem ſalutaremq; fieri. Deinde Soliſ meatum eſſe ptiũ quidem trecentarum ſexaginta. ſed ut obſeruatio umbrarum eiuſ redeat ad notaſ quinoſ ãniſ dieſ adiici ſuperq; quartam partem diei. quam ob cauſam quinto anno unuſ intercalariſ dieſ additur ut temporũ ratio faciliuſ itineri congruat. Infra ſolem ambit ingẽſ ſiduſ appellatum Veneriſ alterno meatu uagum: ipſiſq; cognominibuſ emulum Soliſ & Lune. preuenienſ quippe & ante matutinum exorienſ: Luciferi nomen accipit ut Sol alter: diemq; maturanſ, contra ab occaſu refulgenſ nuncupatur Veſper: proganſ lucem uicemue Lune reddenſ. Quam naturam eiuſ Pythagoraſ Samiuſ primuſ deprehendit. Olimpiade circiter. xxxii. qui fuit urbiſ Rome annuſ. c. xiii. Largiori magnitudine extra cuncta alia ſidera eſt. claritatiſ quidem tante ut uniuſ huiuſ ſtelle radiiſ umbre reddantur. Itaq; & in magno nominum ambitu eſt, Alii enim Iunoniſ: alii Iſidiſ: alii Matriſ deũ appellauere. Huiuſ natura cũcta generant̃ in terriſ. Nãq; in alterutro exortu genitali rore conſpergenſ non terre modo cõceptuſ implet: uerũ animantium quoq; omnium ſtimulat. Signiferi autem ambitũ peragit triceniſ & duo de quinquageniſ diebuſ: ab ſole nunq̃ abſiſtenſ partibuſ ſex atq; quadraginta longiuſ ut Timeo placet. Simili ratione: ſed nequaquam magnitudine ſcilicet aut ui proximum illi Mercurii ſiduſ a quibuſdam appellatum Apolliniſ: inferiore circulo fertur. ix. diebuſ ociore ambitu modo ante ſoliſ exortum modo poſt occaſum ſplẽdẽſ nunq̃m ab eo. xxii. ptibuſ remotior: ut Cteſiaſ & Soſigeneſ docẽt. Ideo & peculiariſ horum ſiderum ſtatio eſt. neq; communiſ cũ ſupradictiſ. nãq; ea & q̃rta pte celi a ſole abeſſe & tertia: & aduerſa ſoli ſepe cernuntur. maioreſq; aliiſ habent cuncta plene

tuu

Anaximander. obliquitatẽ inuenit

Cleostratus. Signiferi ꝑmus.

Atlas.

SAturni sidus.

tu

Errantia sidera contrario ac Mundus cursus ferri.

Frigida saturni

Veneris sidus. { Vesper Lucifer.

Pythagoras floruit an. urbis . c. xiii.

Mercurij } sidus idem.
Apollinis }

conuerſionis ambitus in magni anni ratione dicendos.

CAP. VIIII. De Lunæ natura.

s Ed omnium admirationem uincit nouiſſimum ſidus terriſq; familiariſſimũ: & in
tenebrarum remedium ab natura repertum Lune multiformi hec ambage torſit
ingenia contemplantium: & proximum ignorari ſidus maxime indignantiũ. creſcens
ſemper aut ſeneſcens. Et modo curuata in curnua: modo equa portione diuiſa: modo
ſinuata in orbem maculoſa eademq; ſubito prenitens immenſa orbe pleno ac repente
nulla alias pernox: alias ſera. & parte diei ſolis lucem adiuuans deficiens & in defectu
tamen conſpicua. Que menſis exitu latet cum laborare non creditur. Iã uero humilis
& excelſa & ne id quidem uno modo ſed alias ad mota celo alias contigua montibus
nũnc in aquilonẽ elata: nunc in auſtros deiectô. Que ſingula in ea deprehendit hoīm Endymion .
ṗmus Endimion & ob id amore eius captus fama traditus. Non ſumus ꝓfecto ingrati
erga eos q labore curaq; lucẽ nobis aperuere. In hac luce mira quoq; humani ingenii
peſte ſanguinem & cedes condere annalibus iuuat ut ſcelera hominum nåſcanẽ, mũdi
ipſius ignaris. Proxima ergo cardini: ideoq; minimo ambitu uicenis diebus ſeptenisq;
& tertia diei parte peragit ſpatia eadẽ que Saturni ſidus altiſſimũ. xxx. ut dictũ eſt
annis. dein remorata in coitu Solis biduo cum tardidiſſime a triceſima luce rurſus ad
eaſdem uices exit. Haud ſcio an omnium que celo prenoſci potuerunt magiſtra in
xii. ſpatia menſium oportere diuidi annum quando ipſum totiens Solem redeũdo ad + [illegible]
prĩcipia conſequitur. Solis fulgore eam ut reliq̃ ſidera regi ſiquidem in toto mutuata
ab eo luce fulgere: qualem in repercuſſu aque uolitate conſpicimus. ideo molliore &
imperfecta ui ſoluere tantum humorem atq; etiam augere quem ſolis radii abſumant
ideo & in equali lumine aſpici quia exaduerſo demum plena reliquis diebus tantum ex
ſe terris oſtendat: quantum ex ſole ipſa concipiat. In coitu quidem non cerni quoniã
hauſtum omnem lucis aduerſa illò regerat ũde acceperit. Sidera uero haud dubie hu-
more terreno paſci: quia orbe dimidio nonnunq̃ maculoſa cernãtur ſcilicet nõ dum
ſuppetente ad hauriendum ultra iuſta ui, maculas enĩ non aliud eſſe q̃m terre rãptas
cum humore ſordes.

CAP. X. De defectu Solis & lunæ.

d Efectus auctem ſuos & ſolis rem in tota contemplatione nature maxime miram eius
& oſtẽto ſimilem eorum magnitudinum umbreq; indices exiſtere quippe mani-
feſtum eſt Solem interuentu Lune ocultari. Lunamq; terre obiectu. ac uices reddi
eoſdem Solis radios luna interpoſitu ſuo auferẽte terre terraq; Lune ac uero ſubeũte
repẽtinas obduci tenebras rurſumq; illius umbra ſidus hebetari. Neq; aliud eſſe noctẽ
q̃m terre umbram. Figuram aũt umbre ſimilẽ mete ac turbini inuerſo quãdo mucrõe Nox terræ umbra .
tantum ingruat neq; lune excedat latitudinem quoniam nullum aliud ſidus eodẽ mõ
obſcuretur & talis figura ſemper in mucronem deficiat. Spatio quidem conſumi ũbras
indicio ſunt uolucrum prealti uolatus ergo conuinium illis eſt aeris terminus initiũq;
etheris. Supra lunam pura omnia ac diuturne lucis plena. A nobis autem pernoctem
cernuntur ſidera ut reliqua lumina e tenebris & propter has cauſas nocturno tẽpore
deficit luna. Stati autem atq; menſtrui non ſunt utriq; defectus propter obliqui-
tatem ſigniferi: luneq; multiuagos: ut dictum eſt flexus. non ſemper in ſcrupulis ptiũ
congruente ſiderum motu.

CAP. XI. De Syderum magnitudine.

h Ec ratio mortales animos ſubducit in celum. ac uelut inde contemplãtibus triũ
maximaꝝ rerum nature partiũ magnitudinẽ detegit. Non poſſet quippe totus

Sol adimi terriſ intercedente Luna ſi terra maior eſſet q̃m Luna. tertio ex utraq; uaſtitaſ Soliſ aperitur. Vt non ſit neceſſe amplitudinem eiuſ oculorum argumentiſ atq; coniectura animi ſcrutari. Immenſum eſſe conſtat: quia arborum in limitibuſ porrectarum in quotlibet paſſuum milia umbraſ paribuſ iaciat interuallis: tanq̃ toto ſpatio mediuſ: & quia per equinoctium om̃ibuſ in meridiana plaga habitãtibuſ ſimul fiat a uertice. Item quia circa ſolſticialẽ circulum habitantium meridie ad ſeptẽtrionẽ umbre cedant. ortu uero ad occaſũ. que fieri nullo mõ poſſent: niſi multo eſſet maior q̃ terrã. Nec quod montem Idam exoriens latitudine exuperat dextra leuaq; large amplectenſ: preſertim diſcretuſ tanto interuallo. Defectuſ Lune magnitudinẽ eiuſ haud dubia ratione declarat: ſicut terre paruitatem ipſa deficienſ. Nãq; cum ſint treſ umbrarum figure cõſtetq; ſi par lumini ſit materia que iactat umbram colũne effigie iaci nec habere finẽ. Si uero maior materia q̃ lumen turbiniſ recti ut ſit imum eiuſ anguſtiſſimũ: & ſimili modo infinita longitudo. Si minor materia q̃ lux mete exiſtere effigiem in cacuminiſ fine deſinentem. talemq; cerni umbram deficiente luna palã fit ut nulla ãpliuſ relinq̃tur dubitatio ſeperari magnitudine terram. Id quidem & taciti ipſiuſ nature indiciis cur enſ partitiſ uicibuſ ãni brumaliſ abſcedit? ut noxiũ opacitate terraſ reficiat: exuſturuſ haud dubie: & ſic quoq; exurenſ quadam in parte. Tanta magnitudo eiuſ eſt.

Vmbrarũ tres figuræ.

CAP. XII. Que quiſ inuenerit in ratione cæleſti.

T rationem quidem defectuſ utriuſq; primuſ Romani generiſ in uulguſ extulit Sulpitiuſ Galluſ: qui Conſ. cum. M. Marcello fuit. ſed tum Tribunuſ militum ſollicitudine exercitu liberato: pridie q̃ Perſeſ Rex ſuperatuſ a paulo eſt: in concionem ab Imperatore productuſ ad precinendam eclipſin. mox & compoſito uolumine. Apud grecoſ autem inueſtigauit primuſ omnium Taleſ Mileſiuſ Olympiadiſ. xlviii. anno quarto: predicto ſoliſ defectu qui ſub Haliatte Rege factuſ eſt Vrbiſ condite anno. c. lxx. Poſt eoſ utriuſq; ſideriſ curſum in ſexcentoſ annoſ p̃cinuit Hipparchuſ menſeſ gentium dieſq; & horaſ ac ſituſ locorum & uicoſ populorum cõplexuſ euo teſte haud alio modo q̃ conſiliorum nature particepſ. uiri ingenteſ ſupraq; mortalium naturã tantorum numinum lege deprehenſa: & miſera hominũ mẽte abſoluta: in defectibuſ ſtellarum ſcelera aut mortem aliquam ſiderum pauẽteſ: quo in metu fuiſſe Steſichori & Pindari uatum ſublimẽa ora palã eſt deliquio Soliſ & in Luna ueneficia arguẽte mortalitate: & ob id crepitu diſſono auxiliante. Quo pauore ignaruſ cauſe Niciaſ Athenienſium Imperator ueritus claſſem portu educere: opeſ eorum afflixit. Macti igenio & celi interpreteſ rerumq; nature capaceſ argumẽti reptoreſ quo deoſ hoĩeſq; uiciſtiſ. Quiſ enim hec cernẽſ: & ſtatoſ ſiderum: quoniã ita placuit appellare: laboreſ non ſui neceſſitati mortaliſ genitoſ ignoſcat. Nunc confeſſa de iiſdem breuiter atq; capitulatim attingam: ratione admodum neceſſariiſ lociſ ſtrictimq; reddita nam neq; inſtituti operiſ taliſ argumentatio eſt neq; omnium rerum afferri poſſe cauſaſ minuſ mirum eſt: q̃ conſtare in aliquibuſ.

Sulpitius Gallus.

Tales Milesius. c.lxx. an. vrbis.

Hipparchus.

Nicias.

CAP. XIII. De Defectibuſ.

Efectuſ. cc. xxiii. menſibuſ redire in ſuoſ orbeſ certum eſt. Soliſq; defectũ. nõ niſi nouiſſima prima ue fieri Luna quod uocant coitum. Lune autem non niſi plena. ſemperq; citra q̃ proxime fuerit. Omnibuſ autem anniſ fieri utriuſq; ſideriſ defectuſ ſtatiſ diebuſ horiſq; ſub terra nec tamen cum fiant ſuperne: ubiq; cerni aliq̃n propter nubila: ſepiuſ globo terre obſtãte cõuexitatibuſ mũdi. Intra ducentoſ annoſ Hipprachi ſagacitate cõpertũ eſt & Lune defectũ aliq̃n quinto menſe a ꝑorre fieri.

Coitus Lunæ.

Soliſ uero ſeptimo. Eandem biſ in triginta diebuſ ſupra terraſ occultari: ſed ab aliiſ atq; aliiſ hoc cerni: queq; ſunt in hoc miraculo maxime mira: cum conueniat umbra terre Lunam hebetari. nunc ab occaſuſ parte hoc ei accidere. nunc ab exortuſ. & quanam ratione cum Soliſ exortu umbra illa hebetatrix ſub terra eſſe debeat ſemel iam acciderit ut in occaſu luna deficeret utroq; ſuper terram coſpicuo ſidere? Nã ut in duodecim diebuſ utrũuq; ſiduſ quereretur: & noſtro euo accidit: Imperatoribuſ Veſpeſianiſ patre. iii. filio iterum Coſſ.

Veſpaſiani Imperatores .

CAP. XIIII. De Motu lunæ.

L Vnam ſemper auerſiſ a ſole cornibuſ ſi creſcat: ortuſ ſpectare. Si minuatur occaſuſ: haud dubium eſt. Lucere dodrantiſ ſemunciaſ horarum ab ſecunda adiicientem uſq; ad plenum orbem detrahentemq; ĩ diminutionẽ intra. xiiii. autẽ pteſ ſoliſ ſemper occultam eſſe. Quo argumento amplior errantium ſtellarum q̃m Lune magnitudo colligitur. quando ille & a ſeptenis interdũ partibuſ emergant ſed altitudo cogit minoreſ uideri. ſicud effixaſ celo ſoliſ fulgore interdiu non cerni: cum eque die ac noctu luceant idq; manifeſtum fiat defectibuſ ſoliſ & prealtiſ puteiſ.

Errantia ſidera

Sidera noctu dieq; Lucere.

CAP. XV. De Errantiũ motu & luminibuſ.

e Rrantium autem treſ quaſ ſupra ſolem diximuſ ſitaſ: occultãtur meãteſ cum eo. Exoriuntur uero matutino diſcedenteſ partibuſ nunq̃ ampliuſ undeniſ. Poſtea radiorũ eiuſ contractu tegũtur & in triquetro a partibuſ. c. xx. ſtationeſ matutinaſ faciũt: que & prime uocãtur. mox in aduerſo a partibuſ. c. lxxx. exortuſ ueſptinoſ Iterumq; in. c. xx. ab alio latere appropinquante ſtatiõeſ ueſpertinaſ quaſ & ſcd̃aſ uocant: donec aſſequutuſ in partibuſ duodeniſ occultet illaſ: qui ueſpertini occaſuſ appellãtur. Martiſ ſtella ut propior etiã ex quadrato ſentit radioſ ab. lxxx. ptibuſ unde & nomen accepit iſ motuſ primuſ & ſecunduſ nonagenariuſ dictuſ ab utroq; exortu. Eadem ſtationaliſ ſeniſ menſibuſ commoratur in ſigniſ. alioqui bimeſtriſ. cum cetere utraq; ſtatione quaternoſ menſeſ non impleant. Inferioreſ autẽ due occultant̃ in coitu ueſpertino ſimili modo. relictoq; Sole totidem in ptibuſ faciunt exortuſ matutinoſ atq; a longiſſimiſ diſtantie ſue metiſ: Solẽ inſequnt̃. adepteq; occaſu matutino cõdunt̃ ac pretereunt mox eodem interuallo ueſperi exoriunt̃: uſq; ad quoſ diximuſ terminoſ. Ab iiſ retrograduntur ad Solem: & occaſu ueſpertino delitеſcũt. Veneriſ ſtella & ſtationeſ duaſ matutinam ueſpertinamq; ab utroq; exortu facit a longiſſimiſ diſtantie ſue finibuſ. Mercurii ſtationeſ breuiore momẽto: q̃ ut deprehendi poſſint. Hec eſt luminum occultationũq; ratio perplexiore motu multiſq; inuoluta miraculiſ. Siquidem magnitudineſ ſuaſ & coloreſ mutant: & eedem ad ſeptentrionem accedunt. abeuntq; ad auſtrum terriſq; proprioreſ aut celo repente cernuntur. In quibuſ alter multa q̃ prioreſ tradituri fatemur: ea quoq; illoꝝ eſſe muneriſ qui primi querẽdi uiaſ demonſtrauerunt. modo ne quiſ deſperet ſecula proficere ſemper. Pluribuſ de cauſiſ hec omnia accidunt. Prima circulorum eſt quoſ Greci abſidaſ in ſtelliſ uocãt etenim Greciſ utendum erit uocabuliſ. Sunt autem hi ſui cuiq; earum. aliiq; q̃ mũdo quoniã terra a uerticibuſ duobuſ quoſ apellauerũt poloſ centrũ celi eſt: nõ ſigniferi oblique inter eoſ ſiti. Omnia autem hec conſtant ratione circini ſemper indubitata. Ergo ab alio cuiq; centro abſideſ ſue exurgunt. Ideoq; diuerſoſ habent orbeſ motuſq; diſſimileſ: quoniam interioreſ abſidaſ neceſſe eſt breuioreſ eſſe.

Martis ſtella

Veneris

Abſcidas circuli

Nec

Poli..

CAP. XVI. Quare eadẽ aliaſ altiora aliaſ ĩferiora uideant̃.

I Gitur a terre cẽtro abſideſ altiſſime ſũt. Saturno; in ſcorpiõe. Ioui; in Virgine, Marti; in Leõe. Soli; ĩ Gẽiniſ. Veneri; in Sagitario. Mercurio; ĩ Capricorno.

Mediuſ omnium partibuſ. Et econtrario ad terre centrum humilime: atq; proxime. Sic fit ut tardiuſ moueri uideātur cum altiſſimo ambitū feruntur: non q̄a accelerēt tardent ue naturaleſ motuſ qui certi ac ſinguli ſunt illiſ ſed quia deductaſ ab ſumma abſide lineaſ coartari ad centrum neceſſe eſt. ſicut in rotiſ radioſ idemq; motuſ aliaſ maior aliaſ minor cētri propinquitate ſentitur. Altera ſublimitatum cauſa: quoniam a ſuo centro abſidaſ altiſſimaſ habent in aliiſ ſigniſ. Saturnuſ: in Libre parte uiceſima Iupiter: Cancri. xv. Marſ: Capricorni. xxviii. Sol: Arietiſ. xxix. Venuſ: piſcium. xvi. Mercuriuſ: Virginiſ. xv. Luna: Tauri. iiii. Tertia altitudinum ratio celi mēſura non circuli intelligiē ſubire eaſ aut deſcendere ꝑ ꝓfundū aeriſ oculiſ eſtimātibuſ. Huic connexa latitudinum ſigniferi obliquitatiſq; cauſa eſt. Per hunc ſtelle quaſ diximuſ erranteſ ferūtur. Nec aliud habitatur in terriſ q̃ quod illi ſubiacet. Reliqua a poliſ ſqualent. Veneriſ tm̄ ſtella excedit eum biniſ partibuſ. Que cauſa intelligitur efficere ut quedam animalia & in deſertiſ mundi naſcantur. Luna quoq; per totam latitudinem eiuſ uagatur: ſed omnino non excedēſ eū. Ab iiſ Mercurii ſtella laxiſſime ut tamen e duodeniſ partibuſ tot enim ſunt latitudineſ non ampliuſ octonaſ pererret neq; haſ equaliter. Sed duaſ medio eiuſ. & ſupra. iiii. infra duaſ. Sol deinde medio fertur inter duaſ parteſ flexuoſo draconum meatu inequaliſ. Martiſ ſtella quattuor mediaſ. Iouiſ mediam & ſuper eam duaſ. Saturni duaſ ut Sol. Hec erit latitudinum ratio ad auſtrum deſcendētium: aut aquilonem ſubeuntium. Hac conſtare & tertiam illam a terra ſubeuntium in celum. Et pariter ſcandi eam quoq; exiſtimauere pleriq; falſo. Qui ut coarguantur: aperienda eſt ſubtilitaſ immenſa: & omniſ eaſ complexa cauſaſ. Conuenit ſtellaſ in occaſu ueſpertino proximaſ eſſe terre. & latitudine. exortuſq; matutinoſ in initio cuiuſq; fieri. Stationeſ in mediiſ latitudinum articuliſ: que uocant ecleptica. perinde confeſſum eſt motum augeri q̃diu in uicino ſunt terre cum abſcedant in altitudinem: minui. que ratio lune ſublimitatibuſ maxime approbatur. Eq; nō eſt dubium in exortibuſ matutiniſ etiam num augeri atq; a ſtationibuſ pͥmiſ treſ ſuperioreſ diminui uſq; ad ſtationeſ ſecundaſ. Que cum ita ſint: manifeſtum erit ab exortu matutino latitudineſ ſcandi quoniam in eo primum habitu incipiant ꝑtiuſ adici motuſ. In ſtationibuſ uero primiſ & altitudine ſubire: quoniam cum primum incipiant detrahi numeri ſtelleq; retroire. Cuiuſ rei ratio priuatim reddenda eſt. Percuſſe in qua diximuſ parte & triangulo Soliſ radio inhibentur rectū agere curſū. & ignea ui leuantur in ſublime. Hoc non protinuſ intelligi poteſt uiſu noſtro. ideoq; exiſtimantur ſtare. unde & nomen accepit ſtatio. Progreditur deinde eiuſdem radii uiolentia: & retroire cogit uapor repercuſſaſ. Multo id magiſ in ueſpertino earum exortu toto ſole aduerſo cum in ſummaſ abſidaſ expelluntur: minimeq; cernunē: qm̄ altiſſime abſunt & minimo feruntur motu tanto minoreſ cum hoc in altiſſimiſ abſidū euenit ſigniſ. Ab exortu ueſpertino latitudo deſcēditur parciuſ iam ſe minuēte motu. non tamen ante ſtationeſ ſecundaſ augente cum & altitudo deſcenditur ſuperueniēte ab alio latere radio eademq; ui rurſuſ ad terraſ deprimente que ſuſtulerit in celum ex priore triquetro. tantum intereſt: ſubeant ne radii an ſuꝑueniāt multoq; eadē magiſ in ueſpertino occaſu accidunt. Hec eſt ſuperiorum ſtellaꝝ ratio. Difficilior reliq̃rum & a nullo ante noſ reddita.

CAP. XVII. De Ratione Sydeꝝ errantiū.

PRimum igitur dicatur cum ſint diuerſe ſtelle: cur Veneriſ ſtella nunq̃ longiuſ xlvi. partibuſ. Mercueii. xx. a Sole abſcedant. Sepe citra eaſ ad Solem reciprocent. Conuerſaſ habent utreq; abſidaſ: ut infra Solem ſite: tantumq; circuliſ eaꝝ ſ ſub terra eſt: quantum ſuperne predictarum. & ideo non poſſunt abeſſe ãpliuſ quoniã curuatura abſidum ibi non habet longitudinem maiorem. Ergo utreq; ſimili ratione admodum ſtatuunt abſidum ſuarum margineſ ac ſpatia lõgitudiniſ latitudinũ euagatione penſant. At enim cur non ſemper ad. xlvi. & ad parteſ. xx. perueniunt? immo uero. Sed ratio canonica fallit. nanq; apparet abſidaſ quoq; earum moueri: ꝙ nunq̃ tranſeant ſolem itaq; cum in partem ipſam eiuſ incidere margineſ alterutro latere tũ & ſtelle ad longiſſima ſua interualla peruenire intelliguntur cũ citra fuere margineſ totidem partibuſ & ipſe ociuſ redire credunt̃ cum ſit illa ſemꝑ utriq; extremitaſ ſũma. Hinc & ratio motuum conuerſa intelligitur. Superioreſ enim celerrime feruntur in occaſu ueſpertino he tardiſſime. Ille a terra altiſſime abſunt cum tardiſſime mouent̃. hec cum ociſſime. Quia ſicut in illiſ propinquitaſ centri accelerat ita in iiſ extremitaſ circuli. Ille ab exortu matutino minuere celeritatem incipiũt. he uero augere. Ille retro curſum agunt a ſtatione matutina: uſq; ad ueſpertinam. Veneriſ a ueſpertina uſq; ad matutinam. Incipit aũt ab exortu matutino latitudinem ſcandere. Altitudiuẽ uero ac Solem inſequi a ſtatione matutina ociſſima: in occaſu matutino & altiſſima. Digredi aũt latitudine motumq; minuere ab exortu matutino retro quidẽ ire ſimulq; altitudine digredi ab ſtatione ueſpertina. Mercurii rurſuſ ſtella utroq; mõ ſcandere ab exortu matutino digredi uero latitudine a ueſpertino conſequutoq; ſole ad. xv. partium interuallũ conſiſtit quatriduo prope immobiliſ. Mox ab altitudine deſcẽdit retroq; graditur ab occaſu ueſpertino uſq; ad exortum matutinum. Tantumq; hec & Luna totidem diebuſ quot ſubiere: deſcendunt. Veneriſ quindecieſ: & pluribuſ ſubit. Rurſuſ Saturni & Iouiſ duplicato digrediuntur. Martiſ etiam quadruplicato. Tanta eſt nature uarietaſ. ſed ratio euidenſ. Nam que in uaporem ſoliſ nitunt̃ etiam deſcendunt egre. Multa promi ampliuſ circa hec poſſunt ſecreta nature legeſq; q̄buſ ipſa ſeruiat. exempli gratia. In Martiſ ſidere cuiuſ eſt maxime inobſeruabiliſ curſuſ: nunq̃ id ſtationem facere. Iouiſ ſidere triquetro raro admodum ſexaginta partibuſ diſcreto. Qui numeruſ ſexangulaſ mundi efficit formaſ. Nec exortuſ niſi in duobuſ ſigniſ tantum Cancri & Leoniſ ſimul edere. Mercurii uero ſiduſ in Piſcibuſ exortuſ ueſpertinoſ raro facere creberrime in Virgine. In Libra matutinoſ. Item matutinoſ in Aquario: rariſſimoſ in Leone. Retrogradum in Tauro & in Geminiſ non fieri. In cancro uero non citra. xxv. partem. Lunam diſ coitum cum Sole in nullo alio ſigno facere q̃m Geminiſ. Non coire aliquando in Sagittario tantum. Nouiſſimam uero primamq; eadem die uel nocte nullo alio in ſigno q̃m Ariete conſpici. Id quoq; paucis mortalium contigit. Et ĩde fabula cernendi Lynceo. Non cõparere in celo Saturni Siduſ & Martiſ cum plurimũ: diebuſ. c. lxx. Iouiſ. xxxvi. Aut cũ minimũ deniſ detractiſ diebuſ. Veneriſ. lxix. Aut cum minimum. lii. Mercurii. xiii. Aut cum plurimum. xvii.

CAP. XVIII. Quæ ratio coloreſ Syderum mutet.

c Oloreſ ratio altitudinum temperat. ſiquidẽ earum ſimilitudinẽ trahunt in quarũ aera uenere ſubeũdo. Tinguitq; appropĩquãteſ utralibet alieni meatuſ circuluſ. Frigidior in pallorem. Ardentior in ruborem. Ventoſuſ in horrorem. Sol atq; cõmiſſure abſidum: extremeq; orbite a terra in obſcuritatẽ. Suuſ quidẽ cuiq; color eſt. Saturno candiduſ. Ioui claruſ. Marti igneuſ. Lucifero candenſ. Veſperi refulgenſ. Mercurio radianſ. Lune blanduſ. Soli cũ oritur ardenſ. Poſtea radianſ. Hiſ cauſiſ connexo uiſu: & earum que celo continentur. Nanq; modo multitudo conuerta ineſt circa dimidioſ orbeſ Lune: placida nocte leniter illuſtrante eaſ. Modo raritaſ ut fugiſſe miremur plenilunio abſcondente aut cum ſoliſ ſupraue dictarum radii uiſuſ perſtrinxere noſtroſ. Et ipſa autem Luna ingruentium ſoliſ radiorum haud dubie differentiaſ ſentit hebetante cetera inflexoſ mūdi conuexitate eoſ preterq̄ ubi recti angulorum competunt ictuſ. Itaq; in quadrato ſoliſ diuidua eſt. In tiquetro ſemi ābit orbe. Impletur autem in aduerſo. Rurſuſq; minuenſ eaſdem effigieſ paribuſ edit interuallis; ſimili ratione qua ſupra ſolem tria ſidera.

CAP. XVIIII. De Motu Solis: & ratione inæq̄litatiſ dierꝝ.

s Ol autē ipſe quattuor differētiaſ habet biſ equata nocte diei: uerno & autūno in centrum incidenſ terre octauiſ in partibuſ Arietiſ ac Libre. Biſ permutatiſ ſpatiiſ in auctū diei bruma octaua in parte Capricorni. Noctiſ uero ſolſticio totidē in partibuſ Cancri. Inequalitatiſ cauſa obliquitaſ eſt Signiferi: cum parſ equa mūdi ſuper ſubterq; terraſ omnibuſ fiat momentiſ. Sed que recta in exortu ſuo conſurgūt ſigna longiore tractu tenent lucē. Que uero obliqua ociore tranſeunt ſpatio.

CAP. X X. Quare Ioui fulmina aſſignentur.

L Atet pleroſq; magna celi affectacione compertū a principibuſ doctrine uiriſ ſupernorum trium ſiderum igneſ eſſe: qui decidui ad terraſ fluminū nomē habeāt ſed maxime ex iiſ medio loco ſiti fortaſſiſ quoniam contagium nimii humoriſ ex ſuperiore circulo atq; ardoriſ ex ſubiecto per hunc modū egerat. Ideoq; dictum Iouē fulmina iaculari. Ergo ut e flagrāte ligno carbo cū crepitu: ſic a ſidere celeſtiſ igniſ expuitur: p̄ſcita ſecum afferenſ: ne abdicata quidem ſui parte in diuiniſ ceſſante operibuſ idq; maxime turbato fit aere: quia collectuſ humor abundantiam ſtimulat. aut quia turbatur quodam ceu grauidi ſyderiſ partu.

CAP. XXI. De Interuallis ſyderum.

I Nterualla quoq; ſiderum a terra multa indagare temptauerūt. Et Solē abeſſe a Luna undeuiginti parteſ quantū Lunā ipſā a terra prodiderūt. Pythagoraſ uero uir ſagaciſ animi a terra ad Lunam. c. xxv. milia ſtadiorum eſſe collegit. Ab ea uſq; ad ſolē: duplum. Inde ad duodecim ſigna triplicatum. In qua ſentētia & Galluſ Sulpitiuſ noſter fuit.

CAP. XXII. De Syderum muſica.

S Ed Pythagoraſ interdum ex muſica ratione appellet tonum: quantum abſit a terra luna. Ab ea ad Mercurium ſpatii eiuſ dimidium. Et ab eo ad Venerem. A qua ad Solem ſeſcuplum. A Sole ad Martem Tonum id eſt quantum ad Lunam a terra. Ab eo ad Iouem dimidium. Et ab eo ad Saturnū dimidium. Et inde ſeſcuplū ad Signiferum. Ita. vii. Tonoſ effici. quā Diapaſon harmoniam uocant hoc eſt uniuerſitatem cōcentuſ. In ea Saturnum Dorio moueri. Mercurium Phthongo. Iouē Phrygio. & in reliquiſ ſimilia. Iucūda magiſ q̄ neceſſaria ſubtilitate.

CAP. XXIII. De mundi Geometria.

S Tadiū. c. xxv. noſtroſ efficit paſſuſ. hoc eſt pedeſ ſexcentoſ. xxv. Poſidoniuſ non minuſ. xl. ſtadioꝝ a terra altitudinem eſſe in q̄ nubila ac uēti nubeſq; perueniant. Inde purum liquidumq; & in perturbate luciſ aerem. Sed a turbido ad lunā uicieſ centum ſtadiorum. Inde ad ſolem quinquieſ milieſ. Eo ſpatio fieri ut tā imenſa eiuſ magnitudo non exurat terraſ. Plureſ autem nongētiſ ſtadiiſ in altitudinē ſubire prodiderunt. Incomperta hec & inextricabilia: ſed tam prodenda q̄m ſunt prodita. In quiſ tamen una ratio geometrice collectioniſ nunq̄ fallaciſ poſſit non repudiari ſi cui libeat altiuſ iſta proſequi. Nec ut menſura: id enim uelle pene dementiſ ocii eſt: ſed ut tm̄ cōiectāti animo conſtet eſtimatio. Nā cū tercentiſ. lx. & fere. vi. ꝑtibuſ orbiſ

Solıſ ex circuitu eiuſ patere appareat circulum per quem meat : ſemperq; dimetienſ tertiam partem ambituſ & tertie paulominuſ ſeptimam colligat: apparet dempta eiuſ dimidia: quoniam terra centraliſ interueniat: ſextam fere partem huiuſ immenſi ſpatii quod circa terram circuli ſolariſ animo cō prehenditur: ineſſe altitudiniſ ſpatio. Lune uero duodecimam: quoniam tanto breuiore q̃m Sol ambitu currit. Ita ferri eam in medio ſoliſ ac terre. Mirum quo procedat improbitaſ cordiſ humani paruulo aliquo inuitata ſucceſſu ſicut in ſupradictiſ occaſionem impudentie ratio largitur. auſiq; diuinare Soliſ ad terram ſpatia. Eadem ad celum agunt quoniā ſit mediuſ ſol. ut ꝓtinuſ mundi quoq; ipſiuſ menſura ueniat in digitoſ quantaſ enī dimetienteſ habeat ſeptimaſ tantaſ habere circulū duo & uiceſimaſ: tanq̃ plane a perpendiculo menſura celi cōſtet. Egyptia ratio quā Petoſiriſ & Necepſoſ oſtendere ſingulaſ parteſ in lunari articulo ut dictū eſt minimo. xxxiii. ſtadiiſ paulo āpliuſ patere colligit. In Saturni āpliſſimo duplum. In Soliſ quem medium eſſe diximuſ utriuſq; menſure dimidium. Que computatio plurimū habet pudoriſ quoniam ad Saturni circulum addito ſigniferi ipſiuſ interuallo nec numerabiliſ multiplicatio efficitur.

CAP. XXIIII. De Repentiniſ Syderibuſ.

Eſtant pauca de mundo. nanq; & in ipſo celo ſtelle repente naſcuntur. Plura earum genera.

CAP. XXV. De Cometiſ & Cæleſtibuſ ꝓdigiiſ: natura & Situ: & generibuſ eorum.

Ometaſ Greci uocant: noſtri Crinitaſ: horrenteſ crine ſanguineo & comarum modo in uertice hiſpidaſ. Item pogoniaſ: quibuſ inferiore ex ꝑte in ſpēm barbe longe promittitur iuba. Acuntie iaculi modo uibrantur ociſſimo ſignificatu. Hec fuit de qua quinto Cōſulatu ſuo Tyberiuſ Imperator Ceſar preclaro carmine ꝑſcripſit ad hunc diem nouiſſime uiſam. Eaſdem breuioreſ: & in mucronē uaſtigataſ Xiphiaſ uocauere : que ſunt omnium palidiſſime. & quodam gladii nitore ac ſine ulliſ radiiſ : quoſ chryſeuſ auro nomīe ſimiliſ: colore aūt electro raroſ e margine emittit. Pithe teſ doliorum cernitur figura in concauo fumide luciſ. Ceratiaſ curnuſ ſpetiem habet: qualiſ fuit cum Gretia apud Salmania depugnauit. Lampadeſ ardenteſ imitantur faceſ. Hippeuſ equinaſ iubaſ. celerrimi motuſ : atq; in orbem circa ſe euntiſ. Fit & candiduſ cometeſ argenteo crine ita refulgenſ ut uix contueri liceat ſpecieq; humana dei effigiem in ſe oſtendenſ. Fiunt & hirti uillorum ſpecie: & iuba aliqua circundati. Semel adhuc iube effigieſ mutata in haſtā ē Olympiade centeſima octauo urbiſ āno ccc. lxxxxviii. Breuiſſimum quo cernerentur ſpatium : ſeptem dierum annotatum eſt. Longiſſimum octoginta. Mouentur autem alii errantium modo. allii immobileſ herent. omneſ ferme ſub ipſo ſeptentrione aliqua eiuſ parte non certa. ſed maxime in candida: que lactei circuli nomē accepit. Ariſtoteleſ tradit & ſimul plureſ cerni nemini compertum alteri: quod equidem ſciam. Ventuſ autem ab iiſ graueſ: eſtuſq; ſignificari. Fiunt & hiberniſ mēſibuſ & in auſtrino polo: ſed ibi citra ullum iubar. Diraq; compta Ethiopū & Egypti populiſ: cui nomē eui eiuſ Rex dedit Typon ignea ſpecie ac ſpire modo intorta: uiſu quoq; toruo nec ſtella ueriuſ quam quidem igneuſ noduſ. Sparguntur aliquando & errantibuſ ſtelliſ ceteriſq; crineſ. Sed cometeſ nunq̃ in occaſura parte celi eſt. Terrificum magna ex parte ſiduſ atq; non leuiter piatū ut ciuili motu Octauio conſule. Iterūq; Pompeii & Ceſariſ bello. In noſtro uero euo circa uenefitiū quo Claudiuſ Ceſar Imperiū reliqt Domitio Neroni. ac deīde pͥncipatu eiuſ aſſiduū prope ac ſeuū. Referre arbitrant̄: in q̃ſ ꝑteſ ſeſe iaculet̄ aut cuiuſ ſtelle uireſ accipiat:

quaſq; ſimilitudineſ reddat: & ꝗbuſ ĩ lociſ emicet. Tibiaꝝ ſpecie arti muſice portẽdere. Obſcenis aũt moribuſ: in uerendiſ partibuſ. Signoꝝ ingenii & eruditioniſ triquetrã figurã quadratãue paribuſ anguliſ ad aliquoſ ꝑemniũ ſtellarum ſituſ edũt. Venena fũdere in capite ſeptentrionaliſ auſtrine ue ſerpẽtiſ. Cometeſ in uno totiuſ orbiſ loco colit̃ in tẽplo Rome: admodũ fauſtuſ Diuo Auguſto iudicatuſ ab ipſo ꝗ incipiẽte eo apparuit ludiſ quoſ faciebat Veneriſ genitriciſ: nõ multo poſt obitũ patriſ Ceſariſ in collegio ab eo ĩſtituto. nãq; hiſ uerbiſ id gaudiũ prodidit. Iſ ipſiſ ludoꝝ meoꝝ diebuſ ſiduſ crinitũ per ſeptẽ dieſ in regione celi ſub ſeptẽtrionibuſ eſt cõſpectũ id oriebatur circa undecimã horã diei. clarũq; & omnibuſ terriſ conſpicuũ fuit eo ſigno ſignificari uulguſ credidit Ceſariſ animã inter deoꝝ immortaliũ numina receptã: quo nomĩe id inſigne ſimulacro capitiſ eiuſ: quod mox in foro conſecrauimuſ: adiectum eſt. Hec ille in publicum. interiore gaudio ſibi illum natum ſeſeq; in eo naſci interpretatuſ eſt: & ut uerum fateamur: ſalutare id terriſ fuit. Sũt qui & hec ſidera perpetua eẽ credãt ſuoq; ambitu ire. ſed non niſi relicta ab ſole cerni. Alii uero ꝗ naſci humore fortuito & ignea ui: ideoq; ſolui.

CAP. XXVI. De Syderibuſ: Facibuſ: Lampadibuſ: Trabibuſ: Bolidibuſ: & Chaſmate cæli.

I Dem Hipparchuſ nunq̃ ſatiſ laudatuſ ut quo nemo magiſ apꝓbauerit cognationẽ cũ homĩe sideꝝ: animaſq; noſtraſ ꝑtẽ eſſe celi nouã ſtellã & aliã in euo ſuo genitam deprehendit. eiuſq; motu qua die fulſit ad dubitationem eſt adductuſ an hoc ſepiuſ fieret? mouerenturq; & ee quaſ putamuſ affixaſ. Idemq; auſuſ rem etiam deo improbam annumerare poſteriſ ſtellaſ ac ſidera ad nomen expangere organiſ excogitatiſ ꝑ que ſingulaꝝ loca atq; magnitudineſ ſignaret ut facile diſcerni poſſet ex eo: non modo an obirent naſcerenturq; ſed an omnino aliqua tranſirẽt mouerent̃ ue. Item an creſcerent: minuerenturq; celo in hereditate cunctiſ relicto: ſi quiſq̃ qui rationem eam caperet: inuentuſ eſſet. Emicant & faceſ non niſi cum decidunt uiſe. qualiſ Germanico Ceſare gladiatoꝝ ſpectaculum edẽte: preter ora populi meridiano tranſcurrit. duo genera earum. Lampadaſ uocant plane faceſ. Alterum bolidaſ quale Mutinenſibuſ maliſ uiſum eſt. Diſtant: ꝗ faceſ ueſtigia longa faciunt priore ardẽte parte. Boliſ uero perpetua ardenſ longiorem trahit limitem. Emicãt & Trabeſ ſimili mõ quaſ Docoſ uocant. qualeſ cũ Lacedemonii claſſe uicti Imperiũ Grecie amiſere. Fit & celi ipſiuſ hiatuſ: quem uocant Chaſma.

Hipparchus.

CAP. XXVII. De Cæli coloribuſ.

f It & ſanguinea ſpecie: quo nihil terribiliuſ mortalium timori eſt. Incendium ad terraſ cadenſ inde. Sicut Olympiadiſ centeſimeſeptime anno tertio cum Rex Philippuſ Greciam quateret. Atqui hec ego ratiſ tẽporibuſ nature ut cetera arbitror exiſtere non ut pleriq; uariiſ decauſiſ quaſ ingeniorum acumẽ excogitat. Quippe ngentium malorum fuere prenũtia: ſed ea accidiſſe: nõ quia hec facta ſunt arbitror iuerum hec ideo facta quia incuſſura erant illa raritate timorem occultam autẽ eorũ eſſe rationẽ. Ideoq; nõ ſicut exortuſ ſupradictoſ defectuſq; & multa alia noſci.

CAP. XXVIII. De Flamma cæli.

c Ernuntur & ſtelle cum ſole totiſ diebuſ plerunq;. & circa ſoliſ orbem ceu ſpetie corone & uerſicoloriſ circuli qualiter Auguſto Ceſare in prima iuuenta urbem intrante poſt obitum patriſ ad nomen ingenſ capeſcendum.

CAP. XXVIIII. De Coroniſ cæleſtibuſ.

e Xiſtunt eedem corone circa Lunam & circa nobilia aſtra celo quoq; inherẽtia Circa ſolem arcuſ apparuit. L. Opinio. iii. Q. Fabio. ii. Coſſ. Orbiſ: L. Portio. M. Acilio.

CAP. XXX. De Circuliſ repentiniſ.

c Irculuſ rubri coloriſ. L. Iulio. P. Rutilio. Coſſ. Fiunt prodigioſi & longioreſ ſoliſ defectuſ: qualiſ occiſo Dictatore Ceſare & Antoniano bello totiuſ pene anni pallore continuo.

CAP. XXXI. De Pluribuſ Solibuſ.

e T rurſuſ ſoleſ plureſ cernuntur: nec ſupra ipſum nec infra ſe: ſed ex obliquo. nunq̃ iuxta: nec contra terram: nec noctu: ſed aut oriente aut occidẽte. Semel & meridie conſpecti in Boſphoro produntur. qui ab matutino tempore darauerunt in occaſum. Trinoſ ſoleſ & antiq ſepiuſ uidere. Sicut SP. Poſtumio. Q. Minutio. Q. Martio. M. Portio. M. Antonio. P. Dolobella. & M. Lepido. L. Planco Coſſ. Et noſtra etaſ uidit Diuo Claudio principe conſulatu eiuſ Cornelio Orfito Collega. Plureſ ſimul q̃m treſ uiſi ad hoc eui nunq̃ produntur.

CAP. XXXII. De Pluribuſ Luniſ.

L Vne quoq; trine: ut Cn. Domitio. C. F. L. Annio Coſſ. apparuere: quoſ pleriq; appellauerunt Soleſ nocturnoſ.

CAP. XXXIII. Dieꝝ lucẽ nocte apparere.

L Vmen de celo noctu uiſum eſt. C. Cecilio. Cn. Papyrio Coſſ. Et ſepe aliaſ: ut diei ſpecieſ noctu luceret.

CAP. XXXIIII. Clipei ardenteſ.

c Lipeuſ ardenſ ab occaſu ad ortum ſcintillanſ tranſcurrit Soliſ occaſum. L. Valerio: C. Mario Coſſ.

CAP. XXXV. Oſtentum cæli.

s Cintillam e ſtella cadere & augeri terre appropinquantem: ac poſtq̃ in Lune magnitudinem facta ſit: illuxiſſe ceu nubilo die. dein cum in celum ſe reciperet lampadem factam ſemel unq̃ proditor. Cn. Octauio. C. Scribonio Coſſ. Vidit hoc Liciniuſ Sillanuſ Proconſul cum comitatu ſuo.

CAP. XXXVI. De Diſcurſu ſtellarum.

f Ieri uidetur & diſcurſuſ ſtellarum nunq̃ temere: ut non ex ea parte truceſ uẽti cooriantur: & ex iiſ tunc procelle in mari terriſq;.

CAP. XXXVII. De Caſtoribuſ Stelliſ.

v Idi in nocturniſ militum uigiliiſ inherere piliſ prouallo fulgurum effigieſ ee & antemniſ nauigantium aliiſq; nauium partibuſ ceu uocali quodam ſono inſiſtũt ut uolucreſ ſedem ex ſede mutanteſ graueſ cum ſolitarie uenere. Mergenteſq; nauigia & ſi in carine ima deciderint exurenteſ. Gemine autem ſalutareſ: & proſperi curſuſ prenuntie. quarum aduentu fugari diram illam ac minacem: appellatamq; Helenam ferunt. & ob id Poluci & Caſtori id numen aſſingnant: eoſq; in mari deoſ inuocant. Hominun quoq; capita ueſpertiniſ horiſ magno p̃ſagio circũfulgent. Omnia incerta ratatione: & in nature maieſtate abdita.

CAP. XXXVIII. De Aere.

h Actenuſ de mundo ipſo ſideribuſq;. Nunc reliq̃ celi memorabilia. nanq; & hoc celum appellauere maioreſ: quod alio nomine aera: omne quod inani ſimile: uitalem hunc ſpiritum fundit. Infra lunã hec ſedeſ: multoq; inferior. Vt animaduerto prope modum conſtare: infinitum ex ſuperiore natura aeriſ & terreni halituſ miſcenſ utraq; ſorte confunditur. Hinc nubila: tonitrua: & alia fulmina. Hinc grandineſ & pruine: hymbreſ: procelle: turbineſ. Hinc plurima mortalium mala: & rerum nature pugna ſecum. Terena in celum tendentia deprimit ſiderum uiſ. Eademq; que ſpōte non ſubeant: ad ſe trahunt. Decidunt hymbreſ. Nebule ſubeunt. Siccantur amneſ. Ruunt grandineſ. Torrent radii. Et terram in medium undiq; impellut. Idē infracti reſiliunt. Et que potuere: auferunt ſecum. Vapor ex alto cadit. Rurſumq; in altū redit. Venti ingruunt inaneſ. Idemq; cum rapina remeant. Tot animalium hauſtuſ ſpiritum e ſublimi trahit. At ille contra nititur. Telluſq; ut inani celo ſpiritū infundit. Sic ultro citro cōmeante natura: ut tormento aliquo mundi celeritate diſcordia accēdat. Nec ſtare pugne licet: ſed aſſidue rapta conuoluitur. Et circa terram im̄ſoreꝝ cauſaſ globo tēdit. Subinde per nubeſ celum aliud obtexenſ. Vētoꝝ hoc regnū. Itaq; precipua eorum natura ibi: & ferme reliquaſ complexa cauſaſ qm̄ & tonitruum. & fulminum iactuſ horum uiolentie pleriq; aſſingnāt. Quin & ideo lapidibuſ pluere. interim: ꝙ uento ſint rapti. & multa ſimiliter. Quamobrem plura ſimul dicenda ſunt.

Hinc plurima mortalium mala

CAP. XXXVIIII. De Statiſ tēpeſtatibuſ.

t Empeſtatum rerumq; quaſdam ſtataſ eſſe cauſaſ: quaſdam uero fortuitaſ: aut adhuc rationiſ incomperte manifeſtum eſt. Quiſ enim eſtateſ: & hyemeſ queq; in temporibuſ annua uice intelliguntur ſiderum motu fieri dubitet? ergo ſoliſ natura temperando intelligitur anno ſic reliquorum quoq; ſiderum propria eſt quibuſq; uiſ: & ad ſuam cuiq; naturam fertiliſ. Alia ſunt in liquorem ſoluti humoreſ fecunda. Alia concreti in pruinaſ. aut coacti in niueſ. aut glaciati in grandineſ. Alia flatuſ teporiſ. Alia uaporiſ. Alia roriſ. alia rigoriſ. Nec uero hec tanta debent exiſtimari: quanta cernuntur cum eſſe eorum nullum minuſ Luna tā immenſe altitudiniſ ratio declaret. Igitur in ſuo queq; motu naturam ſuam excercent: quod manifeſtū Saturni maxīe tranſituſ hymbribuſ faciunt. Nec meantum modo ſiderum hec uiſ eſt: ſed multorum etiam adherentium celo quotienſ errantium acceſſu impulſa aut coniectu radiorum extimulata ſunt. Qualiter in Suculiſ ſentimuſ accidere. q̄ſ Greci ob id pluuio nomīe Hyadaſ appellant. Quin & ſua ſponte quedā ſtatiſq; tēporibuſ ut Hedoꝝ exortuſ. Arcturi uero ſiduſ non ferme ſine procelloſa grandine emergit.

CAP. XL. De Caniculæ exortu.

n Am Canicule exortu accendi ſoliſ uaporeſ: quiſ ignorat? Cuiuſ ſideriſ effectuſ ampliſſimi in terra ſentiuntur. Feruent maria exoriente eo. Eluctuant in celliſ uina. Mouentur ſtagna. Origem appellat Egyptuſ feram: quam in exortu eiuſ contraſtare & contueri tradit ac uelut adorare cū ſternuerit. Caneſ quidem toto eo ſpatio maxime in rabiem agi non eſt dubium.

CAP. XLI. De ui tēporū anni ſtata.

q Vin in partibuſ quoq; ſignoꝝ quorūdā ſua uiſ ineſt: ut autumnali equinoctio brumaq; cum tempeſtatibuſ confici ſiduſ intelligimuſ.

CAP. XLII. De incertiſ tēpeſtatibuſ.

n Ec hymbribuſ tantum tempeſtatibuſq;: ſed multiſ & corpoꝝ & ruriſ exꝑimētiſ. Afflantur alii ſidere. Alii commouentur ſtatiſ temporibuſ: aluo: neruiſ capite: mente. Olea & populiſ alba & ſaliceſ folia ſolſtitio circūagunt. Floret ipſo brumali die ſuſpenſa in tectiſ arentiſ herba pulegii. Rumpuntur intente ſpiritu membrane. Miretur hoc qui non obſeruet quotidiano experimento herbam unam que uocatur Heliotropium abeuntem ſolem intueri ſemper omnibuſq; horiſ cū eo uerti uel nubilo obumbrante. Iam quidem lunari poteſtate oſtrearum conchyliorumq;: & concharū omnium corpora augeri: ac rurſuſ minui. Quin & ſoricum fibraſ reſpondere numero Lune exq̃ſiuere diligẽtioreſ. Minimũq; anĩal formicã ſentire uireſ ſideriſ interlunio ſemper ceſſantẽ. Quo turpior homini inſcitia eſt fatenti precipue iumentoꝝ quorũdã in oculiſ morboſ cũ luna increſſere ac minui. Patrocinat̃ uaſtitaſ celi immenſa diſcreta altitudine in duo atq; ſeptuaginta ſigna. Hec ſunt rerũ aut animantium effigieſ: in quaſ digeſſere celum periti. In iiſ quidam mille ſexcentoſ annotauere ſtellaſ inſigneſ uidelicet effectu uiſu ue. Exempli gratia in cauda Tauri: ſeptem: quaſ appellauere Vergiliaſ. In fronte ſuculaſ. Boote: que ſequitur ſeptentrioneſ.

CAP. XLIII. De Imbribuſ.

e Xtra haſ cauſaſ non negauerim exiſtere hymbreſ uentoſq;. Quoniam humidã a terra aliaſ uero propter uaporeſ fumidam exhalare caliginem certũ eſt. Nubeſq; liquore egreſſo in ſublime aut ex aere coacto in liquorem gigni. Denſitaſ earũ corpuſq; haud dubio coniectatur argumento cum ſolem obumbrent. Perſpicuũ aliaſ etiam urinantibuſ in qualibet profundam aquarum altitudinem.

CAP. XLIIII. Quare Lapideſ pluant.

i Gitur non eam inficiaſ: poſſe in haſ & igneſ ſuperne ſtellarum decidere: qualeſ ſereno ſepe cernimuſ quorum ictu concuti aera uerum eſt. q̃n & tela uibrata ſtridunt. Cũ uero in nubẽ ꝑuenerint: uaporẽ diſſonum gigni: ut candente ferro in aquam demerſo. Et fumidum uorticem uolui. Hinc naſci procellaſ.

CAP. XLV. De Tonitruiſ & fulguribuſ.

a T ſi in nube luctet̃ flatuſ aut uapor tonitrua edi. Si erumpat ardenſ fulmina. Si longiore tractu nitatur: fulgetra. Hiſ fingi nubem. Illiſ perrumpi. Et eſſe tonitrua inpactorum ignium plagaſ. Ideoq; protinuſ coruſcare igneaſ nubium rimaſ. Poſſe & repulſu ſiderum depraſſum qui a terra meauerit ſpiritum nube cohibitum tonare: natura ſtrangulante ſonitum: dum rixetur. edito fragore cum erumpat: ut in membrana ſpiritu intenta. Poſſe & atritu dum in precepſ feratur illum quiſquiſ eſt ſpiritum accendi. Poſſe & conflictu nubium elidi: ut duorum lapidum ſcintillantibuſ fulgetriſ. Sed hec omnia eſſe fortuita. Hinc bruta fulmina & uana: ut que nulla ueniant ratione nature. iiſ percuti monteſ: iiſ maria: omneſq; alioſ irritoſ iactuſ. Illa uero fatidica ex alto: ſtatiſq; decauſiſ: & ex ſuiſ uẽire ſyderibuſ. Simile mõ uentoſ uel potiuſ flatuſ poſſe & arido ſic quoq; anhelitu terre gigni non negauerim. Poſſe & aqſ aera expirantibuſ qui neq; in nebulam denſetur: nec craſceſcat in nubeſ. Poſſe & ſoliſ impulſu agi: quoniam uentuſ non aliud intelligatur quam fluctuſ aeriſ. Pluribuſq; etiam modiſ. Nanq; & fluminibuſ & niuibuſ & e mari uidemuſ & quidem tranquillo. & alioſ quoſ uocant Altanoſ: e terra conſurgere. Qui quidẽ cũ e mari redeũt. Tropei uocantur. Si pergunt Apogei.

CAP. XLVI. Qua rõne Eebo reddat̃.

m Ontium uero flexuſ crebriq; uerticeſ & conflexa ſobito aut confracta ĩ hũeroſ iuga: cõcaui uallium ſinuſ ſcindunt inequaliter inde reſultantẽ aera: que cã etiã uoceſ multiſ in lociſ reciprocaſ facit.

CAP. XLVII. De Ventiſ.

s Ine fine uentoſ generant iam quidam etiam ſpecuſ: qualiſ in Dalmatie ora uaſto in precepſ hiatu. In quẽ deiecto leui põdere: quãuiſ tranq̃llo die turbini ſimiliſ emicat ꝓcella: nomẽ loco eſt Sẽtaquin. Et ĩ Cyrenaica ꝓuintia rupeſ quedã Auſtero tradit̃ ſacra quã profanũ ſit attrectari hoĩſ manu cõfeſtim auſtro ſuoluente arenaſ. In domibuſ etiã multiſ manufacta incluſa opacitate conceptacula aureaſ ſuaſ habẽt.

adeo cauſa nō deeſt. Sed plurimū īntereſt flatuſ ſit an uētuſ: illoſ ſtatuſ atq; pſpirāteſ: quoſ nō tractuſ aliqſ ueꝝ terre ſentiunt qui non aura: non procella mariſ ſed appellatione quoq; ipſa uenti ſunt: qui ſiue aſſiduo mundi incitu & cōtrario ſideꝝ occurſu naſcuntur: ſiue hic eſt ille generabiliſ rerum nature ſpirituſ huc illucq; tanq̄ in utero aliquo uaguſ ſiue diſparili errantiū ſideꝝ ictu radioꝝq; multiformi tactu flagellatuſ aer ſiue a ſuiſ ſideribuſ exeunt hiſ propioribuſ: ſiue ab illiſ celo affixiſ cadunt palā eſt illoſ quoq; legem habere nature non ignotam: etiā ſi non dum percognitam.

CAP. XLVIII. Naturæ & obſeruatiōeſ uentoꝝ.

v Iginti & ampliuſ auctoreſ Greci ueteres prodidere de hiſ obſeruationeſ: quo magiſ miror orbe tam diſcordi: & in regna: hoc eſt in membra diuiſo tot uiriſ cure fuiſſe tā ardua inuentu perquirere inter bella pſertim & infida hoſpitia. piratiſ etiam omnium mortalium hoſtibuſ tranſituſ fame tenentibuſ: ut hodie quedam in ſuo quiſq; tractu ex eorum cōmentariiſ qui nunq̄ eo acceſſere: uerius noſcāt q̄ indigenaꝝ ſcientia. Nunc uero pace tam feſta: tam gaudente prouentu rerum artiūq; principe omnino nihil addiſci noua inquiſitione immo ne ueterum quidem inuenti perdiſci. Non erant maiora premia in multoſ diſperſa fortune magnitudine. & iſta plureſ ſine premio alio q̄ poſteroſ iuuandi eruerūt. Nanq; moreſ hominum ſenuere nō fructuſ. Et immenſa multitudo apertum quocūq; eſt mare hoſpitaliq; littorū omnium appulſu nauigat ſed lucri non ſcientie gratia. nec reputat ceca menſ: & tam tantum auaricie intenta: id ipſū ſciētia poſſe tutiuſ fieri. Quapropter ſcrupuloſiuſ q̄ inſtituto fortaſſiſ cōueniat operi tractabo uentoſ: tot milia nauigantium cernenſ.

CAP. XLVIIII. Ventorum genera.

v Eteres quattuor omnino ſeruare per totidem mūdi parteſ. Ideo nec Homeruſ plureſ nominat. hebeti mox iudicatu ſequuta etaſ octo addidit: ratione nimiſ ſubtili & conciſſa. Proximiſ inter utraq; media ad breuem numerū additiſ quattuor. Sunt ergo bini in quattuor celi partibuſ. Ab oriente equinoctiali Subſolanuſ. Ab oriente brumali Vulturnuſ. Illum apelioten. Hunc Greci Euꝝ appellant. A meridie Auſter. Et ab occaſu brumali africuſ Noton & Liba nomināt. Ab occaſu eqnoctiali Fauoniuſ. Ab occaſu ſolſticiali Choruſ Zephyron & Argeſten uocāt. A Septētrionibuſ Septentrio. Iterq; eū & exortum ſolſticialē Aquilo. Aparctiaſ dicti & Boreaſ Numeroſior ratio quattuor iiſ interiecerat Thraſceā media regiōe inter ſeptētrionē & occaſum ſolſticialem. Itemq; Cæciam media inter Aquilonem & exortū eqnoctialē Ab ortu ſolſticiali Phenica media regione inter ortū brumalem & meridiē. Itē inter Liba & Noton compoſitum ex utroq; medium inter meridiem & hybernū occidentē Libanoton. Nec finiſ. Alii quippe Meſen nomine etiamnum addidere inter boream & Ceciam. & inter Eurum & Noton Euronoton. Sūt etiam quidam peculiareſ quibuſq; gentibuſ uenti no ultra certum procedenteſ tractū: ut Athenienſibuſ Scyron paulo ab argeſte deflexuſ reliquę Grecie ignotuſ. Alibi elatior idē Olimpiaſ uocat Cōſuetudo hiſ oībuſ noībuſ Argeſten intelligit. & Cæciā. Aliq uocant Helleſpontiō & eoſdem alibi aliter. Item in Narbonenſi Prouintia clariſſimuſ uentorū eſt Circiuſ nec ulli uiolentia inferior. Oſtiam plerunq; recto liguſtico mari perferenſ. Idem nō modo in reliquiſ partibuſ celi ignotuſ eſt ſed ne Viennam quidem eiuſdem Prouintie urbem attingenſ paucis ante limitibuſ iugi modici occurſu tantuſ ille uentorum eſt coercituſ. Et auſtroſ in Egyptum penetrare negat Fabianuſ. Quo fit manifeſta lex nature uentiſ etiā & tēpore & fine dicto. Ver ergo aperit nauigātibuſ maria cuiuſ in principio Fauonii hybernū molliunt celum ſole Aquarii. xxv. obtinente partem.

n. E°. vi. Naturalium -

xx cetera q3 prouidentię opera hoc q3 aliquis ut dignū admiration suspexit: Nō. n. ex una cā uentos aut inuenit aut p diuersa disposuit. S3 pmu3 ut aera nō sinerę pigrescere, s3 assidua uexation utilem redderę, uitaleq3
tractaturis, deinde ut imbres terris subministrarent, ijdemq3 nimios cōpescerent. Nam modo adducūt nubes, modo ddu͡cūt. ut p totū orbem pluuię diuidi possint. In Italiam auster impellit, Aquilo in Africam
reijcit: Ethesię nō patiunt apud nos nubes cōsistere, ijdem p totam Indiam & Aethiopiam cōtinuis p id tempus aquis irrigant. Quid q frugeſ pcipi nō possunt, nisi flatu supuacua & mixta seruandis uentila=
rent, nisi ess3 qd segetem excitaret, & Latentem frugem ruptis uelamētis suis, quę folliculos agricolę uocant, adaperirent. Quid q omnib3 inter se populis cōmerciū ddit, & gentes dissipatas Locis miscuit.
Ingens naturę beneficium, si illud in iniuriam suam non uertat hoīum furor. Nūc quod de Cęsare maiore uulgo dictatum ē & a T. Liuio positū, in incerto esse, utrū illū magis nasci reip. profuerit, dici et
de uentis pōt, adeo quicquid ex illis utile & necessarium est, nō pōt ex his repensari, quę in pniciem suam gnris humani dmentia excogitat. S3 nō ideo ~~ist~~ nō sunt ista naturę bona, si uitio male=
utentium nocent. Non in hoc prouidentia ac dispositor ille mundi deus aera uentis exercendum dedit, & illos ab omni parte, nequid ess3 situ squallidum, effudit, ut nos classes partem freti occupaturas
compleremus milite armato, hostem in mari aut post mare inquireremus. Quę nos dmentia exagitat & in mutuū cōponit exitium, uela uentis damus bellū paraturi, & periclitamur periculi causa,
Incertam fortunam experimur uim tempestatū, nulla ope humana supabilem mortem sin spe sepulturę. ~

Iſ dieſ ſextuſ eſt ante februariaſ iduſ. Competit ferme & hoc oībuſ quoſ deinde ponā per ſingulaſ intercalationeſ: uno die anticipantibuſ rurſumq; luſtra ſequenti ordine ſeruantibuſ. Fauonium quidam ad. viii. kalēd Martii Chelidoniam uocāt ab herūdiniſ uiſu: nōnulli uero orithyiam uno & ſeptuageſimo die poſt brumam ab aduentu auium flantem per dieſ nouē. Fauonio cōtrariuſ eſt quem Subſolanū appellauimuſ. Eſt autem huic exortuſ Vergiliarum in totidem partibuſ Tauri ſex diebuſ añ maiaſ Iduſ. quod tempuſ auſtrinum eſt huic uēto ſeptentriōe contrario. Ardentiſſimo autē eſtatiſ tempore exoritur Canicule ſiduſ ſole primam partē Leoniſ ingrediente. Qui dieſ. xv. ante auguſti kalēd eſt: huiuſ exortum diebuſ octo ferme Aquiloneſ antecedunt quoſ Prodromoſ appellant. Poſt biduum autem exorteſ iidem Aquiloneſ conſtantiuſ perflant diebuſ. xl. quoſ Eteſiaſ uocant. mollire eoſ creditur Soliſ uapor geminatuſ ardore ſideriſ: nec ulli uentoꝝ magiſ ſtati ſunt. Poſt eoſ rurſuſ Auſtri frequēteſ uſq; ad ſyduſ Arcturi: quod exorit̄. xi. diebuſ ante equinoctiū Autumni. Cū hoc Choruſ incipit. Choruſ autùmnat. Huic eſt cōtrariuſ Vulturnuſ. Poſt id equinoctium diebuſ fere quattuor &. xl. Vergiliarum occaſuſ hyemem inchoat. quod tempuſ in tertio Iduſ Nouēbriſ incidere cōſueuit hoc eſt Aquiloniſ hyberni: multūq; eſtiuo illi diſſimiliſ cuiuſ ex aduerſo eſt Africuſ. Ante brumam autem ſeptem diebuſ totidemq; poſtea ſternitur mare halcyonum feture: & inde nomen ii dieſ traxere. Reliqunm tempuſ hyemat. Nec tamen ſeuitia tempeſtatum concludit mare. Pirate primum coegere mortiſ periculo in mortem ruere. & hyberna expiriri maria. Nunc idē auaritia cogit. Venti etiā frigidiſſimi ſunt quoſ a Septentrione diximuſ ſpirare. Vicinuſ hiſ Choruſ. Ii & reliquoſ compeſcunt. & nubeſ abigunt. Humidi Auſter Africuſ: & precipue Auſter Italie. Narrant & in ponto Ceciam in ſe trahere nubeſ. Sicci Choruſ & Vulturnuſ p̄terq̄ deſinēteſ. Niualeſ Aquilo & Septentrio. Grandieſ Septentrio importat & Choruſ. Eſtuoſuſ auſter. Tepidi Vulturnuſ & Fauoniuſ. Iidem Subſolano ſiccioreſ. & in totum omneſ a Septentrione & Occidente ſiccioreſ: q̄ Meridie & Oriente. Saluberrimuſ aūt omnium Aquilo. Noxiuſ Auſter & magiſ ſiccuſ fortaſſiſ qa humiduſ frigidior eſt. Minuſ eſurire eo ſpirante credunt̄ animanteſ. Eteſiæ noctu deſinunt fiere. & a tertia diei hora oriuntur. In Hiſpnia & Aſia ab oriente flatuſ eſt eorum. In Ponto ab Aquilone. Reliquiſ in partibuſ a meridie. Spirant aūt & a Bruma q uocant̄ Ornithie: ſed lenioreſ: & pauciſ diebuſ. Permutāt & duo naturam cum ſit Auſter Africæ ſerenuſ: Aquilo nubiluſ. Omneſ uenti uicibuſ ſuiſ ſpirant maiore ex parte. Aut ut contrariuſ deſinēti incipiat cū ꝓxime cadētibuſ Surgunt a leuo latere in dextrum. Vt ſol ambiunt. De ratiōe eorū menſtrua quarta maxime Luna decernit. Iiſdem autem uentiſ in contrarium nauigatur prolatiſ pedibuſ ut noctu plerunq; aduerſa uela concurrant. Auſtro maioreſ fluctuſ eduntur. q̄ Aquilone: quoniā ille infernuſ ex imo mariſ ſpirat hic ſummo. Ideoq; poſt auſtroſ noxii precipue terremotuſ. Noctu Auſter: interdiu Aquilo uehemētior. Et ab Ortu flanteſ diuturnioreſ ſunt ab Occaſu flantibuſ. Septentrioneſ impari fere deſinunt numero. Que obſeruatio etiam in aliiſ multiſ rerum nature partibuſ ualet. Mareſ itaq; exiſtimantur impareſ numeri. Sol & auget & comprimit flatuſ. auget exorianſ occidenſq;. Cōprimit meridianuſ eſtiuiſ tēporibuſ. Itaq; medio diei aut noctiſ plerūq; ſopiuntur quia ut nimio frigore aut eſtu ſoluuntur. Et hymbribuſ uēti ſopiuntur. Expectantur autem maxime unde nubeſ diſcuſſe adaperuere celum. Omniū quidem ſi libeat obſeruare minimoſ ambituſ redire eaſdē uiceſ quadriēnio exacto Eudoxuſ putat: non uentorum modo; uerum: & reliquarum tempeſtatum magna ex parte

Oīuz tempeſtatuz uic
es 4° āno redire.

Et eſt principium luſtri eiuſ ſemper intercalari anno canicule ortu. De generalibuſ uentiſ hec.

CAP. L. De Repentiniſ flatibuſ.

n Vnc de repẽtiniſ flatibuſ qui exhalãte terra ut dictũ eſt coorti rurſuſq; deiecti interim obducta nubium cute: multiformeſ exiſtunt. Vagi quippe & ruenteſ torrentium modo ut aliquibuſ placere oſtendimuſ: tonitrua & fulgura edũt. Maiore uero illati pondere incurſuq; ſiccam ruperint nubem: procellam gignũt: que uocatur a Greciſ Ecnephiaſ. Sin uero depreſſo ſinu arctiuſ rotati effregerint ſine igne hoc eſt ſine fulmine: uorticẽ faciunt: q Typhon uocatur id eſt uibratuſ. Ecnephiaſ differt. Hic ſecum aliquid abreptum e nube gelida conuoluenſ uerſanſq; & ruinã ſuam illo pondere aggrauanſ: & locum ex loco mutanſ rapida uertigine: precipua nauigantium peſtiſ nõ antennaſ modo uerum ipſa nauigia cõtorta frangẽſ: tenui remedio aceti in aduenientem effuſi cui frigidiſſima eſt natura. Idem illiſu ipſo repercuſſuſ correpta ſecum in celum refert: ſorbetq; in excelſum. Quod ſi maiore depreſſe nubiſ eruperit ſpecu: ſed minuſ lato q̃m Procella: nec ſine fragore: Turbinẽ uocant: ꝑxia queq; proſternentem. Idem ardentior: accẽſuſq; dum fuerit: Preſter uocatur ãburẽſ contacta pariter & proterenſ.

CAP. LI. Alia prodigioſa genera tempeſtatum.

n On fit autem Aquiloniuſ Typhon. Nec niualiſ: aut niue iacente Ecnephiaſ Quod ſi ſimul rupit nubem exarſitq; & ignem habuit aut poſtea cõcepit: fulmẽ eſt. Diſtat a preſtere: quo flamma ab igne. Hic late funditur flatu. Illud cõglobat᷑ impetu. Vortex autem hic remeando diſtat a Turbine quo ſtridor a fragore. Procella latitudine ab utroq;: diſiecta nube ueriuſ q̃m rupta. Fit & Caligo belue ſimiliſ nube dira nauigantibuſ. Vocat᷑ & colũna cum ſpiſſatuſ humor rigenſq; ipe ſe ſuſtinet. Ex eodem genere & in longam ueluti fiſtulam nubeſ aquam trahit.

CAP. LII. Quibuſ in terriſ fulmina nõ cadãt & quare.

h Yeme & æſtate rara fulmina contrariiſ decauſiſ quonian hyeme denſatuſ aer nubium craſſiore corio ſpiſſatur. omniſque terrarum exhalatio rigenſ ac gelida quicquid accipit ignei uaporiſ extinguit. Que ratio immunem Scythiam & circa rigentia a fulminum caſu preſtat: & e diuerſo nimiuſ ardor Egyptum. ſiquidem calidi ſicciq; halituſ terre raraſ admodum: tenueſq; & infirmaſ denſantur in nubeſ. Vere aũt & Autumno crebriora fulmina: corruptiſ in utroq; tempore eſtatiſ hyemiſq; cauſiſ. Qua ratione crebra in italia fulmina: quia mobilior aer mitiore hyeme: & eſtate nimboſa: ſemper quodammodo uernat uel autumnat. Italie quoq; partibuſ iiſ que a Septentrione deſcendunt ad teporem: ꝗliſ eſt Vrbiſ Cãpanieq; tractuſ iuxta hyeme & eſtate fulgurat quod non in alio ſitu.

CAP. LIII. Fulminũ genera & miracula.

f Vlminum ipſorum plura genera traduntur. Que ſicca ueniunt non adurunt. ſed diſſipant. Que humida: non urunt: ſed infuſcant. Tertium eſt quod clarum uocant: mirifice maxime nature: quo dolia exhauriuntur. intactiſ operimẽtiſ nulloq; alio ueſtigio relicto. Aurum & eſ & argentum liquatur intuſ ſacculiſ ipſiſ nullo mõ ambuſtiſ ac ne confuſo ꝗdem ſigno cere. Martia Princepſ Romanarum icta grauida partu exanimato ipſa citra ullum aliud incommodum uixit. In Catilinianiſ ꝓdigiſ Pompeiano ex municipio. M. Herenniuſ decurio ſereno die fulmine ictuſ eſt.

M. Herenius decurio

CAP. LIIII. De obſeruatione Thuſcorum.

t Vſcorum litterę nouem deoſ emittere fulmina exiſtimant. eaq; eſſe undecim generum. Iouem enim trina iaculari. Romani duo tantum ex iiſ ſeruauere. Diurna attribuenteſ Ioui. Nocturna Summano. Rariora ſane eadem de cauſa frigidioriſ celi. Etruria erumpere a terra quoq; arbitratur: que Infera appellat brumali tempore facta: ſeua maxime & execrabilia cum ſint omnia que terrena exiſtimant non illa generalia: nec a ſideribuſ uenientia. Sed ex proxima atq; turbidiore natura Argumentū euidenſ eſt ꝙ omnia a ſuperiore celo decidentia obliquoſ habeāt ictuſ. Hec autem que uocantur Terrena rectoſ. Sed quia expropiore materia cadunt: ideo creduntur e terra exire quoniam ex repulſu nulla ueſtigia edant; cum ſit illa ratio non inferni ictuſ: ſed aduerſi. Saturni ea a ſidere proficiſci ſubtiliter iſta conſectari putant. Sicut cremantia a Martiſ. Qualiter cum Vulſinii oppidum thuſcoꝝ opulentiſſimum totum concrematum eſt fulmine. Vocant & familiaria in totā uitam fatidica que prima fiunt familiam ſuam cuiq; indepto. Ceterum exiſtimant nō ultra decem annoſ portēdere priuata: preterq̃ hec que matrimonio primo facta aut natali die. Publica non ultra triceſimum annum: preterq̃ in deductione oppidorum.

CAP. LV. De Fulminibuſ euocandiſ.

e Xtat annalium memoria ſacriſ quibuſdam: & precationibuſ uel cogi fulmina uel impetrari. Vetuſ fama eſt Etrurie impetratum Vulſiniiſ & urbe & agriſ depopulatiſ: ſubeunte monſtro quod uocauere Oltam euocatum & a Porſenna ſuo Rege. Et ante eum a Numa ſepiuſ hoc factitatum in primo annaliū ſuorū tradidit. L. Piſo grauiſ autor. Quod imitatum parum rite Tullum Hoſtiliū ictum fulmine. Lucoſq; & araſ & ſacra habemuſ: inter que Statoreſ & Tonanteſ & Feretrioſ Eliciū quoq; accepimuſ Iouē. Varia in hoc uite ſententia: & pro cuiuſlibet animo. Imperari nature: audaciſ eſt credere. Nec minuſ hebetiſ beneficiiſ abrogare uireſ quando in fulgurum quoq; interpretatione eo ꝑfecit ſcientia ut uentura alia finito die precinat & an peremptura ſint fatum aut aptura potiuſ alia fata que lateant ĩnumerabilibuſ in utroq; publiciſ priuatiſq; experimentiſ. Quamobrem ſint iſta ut Rerumnature libuit aliiſ certa: aliiſ dubia. Aliiſ probata: aliiſ damnanda. Noſ cetera que ſunt in hiſ memorabilia; non omittemuſ.

CAP. LVI. De Ratione fulgurum.

f Vlgetrum priuſ cerni q̃ tonitruū audiri cum ſimul fiant certum eſt. Nec mirū quoniam lux ſonitu uelocior. Ictum autem & ſonitum congruere ita modulāte natura. Sed ſonitum profecti eſſe fulminiſ non illati. etiamnū ſpiritū ociorē fulmine Ideo quati priuſ omne & afflari q̃ percuti. Nec quenq̃ tangi qui prior uiderit fulmē aut tonitrua audierit. Leua proſpera exiſtimantur quoniam leua parte mūdi ortuſ eſt. Nec tam aduētuſ ſpectatur q̃ redituſ ſiue ab ictu reſiliat igniſ ſiue opere cōfecto aut igne cōſumpto ſpirituſ remeet. In. xvi. parteſ celū in eo reſpectu diuiſere thuſci. Prima eſt a Septentrionibuſ ad equinoctialem exortum. Secunda ad meridiem. Tertia ad equinoctialem occaſum. Quarta obtinet quod reliquum eſt ab occaſu ad ſeptentrioneſ. Haſ in quaternaſ iterum diuiſere parteſ ex quibuſ octo ab exortu ſiniſtraſ totidem e contrario appellauere dextraſ. Ex iiſ maxime dire que per ſeptentrioneſ occaſum attingunt. Itaq; perplurimum refert unde uenerint fulmina. & quo conceſſerint. Optimum eſt in exortiuaſ redire parteſ. Ideo cum a prima celi parte uenerint & ĩ eandem cōceſſerint: ſumma felicitaſ portēditur: quale Sylle Dictatori oſtentum datum accepimuſ. Cetera ipſiuſ mundi portione minuſ proſpera aut dira. Quedā fulgura enūtiare nō putāt faſ. nec audire: p̄terq̃ ſi hoſpiti ĩducent᷑ aut parēti.

Magna obſeruatióiſ huiuſ uanitaſ: tacta Iunoniſ ede Rome deprehēſa eſt: Schauro Cóſſ: qui mox Princepſ fuit. Noctu magiſ q̃ interdiu ſine tonitribuſ fulgurat. Vnú animal hominem non ſemper extinguit. Cetera illico hunc uidelicet natura tribuente honorem: cum tot belue uiribuſ preſtent. Omnia contrariaſ incumbant parteſ homo niſi conuertatur ui percuſſuſ non expirat. Superne icti conſidunt. Vigilanſ ictuſ conuentibuſ oculiſ: dormienſ patentibuſ reperitur. hominem ita exanimatú cremari faſ nó eſt. condi terra religio tradidit. Nullum animal niſi exanimatú fulmíe accēdit. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

Vigilans ictus cōniuētibꝫ
oculis / dormiens pate
ntibꝫ repitꝫ

CAP. LVII. Quæ non feriantur fulmine.

e X iiſ quæ terra gignútur: lauri fruticē nó icit. Nec unq̃ altiuſ quinq; pedibuſ deſcendit in terram. Ideo pauidi altioreſ ſpecuſ tutiſſimoſ putāt. Aut tabernacula pellibuſ beluarum quaſ Vituloſ marinoſ appellant: quoniā hoc ſolum animal ex mariniſ non percutiat. Sicut nec e uolucribuſ aquilam: que ob hoc armiger huiuſ teli fingitur. In Italia inter Terracinam & edem Feronie turreſ belliciſ tēporibuſ deſiere fieri: quia nonnulle earum ſunt fulmine dirute.

CAP. LVIII. De Prodigioſiſ pluuiiſ lacte Sāguine:
Carne: Ferro: Lana: lateribuſ coctiſ.

p Ræter hec inferiore celo relatum in monumenta eſt lacte & ſanguine pluiſſe. M. Acilio. C. Portio Coſſ. Et ſepe aliaſ carne ſicut. L. Volumino. Ser. Sulpitio Coſſ. Exq; ea non perputruiſſe: quod non diripuiſſent aueſ. Item ferro in Lucaniſ anno anteq̃. M. Craſſuſ a Parthiſ interemptuſ eſt: oīeſq; cú eo Lucani militeſ quorum magnuſ numeruſ in exercitu erat. Effigieſ que pluerat ſpongiarú fere ſimiliſ fuit. Aruſpiceſ cauenda premonuerunt ſuperna uulnera. L. aút paulo: C. Marcello. Coſſ. lana pluit circa caſtellum Cariſſanum iuxta quod poſt annum. T. Manliuſ occiſuſ eſt: eodem cauſam dicente. Lateribuſ coctiſ pluiſſe in eiuſ āni acta relatú eſt.

CA. LIX. De crepitu armoꝝ: & Tubaꝝ de cælo audito.

a Rmoꝝ crepituſ & tube ſonituſ audituſ e celo Cimbriciſ belliſ accepimuſ crebroq; & priuſ & poſtea. Tertio uero conſulatu Marii a Mamertiniſ & Tudertibuſ ſpectata arma celeſtia ab ortu occaſuq; inter ſe concorrentia. Pulſiſ que ab occaſu erant. Ipſum ardere celum minime mirú eſt. Et ſepiuſ uiſum maiore ui igniſ nubibuſ correptiſ.

CAP. LX. De Lapidibuſ e cælo cadentibuſ.

c Elebrant Greci Anaxagoram Clazomeniú: Olympiadiſ ſeptuageſime octaue ſecundo anno predixiſſe celeſtium litterarum ſcientia quibuſ diebuſ ſaxú cauſuꝝ eſſet e Sole. Idq; factum interdiu in Thracie parte ad Egoſ flumen qui etiam lapiſ nunc oſtenditur magnitudine uehiculi colore aduſto comete quoq; illiſ noctibuſ flagrante. Quod ſi quiſ predictum credat: ſimul fateatur neceſſe eſt maioriſ miraculi diuinitatem fuiſſe Anaxagore: ſoluiq; rerum nature intellectum: & confundi omnia ſi aut ipſe Sol lapiſ eſſe: aut nunq̃ lapidem in eo fuiſſe credatur. decidere tamē crebro non erit dubium. In Abydi gymnaſio ex ea cauſa colitur hodieq; modicuſ quidam ſed quem in media terraꝝ cauſarum idem Anaxagoraſ predixiſſe narratur. Colitur & Caſandrie: que Potidea uocitata eſt: ob id deductum. Ego ipſe uidi in Vocótioꝝ agro Paulo ante delatum.

CAP. LXI. De Arquu cæleſti.

a Rquuſ uocamuſ extra miraculum frequenteſ & extra oſtētum nam nec pluuioſ quidem aut ſerenoſ dieſ cú fide portendunt manifeſtú eſt radium Soliſ immiſſú caue nubi repulſa acie in Solem refringi colorumq; uarietatem mixtura nubiũ aeriſ igniumq; fieri certe niſi Sole aduerſo non fiunt nec unq̃m niſi dimidia circuli forma nec noctu q̃uiſ Ariſtoteleſ prodat aliquando uiſum quod tamen fatetur.idem nó niſi tricesima Luna poſſe. Fiunt autem hyeme maxime ab equinoctio autumnali die decreſcente. Quo rurſſuſ creſcente ab equinoctio uerno non exiſtunt. Nec circa ſolſticium longiſſimiſ diebuſ. Bruma uero hoc eſt breuiſſimiſ diebuſ frequenter. Idem ſublimeſ humili ſole.humileſq; ſublimi & minoriſ occidente uel oriente ſed in latitudinẽ diffuſi meridie exileſ.uerum ambituſ maioriſ. Eſtate uero per meridiem nó cernunt. Poſt Autumni equinoctiũ quacũq; hora. Nec unq̃ pluréſ ſimul q̃ duo.Cetera eiuſdẽ nature non multiſ dubia eſſe uideo.

CAP.LXII.De Grãdine:niue:Pruina:nebula:Rore.

q Randinem conglaciato hymbre gigni & niuem eodem humore molliuſ coacto Pruinã autem ex rore gelido. Per hyemẽ niueſ cadere:non grandineſ. Ipaſq; grandineſ interdiu ſepiuſ q̃ noctu. Et multo celeriuſ reſolui:q̃ niueſ. Nebulam nec eſtate:nec maximo frigore exiſtere. Roreſ neq; gelu neq; ardoribuſ neq; uentiſ nec niſi ſerena nocte.Gelando liquorẽ minui:ſolutaq; glacie non eundẽ inueniri modũ.

CAP.LXIII.De Nubium imaginibuſ.

v Arietateſ colorum figurarumq; in nubibuſ cerni:prout admixtuſ igniſ ſuperet aut uincatur.

CAP.LXIIII.Da Proprietatibuſ cæli in diuerſiſ lociſ.

p Reterea quaſdam proprietateſ celi quibuſdam lociſ eſſe. Roſcidaſ eſtate Africe nocteſ.In Italia Locriſ & lacu Velino nullo non die apparere arquuſ.Rhodi & Syracuſiſ nunq̃ tanta nubila obduci ut nó aliqua hora Sol cernatur qualia aptiuſ ſuiſ referentur in lociſ.Hec ſint dicta de aere.

CAP.LXV De Natura terræ.

s Equitur terra cui uni Rerum nature partium eximia propter merita cognomen indidimuſ materne uenerationiſ. Sic hominũ illa:ut celum dieſ que noſ naſcenteſ excipit. Natoſ alit.ſemelq; editoſ ſuſtinet ſemper.nouiſſime cõplexa gremio iam a reliqua natura abdicatoſ tum maxime ut mater operienſ nullo magiſ ſacramẽto: q̃ quo noſ quoq; ſacroſ facit.etiam monumenta ac tituloſ gerenſ nomenq; proroganſ noſtrum: & memoriam extendenſ cõtra breuitatem eui cuiuſ numẽ ultimũ iã multiſ imprecamur rati graue:tanq̃ neſciamuſ: hanc eſſe ſolam que nunq̃ iraſcatur homini. Aque ſubeunt in hymbreſ rigeſcunt in grandineſ tumeſcunt in fluctuſ precipitantur in torrenteſ. Aer denſatur nubibuſ. Furit procelliſ. At hec benigna.mitiſ:indulgenſ uſuſq; mortalium ſemper ancilla:que coacta generat? que ſponte fundit? quoſ odoreſ ſaporeſq;? Quoſ ſuccoſ? quoſ tactuſ? quoſ coloreſ? q̃ bona fide creditum reddit fenuſ? que noſtri cauſa alit? Peſtifera enim animantia uitali ſpiritu habente culpam neceſſe eſt illi ſeminata excipere. Et genita ſuſtinere. Sed in maliſ generantium noxa eſt. Illa ſerpentẽ homine ꝑcuſſo nó recipit ampliuſ. penaſq; etiam inertiũ nomine exigit. Illa medicaſ fundit herbaſ. & ſemper homini parturit. Quin & uenena noſtri miſerta inſtituiſſe credi poteſt: ne in tedio uite dire famiſ morſ terre meritiſ alieniſſima lenta noſ conſumeret tabe ne lacerum corpuſ abrupta diſpergerent. ne laquei torqueret pena prepoſtera: incluſo ſpiritu cui quereretur exituſ.ne in profundo queſita morte ſepultura pabulo fieret.ne fieri cruciatuſ ſcinderet corpuſ. Ita eſt:miſerta genuit id: cuiuſ facillimo hauſtu illibato corpore & cũ toto ſãguine extĩgueremur nullo labore ſicientibuſ ſimileſ. Quo taliter defunctoſ: non uolucreſ non fere attingerent terreq;

ſeruaretur: qui ſibi ipſe periſſet. Et ut uerum fateamur: terra nobiſ malorũ remediũ genuit noſ illud uite fecimuſ uenenum noſ enim & ferro quo carere non poſſumuſ ſimili mode utimur. Nec tamen queremur merito etiam ſi maleficii cauſa tuliſſet. Aduerſuſ unam quippe nature partem ingrati ſumuſ quaſi que non ad deliciaſ quaſq; non ad contumeliaſ ſeruiat homini. In maria iacitur: ut freta admittamuſ: eruitur aquiſ. ferro. ligno. igne. lapide. fruge. Omnibuſ cruciatᷓ horiſ multoq; pluſ ut deliciiſ q̃ ut alimentiſ noſtriſ famuletur. Illa tamen que ſumma patiatur atq; extrema cute tollerabilia uidentur. Penetramuſ in uiſcera: auri argentiq; uenaſ & eriſ ac plumbi metalla fodienteſ. gemmaſ etiam & quoſdam paruuloſ querimuſ lapideſ ſcrobibuſ in profundum actiſ. Viſcera eiuſ extrahimuſ ut digito geſtetur gemma: quam petimuſ. Quot manuſ atteruntur: ut unuſ niteat articuluſ? Si ulli eſſent Inferi: iam profecto illoſ auaricie atq; luxurie cuniculi refodiſſent. Et miramur ſi eadẽ ad noxa genuit aliqua. Fere enim credo cuſtodiunt illam. arcentq; ſacrilegaſ manuſ. nonne inter ſerpenteſ fodimuſ? Et uenaſ auri tractamuſ cũ ueneni radicibuſ? Placatiore tamen dea utimur ob hoc ꝙ omneſ hi opulentie exituſ ad ſcelera cedeſq; & bella tendunt. queq; ſanguine noſtro rigamuſ: inſepultiſ oſſibuſ tegimuſ. Quibuſ tamen uelut exprobrato furore tandem ipſa ſe obducit. & ſcelera quoq; mortalium occultat. Inter crimina ingrati animi & hoc dixerim: ꝙ naturam eiuſ ignoramuſ.

CAP. LXVI. De Forma terræ.

e St autem figura prima de qua conſenſuſ iudicat. orbem certe dicimuſ terre. globũq; uerticibuſ includi fatemur. Neq; enim abſoluti orbiſ eſt forma in tanta montium excelſitate. tanta camporum planitie. ſed cuiuſ amplexuſ ſi cuncta linearũ comprehendantur ambitu figuram abſoluti orbiſ efficiat. id quod ipſa rerum nature cogit ratio: non eiſdem cauſiſ quaſ attulimuſ in celo. nanq; in illo caua in ſe cõuexitaſ uergit. & cardini ſuo hoc eſt terre undiq; incumbit hec ut ſolida atq; cõferta aſſurgit intumeſcenti ſimiliſ extraq; portenditur. Munduſ in centrum uergit. At terra exit a centro: immenſum eiuſ globum in formam orbiſ aſſidua circa eam mundi uolubilitate cogente.

CAA. LXVII. De Antipodibuſ: an ſint.

i Ngenſ hic pugna litterarum contraq; uulgi opinionem circumfundi terre holeſ undiq; conuerſiſq; inter ſe pedibuſ ſtare & cunctiſ ſimilem eſſe celi uerticem. ac ſimili modo ex quacunq; parte mediam calcari. illo querente cur non decidant. cõtra ſiti. tanq̃ nõ & ratio preſto ſit: ut noſ nõ decidere mirentᷓ illi. Interuẽit ſentẽtia q̃uiſ indocili probabiliſ turbe in equali globo etſi ſit figura pinee nuciſ nihilominuſ terram undiq; incoli. Sed qd hoc refert? alio miraculo ex oriente pendere ipſoſ ac nõ cadere nobiſcum ceu ſpirituſ uiſ mundo preſertim incluſi dubium ſit: an poſſit cadere: natura repugnante. & quo cadat negante nam ſicut ignium ſedeſ non eſt niſi in ignibuſ aq̃rũ niſi in aquiſ: ſpirituſ niſi in ſpiritu: ita terre: arcentibuſ cunctiſ niſi in ſe locuſ non eſt. Globum tamen effici mirum eſt in tanta planitie mariſ campoꝝq; cui ſententie adeſt Dicearchuſ uir in primiſ eruditus Regum cura permenſuſ mõteſ ex quibuſ altiſſimũ prodidit Pelion. M. CC. L. paſſuum ratione perpendiculi nullam eſſe eam portionem uniuerſitatiſ colligenſ. Mihi incerta hec coniectatio uidetur haud ignaro quoſdam alpiũ ucrticeſ longo tractu nec breuiore quinquaginta milibuſ paſſuũ aſſurgere. Sed uulgo maxime hæc pugna eſt: ſi coactam in uerticem aquarũ quoq; figurã credere cogatur. At qui non aliud in rerũ nature aſpectu manifeſtiuſ. Nanq; dependenteſ ubique gutte paruiſ globantur orbibuſ. Et pulueri illate frondiũq; lanugini impoſite

Dicearchus

Pelion Mons

abſoluta rotunditate cernunt̄. Et in poculiſ repletiſ media maxīe tumēt. Quaꝓpter ſubtilitate humoriſ molliciaq; in ſe reſidente ratione faciliuſ q̄ uiſu deprehenduntur. Idq; etiam magiſ mirum : in poculiſ repletiſ addito humore minimo circūfluere quod ſuperſit. contra euenire pōderibuſ additiſ ad uicenoſ ſepe denarioſ. Scilicet qa intuſ recepta liquorem in uerticem attollant: ut cumulo eminente infuſa dilabant̄. Eadem eſt cauſa propter quam e nauibuſ terra non cernatur e nauium maliſ conſpicua. Ac ꝓcul recedente nauigio. ſiquid quod fulgeat : religetur in Mali cacumine: paulatim deſcendere uideatur. & poſtremo occultetur. Deniq; oceanuſ quem fatemur ultimum qua nam alia figura cohæret : atq; non decidit? nullo ultra margine includente? Ipſū id ad miraculum redit quonam modo etiam ſi globetur extremum non decidat mare? contra quod ut ſint plana maria: & qua uidentur figura non poſſe id accidere: magno ſuo gaudio magnaq; gloria inuentoreſ Greci docent ſubtilitate geometrica. Nanq; cum e ſublimi in inferiora queq; ferantur: & ſi hic natura conſenſuſ: nec quiſq̄ dubitet in littore ullo acceſſiſſe eaſ. q̄ longiſſime deuexitaſ paſſa ſit : procul dubio apperet quo quid humiliuſ ſit propiuſ centro eſſe terræ : omneſq; lineaſ que emittantur ex eo ad proximaſ aquaſ breuioreſ fieri: q̄ que ad extremū mare a primiſ aquiſ ergo totaſ: omniq; ex parte aquaſ uergere in centrum ideoq; non decidere quoniam in interiora nitantur. Quod quidem & ita formaſſe artifex natura credi debet: ut cū terra arida & ſicca conſtare per ſe ac ſine humore non poſſet: non rurſuſ ſtare aq̄: niſi ſubſtinēte terra: mutuo amplexu iungerentur. hac ſinuſ pandente: illa uero permeante totam: intra extra ſupra: ueniſ ut uinculiſ diſcurrentibuſ: atq; etiam in ſummiſ iugiſ erūpente quo ſpiritu acta & terre pondere expreſſa ſiphonum modo emicat tātumq; a ꝑiculo decidendi abeſt: ut in ſumma queq; & altiſſima exiliat: Qua ratione manifeſtum eſt: quare tot fluminum cotidiano acceſſu maria non creſcant.

CAP. LXVIII. Quomō aqua ſit terræ innexa.

e St igitur in toto ſuo globo telluſ medio ambitu precincta circumfluo mari nec argumentiſ hoc inueſtigandum: ſed iam experimentiſ cognitum.

CAP. LXIX. De nauigatione mariſ & fluminū.

a gadibuſ columniſq; Herculiſ Hiſpanie & Galliaꝝ circuitu totuſ hodie nauigat̄ occidenſ. Septentrionaliſ uero oceanuſ maiore ex parte nauigatuſ eſt auſpiciiſ Diui Auguſti: Germaniam claſſe circūuecta ad Cimbrorum promontorium: & inde immenſo mari proſpecto aut fama cognito : ad Scythicam plagam & humore nimio rigentia. Propter quod minime ueriſimile eſt illic maria deficere : ubi uiſ humoriſ ſuperet. Iuxta uero ab ortu ex Indico mari ſub eodem ſidere parſ tota uergēſ in Caſpium mare pernauigata eſt Macedonum armiſ Seleuco atq; Antiocho regnantibuſ que Seleucida atq; Antiochida ab ipſiſ appellari uoluere. Circa Caſpiū quoq; multa Oceani littora explorata paruoq; breuiuſ q̄m totuſ hinc aut illinc Septentrio eremigatuſ. Vt tamen coniecture locum ſic quoq; non relinquam : ingenſ argumentum paludiſ Meotice ſiue ea illiuſ Oceani ſinuſ ē ut multoſ aduerto credidiſſe ſiue auguſta ſinu diſcreti reſtagnatio. Alio latere Gadium ab eodem occidente: magna parſ Meridiani ſinuſ ambitu Mauritanie nauigatur hodie. Maiorem quidem eiuſ partem : & orientiſ uictorie magni Alexandri luſtrauere: uſq; in Arabicum ſinum. In quo reſ gerente. C. Ceſare Auguſti filio ſigna nauium ex Hiſpanienſibuſ naufragiiſ ferunt̄ agnita. Et Hanno Carthaginiſ potentia florente circunuectuſ a Gadibuſ ad finem Arabie nauigationem eam prodidit ſcripto. Sicut ad extera Europe noſcēda miſſuſ eodem tempore Himilco. Preterea Nepoſ Corneliuſ autor eſt Euduxum quendam

~~[illegible]~~

quonā igr pacto & qua ratiōe & quid probabile in huiuscemoi inquisitione dicemus? Principio id corpus qd mō aquam nominauimus, qn in solidam coercetur materiam, lapis & terra fieri videt. quando vero liquescit & diffluit, spiritus atq3 aer. item aer exustus ignis efficit. Ignis extinctus & corpulentior factus aerem creat. Rursus crassior factus aer in= nebulas nubesq3 conuertit. His et magis compressis pluuiæ defluunt: Ex aqua rursus terra lapidesq3 gignunt. Atq3 ita videmus hæc oīa circuitu quodam sibi inuicem vires fomentaq3 generationis vicissim tribuere. quæ cū nunq3 eadem appareant pmanere, quisnā sine rubore redargutionisq3 suspitione poterit istorū aliquid unū potius q3 aliud dicere certe ac firmiter appellare? nemo certe. quare tutissimus in his dicendi loquendi modus. Hoc qd semp aliter atq3 aliter formatū videt, ex plerunq3 inx ignis effigiem, nō est utiq3 ignis hoc aliquid, sed tale, id est igneum quiddam. Nec aqua hoc aliquid, sed tale quid. i. aqueum. nec aliud quicq3 velut ullam habens stabilitatem. Denique nec pronominibus illis hæc signanda sunt, quibus in rei cuiuslibet demonstratione, cū hoc vel illud dicimus, uti solemus. Fugiunt. n. nec expectant vel eam demonstrationē, qua hoc & huius & huic designat, vel appellationē, qua de his tanq3 de existentibus & stabilibus dicitur. Igr huiusmoi oīa neq3 hoc neq3 illud sed tale potius, aut tale pp similitudinē aliquā appellare debemus, & igneū quiddā ubiq3 tale. Ac de ceteris quæ gignunt eodē pacto. At vero illud in quo fieri singula hæc videntur, ac deīn dissolui, solū his pronominibus, quibus hoc vel illud signamus, appellandū puto. – reliqua in Timeo Platonis ſua etate cum Lathyrum Regẽ fugeret Arabico ſinu egreſſũ Gadeſ uſq; peruectũ. Multoq; ante eũ Coeliuſ Antipater uidiſſe ſe q nauigaſſet ex Hiſpania in Ethiopiã commertii gratia. Idem Nepoſ de Septẽtrionali circuitu trahit. Q. Metello Celeri. C. Afranii in conſulatu College: ſed tum Gallie Proconſuli: Indoſ a Rege Sueuoꝝ dono datoſ: qui ex India cõmertii cauſa nauigianteſ tempeſtatibuſ eſſent in Germaniam abrepti. Sic maria circũfuſa undiq; diuiduo globo partẽ orbiſ auferunt nobiſ nec inde huc: nec hinc illo peruio tractu. Que contemplatio apta detegẽde mortaliũ uanitati poſcere uidetur ut totum hoc quicquid eſt: in quo ſinguli nihil ſatiſ eſt ceu ſubiectum oculiſ quantum ſit: oſtendam.

CAP. LXX. Que portio terræ habitet̃.

i Am primum inde mihi diſputari uidetur: cũ nulla portio ipſi decedat Oceano qui toto circundatuſ eſt medio & omneſ ceteraſ fundenſ recipienſq; aquaſ: & quicqd exit ĩ nubeſ ac ſidera tota tantæ magnitudiniſ ſpacio terra creditur habitari? improba & infinita debet eſſe tam uaſtæ moliſ poſſeſſio. Age ꝙ ex relicto pluſ abſtulit celum. Nam cum ſint eiuſ quinq; parteſ: quaſ uocant Zonaſ: infeſto rigore & eterno premitur gelu omne quicquid eſt ſubiectũ duabuſ extremiſ utrinq; circa uerticeſ hunc qui Septentrionum uocatur eumq; qui aduerſuſ illi Auſtrinuſ appellatur. Perpetua caligo utrobiq;. & alieno mulliorum ſiderum aſpectu malingna: ac pruina tantum albicanſ Lux uero media terrarum qua Soliſ orbita eſt: exuſta flammiſ: & cremata cominuſ uapore torretur. Circa quam due tantum inter exuſtam & rigẽteſ temperantur. Heq; ipſe inter ſe non peruie propter incendium ſideriſ. Ita terre treſ parteſ abſtulit celum. Oceani rapina in incerto eſt. Sed & relicto nobiſ una portio haud ſcio an etiam in maiore damno ſit. Idem ſiquidem Oceanuſ infuſuſ in multoſ ut dicemuſ ſinuſ: adeo uicino acceſſu interna maria allatrat ut centũ quindecim milibuſ paſſuum Arabicuſ ſinuſ diſtet ab Egyptio mari. Caſpiuſ uero. ccc. lxxv. milibuſ a Pontico. Idem interfuſuſ intrat per tot maria: quibuſ Africam Europam Aſiamq; diſpartit. Quantum terrarum occupet computetur etiam nunc menſura tot fluminũ tantarum paludum. Addantur & lacuſ & ſtagna. Iam elata in celum & ardua aſpectu quoq; iuga. Iam ſilue ualleſq; p̃rupte & ſolitudineſ & mille cauſiſ deſerta detrahant̃. He tot portioneſ terre immo uero ut plureſ tradidere mundi punctuſ neq; enim eſt aliud terra uniuerſa hec eſt materia glorie noſtre. Hec ſedeſ. Hic honoreſ gerimuſ Hic excercemuſ imperia. Hic opeſ cupimuſ. Hic tumultuatur humanũ genuſ. Hic inſtauramuſ bella etiam ciuilia: mutuiſq; cedibuſ laxiorẽ facimuſ terrã. Et ut publicoſ gentium furoreſ tranſeã hec in qua cõterminoſ pellimuſ furtoq; uicini ceſpitẽ noſtro ſolo affodimuſ: ut q latiſſime rura metatuſ fuerit ultraq; famã exegerit accolaſ quota terrarum ꝑte gaudeat uel cum ad menſuram auaritie ſue propagauerit quam tandem portionem defunctuſ eiuſ obtineat.

CAP. LXXI. Mediam eſſe mundi terram.

m Ediam eſſe mundi totiuſ terram haud dubiiſ conſtat argumentiſ. Sed clariſſime equinoctii paribuſ horiſ. Nam niſi in medio eſſet equaleſ dieſ nocteſq; habere non poſſe: deprehenderetur Dioptræ: uel maxime id confirmant: cum equinoctiali tempore ex eadem linea ortuſ occaſuſq; cernatur. Et ſolſticialiſ exortuſ per ſuã lineã brumaliſq; occaſuſ. Que accidere nullo modo poſſent niſi in centro ſita eſſet.

CAP. LXXII. De Sydeꝝ inæq̃litate:
& de Eclypſi & ubi & quare.

t Reſ autem circuli ſupradictiſ zoniſ implexi: inequalitateſ tempoꝝ diſtinguunt. Solſticialiſ a patre Singniferi excelſiſſima nobiſ ad Septentrionalem plagam uerſuſ. Contraq; ad aliū polum brumaliſ. Item medico ambitu Signiferi orbiſ incedēſ equinoctialiſ. Reliquorum que miramur cauſa in ipſiuſ terre figura eſt: quā globo ſimilem & cum ea aquaſ iiſdem intelligitur argumentiſ. Sic enim fit haud dubie ut nobiſ Septentrionaliſ plage ſidera nunq̄ occidant contra meridiane nunq̄ oriantur. Rurſuſq; hec ab illiſ non cernantur attollente ſe contra medioſ uiſuſ terrarū globo. Septentrioneſ non cernit Troglodytice & confiniſ Egyptuſ. Nec Canopū Italia & quā uocāt bereniceſ crinē. Itē quā ſub Diuo Auguſto cognoſauere Ceſariſ Thronō inſigniſ ibi ſtella. Adeoq; manifeſto aſſurgēſ faſtigio incuruatur ut Canopuſ quartā fere partem ſigni uniuſ ſupra terram eminere Alexandrie intuentibuſ uideat̄. Eadē a Rhodo terram quodammodo ipſam ſtringere. In Ponto omnino nō cernatur: ubi maxime ſublimiſ Septentrio. Idem a Rhodo abſconditur. Magiſq; Alexandrie. In Arabia Nouembri menſe prima uigilia occultuſ ſecūda ſe oſtēdit. In Meroe ſolſtitio ueſperi pauliſper apparet pauciſq; ante exortū Arcturi diebuſ pariter cū die cernit̄. Nauigantium hec maxime curſuſ deprehendunt in alia aduerſo in alia prono mari. ſubitoq; conſpicuiſ atq; ut e freto emergētibuſ que in anfractu pile latuere ſideribuſ. Neq; enim ut dixere aliqui munduſ hic polo excelſiore ſe attullit ut undiq; non cernatur hec ſidera. Verum hec eadem quibuſq; proximiſ ſublimiora creduntur eademq; demerſa longinquiſ. Vtq; nunc ſublimiſ in deiectu poſitiſ uidetur hic uertex: ſic in illam terre deuexitatem trāſgreſſiſ illa ſe attollunt reſidētibuſ que hic excelſa fuerāt: quod niſi in figura pile accidere non poſſet. Ideoq; defectuſ Soliſ ac Lune ueſptinoſ orientiſ incole non ſentiunt. Nec matutinoſ ad occaſum habitanteſ. Meridianoſ uero ſepiuſ. Nobili apud Arabiam Magni Alexādri uictoria Luna defeciſſe noctiſ ſcđa hora eſt prodita. Eademq; in Sicilia exorienſ. Soliſ defectum Vipſano & Fonteio Coſſ. qui fuere ante paucoſ annoſ factum pridie kalenđ. maiaſ Campania hora diei inter ſeptimam & octauam ſenſit. Corbulo Dux in Armenia: inter horā diei decimā & undecimam prodidit uiſum: circuitu globi alia aliiſ detegente & occultante. Quod ſi plana eſſet terra ſimul omnia apparerent cunctiſ nocteſq; non fierent inequaleſ. neq; aliiſ q̃ in medio ſitiſ paria duodecim horarum interualla cernerentur. que nunc non in omni parte ſimili modo congruunt.

CAP. LXXIII. Quæ ratio diurnæ luciſ in terriſ.

a Deo nec nox dieſq; q̃uiſ eadem toto orbi ſimul eſt oppoſitu globi noctem: aut ambitu diem afferēte. Multiſ hoc cognitum experim̄tiſ. In Africa Hiſpaniaq; turrium Annibaliſ. In Aſia uero propterpiraticoſ terroreſ ſimili ſpecularum preſidio excitato in quiſ prenuntiatoſ igneſ ſexta hora diei accenſoſ ſepe compertum ē tertia noctiſ a tergo ultimiſ uiſoſ. Eiuſdem Alexandri curſor Philonideſ ex Sicyone ad Elin mille & ducenta ſtadia nouem diei confecit horiſ indeq; q̃uiſ decliui itinere tertia noctiſ hora remenſuſ eſt ſepiuſ. Cauſa ꝙ eunti cum ſole iter erat eundemq; remeanſ obuium contrario preuertebat occurſu. Qua decauſa ad occaſum nauiganteſ: q̃uiſ breuiſſimo die uincunt ſpatia nucturne nauigationiſ ut Solem ipſum comitanteſ.

CAP. LXXIIII. Gnomica de eadē re: & de Horilogio p̄mo.

v Aſaq; horoſcopa non ubiq; eidem ſunt uſui: trecentiſ ſtadiiſ aut longiſſime etiā quingentiſ mutantibuſ ſemet umbriſ. Soliſ itaq; umbilici quem Gnomonem appellant umbra in Egypto meridiano tempre equinoctii die paulo pluſ q̃m dimidiam gnomoniſ mēſurā efficit. In urbe Roma nona parſ gnomioniſ deeſt ūbre. In oppido

Ancona ſupereſt quinta.xxx. In parte Italie que Venetia appellatur : eiſdē horiſ umbra gnomoni par fit.

CAP. LXXV. Vbi & quādo nulle umbræ.

s Imili modo tradunt in Syene oppido quod eſt ſupra Allexandriam quinq; milibuſ ſtadiorum ſolſticii die medio nullam umbram iaci. Puteumq; eiuſ expimēti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparere ſolem illi loco ſupra uerticem eſſe. Quod etiam in India ſupra flumen Hypaſin fieri tempore eodē. Oneſicrituſ ſcripſit. Conſtatq; in Berenice urbe Troglodytarum: & inde ſtadiiſ quattuor milibuſ octingentiſ.xx. eadem gente in Ptolemaide oppido quod in margine Rubri mariſ ad primoſ elaphantorum uenatuſ conditum eſt : hoc idem ante ſolſticium quadrageniſ quiniſ diebuſ totidemq; poſtea fieri & poſt eoſ nonagīta dieſ in meridiem umbraſ iaci. Rurſuſ in Meroe inſula que eſt caput gentiſ Ethiopum quinq; milibuſ ſtadiorum a Syene in amne Nilo habitatur biſ anno abſumi umbraſ Sole duodeuiceſimā Tauri partem : & quartamdecimam Leoniſ obtinente. In India gente Oreum monſ eſt Maleuſ nomine iuxta quem umbre eſtate in Auſtrum : hyeme ad Septentrionem iaciuntur. Quindecim tantum noctibuſ ibi apparet ſeptētrio. In Eadē India Pataliſ celeberrimo portu ſol dexter oritur umbre in meridiē cadunt. Septentrionem ibi Alexandro morante annotatum prima tantum noctiſ parte aſpici: Oneſicrituſ Dux eiuſ ſcripſit. Quibuſ in lociſ Indie umbre non ſint : Septentrionem non conſpici. & ea loca appellari Aſcia. nec horaſ dinumerari ibi.

CAP. LXXVI. Vbi biſ anno ūbræ: & ubi in cōtrariū.

a T in tota Troglodytice umbraſ biſ.xlu. diebuſ in anno : Erathoſteneſ in contrarium cadere prodidit.

CAP. LXXVII. Vbi lōgiſſimuſ dieſ: & ubi breuiſſimuſ.

s Ic fit ut uario luciſ incremento in Meroe longiſſimuſ dieſ duodecim horaſ equinoctialeſ: & octo parteſ uniuſ hore colligat. Alexandrie uero.xiiii. horaſ. In Italia.xv. In Britannia.xvii. Vbi eſtate lucide nocteſ haud dubie repromittunt id quod cogit ratio credi: ſolſticialibuſ diebuſ accedente Sole propiuſ uerticem mundi anguſto luciſ ambitu ſubiecto terre cōtinuoſ dieſ haberi ſeniſ mēſibuſ nocteſq; e diuerſo ad brumam remoto. Quod fieri in inſula Tile Pytheaſ Maſſilienſiſ ſcripſit. ſex dierum nauigatione in Septentrionem a Britannia diſtante. Quidam uero : & in Mona que diſtat a Camalduno Britannie oppido circiter ducentiſ milibuſ affirmāt.

CAP. LXXVIII. De Horologio..

v Mbrarum hanc rationem & quam uocāt Gnomonicen inuenit Anaximeneſ : Mileſiuſ: Anaximādri de quo diximuſ: & Thaletiſ diſcipuluſ. Primuſq; Horologium quod appellant Sciotericon: Lacedemone oſtendit.

CAP. LXXVIIII. Quomodo dieſ obſeruentur.

i Pſum diē alii aliter obſeruauere. Babilonii inter duoſ ſoliſ exortuſ. Athenienſeſ inter duoſ occaſuſ. Vmbri a meridie in meridiē. Vulguſ om̄e a luce ad tenebraſ Sacerdoteſ Romani & qui diem definiere ciuilem: item Egyptii & Hipparchuſ a media nocte in mediam. Minora autem interualla eſſe luciſ inter ortuſ ſoliſ iuxta ſolſtitia q̄m equinoctia apparet: quia poſitio ſigniferi circa media ſui obliquior eſt : iuxta ſolſtitium uero rectior.

CAP. LXXX. De differētiiſ gentiū & ratiōe.

c Ontexēda ſunt hiſ celeſtibuſ nexa cauſiſ. Nanq; Ethiopaſ uicini ſideriſ uapore torreri: aduſtiſq; ſimileſ gigni: barba & capillo uibrato nō eſt dubiū. Et aduerſa plaga mundi atq; glaciali candida cute eſſe genteſ flauiſ promiſſaſ crinibuſ. Truceſ uero ex celi rigore haſ & illaſ mobilitateſ habenteſ. Ipſorumq; crinium argumento illiſ in ſupera ſuccum reuocari natura uaporiſ. Hiſ in inferaſ parteſ depelli humore deciduo. Hic graueſ feraſ. Illic uariaſ effigieſ animalium ꝑuenire. Et maxĩe alitum. Et in multaſ figuraſ gigni uolucreſ. Corporum autẽ proceritatẽ utrobiq;: illic igniũ niſu: hic humoriſ alimento. Medio uero terre ſalubriſ utrinq; mixtura. Fertiliſ ad omneſ tractuſ: modicuſ corporum habituſ. Magna & in colore tẽperieſ. rituſ molleſ. ſenſuſ liquidoſ. ingenia fecunda: totiuſq; nature capacia. Iiſdem imperia que nunq̃m extimeſcẽtibuſ fuerint. ſicut ne ille qdem hiſ paruerint auulſæ ac perturbate nature.

CAP. LXXXI · De Motu terræ.

b Abyloniorum placita motuſ terre hyatuſq; & cetera omnia ui ſiderũ exiſtimãt fieri. Sed illoꝝ trium quibuſ fulmina aſſignant. Fieri autem hec meantiũ cum Sole aut congruẽtium: & maxima circa quadrata mundi. Preclara quedã & immortaliſ fuiſſe: ſi credimuſ: diuinitaſ perhibetur Anaximandro Mileſio Phyſico: quem ferunt Lacedemoniiſ predixiſſe: ut urbem ac tecta cuſtodirent inſtare enim motum terre. Et cum urbſ tota eorum corruit. Et Taygeti montiſ magna parſ ad formam pupiſ eminenſ abrupta cladem inſuper eam ruina preſſit. Perhibetur & Pherecydiſ Pythagore doctoriſ alia coniectatio ſed & alia diuina hauſtu aque e puteo preſenſiſſe ac predixiſſe ibi terremotum. Que ſi uera ſunt: quantum a deo tandem uideri poſſunt taleſ diſtare dum uiuant? Et hec quidẽ arbritrio cuiuſq; exiſtimanda relinquantur. Ventoſ in cauſa eſſe non dubium reor. Neq; enim unq̃ intremiſcunt terre niſi ſopito mari celoq; adeo tranquillo ut uolatuſ auiũ non pendeant ſubtracto omni ſpiritu qui uehit. Nec unq̃ niſi poſt uentoſ conditoſ ſcilicet in uenaſ & cauernaſ eiuſ occulto afflatu. Neq; aliud eſt in terra tremor q̃ in nube tonitruũ. Nec hiatuſ aliud q̃ cum fulmen erumpit incluſo ſpirito luctante: & ad libertatem exire nitente.

Motus terrę nuq̃ fit niſi aere tranq̃llo

CAP. LXXXII. De terræ hiatibuſ.

v Arie itaq; quatitur. & mira eduntur opera alibi proſtratiſ menibuſ alibi hiatu profũdo hauſtiſ: alibi egeſtiſ molibuſ: alibi emiſſiſ amnibuſ: nõnunq̃ etiã ignibuſ calidiſue fontibuſ: alibi auerſo fluminum curſu. Precedit uero comitaturq; terribiliſ ſonuſ aliaſ murmur ſimiliſ mugitibuſ aut clamori humano: armorumue pulſantium fragori: pro qualitate materie excipientiſ, formaq; uel cauernarum uel cuniculi per quem fit exituſ graſſante. In anguſto eodem rauco: In recuruiſ reſultante: In duriſ feruente. In humidiſ fluctuante & ſtagnantibuſ. Item feruente contra ſolida. Itaq; & ſine motu ſepe editur ſonuſ nec ſimplici modo quatitur unq̃m: ſed tremit uibratq;. Hiatuſ uero aliaſ remanet oſtendenſ que ſurbuit. aliaſ occultat ore cõpreſſo rurſuſq; ita inducto ſolo ut nulla ueſtigia extent urbibuſ plerunq; deuoratiſ agroꝝq; tractu hauſto. Maritima autem maxime quateuntur. Nec montoſa tali modo carent. Exploratum eſt mihi Alpeſ Apenninaſ ſepiuſ tremuiſſe. Et Autumno ac Vere terre crebriuſ mouentur. Sicut fiunt fulmiua. Ideo Galie & Egyptuſ minime quatiuntur: quoniam hic eſtatiſ cauſa obſtat. illic hyemiſ. Item noctu ſepiuſ q̃ interdiu. Maximi autẽ futuri ſigna motuſ exiſtunt hii matutini ueſpertiniq;. ſed ꝓpinqua luce crebri. Interdiu autem circa meridiem fiunt. Et Soliſ Luneq; defectu. quoniam tẽpeſtateſ tunc ſopiuntur. Precipue uero cum ſequitur hymbrem eſtuſ. Hymbreſue eſtum.

Vere & autũno cr
brius fiũt mot⁹ terr

CAP. LXXXIII. Signa futuri motuſ.

n Auigantes uero ſentiunt non dubia coniectura ſiue flatu intumeſcente fluctu ſubito aut q̃tiente icti. Intremunt uero & in manibuſ poſita eque q̃ in edificiiſ

innanibus

crepituq; prenuntiant. Quin & uolucreſ non impauide ſedent. Eſt & in celo ſignum ꝓceditq; motu futuro aut ĩterdiu aut paulo poſt occaſũ ſereno ceu tenuiſ linee nubiſ in longum porrecte ſpatium. Eſt & in puteiſ turbidior aqua. nec ſine odoriſ tedio.

CAP. LXXXIIII. Auxilia cõtra motuſ futuroſ.

s Icut & in iiſdẽ eſt remediũ quale cloace & crebri ſpecuſ prebẽt ꝓconceptũ enim ſperitũ exhalant qđ in certiſ notat᷑ oppidiſ que minuſ quatiũtur crebriſ ad purgandam eluuiem cuniculiſ cauata. Multoq; ſunt tutiora in iiſdem illiſ qui pendent: ſicut Neapoli in Italia intelligitur: parte eiuſ que ſolida eſt ad taleſ caſuſ obnoxia. Tutiſſimi ſunt edifitiorum fornices anguli quoq; parietum poteſq; alterno pulſu renitente. Et latere terreno facti parieteſ minore noxa quatiũtur. Magna differẽtia eſt & in ipſo genere motuſ. pluribuſ ſiquidem modiſ quatitur. Tutiſſimum eſt cum uibrat criſpante edificiorũ crepitu. Et cũ intumeſcit aſſurgenſ alternoq; motu reſidet innoxium. Et cum concurrentia tecta contrario ictu arietant: quoniam alter motuſ alteri renitit᷑. Vndantiſ inclinatio & fluctuſ more quedã uolutatio infeſta eſt. Aut cum in unam partem totuſ ſe motuſ impellit. Deſinunt aũt tremoreſ cũ uẽtuſ emerſit. Sin uero durauere non ante quadraginta dieſ ſiſtuntur. Plerumq; & tradiuſ: utpote cum quidam annuo & biennii ſpatio durauerint.

CAP. LXXXV. Portẽta terrarum ſemel uiſa.

f Actum eſt & hoc ſemel quod equidem in Etruſce diſcipline uoluminibuſ inueni ingenſ terrarum portentum. L. Martio. Sex. Iulio Conſſ. in agro Mutinenſi nanq; monteſ duo inter ſe concurrerunt crepitu maximo aſſultanteſ recedẽteſq; inter eoſ flamma fumoq; in celũ exeunte interdiu ſpectante e Via Emilia magna Equitũ Romanorum familiariumq; & uiatorum multitudine. Eo concurſu uille omneſ eliſe. Animalia permulta que intra fuerant exanimata ſunt: anno ante Sotiale bellũ quod haud ſcio an funeſtiuſ ipſi terre Italie fuerit q̃ ciuile. Non minuſ mirum oſtentum & noſtra cognouit etaſ: anno Neroniſ Principiſ ſuꝑmo: ſicut in rebuſ eiuſ expoſuimuſ pratiſ oleiſq; intercedente Via publica in cõtrariaſ ſedeſ tranſgreſſiſ in agro Marrucino preduſ Vectii Marcelli equitiſ Romani reſ Neroniſ procurantiſ.

CAP. LXXXVI. Miracula terræ motuſ.

f Iunt ſimul cum terremotu & inundationeſ mariſ eodem uidelicet ſpiritu infuſi. aut reſidentiſ ſinu recepti. Maximuſ terre memoria mortalium extitit motuſ Tyberii Ceſariſ Prĩcipatu. xii. urbibuſ Aſie una nocte proſtratiſ. Creberrimuſ punico bello intra eundem annum ſeptieſ atq; quinquagieſ nuntiatuſ Romam. Quo quidem anno ad Thraſimenum lacum dimicanteſ maximum motum neq; poeni ſenſere nec Romani. Nec uero ſimplex malum aut in ipſo tantum motu periculum eſt: ſed par aut maiuſ oſtentum. Nunq̃m Vrbſ Roma tremuit ut non futuri euentuſ alicuiuſ id pronuntium eſſet.

Vrbis terremotus.

CAP. LXXXVII. Quibuſ lociſ maria receſſerint.

Adem naſcentium cauſa terrarũ eſt: cum idem ille ſpirituſ adtollendum potenſ ſolo non ualet erumpere. Naſcuntur enim. nec fluminum tantum inuectu ſicut Echinadeſ inſule: ab Acheloo amne conuecte. maiorq; parſ Egypti a Nilo: in quam a Pharo inſula noctiſ & diei curſũ fuiſſe Homero credimuſ. Nec receſſu mariſ ſicut idẽ Circeiſ. Quod accidiſſe & in Ambratie portu decẽmiliũ paſſuũ ĩteruallo: & Athenienſiũ quinq; miliũ ad Pireũ: memorat᷑. Et Epheſi ubi quõdã edẽ Diane allubebat. Herodoto qdẽ ſi credimuſ mare fuit ſupra Memphin uſq; ad Ethiopũ mõteſ. Itẽq; a planiſ Arabie mare circa Ilium & tota Teuthranie: quaq; cãpoſ intulerit Meander.

CAP. LXXXVIII· De Ratiõe Inſulaꝝ naſcentiũ.

Aſcuntur & alio modo terre : ac repente in aliquo mari emergunt uelut paria ſecum faciente natura queq; hauſerit hiatuſ alio loco reddente.

CAP. LXXXIX. Que inſulæ qbuſ tẽporibuſ natæ ſint.

Lare iam pridem inſulæ Deloſ & Rhodoſ memorie produntur enate. Poſtea minoreſ ultra Melo. Anaphe. Inter lemnum & Helleſpontum Nea. Inter Lebedũ & Theon Alõe. Inter Cycladaſ Olympiadiſ. c. xxxv. ãno quarto Thera & Theraſia. Inter eaſdem poſt annoſ. c. xxx. Hiera: eademq; Automate. Et ab ea duobuſ ſtadiiſ poſt annoſ. c. x. in noſtro euo. M. Iunio Syllano. &. L. Balbo Coſſ. ad. viii. Iduſ Iulii Thia.

CAP. XC. Quaſ terraſ interruperint maria.

Nte noſ & iuxta Italiã inter Eoliaſ ĩſulaſ. Itẽ iuxta Cretã emerſit e mari mille quingentum paſſuum una. Cum calidiſ fontibuſ altera: Olympiadiſ. cxliii. ãno tertio in Thuſco ſinu flagranſ hec uiolẽto cum flatu. Prodit̃ quoq; memorie magnã circa illam multitudinem piſcium fluuitantem confeſtim exſpiraſſe quibuſ ex iiſ cibuſ fuiſſet. Sic & Pythecuſaſ in Campano ſinu ferunt ortaſ. Mox in iiſ montem Epopõ cum repente flamma ex eo emicuiſſet campeſtri equatũ planitie. In eadem & oppidũ hauſtum profundo. Alioq; motu terre ſtagnum emerſiſſe. Et alio prouolutiſ mõtibuſ inſulam extitiſſe Prochitam. Nanq; & hoc modo inſulaſ rerum natura fecit. Auellit Siciliam Italie. Cyprum Syrie. Euboeam Boetie. Euboee Atlantem & Macriam. Belbicum Bithynie. Leucoſiam Syrenum promontorio.

CAP. XCI. Que Inſulæ Continenti adiunctæ.

Vrſuſ abſtulit inſulaſ mari: iũxitq; terriſ. Antiſſam Leſbo. Zephyrium Halicarnaſo. Ethuſã Mindo. Domiſton & pernẽ Mileto. Arthemiſiã Parthenio promontorio. Hybanda quondam inſula Ionie. cc. nunc a mari abeſt ſtadiiſ. Syritẽ Epheſuſ in mediterranea habet Deraſidaſ & Sophoniam uicinam ei Magneſia. Epidauruſ & Oricon inſule eſſe deſierunt.

CAP. XCII. Quæ inſulæ motu terre in mare ꝑmutatæ.

N totum abſtulit terraſ. Primum omnium ubi Atlanticum mare eſt: ſi Platoni credimuſ: in medio ſpatio. Mox interno: que uidemuſ hodie merſam Acarnaniã Ambracio ſinu. achaiam Corinthio. Europam aſiamq; propontide & ponto. Ad hoc perrupit mare Leucada. Anthirrhum. Helleſpontum. Boſphoroſ duoſ.

CAP. XCIII. Quæ terræ ipſe Sorbuerunt.

Tq; ut ſinuſ & ſtagna pretercam ipſa ſe condenſ terra deuorauit. Cybotum altiſſimum montem cum oppido Curite. Syphilũ in Magneſia. Et priuſ in eodẽ loco clariſſimã urbem: que Tantaliſ uocabatur. Galaniſ & Calanieſ urbium in phoenice agroſ. Et cum ipſiſ Phegium Ethiopie iugum excelſiſſimum. Tanq̃ non infida graſſarentur & littora.

CAP. XCIIII. Quæ urbeſ hauſtæ ſunt a mari.

Yrrham & antiſtam circa Meotin pontuſ abſtulit. Elicen & Buram ſinuſ Corinthiuſ quarum in alto ueſtigia apparẽt. Ex inſula Eea ampliuſ. xxx. milia paſſuum abrupta ſubito cum plurimiſ mortalium rapuit. Et in Sicilia dimidiã Tindarida urbem ac quicquid ab Italia deeſt. Similiter in Boetia & Eleuſina.

CAP. XCV. De Piaculiſ.

Otuſ enimuero terre ſileantur & quicquid eſt: ubi ſaltem buſta urbium extant ſimul ut terre miracula potiuſ dicamuſ q̃ ſcelera nature. Et hercule non celeſtia

II

enarratu difficiliora fuerint. Metallorum opulentia tam uaria tam diueſ tam fecũda tot ſeculiſ ſuborienſ cum tantum cotidie orbe toto populentur igneſ ruine naufragia bella fraudeſ. tantum uero luxuria & tot mortaleſ conterant. Gemmarum pictura tã multiplex. Lapidum tam diſcoloreſ macule. Interq; eoſ candor alicuiuſ preter lucem omnia excludenſ. Medicatorum fontium uiſ. Ignium tot lociſ emicantium perpetua tot ſeculiſ incendia. Spirituſ letaleſ alibi: aut ſcrobibuſ emiſſi : aut ipſo loci ſitu mortiferi. Alibi uolucribuſ tant: umut Soracte uicino Vrbi tractu. Alibi preter hoĩem ceteriſ animantibuſ. Nonnunq̃ & homini ut in Sinueſſano agro & Puteolano ſunt que ſpiracula alii uocant. alii Caroneaſ ſcrobeſ mortiferũ ſpiritum exhalanteſ. Item in Hirpiniſ Amſanti ac Mephitiſ eundem locum: quẽ qui intrauere moriunt̃. Simili modo Hierapoli in aſia Matriſ Magne tantum ſacerdoti innoxiumũ. Alibi fatidici ſpecuſ quorum exhalatione temulenti futura precinunt : ut Delphiſ nobiliſſimo oraculo. Quibuſ in rebuſ quid poſſit aliud cauſe afferre mortalium quiſpiam q̃ diffuſe per omne nature ſubinde aliter atq; aliter numen erumpenſ?

CAP. XCVI. De Terriſ ſemper trementibuſ.

Vedam uero terre ad ingreſſuſ tremunt: ſicut in Gabinenſi agro non proccul Vrbe Roma iugera ferme ducenta equitantium curſu. Similiter in Reatino.

CAP. XCVII. De inſuliſ ſemper fluctuantibuſ.

Veam inſule ſemper fluctuant ſicut in agro Cecubo. Et eodẽ Reatino. Mutinenſi. Stationẽſi. In Vadimoniſ lacu. Et ad Cutiliaſ aquaſ opaca ſilua : que nunq̃ die ac noctu eodem loco uiſitur. In Lydia aque uocantur Calamine: nõ uentiſ ſolum: ſed etiam contiſ uel quolibet impulſu multorum ciuium Mitridatico bello ſaluſ. Sunt & in Nympheo parue ſaltareſ dicte : quoniam in Symphonie cantu ad ictuſ modulantiũ pedũ mouent̃. In Tarquiniẽſi lacu magno Italie duo nemora circũferũt̃ nunc triquetram figuram edenteſ : nunc rotundam complexu uentiſ impellentibuſ. Quadratam nunq̃m.

CAP. XCVVIII. Quibuſ in terriſ non pluat : & aceruata terraꝝ miracula: & cæteroꝝ elemẽtorum.

c Elebre fanum habet Venetiſ Paphoſ in cuiuſ quadam area non pluit. Item in Nea oppido Troadiſ circa ſimulacrum Minerue. In eodem relicta ſacrificia nõ putreſcunt. Iuxta Narpaſa oppidum Aſie cauteſ ſtat horrenda: uno digito mobiliſ, Eadem ſi toto corpere impellatur: reſiſtenſ. In Taurorũ poeninſula in ciuitate Paraſino terra eſt qua ſanantur omnia uulnera. At circa aſon Troadiſ lapiſ naſcitur: quo conſumuntur omnia corpora : Sarcophaguſ uocatur . Duo ſunt monteſ iuxta flumen indum. Alteri natura eſt ut ferrum omne teneat. Alteri ut reſpuat. Itaq; ſi ſint claui in calciamento ueſtigia auelli in altero non poſſe. In altero ſiſti. Locriſ & Crotone peſtilentiam nunq̃ fuiſſe, nec ullo terremotu laboratum ; annotatum eſt. In Lycia uero ſemper a terremotu. xl. dieſ ſerenoſ eſſe. In agro Harpauo frumentum ſatum nõ naſcitur. ad araſ mutiaſ in Veiente & apud Thuſculanũ & in ſilua Ciminia loca ſunt: in quibuſ in terram depacta non extrahuntur. In Cruſtumino natũ fenũ ibi noxium: extra ſalubre eſt. Et de aquarum natura complura dicta ſunt.

Sarcophagus Lapis .

Locris & Crotone nunq̃s pestilentia Laboratum .

CAP. XCIX. Qua ratiõe æſtuſ mariſ accedãt & recedãt.

Ed eſtuſ mariſ accedere & reciprocare maxime mirum eſt pluribuſ qbuſ modiſ accidit. Verum cauſa in Sole Lunaq;. Biſ inter duoſ exortuſ Lune affluunt. Biſq; remeant. uiceniſ q̃terniſq; ſemper horiſ. Et primum attollenteſ ſe cũ ea & mũdo intumeſcenteſ. Mox a meridiano celi faſtigio uergente in occaſũ reſidẽteſ. Ruſuſq;

ab occaſu ſubter ad celi ima & meridiano contraria accedente inundanteſ. Hic donec iterũ exoriantur ſe ſorbenteſ. Nec unq̃ eodem tẽpore quo pridie refluit: ut ancillãte ſidere trabenteq; ſecum auido hauſtu maria: & aſſidue aliunde q̃m pridie exoriente paribuſ tamen interuallis reciprociſ. Seniſq; ſemper horiſ nõ cuiuſq; diei aut noctiſ aut loci: ſed ab equinoctialibuſ ideoq; inequaleſ uulgarium horarum ſpatio ut cumq; plureſ in eaſ aut diei aut noctiſ illarum menſure cadunt: & eqnoctio tantum pareſ ubiq;. Ingenſ argumentum plerunq; luciſ ac uiciſ etiam diurne hebeteſ eſſe q negẽt ſubtermeare ſidera: ac rurſuſ eadem reſurgere. ſimilemq; terriſ immo uero uniuerſe nature & inde faciem in iiſdem ortuſ occaſuſq; operibuſ non aliter ſub terra mãifeſto ſideriſ curſu: alioue effectu q̃ cum preter oculoſ noſtroſ feratur. Multiplex etiamnũ Lunariſ differentia. Primũq; ſepteniſ diebuſ. Quippe modici noua ad diuiduã eſtuſ Plenioreſ ab ea exundant. Plenaq; maxĩe feruent. Inde miteſcunt. Pareſ ad ſeptimã primiſ. Iterumque alio latere diuidua augentur. In coitu ſoliſ pareſ. Plane eadem aquilonia & a terriſ lõgiuſ recedẽte mitioreſ: q̃ cum in auſtroſ degreſſa propiore niſu uim ſuam exercet. Per octonoſ quoq; annoſ ad principia motuſ & paria incremẽta centeſimo Lune reuocantur ambitu augẽte ea cuncta Soliſ ãnuiſ cauſiſ duobuſ eqnoctiiſ maxime tumẽteſ & autumnali ampliuſ q̃ uerno. Inaneſ uero bruma & magiſ ſolſtitio. Nec tamen in ipſiſ quod dixi temporũ articuliſ: ſed pauciſ poſt diebuſ ſicuti neq; in plena aut nouiſſima ſed poſtea nec ſtatim ut lunã mũduſ oſtendat: occultetue aut media plaga declinet: uerum fere duabuſ horiſ equinoctialibuſ ſeriuſ. tardiore ſemper ad terraſ omnium que geruntur in celo effectu cadente q̃ uiſu ſicuti fulguriſ & tonitrui & fulminũ. omneſ enim eſtuſ in Oceano maiora integunt ſpatia inũdantq; q̃ in reliquo mari ſiue quia totum in uniuerſitate animoſiuſ eſt: q̃m in parte ſiue quia magnitudo aperta ſideriſ uim laxe graſſantiſ efficaciuſ ſentit eandẽ ãguſtiiſ arcẽtibuſ Qua de cauſa nec lacuſ ne amneſ ſimiliter mouentur. Octogeniſ cubitiſ ſupra Britãniam intumeſcere eſtuſ Pytheaſ Maſſilienſiſ autor eſt. Interiora autem maria terriſ clauduntur ut portu. Quibuſdã tamen in lociſ ſpatioſior laxitaſ ditioni paret: utpote cum plura exempla ſunt in tranquillo mari nulloq; uelorum impulſu tertio die ex Italia peruectorum Uticam eſtu feruente. Circa littora autem magiſ q̃m in alto deprehenduntur hi motuſ quoniam & in corpore extremo pulſum uenarum: id eſt ſpirituſ: magſ ſentiunt.

CAP. C. Ubi æſtuſ extra rationem.

N pleriſq; tamen eſtuariiſ propter diſpareſ ſiderum in quoq; tractu exortuſ diuerſi exiſtunt eſtuſ: tempore non ratione diſcordeſ: ſicut in Syrtibuſ. Et quorundam tamen priuata natura eſt: uelut Tauromimtani Euripi. Sepiuſ: & in Euboea ſeptieſ die ac nocte reciprocanteſ. Eſtuſ idẽ triduo in menſe conſiſtit ſeptima octaua: nonaq; luna. Gadibuſ qui eſt delubro Herculiſ proximuſ fonſ incluſuſ ad putei moduum: aliaſ ſimul cum Oceano augetur: minuiturq;. Aliaſ uero utrunq; cõtrariiſ temporibuſ. Eodẽ in loco alter Oceani motibuſ conſentit. In ripa Betiſ oppidũ eſt cuiuſ putei creſcente eſtu minuuntur. Augeſcunt decedente. Mediiſ temporum immobileſ. Eadẽ natura in hiſpali oppido uni puteo: ceteriſ uulgariſ. Et pontuſ ſemp̃ extra meat in Propontidem introrſſuſ in pontum nunq̃ refluo mari.

CAP. CI. Miracula mariſ.

Mnia plenilunio maria purgantur. Quedam & ſtato tempore. Circa Meſſanã & Milyaſ fimo ſimilia expuuntur in littuſ purgamenta. Unde fabula: Soliſ boueſ ibi ſtabulari. Hiſ addit: ut nihil: quod equidem nouerim: preterea: Ariſtoteleſ nullum animal niſi eſtu recedente expirare affirmat. Obſeruatũ id multũ in Gallico Oceano & duntaxat in homine compertum.

CA P. CII. Que poteſtaſ lunæ & terrena & marina.

V æuera coniectura exiſtit haud fruſtra ſpiritum ſiduſ Lune exiſtimari. Et hoc eſſe quod terraſ ſaturet. accedenſq; corpora impleat abſcedenſ inaniat. Ideo eum incremento eiuſ augeri conchylia. Et maxime ſpiritum ſentire: quibuſ ſanguiſ non ſit. Sed & ſanguinem hominum etiam cũ lumine eiuſ augeri ac minui. Frondeſ quoq; & pabula: ut ſuo loco dicetur ſentire. In omnia eadem penetrante ui.

CAP. CIII. Que poteſtaſ ſoliſ: & quare ſalſũ mare.

Taq; Soliſ ardore ſiccatur liquor & hoc eſſe maſculum ſiduſ accepimuſ torrenſ cuncta ſorbenſq;. Sic mari late patenti ſaporẽ in coqui ſaliſ aut quia exhauſto inde dulci tenuiq; quod facillime trahat uiſ ignea: omne aſperiuſ craſſiuſq; liquatur. Ideo ſummam equorum aquam dulciorem profunda. Hanc eſſe ueriorẽ cauſã aſperi ſaporiſ q̃ ꝙ mare terre ſudor ſit eternuſ. Aut quia plurimum ex arido miſceatur illi uapore. Aut quia terre natura medicataſ aquaſ inficiat. Eſt in exempliſ Dyonyſio Sicilie tyranno cum pulſuſ eſt ea potentia accidiſſe prodigium: ut uno die in portu dulceſceret mare.

CAP. CIIII. De Natura Lunæ.

Contrario ferunt Lune femineum ac molle ſiduſ. Atq; nocturnum ſoluere humorem. Et trahere: non auferre. Id manifeſtum eſt: ꝙ ferarum occiſa corpora in tabem uiſu ſuo reſoluat. Sumnoq; ſopitiſ torporem contractum in caput reuocet. Glaciem refundat. Cunctaq; humifico ſpiritu laxet. Ita pẽſari nature uiceſ. Sempq; ſufficere: aliiſ ſiderum elementa cogentibuſ aliiſ uero fundentibuſ. Sed in dulcibuſ aquiſ Lune alimentum eſſe ſicut in mariniſ Soliſ.

CAP. CV. Vbi altiſſimum mare.

Ltiſſimum mare. xv. ſtadiorum Fabianuſ tradit. Alii in Ponto ex aduerſo Coraxoꝝ gentiſ uocant Bathea Ponti: trecentiſ feri a continenti ſtadiſ immenſã altitudinem mariſ tradunt uadiſ nunq̃ repertiſ.

CAP. CVI. Miracula fõtium aquaꝝ & fluminũ.

Irabiliuſ id faciunt aque dulceſ iuxta mare ut fiſtuliſ emicanteſ nam nec aquaꝝ natura a miraculiſ ceſſat. Dulceſ mari inuehuntur leuioreſ haud dubie. Ideo & marine quarum natura grauior magiſ inuecta ſuſtinent. Quedã uero & dulceſ inter ſe ſupermeant aliaſ. Vt in Fucino lacu inuectuſ amniſ. In Lario Addua. In Verbano Ticinuſ. In Benaco Minciuſ. In Seuinno Oliuſ. In Lemanno Rhodanuſ. Hi tranſ Alpeſ ſuperioreſ in Italia multorum milium tranſitu hoſpitaleſ ſuaſ tantum nec largioreſ q̃ intulere aquaſ euehenteſ. Proditũ hoc & in Oronte amne Syrie multiſq; aliiſ. Quidam uero odio mariſ ipſa ſubeunt uada: ſicuti Arethuſa fonſ Syracuſanuſ in quo reddũtur iacta in Alpheum qui per Olympiam fluenſ Peloponneſiaco littori infunditur. Subeunt terraſ rurſuſq; redduntur. Lycuſ in Aſia. Eraſinuſ in Argolica. Tigriſ in Meſopotamia. Et que in Eſculapii fonte Atheniſ merſa ſunt in Phalerico redduntur. Et in Atinate campo fluuiuſ merſuſ poſt. xx. milia paſſuum exit. Et in Aquileienſi Timauuſ. Nihil in Alſphaltite Iudee lacu qui bitumen gignit: mergi poteſt. Nec in Armenie maioriſ Arithiſſo iſ quidem nitroſuſ piſceſ alit. In Salentino iuxta oppidum Manduriam lacuſ ad margineſ plenuſ neq; exhauſtiſ aquiſ minuitur neq; infuſiſ augetur. In Ciconum flumine & in Piceno: lacu uelino lignum deiectum lapideo cortice obducit̃. Et in Surio Colchidiſ flumine adeo ut lapidẽ pleꝝq; durãſ adhuc integat cortex. Similiter in flumine Silero ultra Surrentum: non uirgulta. modo immerſa: uerum & folia lapideſcunt altaſ ſalubriſ potuſ eiuſ aque. In exitu paludiſ reatine ſaxum creſcit. Et in rubro mari olee uirenteſq; fruticeſ enaſcuntur. Sed & fontium plurimorum natura mira eſt feruore. idq; etiam in iugiſ Alpiũ ipſoq; in mari: & ĩter Italiam & enariam: ut in Baiano ſinu: & in Liri fluuio: multiſq; aliſ Nam dulciſ hauſtuſ in mare plurimiſ lociſ ut ad Chelidoniaſ inſulaſ & Arabum: & in Gaditano Oceano. Patauinorum aquiſ calidiſ herbe uirenteſ innaſcunt᷑. Piſanorũ rane. Ad Vetulonioſ in Etruria: nõ ꝓcul a mari piſceſ: In caſinate fluuiuſ appellat᷑ Scatebra frigiduſ abundantior eſtate. In eo ut in Arcadie Stymphali enaſcuntur aquatileſ muſculi. In Dodone iouiſ fonſ cum ſit geliduſ: & immerſaſ faceſ extinguat ſi extincte admoueantur accendit. idem meridie ſemper deficit: q̃ de cauſa Anapauomenon uocant. Mox increſcenſ ad medium noctiſ exuberat. Ab eo rurſuſ ſenſim deficit. In Illyriſ ſupra fõtem frigidũ expanſe ueſteſ accenduntur. Iouiſ Hãmoniſ fonſ interdiu frigiduſ noctibuſ feruet. In Troglodytiſ fonſ ſoliſ appellatur dulciſ & circa meridiem maxime frigiduſ mox paulatim tepeſcenſ: ad noctiſ media feruore & amaritudine infeſtatur. Padi fonſ mediiſ diebuſ eſtiuiſ uelut inter quieſcenſ ſemꝑ aret. In Tenedo inſula fonſ ſemper a tertia noctiſ hora ĩ ſextã ab eſtiuo ſolſtitio exũdat. Et in Delo inſula Inopuſ fonſ eodẽ quo Niluſ modo ac pariter cũ eo decreſcit augeturue. Contra Timauum amnem inſula parua in mari eſt cũ fontibuſ calidiſ ꝗ pariter cum eſtu mariſ creſcunt minuunturq;. In agro Pitinate tranſ Appenninum fluuiuſ Nouanuſ omnibuſ ſolſtitiiſ torrenſ bruma ſiccatur. In Faliſco Clitumni amniſ aqua potata candidoſ boueſ facit. In Boetia amniſ Melaſ oueſ nigraſ. Cephiſuſ ex eodem lacu profluẽſ albaſ rurſuſ nigraſ penituſ Ruffaſq; iuxta Iliũ Xanthuſ unde & nomẽ amni. In ponto fluuiuſ Aſtateſ irrigat campoſ in quibuſ paſte oueſ nigro lacte eque genteſ alunt. In Reatino fonſ neminia appellatuſ alio atq; alio loco exorit᷑ annone mutationem ſignificanſ. Brunduſii in portu fonſ incorruptaſ preſtat aq̃ſ nauigãtibuſ Linterni aqua que uocatur Acidula uini modo temulẽtoſ facit. item in Paphlagõia & in agro Caleno. In Andro inſula templo Liberi Patriſ fontem noniſ Ianuariiſ ſemper uini ſapore fluere Mutianuſ ter Conſſ. credit Dioſtedoſia uocatur. Iuxta Nonacrin Arcadiæ Styx nec odore differenſ nec colore epota illico necat. Item in Beroſo Taurorum colle treſ fonteſ ſine remedio ſine dolore mortiferi. in Carrinenſi Hiſpanie agro duo fonteſ iuxta fluunt alter omnia reſpuenſ alter abſorbenſ. In eadem gente aliuſ aurei coloriſ omneſ oſtendit piſceſ: nihil extra illam aquam ceteriſ differenteſ. in Comenſi iuxta Lariũ lacũ fonſ larguſ horiſ ſinguliſ ſemꝑ intumeſcit: ac reſidet. In Cydonia inſula ante Leſbum fonſ caliduſ Vere tantum fluit. Lacuſ Sannauſ in Aſia circunnaſcente abſinthio inficitur. Colophone in appulliniſ Clarii ſpecu lacuna eſt: cuiuſ potu mira redduntur oracula: bibẽtium breuiore uita: Amneſ retrofluere & noſtra uidit etaſ Neroniſ Principiſ anniſ ſupremiſ ſicut in rebuſ eiuſ retulimuſ. Iam omneſ fonteſ eſtate q̃ hyeme gelidioreſ eſſe: quem fallit? Sicut illa per mira nature opera eſ & plumbum in maſſa mergi. Dilatata fluitare. Eiuſdemq; ponderiſ alia ſedere alia inuehi. Onera in aqua faciliuſ moueri. Thyreum lapidem q̃uiſ grandem innatare. Enndemq; comminutum mergi. Recentia cadauera ad uadũ labi. Intumeſcentia attolli. inania uaſa haud faciliuſ q̃ plena extrahi. Pluuia ſalinaſ aquaſ dulcioreſ eſſe q̃ reliquaſ. Nec fieri ſalẽ niſi admixtiſ dulcibuſ. Marinaſ tardiuſ gelare. Et celeriuſ accendi Hyeme mare calidiuſ eſſe. Autumno ſalſiuſ. Omne oleo trangllari. Et ob id urinãteſ ore ſpargere. qm̃ mitiget naturã aſperã luceq; deportet.

Niueſ in alto mari non cadere. Cum omniſ aqua deorſum feratur: exilire fõteſ. Atq; etiam in etne radicibuſ flagrantiſ intantum ut quinquagena & centena milia paſſuũ arenaſ flammarum globuſ eructet.

CAP.CVII. De ligniũ & aquaꝝ iũctiſ miraculiſ.

A mq; & ignium: quod eſt nature quartum elementũ: reddamuſ aliqua miracula Sed primum ex aquiſ.

CAP.CVIII. De Maltha.

N Comagene urbe Samoſata ſtagnum eſt emittenſ limum: Maltham uocant flagrantẽ. Cum quid attingit ſolidi: adheret. Preterea tactuſ ſequitur fugiẽteſ Sic defendere muroſ oppugnante Lucullo flagrabatq; mileſ armiſ ſuiſ. Aquiſ etiam accenditur. Terra tantum reſtingui docuere experimenta.

CAP.CVIIII. De Napta

Imiliſ eſt nature Napthe: ita appellatur circa Babiloniam: & in Auſtageniſ Parthie profluẽſ bituminiſ liquidi mõ. Huic magna cognatio igniũ. Trãſiliũtq; protinuſ in eam undecunq; uiſam. Ita fuerunt a Medea pelicẽ crematam poſtq̃ ſacrificatura ad araſ acceſſerat: corona igne rapta.

CAP.CX. De Semper ardentibuſ lociſ.

Erum in montium miraculiſ ardet Etna noctibuſ ſemper: tantoq; euo ignium materia ſufficit. Niualiſ hyberniſ tẽporibuſ egeſtumq; cinerem pruiniſ operiẽſ. Nec in illo tantũ natura ſeuit exuſtionem terriſ denũcianſ. Flagrat in Phaſe Lycie monſ Chymera. & quidem immortaliſ diebuſ ac noctibuſ flamma. Ignem eiuſ accendi aqua: extingui uero terra aut feno Gnidiuſ Cteſiaſ tradit. Eadem in Lycia Epheſti monteſ teda flammante tacti flagrant: adeo: ut lapideſ quoq; riuorũ & arene in ipſiſ aquiſ ardeant aliturq; igniſ ille pluuiiſ. Baculo ſi quiſ ex iiſ accenſo traxerit ſulcoſ: riuoſ ignium ſequi narrant. Flagrat in Bactriſ Cophanti noctibuſ uertex. Flagrat in Mediſ & Ceſtia gente confinio Preſidiſ. Suſiſ quidẽ ad turrim albam. xv. caminiſ maximo eorum. Et interdiu campuſ Babylonie flagrat quadam uelut piſcina iugeri magnitudine Item Ethiopum iuxta Heſperum montem ſtellarũ modo campi nocte nitent. Similiter in Megalipolitanorum agro: tametſi internuſ ſic ille iucunduſ: frondemq; denſi ſupra ſe nemoriſ non adurenſ & iuxta gelidum fontem ſemp ardenſ Nymphei crater dira Appoloniatiſ ſuiſ portendit: ut Theopumpuſ tradidit. Auget hymbribuſ egeritq; bitumen temperandum fonte illo inguſtabili: aliiſ omni bitumine dilutiuſ. Sed quiſ hec miretur? In medio mari Hiera inſula ardet. Eolia inſula iuxta Italiam cum ipſo mari arſit per aliquot dieſ: Sociali bello: & donec legatio Senatuſ piauit. Maximo tamen ardet incendio Theonochema dictum Ethiopum iugum. Torrenteſq; ſoliſ arboribuſ flammaſ egerit. Tot lociſ: tot incendiiſ rerum natura terraſ cremat.

CAP.CXI. De Ignium per ſe Miraculiſ.

Reterea cum ſit huiuſ uniuſ elementi ratio fecunda: ſeq; ipſa pariat & minimiſ creſcat ſcintilliſ quid fore putãdũ eſt: in tot rogiſ terre? Que eſt illa natura que uoracitatem auidiſſimam in toto mundo ſiue damno paſtit? Addantur iiſ ſidera innumera. ingenſq; Sol. Addantur humani igneſ. Et lapidum quoq; inſiti nature. Attrita inter ſe ligna. Iam nubium & origineſ fulminum. Excedit profecto omnia miracula ullum diem fuiſſe: quo non cuncta conflagrarent cũ ſpecula quoq; cõcaua aduerſa ſoliſ radiiſ faciliuſ etiã accendantur q̃ ulluſ aliuſ igniſ. Quid ꝙ innumerabileſ partuſ: ſed naturaleſ ſcatent? In Nympheo exit e petra flãma que pluuiiſ accendit.

Exit & ad aquaſ ſcanciaſ hec quidem inualida cum tranſit nec longe in alia duranſ materia. Viret ex eterno hunc fontem igneum cõtexenſ fraxinuſ. Exit in Mutinẽſi agro ſtatiſ Vulcanuſ diebuſ. Reperitur apud autoreſ ſubiectiſ Aricie aruiſ ſi carbo deciderit ardere terram. In agro Sabino & Sidicino unctum flagrare lapidem. In Salentino oppido uix dum impoſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum: protinuſ flammam exiſtere. In Lacinie Iunoniſ ara ſub diuo ſita: cinerem immobilem eſſe: ꝑflantibuſ undiq; procelliſ. Quin & repẽtinoſ igneſ exiſtere & in aquiſ & in corporibuſ etiam humaniſ emicuiſſe. Traſimenum lacum arſiſſe totum. Seruio Tullio dormienti in puericia ex capite flammam emicuiſſe. L. Martium in Hiſpania interemptiſ Scipionibuſ contionantem & militeſ ad ultionem exhortantẽ arſiſſe ſimili mõ Valeriuſ Antiaſ narrat. Plura mox & diſtinctiuſ. Nunc enim quadam mixtura reꝝ omnium exhibentur miracula. Verum egreſſa menſ interpretationem nature feſtinat legẽtiũ animoſ per totum orbem ueluti manuducere.

CAP.CXII. De Terræ uniuerſæ mẽſura: longitudine & latitudine.

Arſ noſtra terrarum de qua memoro ambiente ut dictum eſt Oceano: uelut innatãſ lõgiſſime ab ortu & ab occaſu patet: hoc ẽ ab India ad herculiſ colũnaſ Gadibuſ ſacrataſ: octoginta quinq; milia ſexagintaocta milia paſſuum ut Artemidoro placet auctori. Vt uero Iſidero nonagintaocto milia decem & octo Artemidoruſ adicit ampliuſ a Gadibuſ circuitu Sacri promontorii ad promontorium Artabrum: quo lõgiſſime fonſ ꝓcurit Hiſpanie octingenta milia nonagintaunum. Id menſure duplici currit uia. A Gange amne oſtioq; eiuſ: quo ſe in Eoum Oceanũ effundit per Indiam Parthienenq; ad Myriãdrum urbem Syrie in Iſſico ſinu poſitã quinq̃ginta quinq; milia paſſuum decem & nouem. Inde proxima nauigatione Cyprum inſulam Pataram Lycie Rhodum Aſtypaleã in Carpatio mari in inſulaſ Laconice Tenarũ Lilybeum Sicilie Caralium Sardinie trigĩtaquatuor. Deinde Gadeſ duodecim milia quinquaginta. Que menſura uniuerſa ab eo mari efficit nonagintaocto milia paſſuũ ſexaginta nouem. Alia uia que cercior itinere terreno maxime patet a Gange ad Euphratem amnem quinquaginta milia paſſuum. xxi. Inde Cappadotie in Mazaca cc. milia. xliiii. Inde per Phrygiam: Cariam Epheſum: quadringinta milia paſſuum. xcviii. Ab Epheſo per Egeum pelaguſ Delum ducenta milia. Iſthmum ducenta duodecĩ milia. Deinde terra & Laconico mari & Corĩthiaco ſinu Patraſ Pelopõneſi ducenta duo milia quingenti. Leucadem octingenta ſex milia quingenti. Corcyram totidem. Acroceraunia: centum triginta duo milia quingenti. Brunduſium octogintaſex milia quingenti Romam. ccc. milia ſexaginta. Ad Alpeſ uſq; Calcincomacum uicum quingenta decem & octo milia. Per Galliam ad Pyreneoſ monteſ Illibrum quingenta quinquagintaſex milia. Ad Oceanum & Hiſpanie oram trecenta trigĩta duo milia. Traiectu Gadiſ ſeptem milia quingenti. Que menſura Artemidori ratione nonaginta efficit ſexagintanouem. Latitudo autem terre a meridiano ſitu ad ſeptẽtrionem: dimidio fere minor colligitur quinquaginta quatuor milium ſexagintaduo. Quo palam fit q̃tum & hinc uapor abſtulerit & illinc rigor. neq; enim deeſſe arbitror terriſ aut non eſſe globi formã. Sed inhabitabilia utrinq; incompta eſſe. Hec mẽſura currit a littore ethiopici Oceani qua modo habitatur. ad Meroen quingẽta quĩquaginta milia. Inde Alexandriam duodecim milia quinquaginta. Rhodum quingenta octogintatria. Gnidum octogintaquatuor milia quigẽti. Coum. xxv. milia. Samũ centum milia. Chium octogintaquattuor milia. Mitylenen ſexagintaquinq; milia. Tenedon. xcviii. M. Sigeum promontorium. xii. milia quingenti. Oſ ponti. ccc.

duodecim milia.d. Carambin promontorium.ccc.l. Oſ Meotidiſ.ccc.xii. milia.d. Oſtium Tanaiſ.cc.lxv.milia. Qui curſuſ compendiiſ mariſ breuior fieri poteſt. lxxxix.M. ab oſtio Tanaiſ nihil modicū diligentiſſimi autoreſ fecere. Artemidoruſ ulteriora incompta exiſtimauit cum circa Tanain Sarmatarū genteſ degere fateret̄ ad ſeptentrioneſ uerſaſ. Iſidoruſ adiecit.xii.milia.l.uſq; at Tilen.que cōiectura diuinationiſ eſt. Ego nō minore q̄ proxime dicto ſpatio ſarmataꝝ fineſ noſci ītelligo. Et alioqui quantum eſſe debet quod innumerabileſ genteſ ſubinde ſedem mutanteſ capiat? Vnde ulteriorem menſuram inhabitabiliſ plage multo eſſe maiorē arbitror. Nam & a Germania immenſaſ inſulaſ non pridem compertaſ cognitum habeo. De longitudine ac latitudine hec ſunt que digna memoratu putem. Vniuerſum aūt hūc circuitum Erathoſthene ſin omniū quidem litterarum ſubtilitate & in hac utiq; p̄ter ceteroſ ſollerſ quem a cunctiſ probari uideo ducentorum quinquagintaduorū miliū ſtad̄.ꝑdidit. Que menſura Romana cōputatione efficit trecentieſ quindecieſ cētena milia paſſuum. Improbum auſum: uerum ita ſubtili argumentatione comprehenſum ut pudeat non credere. Hipparchuſ & in coarguendo eo & in reliqua omni diligētia miruſ adiicit ſtadiorum paulominuſ.xxv.milia.

CAP.CXIII.De Harmonica mundi ratione.

Lia Dioniſiodoro fideſ neq; enim ſubtrahā exemplum uanitatiſ Grece maximū. Cnidiuſ hic fuit geometrica ſcientia nobiliſ. Senecta diē obiit in patria. Funuſ duxere ei propinque ad quaſ pertinebat hereditaſ. Ee cum ſequutiſ diebuſ iuſta peragerent: inueniſſe dicuntur in ſepulchro epiſtolam Dionyſiodori nomine ad ſuperoſ ſcriptam. Perueniſſe eum a ſepulchro ad infimam terram: eſſeq; eo ſtadiorū quadragintaduo milia. Nec defuere Geometre qui interpretarentur ſignificare epiſtolam a medio terrarum orbe miſſam quo deorſum ab ſummo lōgiſſimum eſſe ſpatiū & idē pile medium: ex quo conſequuta computatio eſt: ut circuitu eſſe.cc.quinq̄gintaquiq; milia ſtad̄.pronunciarent. Harmonica ratio que cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere addit huic mēſure ſtad̄.ſeptem milia: terramq; nonageſimam ſextā milleſimam totiuſ mundi partem facit.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER SECVNDVS DE MVNDO: ELEMENTIS: ET SYDERIBVS FINIT. INCIPIT TERTIVS DE PRIMO ET SECVNDO EVROPAE SINV FOELICITER.

CAP.I.Prohemium de orbiſ diuiſione.

Actenuſ de ſitu & miraculiſ terre: aquarumq; ac ſiderū & ratione uniuerſitatiſ atq; menſura. Nunc de partibuſ: quanq̄ infinitum id quoq; exiſtimatur. nec temere ſine aliqua reprehenſione tractatū. Haud ullo in genere uenia iuſtior eſt: ſi modo minime mirum eſt hominem genitū nō omnia humana nouiſſe. Quapropter autorē neminem unum ſequar. Sed ut quenq; ueriſſimum in quaq; parte arbitrabor. quoniam commune ferme omnibuſ fuit: ut eoſ quiſq; diligentiſſime ſituſ diſceret: in quibuſ ipſe prodebat. Ideo nec culpabo: aut coarguam quenq̄.locorū nuda nomina & quanta dabitur breuitate ponentur: claritate cauſiſq; dilatiſ in ſuaſ parteſ. Nunc enim ſermo de toto eſt. Quare ſic accipi uelī ut ſi diuidua fama ſua nomina qualia fuere primordio ante ullaſ reſ geſtaſ : nuncupenetur. Et ſit quedam in iiſ nomenclatura quidem : ſed mundi. rerumq; nature. Terrarum orbiſ uniuerſuſ: in treſ diuiditur parteſ: Europam. Aſiam. Africam. Origo ab occaſu ſoliſ: & Gaditano freto: qua irrumpenſ Oceannſ Atlanticuſ in maria interiora diffundit̃. Hinc intranti dextra Africa eſt. Leua Europa. Intra haſ Aſia eſt. Termini: amneſ Tanaiſ & Niluſ. XII. M. paſſuum in longitudinem quaſ diximuſ fauceſ : oceani patent. quinq; milium in latitudinẽ a uico Mellaria Hiſpanie ad ꝓmontoriũ Africe album autore Taurannio Garchula iuxta genito. T. Liuiuſ. Ac Nepoſ Corneliuſ latitudiniſ tradiderunt: ubi minuſ. vii. M. paſſuum ubi uero plurimum. x. M. Tam modico ore tam immenſa equorũ uaſtitaſ panditur. Nec profunda altitudo miracula minuit. Frequenteſ quippe tenie candicantiſ uadi carinaſ territant. Qua decauſa limen interni mariſ multi eum locum appellauere. Proxima autem faucibuſ utrinq; impoſiti monteſ coercent clauſtra: Abila Africe: Europ e Calpe : laborum Herculiſ mete. Quam ob cauſam indigene columnaſ eiuſ dei uocant. creduntq; ꝑfoſſaſ excluſa antea admiſiſſe maria. & rerum nature mutaſſe faciem.

CAP.II. De Europa.

Rimum ergo de Europa altrici uictoriſ omnium gentiũ populi lõgeq; terraꝝ pulcherima: quam pleriq; merito non tertiam portionem fecere : uerum equam in duaſ parteſ ab amne Tanai ad Gaditanum fretum uniuerſo orbe diuiſo. Oceanuſ hoc quod dictum eſt ſpatio atlãticum mare infundenſ & auido meatu terraſ quecũq; uenientem expauere demergenſ: reſiſtenteſ quoq; flexuoſo littorum anfractu lambit. Europam uel maxime receſſibuſ crebriſ excauanſ. Sed in quattuor precipuoſ ſinuſ. Quorum primuſ a Calpe Hiſpanie extimo ut dictum eſt monte Locroſ Brutinum uſq; promontorium immenſo ambitu flectitur. In eo prima Hiſpania terrarum eſt ulterior appellata. Eadẽ Betica. Mox a fine Tingitano citerior eadẽq; Tarraconẽſiſ ad Pyrrenea iuga. Vlterior in duaſ per longitudinem prouinciaſ diuiditur. Siquidẽ Betice latere ſeptentrionali pretenditur Luſitania: amne Ana diſcreta. Ortuſ hic in Lobetano agro citerioriſ Hiſpanie: & modo ſe in ſtagna fundenſ modo in anguſtiaſ reſorbenſ aut in totum cuniculiſ condenſ: & ſepiuſ naſci gaudenſ in Atlanticũ oceanũ effunditur. Tarraconenſiſ autem hinc affixa Pyreneo totoq; eiuſ a latere decurrẽſ & ſimul ad Gallicum oceanum Hibero mari tranſuerſa ſe pandenſ Solorio monte & oretaniſ iugiſ carpentaniſq; & Auſturum a Betica atq; Luſitania diſtinguitur. Betica a flumine eam mediam ſecante cognominata: cunctaſ prouintiarum diuite cultu : & quedam fertili ac peculiari nitore precedit. Iuridici conuentuſ ei quattuor Gaditanuſ Cordubenſiſ. Aſtygitanuſ. Iſpalenſiſ. Oppida omnia numero. clxxii. In iiſ colonie ſeptem. Municipia. xviii. Latio antiquituſ donata. xix. Libertate. v. Federe. iii. Stipendaria. c. xx. Ex hiſ digna memoratu aut Latio ſermõe dictu facilia a flumĩe Ana littore oceani oppidum Oſſonabo Aſturia cognominatum interfluẽteſ Luxia & Vrium arene monteſ. Betiſ fluuiuſ. Littuſ curſenſe inflexo ſinu. Cuiuſ exaduerſo Gadiſ inter inſulaſ dicende. Promontorium Iunoniſ. Portuſ Meneſthei : Veſippo oppidum. Belo: Mellaria. fretum ex Atlantico mari Cartheia. Cartheſoſ a Greciſ. dicta. Monſ Calpe. dein littore interno opida Barbeſula cum fluuio. Item Salduba oppidum uel Malacha cum fluuio federatorũ. Dein Menoba cum fluuio. Sexifirmũ cognomine Iulium. Sexabdera. Murgiſ. Betice finiſ. Oram eam uniuerſam origeniſ Penoꝝ exiſtimauit. M. Agrippa. Ab Ana autem Atlãtico oceano obuerſa baſtuloꝝ Turdulorumq; eſt. In uniuerſam Hiſpaniam. M. Varro pueniſſe Iberaſ & Perſaſ &

Phenicaſ: Celtaſq; & poenoſ tradit. luſum enī Liberi Patriſ ac lyſam cū eo bachantē nomen dediſſe Luſitanie: & Pana Prefectum eiuſ Vniuerſa autem que de Hercule ac Pyrene uel Saturno tradūtur: fabuloſa in p̄miſ ut arbitror. Betiſ in Tarraconēſi prouincia non ut aliqui dixere Menteſa oppido: ſed Tymgenſi exorigēſ ſaltu iuxta quem Tader fluuiuſ qui Carthaginēſem agrū rigat ille ocior refugit Scipioniſ rogū uerſuſq; in occaſum Oceanum atlanticum Pronuntiam adoptanſ petit. Modicuſ primo ſed multoꝝ fluminū capax. q̄buſ ipſe famā aquaſq; aufert. Betice primum ab oſſigetania infuſuſ ammeno blanduſ alueo. crebriſ dextra leuaq; accolitur oppidiſ. celeberrima inter hunc & Oceani oram. in mediterraneo Sogeda: que augurina cognominatur. Iulia que Fidentia. Vrgao que alba. Ebura que cerialiſ. Siliberi quod Liberini. Libida que Clauſa. Stici quod Iulienſeſ. Veſci quod Fauentia. Singilia. Hegua. Auia. Ebdanū. Aglaminor. Hebura Caſtra uaria. Epiſimbriū. Ipho noua. Ilyrco. Oſca. Eſcua Succabon Vditanum. Tuati uetuſ obuia Baſtetanie uergentiſ ad mare. Conuentuſ uero corduenſiſ circa flumem ipſum Oſſigi quod cognominatur Laconium. Illiturgi. quod forum iulium. Ipaſturgi quod triumphale. Sitia &. xiiii. M. p. remotum in medeterraneo. Obulco quod Bontificenſe appellatur. Mox Ripepora federatorum. Sacimaritalium Onuba. Et dextra Corduba Colonia Patritia cognoīata. Inde p̄mū nauigabili Bete. Oppida Carbulo Decumo. fluuiuſ ſingilliſ eodē Betiſlatere incedēſ. oppida ſpalēſiſ cōuētuſ Celtiaca uacamana. Acria Illida: cognoīe Ila Italica. Et a leua ſpaliſcolōia cogncie Romulienſiſ. Ex aduerſo oppidū Oſſet qđ cognoīat̄ Iulia Cōſtātia. Virgētiū qđ Iulii. gēitor. Hippo Cauraſiaꝝ fluuiuſ Menoba & ipē a dextro latere īfuſuſ. Ac īter eſtuaria Betiſ oppidū Nebriſſa cognomine Veneria & Colobona. Colonia Aſta que Regia dicit̄. Et ī mediterraneo Aſida que Ceſariana. Sīgiliſ fluuiuſ ī Betin quo dictū eſt ordine irrūpenſ Aſtygitanā coloniā alluit cognomine augoſtam Firmā ab ea nauigabiliſ. Huiuſ conuentuſ ſunt relique Colonie immuneſ Tucci que cognominatur. Auguſta Gemella. Intuci que Virtuſ Iulia. Acubi que Claritaſ Iulia. Vrſo que Genua Vrbanorum. Inter que fuit mūda cum Pompeii filio capta. oppida libera Aſtygie uetuſ. Oſtippo Stipendiaria. Callet Calucula. Caſtragemina. Ilipula minor. Merucra. Sucrana. Obulcula. Oningiſ. Ab ora uēti prope Menobam amnem & ipſū nauigabilem haud procul accolunt Alōtigi Celi: Aloſtigi. Que autem regio a Beti ad fluuium Anam tēdit extra p̄dicta Beturia appellatur in duaſ diuiſa parteſ: totidemq; genteſ. Celticoſ qui Luſitaniam attingunt. & Hiſpalenſiſ conuentuſ Torduloſ qui Luſitaniam & Tarraconenſem accolūt. iura Cordubā petunt. Celticoſ a Celtiberiſ ex Luſitania adueniſſe manifeſtum eſt ſacriſ lingua oppidorum uocabuliſ: ſacriſq; cognominibuſ in Betica diſtinguuntur. Serica que dicit̄ Fama Iulia. Vertobrige Concordia Iulia. Segede, Reſtituta Iulia. Contribute Iulia: Vcultuniacum que & Turiga nunc eſt. Lacimurge. Cōſtantia Iulia Tereſibuſ Fortunaleſ. & callenſibuſ Emanici. Preter hec in Celtica Acimbro Arunda Arunci. Turobriga Laſtigi Alpeſa. Sepone. Serippo. Altera Beturia quā diximuſ Turdulorum. Et conuentuſ Cordubenſiſ habent oppida non iginobilia Arſam mellariam Mirobricam regiōeſ Oſintiadiſ Iſeponē. Gaditani Cōuentuſ ciuiū Romnoꝝ Regina Latinorum. Regia. Cariſa cognomine Aurelia. Vrigia cognoīata caſtrum Iulium. Item Ceeſariſ Salutarienſiſ Stipendiaria Baſaro. Belippo. Barbeſ. Vlula. Ciprobaſſiſ Progallet. Cappagum. Oleatro. Icocio. Brana. Liſculaſa. Guntiaſa. Andoriſe. Porro longitudinem uniuerſam eiuſ prodidit. M. Agrippa. cccc. lxv. M. p. Latitudinem. cc. lvii. M. Sed cum termini Carthaginem uſq; procederent.

Que cauſa magnoſ erroreſ computatione menſure ſepiuſ parit. Et dum alibi mutato prouinciarum modo. Alibi itinerum auctiſ aut diminutiſ paſſibuſ: incubuere maria tã longo euo. Alibi ꝓceſſere littora. Torſere ſe & fluminũ aut correxere flexuſ. Preterea aliũde aliiſ exordium mẽſure eſt. Et alia meatuſ. ita fit: ut nulli duo cõcinant.

CAP. III. De Beticæ longitudine ac latitudine.

Etice longitudo nunc a Caſtuloniſ oppidi fine Gadiſ. cc. l. M. Et a Murgi maritima ora. xxii. M. p. amplior. Latitudo a Carteiana orã. cc. xxxvi. M. Agrippam quidem in tanta uiri diligentia preterq̃ id in hoc opere cura cum orbem terrarum urbi ſpectandum propoſiturus eſſet erraſſe quiſ credat? & cum eo diuum Auguſtum? Iſ nanq; complexam eam porticum ex deſtinatione & commẽtariſ. M. Agrippe a ſorore ſua inchoatam peregit.

CAP. IIII. De Hiſpania citeriore.

Iterioriſ Hiſpanie ſicut complurium prouinciarum aliquantum uetuſ forma mutata eſt utpote cum Pompeiuſ Magnuſ tropheiſ ſuiſ que ſtatuebat in Pyreneo. d. ccc. xlvi. Oppida ab alpibuſ ad fineſ Hiſpanie ulterioriſ indicionem a ſe redacta teſtatuſ ſit. Nunc uniuerſa prouintia diuiditur in conuentuſ ſeptem: Carthaginenſem Tarraconenſem. Ceſarauguſtanũ. Clunienſem. Auſturum Lucrenſem. Bracarum. Accedunt inſule quarum mentione ſepoſite ciuitateſ: prouintia ipa preter contributaſ aliiſ. ccxciii. continet oppida. In iiſ coloniaſ. xii. oppida ciuiũ Romanoꝝ. xiii. Latinorum ueterum. xviii. Federatoꝝ unum. Stipendaria. cxxxii. primi in ora Baſtuli. poſt eoſ quo dicitur ordine intuſ recedenteſ. Menteſani. Oretani: & ad Tagum carpentani. iuxta eoſ Vaccei. Vectioneſ & Celtiberi. atrebaci oppida ore proxima Vrci. Adſcriptumq; Betice Barea regio Mauitania: mox Deitania. dein Cõteſtania. Carthago noua. colonia: cuiuſ a ꝓmõtorio qđ Saturni uocat̃ Ceſaream Mauritanie urbem. clxxxvii. M. paſſuũ traiectuſ. Reliqua in ora flumen Tader: colonia immuni. Illici ũde illicitanuſ ſinuſ in eã cõtribuunt̃ Icoſitãia: mox Latinorũ Lucentium. Dianium. Stipendiariũ Sucro fluuiuſ & quondã oppidum. Conteſtanie finiſ regio Idetania ameno pretendente ſe ſtagno ad Celtiberoſ recedenſ. Valentia colonia. iii. M. p. a mari remota. Flumem Duriaſ: tantundẽ a mari Saguntũ ciuiũ Romanorum oppidum fide nobile flumen Idubeda regio Ilergaonum Iberuſ amniſ nauigabili commercio diueſ ortuſ in Cantabriſ haud procul oppido Iuliobrica. cccc. l. M. p. fluenſ. nauium. p. cc. lx. M. a Varia opido capax. quem propter uniuerſam Hiſpaniam Greci appellauere Iberiam. Regio Ceſſicania. Flumen Subi. Colonia Tarraco Scipionum opuſ ſicut Carthago Penorum. Regio Ilergetum. Oppidum Subur. Flumen Rubricatum. a quo Laetani & Indigeteſ. Poſt eoſ quo dicetur ordine intuſ recedenteſ radice Pyrenei. Auſetani. Itani. Lacetani. Perq; Pyreneum Ceretani: dein Vaſconeſ. In ora autem colõia Barcine cognomine Fauentia. oppida ciuium Romanorum Betulo Iluro. Flumen larnum blande fluenſ Albae Emporia egeminum hoc ueterum incolarũ & Grecorum qui Phocenſiũ fuere ſoboleſ. Flumen Ticher. ab eo Pyrenea Venuſ in latere ꝓmontorii altero. xl. M. Nunc ꝑ ſinguloſ Conuentuſ reddẽtur inſignia preter ſupradicta Tarracone diſceptant populi. xliiii. quorum celeberrimi ciuium Romanorũ Dertuſani Biſgargitani. Latinorũ Auſetani Ceretani ꝗ Iuliani cognominant̃. & ꝗ Auguſtani. Sedetani. Gedũdẽſeſ. Geſſoriẽſeſ. Teari. qui Iulienſeſ. Stipendiariorum Aquicaldenſeſ. Onenſeſ. Betulonenſeſ. Ceſarauguſtana colonia immuniſ amne Ibero affuſa ubi oppidũ antea uocabat̃ Saldyba regioniſ Redetanie: recipit populoſ. lii. Ex iiſ ciuiũ Romanorũ Bellitanoſ Celſẽſeſ.

Ex Colonia Calaturiganoſ qui naſici cognominãtur. Ilerdenſeſ Surdaonum gentiſ iuxta quoſ Sicoriſ fluuiuſ Oſcenſeſ regioniſ Veſſetanie. Turiaſſonenſeſ. Latinorũ ueterum Caſcantenenſeſ Ergauicenſeſ Graccburitanoſ. Leonicenſeſ Oſſigerdenſeſ. Federatoſ Tarragenſeſ. Stipendiarioſ Arcobrienſeſ Andologenſeſ. Arocelitanoſ. Burſaonenſeſ. Calaguritanoſ qui Fibularẽſeſ cognominãtur. Complutenſeſ. Carẽſeſ Cincienſeſ. Cortoenſeſ. Daminitanoſ. Larnenſeſ. Lurſenſeſ. Spalenſeſ. Ilũberitanoſ Lacetannoſ. Iubienſeſ. Pompolonẽſeſ. Segiſenſeſ. Carthaginem conueniunt populi. lxii. exceptiſ inſulaꝝ icoliſ. ex colõia Accitãea Gemelleſenſeſ & Libiſoſona cognoĩe Foroauguſtana. quibuſ duabuſ iuſ Italie datum. Ex colonia Salarienſe oppidani Latii ueteriſ Caſtulonenſeſ qui Ceſariuenaleſ appellantur. Setabitani. q Auguſtani Valerienſeſ. Stipendarioꝝ aũt hi celeberrimi Albanenſeſ Baſtitani. Conſaburenſeſ. Dianenſeſ. Egeleſtani. Lorcitani. Laminitani. Menſani. qui & Oritani. Mẽteſani qui & Baſtuli. Oretani qui & Germani cognominãt. caputq; celtiberie Segobrigẽſeſ. Carpentani. & Toletani Tago flumini impoſiti. dein Vicienſeſ. Virgilienſeſ. In conuentum Cluienſem Varduli ducunt populoſ. xiiii. ex quibuſ Iabanenſeſ tantum nominare libeat. Turmodigi q̃ttuor in quibuſ Segiſamonenſeſ & Segiſamaiulienſeſ. In eundem conuentum Carieteſ & Vennenſeſ. v. ciuitatibuſ uadunt. Quarum ſunt Velienſeſ: eodẽ Pelleodeoniſ Celtiberorum. iiii. populiſ: quorum Numantini fuere clari: ſicut in Vacceorum. xviii. ciuitatibuſ Intercatinienſeſ. Palatini. Locobriẽſeſ. Caucenſeſ. nã in Cantabriſ quattuor populiſ Iuliobrica ſola memorat. in Autrigonũ x. ciuitatibuſ Tritium: & Viroueſca. Arefaciſ nomen dedit fluuiuſ Areua. hoꝝ ſex oppida Raguntia & Ibixama que nomina crebro aliiſ in lociſ uſurpantur. Preterea Segouia & noua Auguſta Termeſ ipſaq; Clunia Celtiberie finiſ. Ad oceanũ reliqua uergũt Varduliq; ex predictiſ & Cantabri. Iunguntur iiſ Aſturũ. xii. populi diuiſi in Auguſtanoſ Aſturica urbe magnifica. In hiſ ſunt Girri Peſici Lacienſeſ Zoele. Numeruſ omĩſ multitudiniſ ad. cc. lx. M. liberoꝝ capitũ. Lucẽſiſ conuẽtuſ populoꝝ eſt. xvi. p̃ter Celticoſ & Leuanioſ ignominoſe ac barbare appellationiſ. Sed liberoꝝ capitum ferme. c. lxvi. Simili modo Bracarũ. xxiiii. ciuitateſ. cc. lxxv. capitum. ex q̄buſ p̃ter ipoſ Bracaroſ Iuballi Celerni Galleci Equeſilici Querquerni citra faſtidiũ nominentur. Longitudo citerioriſ Hiſpanie eſt ad finem Caſtuloniſ a Pyreneo. d. c. vii. M. & ora paulo ampliuſ. Latitudo a Tarracone ad lituſ Olarſoniſ. ccc. vii. E radicibuſ Pyrenei ubi cuneat anguſtiiſ iter duo maria paulatim: deinde ſe pandẽſ qua contingit ulteriorem Hiſpaniã: tantundẽ & ampliuſ latitudinẽ adiicit. Metalliſ plumbi: ferri: eriſ: argenti: auri tota ferme Hiſpania ſcatet. Citerior & ſpecularibuſ lapidibuſ. Betica & mimo. Sed & marmorũ lapidiciniſ uniuerſæ Hiſpauiæ. Veſpaſianuſ Imperator Auguſtuſ iactatæ procelliſ Reip. Latii iuſ tribuit. Pyrenei mõteſ Hiſpaniaſ Galliaſq; diſterminant: promontoriiſ in duo diuerſa maria proiectiſ.

CAP. V. De Prouintia Narbonenſi.

Arbonẽſiſ prouintia appellat parſ Galliaꝝ que interno mari alluit: Bracchata ãte dicta: amne Varo ab Italia diſcreta alpiũq; ſaluberrimiſ Romano Impio iugiſ. A reliqua uero Gallia latere ſeptẽtrionali montibuſ Cebẽniciſ urbibuſ agroꝝ cultu uiroꝝ moꝝq; dignatiõe ãplitudine opũ nulli ꝓuintiaꝝ poſtferenda breuiterq; Italia ueriuſ q̃ prouintia. In ora regio ſardonum: intuſq; Conſuaranorum. Flumina Techbumner Nodubrum. Oppida Illiſebere magne quondã urbiſ tenue ueſtigium. Ruſcino latinorum. Flumen Atax e Pyreneo Rubrenſem permeanſ lacum. Narbo Martiuſ Decumanoꝝ colonia. xii. M. paſſibuſ a mari diſtãſ. Flumina Arariſ Liria.

Oppida de cetero rara preiacentibuſ ſtagniſ Agatha quondam maſſilienſiú & regio Volcarum Tectoſagum atq; ubi Rhoda rhodioꝝ fuit: unde dictuſ multo Galliarú fertiliſſimuſ Rhodanuſ fluuiuſ ex alpibuſ ſe rapienſ per Lemannum lacum. ſegnemq; deferenſ Ararim nec minuſ ſe ipſo torrenteſ Iſarã & Druentiã. Libyca appellantur duo eiuſ ora modica. Ex iiſ alterum Hiſpanienſe alterum Metapinum tertiú: idemq; ampliſſimum Maſſalioticum. Sunt autoreſ & Heracleam oppidum in oſtio Rhodãi fuiſſe ultra Foſſam ex Rhodano emanare opere & nomine inſigne ſtagnum Aſtromela oppidum maritima Auaricoꝝ ſuperq; Campi lapidei Herculiſ prelioꝝ memoria Regio Anatiliorum & intuſ Deſuuiatium Cauarumq;. rurſuſ a mari Tricorium: & intuſ Tricollorum. Vocontiorumq; & Segouellaunorú mox allobrogum ac in ora Maſſilia Grecorum Phocenſium Federata promontorium. Zaochitariſta portuſ regio Clamatulicorum. Dein Suelteri ſupraq; Verucini. In ora aút hac Athenopoliſ Maſſilienſium forum. Iulioctauianorum colonia que Pacenſiſ appellatur & Claſſica amniſ ſiue argẽteuſ regio Oxibiorum Ligaunorumq; ſuper quoſ Suebri Quariateſ Adunicanteſ. At in ora oppidú Latinum Antipoliſ. Regio Deciatium. Amniſ Varuſ ex alpium monte Cemeno profuſuſ. In mediterraneo colonia Arelate Sextanorum Beterre Septumanorum Arauſio Secundanorú in agro Cauarum Valentia Viẽna Allobrogum. Oppida latina aqueſextie Salubiorum. Auenio Cauarum. Aptaiulia Vulgientium Alebeceriorum Apollinarium. Alba Heluorrú. Auguſta Tricaſtinoꝝ Abatilia Area Bormannico Macina Bellio Carcaſum Vulgarum Tectoſagú Ceſſero. Carbantorathe meminorum Cenicenſeſ Cambolectri qui Atlantici cognominãtur Forum Vocani. Glarum Liuii. Leuteuani qui & Foroneronienſeſ. Nemauſum Aremicorum. Piſcene. Ruteni. Sannagenſeſ. Toloſani. Tectoſagii. Aquitanie contermini. Ataſcodinitarii. Cononienſeſ. Vmbranici Vocuntiorum ciuitatiſ federate duo capita Vaſgo & lucuſ auguſti. Oppida uero ignobilia. xix: ſicut. xxiiii. Nemauſenſibuſ attributa. Adiecit formale Galba Imperator ex in alpiniſ Aganticoſ atq; Bodionticoſ quorum oppidum Dina. Longitudem prouintie Narbonenſiſ. ccc. lxx. M. paſſuum Agrippa tradit. Latitudinem. cc. lxviii.

Auenio

CAP. VI. De Italia: Tyberi: Roma: Capraria: Ebuſo.

Talia dehinc: pͥmiq; eiuſ Ligureſ. Mox Etruria Vmbria Latiú ubi Tiberina oſtia. & Roma terrarum caput. xvi. M. p. interuallo mari. Voſcorum poſtea littuſ & Campanie. Picentium inde ac Lucanum Brutiumq; quo lõgiſſime in meridiẽ ab alpium pene lunatiſ iugiſ in maria excurrit Italia. Ab eo Grecie ora. Mox Salentini. Peduculi. Apuli. Pelingni. Frentani. Marrucini. Veſtini. Sabini. Picenteſ. Galli. Vmbri. Etruſci. Veneti. Carni. Iapideſ Iſtri. Liburni. Nec ignoro ingrati ac ſegniſ animi exiſtimari poſſe merito ſi breuiter atq; in tranſcurſu in hunc modum dicatur terra omnium terrarum alumna eadem & parenſ numine deú electa que celú ipſum clariuſ faceret ſparſa congregaret imperia rituſq; molliret & tot populorum diſcordeſ feraſq; líguaſ ſermoniſ commercia contraheret ad colloquia: & humanitatem homini daret breuiterq; una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et quid agam: tanta nobilitaſ omnium locorum: quiſ attigerit: tanta rerum ſingularum populorumq; claritaſ tenet. Vrbſ Roma: uel ſola in ea & digna etiam feſta ceruice facieſ. Quo tandem narrari debet opere? Et qualiter Campanie ora per ſe felixq; illa ac beata amenitaſ ut palam ſit uno in loco gaudentiſ opuſ eſſe nature? Iã uero tota ea uitaliſ ac perenniſ ſalubritaſ celi temperieſ tam fertileſ campi tam aprici colleſ. tam innoxii ſaltuſ tam opaca nemora. tam munifica ſiluarum genera. tot montium afflatuſ. tanta frugum & uitium olearumq; fertilitaſ. tam nobilia pecori uellera. tam opima tauriſ colla. tot latuſ tot amnium fontiumq; ubertaſ. totam eam perfũdenſ tot maria. Portuſ remigiumq; terrarum commercio patenſ undiq; & tanq̃ ad iuuandoſ mortaleſ ipſa auida in maria ꝓcurrẽſ. Neq; ĩgenia rituſq; ac uiroſ: & lĩgua manuq; ſuꝑataſ cõmemoro gẽteſ: ipſi de ea iudicauere Greci genuſ in gloriam ſui effuſiſſimũ quotam partem ex ea appellando Greciam magnam. Ni mirum id quod in mentiõe celi fecimuſ hac quoq; in parte faciẽdum eſt. ut quaſdam notaſ ac pauca ſidera attingamuſ legenteſ tãtum queſo meminerint ad ſingula toto orbe ediſſerenda feſtinari. Eſt ergo folio maxime querno aſſimilata: multo proceritate amplior q̃ latitudine in læuo ſe flectenſ cacumine. & amazonice figura deſinenſ parme. ubi a medio excurſu Cynthoſ uocat̃ per ſinuſ lunatoſ duo cornua emittenſ Leucopetram dextra Laciniũ ſiniſtra. Patet longitudine ab Alpino fine pretorie Auguſte per urbem Capuam eq; curſu meãte Regiũ oppidum in humero eiuſ ſitũ: a quo ueluti ceruiciſ incipit flexuſ: decieſ centena & uiginti milia paſſuum multoq; amplior menſura fieret Laciniũ uſq; ni taliſ obliquitaſ in latuſ digredi uideretur. Latitudo eiuſ natura eſt. cccc. x. miliũ inter duo maria Inferum & Superũ: amneſq; Varum atq; Arſiam mediã atq; ferme circa urbẽ Romã ab hoſtio Aterni amniſ in Hadriaticũ mare influẽtiſ ad Tyberina hoſtia. c. xxxvi. & paulominuſ a Caſtronouo Hadriatici mariſ alpium ad Thuſcũ equor. Haud ullo in loca. cc. in latitudinem excedenſ. Vniuerſe autem ambituſ a Varo ad Arſiam. xxi. xliiii. M. paſſuũ efficit. Abeſt a circũdatiſ terriſ Hyſtria ac Lyburnia: quibuſdã lociſ. c. milia paſſuum. Ab Epiro & Illyrico. l. ab Africa minuſ cc. ut autor affirmat Varro. Ab Sardinia. c. xx. milia. A Sicilia. M. d. A Corſica minuſ. lxx. Ab Iſſa. l. Incedit per maria celi regione ad meridiem quidem. Sed ſi quiſ diligenti ſubtilitate id exigat inter ſextam horam: primamq; brumalem. Nunc ambitum eiuſ urbeſq; enumerabimuſ qua in re prefari neceſſariũ eſt autorem noſ Diuũ Auguſtum ſecuturoſ deſcriptionemq; ab eo factam Italie totiuſ in regioneſ. xi. Sed ordine eo qui in littorum tractu fiet urbiũ quidẽ uicinitateſ oratione utiq; preꝓpera ſeruari nõ poſſe. itaq; interiori in parte digeſtionem in litteraſ eiuſdem noſ ſecuturoſ coloniarum mentione ſignata: quaſ ille in eo prodidit numero. Nec ſituſ origineſq; perſequi facile eſt. Ingauniſ Liguribuſ ut ceteri omittantur agro tricieſ dato. Igitur ab amne Varo Nicea oppidum a Maſſilienſibuſ conditum. Fluuiuſ Pado. Alpeſ populiq; in alpiniſ multiſ nominibuſ ſed maxime capillati oppido Vediantiorum. Ciuitatiſ Gemellio portuſ Herculiſ. Moenechi. Liguſtica ora. Ligurũ celeberrimi ultra alpeſ Saluideceateſ: Moxubii: Citrauene: Meſturi: Sotibagieni: Stati: Ellibi Velli: Aielli: Euburiateſ: Caſmonateſ: Veliateſ. & quorum oppida in ora proxima dicemuſ. Flumen Rutuba oppidum Albium. Intemilium. Flumen Merula. oppidum Albingaunum. Portuſ Vadum. Sabacium. Flumen porci fera. Oppidum Genua. Fluuiuſ Feritor. Portuſ Delphini. Tigulia intuſ & Segeſta Tigulliorum. Flumem Macra Ligurie finiſ. A tergo autem ſupradictorum omnium Apẽninuſ monſ Italie ampliſſimuſ perpetuiſ iugiſ ab alpibuſ tendenſ ad Siculum fretũ. Ab altero eiuſ latere ad Padum amnem Italie ditiſſimũ: omnia nobilibuſ oppidiſ nitent. Libarna. Dertonacolonia. Trira Barderate. Induſfria. Polentia. Carrea. qđ Potentia. cognomĩat̃. Forofului quod Valẽtinũ Auguſta Vaciẽnoꝝ Alba Põpeia Aſta Aque Statelloꝝ. Hec regio ex deſcriptione Auguſti nona eſt. patet ora Ligurie ĩter amneſ Pharon & Macram. cc. xi. M. p. Adnectitur ſeptime: in qua Etruria eſt ab amne Macra. & ipſa mutatiſ ſepe nominibuſ. Vmbroſ inde exegere antiqtuſ Pelaſgi: Hoſ Lydi:

Nota longitudinem et latitudinem totiuſ Italiae.

Ambituſ Italiae.

a quoꝝ Rege Tyrrheni: mox a ſacrifico ritu lĩgua Grecoꝝ Thuſci ſũt cognomĩati. Primũ Etrurie oppidũ Luna: portu nobile. Colonia Luca a mari recedenſ ꝓpiorq; Piſa: inter amneſ auſerem & Arnum orta a Pelope Piſiſq;. Siue a Tenucaniſ Greca gente. Vada Volaterrana fluuiuſ Cecina populorum Etruſcorum quondã hoc tm̃ in littore. Hinc amneſ Prile. mox Vmbro: nauigorum capax & ab eo tractuſ Vmbrie portuſq; Telamon Coſa Volgentium a populo Ro. deducta. Grauiſce Caſtrũ nouum. Pyrgi. Ceretanuſ amniſ & ipſum Cere. Intuſ mil. paſſibuſ quattuor Agilla a Pelaſgiſ cõditoribuſ dictũ Alſiũ. Phregne. Tyberiſ amniſ a Macra. cc. lxxxiiii. M. paſ. Intuſ colõie Faliſca Argiſ orta: ut autor ẽ Cato: que cognoĩant̃ Etruſcoꝝ Lucuſ. colonie Ruſellana. Sanienſiſ Critona: de cetero Arentini ueteres. Arentini fidentioreſ: Arentini Iulienſeſ. Amitinenſeſ Aquaſenſeſ cognomine Taurini Blerani Cartoniẽſeſ Capinateſ. Cluſini noui: Cluſini ueteres. Fluentini ꝑfluẽti Arno appoſiti. Feſule. Ferentinum. Feſcennia: Hortanum. Herbanum. Nepe. Nouem. Pagi Prefecture Claudie. Foro clodi. Piſtorium. Peruſia. Suanenſeſ: Saturnini qui ante Aurinini uocabant̃: Subertani. Scatoneſ. Tarquinienſeſ. Thuſcaniẽſeſ. Vertulonienſeſ. Verentani. Eſetini. Volaterrani cognomĩe Etruſci. Volſimẽſeſ in eadẽ parte. oppidorum ueterum nomina retinent agri Cruſtuminuſ Caletranuſ. Tyberiſ: antea Tybriſ appellatuſ. Et priuſ Albula e media fere lõgitudine Apennini finibuſ Aretinoꝝ profluit tenuiſ primo nec niſi piſciniſ corriuatuſ emiſſuſq; nauigabiliſ ſicuti Tinna & Glaniſ influenteſ in eum nouenorum ita conceptu dierum ſi non adiuuent hymbreſ: ſed Tyberiſ propter aſpera & confragoſa. Ne ſic quidem preter q̃ trabibuſ uerius q̃ ratibuſ longe meabiliſ fertur per. c. l. M. p. non procul Tiferno Peruſia & Otriculo Etruriã ab Vmbriſ ac Sabiniſ mox citra. xiii. M. p. urbiſ Veientẽ agꝝ a Cruſtumino dein Fidenate latinũq; a Vaticano dirimẽſ ſed intra Tinnam & Glaní duobuſ &. xl. fluuiiſ auctuſ precipuiſ autem Nare & Aniene qui & ipſe nauigabiliſ Latium includit a tergo: nec minuſ tamen aquiſ ac tot fontibuſ in urbem perductiſ: & ideo quanlibet magnarũ nauiũ ex Italo mari capax rerum in toto orbe naſcẽtiũ mercator placidiſſimuſ pluribuſ prope ſoluſ q̃ ceteri in om̃ibuſ terriſ amneſ accolitur aſpicitq; uilliſ nulliq; fluuiorũ minuſ licet incluſiſ utrinq; lateribuſ nec tñ ipſe pugnat quanq̃ creber ac ſubitiſ incrementiſ & nuſ q̃ magiſ aquiſ q̃ in ipſa urbe ſtagnãtibuſ quinnimo uateſ intelligitur potiuſ ac monitor auctu ſemper religioſuſ uerius q̃ ſeuuſ. Latium antiquum a Tyberi Circeioſ ſeruatũ eſt. M. paſſuũ. l. lõgitudĩe, tam tenueſ primordio Imperii fuere radiceſ. Coloniſ ſepe mutatiſ tenuere alii aliiſ temporibuſ. Aborigineſ. Pelaſgi. Arcadeſ. Siculi. Arunci. Rutili. Et ultra Circceioſ Volſci. Oſci. Auſoneſ unde nomen modo Latii proceſſit ad Lirin amnem. In principio eſt Oſtia Colonia a Romano Rege deducta oppidum Laurẽtũ locuſ Soliſ indigetiſ. amniſ Numicuſ Ardea a Dane Perſei matre condita. Dein quondam Aphrodiſiũ Antium colonia. Aſtura flumẽ & inſula. fluuiuſ Nympheuſ Cloſtra Romana. Circeii quõdã inſula immenſo quidem mari circundata ſi creditur Homero & nunc plane mirũ eſt ꝙ hac de re tradere hominum notitie poſſumuſ. Theophraſtuſ qui primuſ externoꝝ aliqua de Romaniſ diligentiuſ ſcripſit. Nam Theopompuſ ante quẽ nemo mentionẽ habuit: Vrbem dũtaxat a Galliſ captã dixit. Clitarchuſ ab eo proximuſ legationem tantum ad Alexandrum miſſam. hic iam pluſ q̃ & fama Circeioꝝ inſule & m̃ſuram poſuit ſtadia. lxxx. in eo uolumine qđ ſcripſit Nicodoro Athenienſiũ Magiſtratui qui fuit urbiſ noſtre. cccc. lx. anno. Quicquid eſt ergo terrarum preter. x. M. paſ. prope ambituſ adnexum inſule. Poſt eum annum acceſſit Italie aliud miraculum a

Tyberis

Auctu semp religiosꝰ
uerius q̃ seuus

Circeuſ:paluſ pontina eſt : quem locum.xxiiii. urbium fuiſſe Mutianuſ ter Conſul prodidit.Dein flumen Vfenſ ſupra quod Tarracina oppidū lingua Volſcoꝝ Anſur dictū.ibi fuere Amycle a ſerpentibuſ delete.dein lacuſ Fadanuſ.Caieta portuſ.Oppidum Formie antiqua Leſtrigonū ſedeſ:ultra fuit oppidū pyre.colonia Minturne Lyri amne diuiſa Glanico appellato. Sinueſſa extremum in adiecto latio: q̄m qdā dixere Sinopem uocitatam. Hinc felix illa Campania eſt : ab hoc ſinu incipiunt: uitiferi colleſ & temulentia nobiliſ ſucco ꝑ omniſ terraſ inclyto atq; ut ueteref dixere: ſummum Liberi patriſ cum Cerere certamen. Hinc Setini & Cecubi obtenduntur: agri.Iiſ iunguntť Falerni:Caleni.Dein conſurgunt Maſſici Gaurani Surrētiniq; monteſ.ibi Leborini campi ſternuntur. & in deliciaſ Alice epulantur menſiſ. Hec littora fōtibuſ calidiſ rigantur. Preterq; cetera in toto mari conchylio & piſce nobili annotanť.Nuſq̄ generoſior olee liquor : & hoc quoq; certamen humane uoluptatiſ tenuere Oſci Greci:Vmbri:Thuſci:Campani. In ora Sauo fluuiuſ. Vulturnum oppidum cum amne.Liternum.Cumechalcidentium.Miſenum Portuſ Baiarū bauli lacuſ Lucrinuſ & Auernuſ iuxta quem Cimerium oppidum quondam : dein Puteoli colonia dicearchia dicti:poſtq; Phlegrei campi Archeruſia paluſ cumiſ uicina.Littore autē hoc Neapoliſ Calcidenſiū: & ipſa Parthenope a tumulo Sireniſ appellata. Herculanium. Pompeii : haud procul expectante monte Veſuuio. alluente uero Sarno amne ager Nucerinuſ eſt &.viii.M.paſſibuſ a mari ipſa Nuceria. Surrentum cum promontorio Minerue Sirenum quondam ſede. nauigatione a circeiſ duo de.lxxx.M.paſ.patet. Regio ea a Tyberi prima Italiē ſeruatur ex deſcriptione Auguſti.Intuſ colonie Capua a.xl.campo dicta Aquinum Sueſſa Venaufrū Sora Teanum Sidicinum cognomine Nola.oppida Abellinum Aritia.Alba lōga Acerani Alliſani.Atinateſ.Aletrinateſ.Anagnini.Atellani.Vefulāi.Arpíateſ.Auxinateſ Auſellani.Alfaterni.Et qui ex agro Latino.Item Hernico.Itē Labicano cognominati Bouillæ.Calatie.Caſinum Calenum.Capitulum. Hernetum. Cernetani qui Mariani cognominātur.Chorani a Dardano Troiano orti.Cubulterini Caſtrimonienſeſ. Cingulani. Gabienſeſ. In monte Albano Foropopulienſeſ. Ex Falerno : Fruſinateſ Ferentinateſ:Freginateſ:Frabaterni uetereſ:Frabaterni noui.Ficolēſeſ Fregellani:Foroappi:Forētani:Gabini:Interānateſ:Succaſani q & Lirinateſ uocāť:Ilionenſeſ.Lauini.Norbani:Nomentani. Preneſtini urbe quōdā Stephāe dicta.priuernateſ.Setini.Signini. Sueſſulani.Telini. Trebulani cognomine Ballimenſeſ.Trebani.Thuſculani.Verulani.Veliterni.Vlubrenſeſ.Vluarnateſ.Suꝑque Roma ipſa:cuiuſ nomē alterum dicere arcaniſ cerimoniarū nefaſ habeť.optíaq; & ſalutari fide abolitū annūciauit Valeriuſ. Soranuſ luitq; mox poenaſ.Nó alienū uidetur inſerere hoc loco exemplum religioniſ antique ob hoc maxime ſilentium inſtitute. nanq; diua Angerona cui ſacrificatur ad diem.xii.kalendaſ Ianuarii ore obligato obſignatoq; ſimulacrum habet. Vrbem triſ portaſ habentem Romuluſ reliquit aut ut plurimiſ tradentibuſ credamuſ:quattuor.Menia eiuſ colligere ambitu Imperatoribuſ Cenſoribuſq; Veſpaſianiſ : anno condite.d.ccc.xxviii.M.paſſuum xiii.&.cc.complexa monteſ.vii.Ipſa diuiditur in regióeſ.xiiii. Cópita ſingularum cc.lxv.p. eiuſdem ſpatii menſura currente a miliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulaſ portaſ que ſunt hodie numero.xxxiiii.ita ut.xii. porte ſemel numerenť pretereanturq; ex ueteribuſ ſeptem que eſſe deſierunt.efficit paſſuū ꝑ directū.xxx.M.d.v.lxii.ad extrema uero tectorum cum caſtriſ pretoriiſ ab eodem miliario per uicoſ omnium uiarum menſura colligit paulo ampliuſ.lxx.M. paſſuum quod ſiquiſ altitudinem tectorum addat: dignam profecto eſtimationē cōcipiat fateatq; nulliuſ urbiſ magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei compari. Clauditur ab oriente aggere Tarquinii Superbi inter prima opere mirabili nanq; eum muriſ equauit qua maxīe patebat aditu plano. cetero munita erat precelſiſ muriſ aut abruptiſ montibuſ niſi ꝙ expatiantia tecta multaſ addidere urbeſ: in prima regione. Preterea fuere in Latio clara oppida Satricū. Pometia. Scaptia. Pitulū. Politoriū. Tellene. Tifata. Cecina Ficana. Cruſtumium. Meridia. Medullum. Corniculum. Saturnia ubi nunc Roma eſt antipoliſ quod nunc Ianiculum in parte Rome Antemna. Camerium. Collatia. Amitinum. Norbe. Fulmo: & cum iiſ carnem in monte Albano ſoliti accipere Populi Albenſeſ. Albani. Eſolani. acciēſeſ. Abolani. Nubetāi. Bolanitii. Suetani. Coriolani. Fidenateſ. Coretii. Hortēſeſ. Latiniēſeſ. Longani. Manateſ. Macraleſ. Muniēſeſ. Olliculani. Octulani Pedani Polletaurini. Querquetulāi. Sicanni. Siſolēſeſ. Tolerienſeſ Tutienſeſ Vimiterali: Velienſeſ: Venetulani. Vicellenſeſ. Ita ex antiquo latio. liii. populi interiere. ſine ueſtigiiſ. In Campano autē agro Stabie oppidū fuit. uſq; ad. Cn. Pompeium &. L. Catonem Conſſ. a pridie kalend̄. Maii: quo die Sylla legatuſ belle Sotiali id deleuit: quod nunc in uillaſ abiit. Intercidit ibi & Taurania. Sunt & morientiſ Scalini reliquie. Preterea autor eſt Antiaſ: oppidum latinorum Apiolaſ: captū a. L. Targnio Rege ex cuiuſ preda capitoliū iſ in fine inchoauerit. A Sutrento ad Silarim amnem. xxx. M. paſſuum ager picentinuſ fuit Thuſcorum tēplo Iunoniſ Arigie ab Iaſone condito inſigniſ. Intuſ oppidum Salerni picentia: A Silaro regio tertia & ager Lucanuſ Brutiuſq; incipit. Nec ibi rara incolaꝝ mutatio. Tenuerūt eū Pelaſgi. & Notri. Itali. Morgeteſ. Siculi. Grecie maxīe populi nouiſſime Lucani a Samnitibuſ orti duce Lucio. Oppida peſtū a Greciſ Poſidonia appellatum. Sinuſ Peſtanuſ oppidum Elea que nunc Velia promontoriū Palinuꝝ a quo ſinu recedente traiectuſ ad coloniam Regiam. c. M. paſſuſ. proximum autem huic flumen Melpheſ. Oppidum Buxentum Grecie priuſ Magne: nunc Lucanie. Lauſ amniſ. Fuit & oppidum eodem nomine. Ab eo brutiū littuſ oppidum Blanda. Flumen Baletum. portuſ partheniuſ. & phocenſium ſinuſ Vibonenſiſ locuſ Clampette. oppidum Tempſa a Greciſ Temeſe dictum. & Crotonienſium Terina. Sinuſq; ingēſ Terinuſ oppidum Cōſentia. intuſ in Peninſula fluuiuſ Acheron a quo oppidani Acherontini. Hippo: quod nunc Vibonē Valentiā appellamuſ. Portuſ Herculiſ. Metauruſ amniſ. Tarentum oppidum. Portuſ Oreſtiſ & Meddua. Oppidum Scylleum Cratiſ fluuiuſ pater ut dixere Scylle. Dein colonia Regia. Siculum fretū: ac duo aduerſa promontoria ex Italia Ceniſ e Sicilia pelorū. xii. ſtadiorum interuallo. Vnde Rhegium. xliii. paſſuum. Inde Apennini ſilua promontorium Leucopetra. xii. M. paſſibuſ ab ea locri cognominati. li. a ꝓmōtorio Zephyrio abſūt a Silaro. ccc. iii. M. Et includitur Europe ſinuſ primuſ in eo quem maria nuncupant. unde irrumpit Atlāticū ab aliiſ magnum qua intrat porthmoſ a greciſ: a nobiſ Gaditanum fretum cum intrauit. Hiſpanum quatenuſ Hiſpaniaſ abluit. Ab aliiſ Ibericum aut Balearicum. Mox Gallicum ante Narbonenſem prouintiam. Hinc Liguſticum. Ab eo ad Siciliam inſulam Thuſcum. quod ex Greciſ alii Notium. alii Tirrhenū e noſtriſ plurimi Inferum uocant. Vltra Siciliam quod eſt ad Salentinoſ: Auſonium Polybiuſ appellat. Eratoſtheneſ autem inter oſtium Oceani & Sardiniam quicquid eſt Sardonum inde ad Siciliam Tyrrhenū ab hac Cretā uſq; Siculū: ab ea Creticū inſule ꝑ hec maria prime omniū Pityuſe a Greciſ dicte a frutice pineo: nūc Ebuſuſ uocatur. utraq; ciuitate federata: anguſto freto interfluēte. patent. xlii. M. paſſibuſ abſunt ab Dianio. lxx. ſtad. totidem Dianium per cōtinentem a Carthagine noua. tantundem a Pityuſiſ in altū Baleareſ due. Et Sucronē uerſuſ Colubraria. Baleareſ funda bellicoſaſ: Greci Gymnaſiaſ dixere. Maior. c. p. eſt longitudine circuitu uero cccc. lxxx. M. oppida habet ciuium Romanorum Palinam & Polentiam Latinoꝝ ciuium & Tucini quod federatum Bochorum fuit: ab ea. xxx. M. p. diſtat Minor. longitudine. xl. M. circuitu. c. l. M. paſſuum. ciuitateſ habet Labonem. Saniſeram Magonem: a maiore. xii. paſſuum in altum abeſt Capraria inſidioſa naufragiiſ & e regione Paline urbiſ Meraria ac Tiquadra patria anibaliſ. Ebuſi terra ſerpenteſ fugat. Colubrarie parit. Ideo infeſta omnibuſ niſi Ebuſitanam terram inferentibuſ Greci Ophiuſam dixere. Cuniculoſ Ebuſuſ gignit populanteſ Balearium meſſeſ. Sūt alie. xx. ferme parue mari uadoſo: Gallie autem hinc ora in Rhodani oſtio Metina: mox que Blaſconuſ uocatur & Stechadeſ a uiciniſ Maſſilienſibuſ dicte. ꝓpter ordinē quo ſite ſunt erūt nomina ſinguliſ Prote Meſe que & Pomponiana uocatur. Tertia Hype. Ab iiſ Sturium. Phenice. philareo. & Lerina aduerſum Antipolin: in qua Vergoani oppidi memoria.

CAP. VII. De Corſica.

N liguſtico mari eſt Corſica: quam Greci Cyrnon appellauere. Sed Thuſco propior: a Septentrione in meridiem proiecta longa paſſuum. cl. M. lata maiore ex parte. l. circuitu. ccc. xxii. M. Abeſt a Vadiſ Volaterranuſ. lxii. M. p. Ciuitateſ habet. xxxiii. & Coloniaſ Marianam a Mario deductā. Aleriā: a Dictatore Sylla. Citra eſt Oglaſa. Intra uero. lx. M. paſſuum Corſica: planaria a ſpecie dicta equaliſ freto. Ideoq; nauigiiſ fallax. Amplior Gorgona & Capraria: quā greci Egimuron dixere. Item Igilium. & Dianium quam Artemiſiam ambe contra Coſanū littuſ. & contra Magonem Menaria. Colubraria. Venaria. Ilua. cum ferri metalliſ circuitu. c. p. a Populonio. x. M. A Greciſ Etalia dicta. ab ea Planaſia. xxxviiii. M. Ab iiſ ultra Tyberina oſtia in Antiano Stura mox Palmaria Sinonia aduerſū Formiaſ pontie. In puteolano aūt ſinu pandataria prochyta nō a caieta Enee nutrice Sed quia ꝓfuſa ab Enaria erat. Enaria ipſa a ſtatione nauiū Enee Homero Inarime dicta. Greciſ Pythecuſa: non a ſymiarum multitudine ut aliqui exiſtimauere: ſed a figuliniſ doliarioꝝ. Inter puteolanum ſinū & Neapolin: Megariſ mox a Surrento. viii. M. paſſuum diſtanteſ Tyberii principiſ arce nobileſ Capree circuitu xl. M. p. c. x. Leucothea. Extra quem conſpectum pelaguſ Africam attingenſ. Sardinia minuſ. viii. M. paſſibuſ a Corſice extremiſ etiānū anguſtiaſ eaſ arcētibuſ inſuliſ paruiſ que Cuniculariе appellantur. Itemq; pinton & Foſſe: a quibuſ fretum ipſum Taphroſ nominatur.

CAP. VIII. De Sardinia.

Ardinia ab oriente patenſ. c. lxxxviii. M. paſſuū. Ab occidente centū. lxxii. milia. A meridie. lxxiiii. milia. A Septentrione. c. xxii. Circuitu. d. lxii. milia: abeſt ab Africa Calaritano ꝓmontorio ducenta milia. A gadibuſ. xiii. l. habeat & a Gorditano promontorio duaſ inſulaſ: que uocantur Herculiſ a Sulcherſi. Enoſin. a Calaritano Ficariam. Quidā haud procul ab ea etiam Beleridaſ ponūt & Callodē & quam uocant Hieracam. Celeberrimi in ea populorum Ilienſeſ. Salari Corſi oppidorum. xiiii. Sulchitani: Valentini. Neapolitani: Bocenſeſ. Calaritani ciuium Romanorum. & Norenſeſ. Colonia autem una que uocatur ad turrim Libyſoniſ. Sardiniā ipſā Timeuſ Sandaliotin appellauit ab effigie ſolee. Myrſiluſ Ichnuſā a ſimilitudine ueſtigii. Cōtra Peſtanū ſinū Leucaſia eſt a Sirene ibi ſepulta appellata.

Contra Veliam Pontia & Iſacia: utreꝗ uno nomine Enotrideſ: argumentú poſſeſſe ab oenotriſ Italie & contra Vibonē parue que uocātur Itacheſie Vlixiſ ſpectacula.

CAP. VIIII. De Sicilia.

Erum ante omneſ claritateſ Sicilia Sicania a Thucidide dicta. Trinacria a pluribuſ aut Triquetra a triangula ſpecie. circuitu patēſ ut autor eſt Agrippa: d.c.xviii. M. paſſibuſ. quōdam Brutio agro coherenſ. mox interfuſo mari auulſa. xii. M. in longitudinem freto. In latitudinē aūt. M. d. Iuxta coloniā Rheiú ab hoc deſcendit argumento ꝙ Rheiú Greci nomen dedere oppido in margine Italie ſcito. In eo freto ē ſcopuluſ Scylla. Itē Charybdiſ. Mare uortigoſum ambo clara ſeuitia ipſiuſ Triquetre ut diximuſ promōtorium Peloruſ uocatur aduerſuſ Scyllā uergēſ in Italiam. Pachynam in Greciam. c. xliiii. M. ab eo diſtāte Peloponneſo. Lilybeū in Africam. clxxx. M. interualo a Mercurii ꝓmontorio. & a Calaritano Sardine c. xx. M. Inter ſe autem hec promontoria late diſtant hiſ ſpatiiſ. Terreno itinere a Peloro Pachinū. c. lxvi. M. paſſuum. Inde lilybeū. cc. M. Inde Peloꝝ. c. lxx. M. colonie ibi urbeſ ac ciuitateſ. lxxii. A Peloro mare Ionium ora ſpectante oppidum Meſſana ciuium Romanorum: qui Mamertini uocanē. Promontorium Drepanū Colonia Taurominium: que antea Naxoſ. flumen Aſineſ mōſ Etna nocturniſ miruſ incendiiſ. Crater eiuſ patet ambitu ſtadia. xx. fauilla Taurominium & Catinā uſꝗ peruenit feruēſ fragor uero ad Maronem & Gemelloſ colleſ ſcopuli treſ Cyclopum. Portuſ Vlixiſ. Colonia catina. Flumina Symethū Tereaſ. Intuſ Leſtrigoni campi Oppida Leontini. Megariſ amniſ Pantagieſ. Colonia Syracuſe cum fonte Arethuſa. Quanꝗ & temenitiſ & Archidemiſa & magea & Cyane & Militie fōteſ ī Syracuſano potantur agro. Portuſ Nauſtathmuſ. Flumen Eloruſ. Promontorium Pachynum a qua fronte Sicilie flumen Hirminium. Oppidum Camarina. Fluuiuſ Gelaſ. Oppidum Agragaſ: quod agrigentū noſtri dixere. Therme colonia. Amneſ Agathema Therypſa Celinuſ. Oppidum Lilybeum ab eo promontorium. Drepana. monſ Eryx. Oppida Panormum Solinium. Hymera cum fluuio Cephaledi: Seleutinum Agathyrnum. Tyndariſ colonia. Oppidum Myle. Et unde cepimuſ: Peloruſ. Intuſ latine conditioniſ Centuripini: Nepini Segeſtani. Stipendiarii Aſſorini: Etnenſeſ. Aggerini. Aceſtei. Acrenſeſ. Bidini. Citatiarini. Drepanitani. Ergeſtini. Aceſtienſeſ. Erycini Entelletini. Netini. Edini: Eguini: Gelani: Galatheni: Haleſini Ennenſeſ. Hybleenſeſ: Hebrytenſeſ. Herbenſeſ. Herbulenſeſ. Halicenſeſ: Hadranitani: Macarenſeſ. Hypanenſeſ. Ietenſeſ. Mutruſtani. Magellini. Murgētini. Muticenſeſ: Menanini: Naxinonii. Petini. Paropini: Teraphitienſeſ: Semellitani. Seſcherini. Selenunti. Simeti. Hilarenſeſ: Tiſſinēſeſ Triocalini. Triraciēſeſ. Zādei Meſſeniorum. Horum in Siculo freto ſunt inſule in Africam uerſe Gauloſ Melita a Camarina. lxxxiiii. M. paſſibuſ. A Lilybeo. c. xiii. Coſira. Eronneſoſ. Cereine. Galatha. Lepaduſa. Ethuſa: quam alii Eguſam ſcripſerūt. Bucion etne. Et a Seleunte. lxxv. milia oſteadeſ. Contraꝗ Paropinoſ Vſerta. Citra uero Siciliam ex aduerſa Metauri amniſ. xxii. M. ferme paſſuum ab Italia. vii. Eolie appellate. Eedem Lipareoꝝ & Epheſtiadeſ a Greciſ: a noſtriſ Vulcani. Eolie ꝙ Eoluſ Iliaciſ temporibuſ ibi regnabat.

CAP. X. De Lipara.

Ipara cum ciuium Romanorū oppido dicta a Lipar o Rege qui ſucceſſit Eolo antea Lōginiſ uel Meligoniſ uocitata: abeſt. xxii. M. p. ab Italia ipa circuitu paulominori. Inter hanc & Siciliam: altera antea Theraſia appellata: nunc Hiera quia ſacra Vulcano eſt: colle in ea nocturnaſ euomente flammaſ. Tertia Strongyle a Lipara milla paſſuſ ad exortū ſoliſ uergenſ in qua regnauit Eoluſ que a Lipara liquidiore flamma tātū differt: cuiuſ fumo qui nā flaturi ſint uenti interdū p̄dicere incole tradunt̃: unde Eolo uentoſ paruiſſe exiſtimatum. Quarta Didyme minor q̃m Lipara. Quinta Eriphuſa. Sexta Phenicuſa pabulo proximaꝝ relicta. Nouiſſima eademq; minima Euonymoſ. Hactenuſ de primo Europe ſinu.

CAP. XI. De Ora Italiæ quæ magna græcia dicit̃.

Locriſ Italie frōſ ĩcipit: Magna Grecia appellata in treſ ſinuſ recedēſ Auſonii mariſ: q̃m Auſoneſ tenuere p̄mi. patet. lxxxii. M. paſſuū ut autor eſt Varro. pleriq;. lxxii. M. fecere. in ea ora flumĩa innumera: ſed memoratu digna Loconuſ Sagra: & ueſtigia oppidi Cauloniſ Myſtia. Conſilinum caſtrum. Cercinum: qđ eſſe longiſſimum Italie promōtorium aliqui exiſtimant. Dein ſinuſ Scyllaceuſ & Scolagium Scyllaceum & Scyletum Athenienſibuſ cum conderent dictum. Quem locum occurrēſ Therineuſ ſinuſ Peninſulā efficit. & ĩ ea portuſ ꝗ uocatat̃ caſtra Annibaliſ nuſ q̃ anguſtiore Italia. xl. M. paſſuum latitudo eſt. Itaq; Dioniſiuſ maior interciſā eo loco adiicere Sicilie noluit. Amneſ ibi nauigabileſ Carcineſ Crotaluſ Semyruſ Arocha Targineſ. Oppidum intuſ Petilia: monſ Clybanuſ. Promōtoriū Lacinium cuiuſ ante oram inſula. x. M. p. a terra Dioſcoron: altera Calypſuſ quā Ogygiam appellaſſe Homeruſ exiſtimatur, Preterea Tiriſeranuſ Ameloeſſa. Ipſum a Caulōe abeſſe. lxx. M. paſſuum prodidit Agrippa.

CAP. XII. De Secundo Europæ ſinu.

Lacinio promontorio ſecunduſ Europe ſinuſ incipit magno ambitu flexuſ & Acroceraunio Epiri finitur ꝓmontorio: a quo abeſt. lxxv. M. paſſuū oppidū Croto amniſ Neethuſ: oppidum Thurium: inter duoſ amneſ Cratin & Sibarin: ubi fuit urbſ eodem nomine. Similiter eſt inter Syrin & Acrin Heraclea aliqñ Syriſ uocitata. Flumina Thalandrum Caſuentum. Oppidum Metapontum: quo tertia Italia regio finitur. Mediterranei Brutiorum Apruſtani tantum. Lucanorum autē hinc Atinateſ: Buxentini Eburini Grumētini: Potentini: Sōtini Syrini. Tergilani. Vrſentini. Volcentani ꝗbuſ Numeſtrani iungunt̃. Preterea interiſſe Thebaſ Lucanaſ Cato autor eſt & Mardoniā Lucanoꝝ urbē fuiſſe Theopōpuſ in. qua Alexāder Epiroteſ occubuerit. Cōnectitur ſecunda Regio amplexa Hirpinoſ Calabriam Apuliam. Salentinoſ. cc. l. M. ſinu qui Tarentinoſ appellatur: ab oppido Laconū in receſſu hoc ĩtimo ſito cōtributa eo maritima colōia que ibi fuerat. Abeſt. cxxxvi. M. p. a Lacinio promōtorio aduerſam ei Calabriam in Peninſulam emittenſ. Greci Meſſapiam a Duce appellauere; & ante Peucetiam a Peucetio Enotri fratre in Salentino agro inter promontoria. c. M. paſſuum interſunt. Latitudo peninſule a Tarento Brunduſium terreno itinere. xxxii. M. paſſibuſ patet. multoq; breuiuſ a portu Saſina. Oppida per tontinentem a Tarento Varia cui cognomen Apule. Meſſapia. Aletium. In ora uero Senonum Gallipoliſ que nunc eſt Anxa. lxii. M. paſſibuſ a Tarento. Inde. xxxiii. M. promontorium quod Acran Iapygiā uocāt. quo longiſſime in maria excurrit Italia. ab eo Baſta oppidum: & Hydruntum breuiſſimuſ tranſituſ. Ex aduerſo Apollonia oppido latitudine intercurrentiſ freti. l. non ampliuſ paſſuum. Hoc interuallum pedeſtri continuare tranſitu pontibuſ iactiſ primum Pyrrhuſ Epiri Rex cogitauit. Poſt eum. M. Varro cum claſſibuſ Pompeii pyratico bello preeſſet. Vtrūq; alie impediere cure. Ab Hydrunte Soletū deſertum: dein Fratuertium. portuſ Tarentinuſ. ſtatio militum Luſpia Baleſſum. Celium.

Brūduſiū.l.M.paſſuū ab Hydrunte. In primiſ Italie portu nobile ac uelut certiore trāſitu ſicuti lōgiore excipiēte Illyrica urbe Dirrachio.cc.xxii.M. traiectu. Brūduſio cōterminuſ Pediculoꝝ ager nouē adoleſcenteſ totidēq; uirgineſ ab Illyriiſ.xiii. populoſ genuere. Pediculorum oppida Rhudia. Stegnatia Barion ante Iapyx a Dedali filio: a quo & Iapygia. Amita Pactiuſ Aufiduſ ex Hirpiniſ mōtibuſ Canuſiū prefluenſ. Hinc Apulia Daunioꝝ cognomine a Duce Diomediſ ſocero in q̄ oppidū Salapia Annibaliſ meretricio amore inclytū. Sipōtū uria amniſ Cerbaluſ Dauniorū finiſ. Portuſ Aggaſuſ. Promontorium montiſ Gargani a Salentino ſiue Iapygio cc.xxxiiii.M.paſſibuſ ambitu. Gargani portuſ Garne. Lacuſ Pantanuſ. Flumen portuoſum frento Teanum Apulorum. Itemq; Larinum. Diternia. Tifernuſ amniſ. Inde regio Frentana. Ita Apulorum genera tria: Teani a duce. Gareſ. Lucani qui ſubacti a Calchante tenuere loca que nūc tenent etinateſ. Daunioꝝ ꝑter ſupradicta colonie Luceria: Venuſia. Oppida Canuſiū Arpi aliq̄n Argoſ Hippium Diomede cōdēte. Mox Argi rippa dictū. Diomedeſ ibi deleuit gēteſ Monadoꝝ. Dardorūq; & urbeſ duaſ que in prouerbii ludicrum uertere apinam metaicram. Cetera intuſ. In tertia regione Hirpinorum colonia una Beneuentum auſpicatiuſ mutato nomine que quondam appellata Maleuētum. Auſeculani Aquiloni. Abellinateſ cognomine Protropi. Compſani. Caudini Ligureſ qui cognominatur Corneliani.& ꝗ Bebiani. Veſcellāi. Deculani. Aletrini. Abellīateſ cognoīati. Marſi. Atrani. Ecani. Alfellani. Artinateſ. Arpani. Vorcani: Collatini Cornēſeſ.& nobileſ clade Romana Cānēſeſ. Dirini. Forentani Genuſini. Herdorienſeſ. Irini. Larinateſ cognomine Frentani. Etinateſ. Ex Gargano Mateolani. Nerecini Matini Rubuſtini: Siluini: Strapellini: Turmantini. Vibinateſ. Venuſini. Vlurtini. Calabrorū Mediterranei Egetini Butuntinenſeſ. Deciani. Brumbeſtini. Narbonenſeſ. Baltonenſeſ. Stullnini. Tutini. Salentinorum Aletini. Baſterbini. Neretini. Vlentini. Veretini.

CAP.XIII. De Quarta regione Italiae.

Equitur Regio quarta gentiū uel fortiſſimarū Italie in ora Frentanorum a Tiferno flumē Triniū portuoſū. Oppida Biſtonium. Buca. Ortona. Aternuſ amniſ. Intuſ Anxani cognoīe Frentani. Caretini ſuꝑnateſ & infernateſ Lanuenſeſ. Marrucinoꝝ Teatini. Pelignoꝝ Corfiniēſeſ. Superequani. Sulmonēſeſ. Marſorum Anxantini. Atinateſ. Sucenteſ: Lucenteſ: Marruuii. Albenſium Alba ad Fucinum lacum. Equiculanorum Cliternini. Carſeolani. Veſtinorum Angulani. Pennienſeſ. Peltuinateſ. quibuſ iunguntur Aufinateſ Ciſmontani Samnitium: quoſ Sabelloſ & greci Saunitaſ dixere. Colonia Bouianū uetuſ & alteꝝ cognomine Vndecumanoꝝ Aufidenateſ Eſernini Fagi: Fugali Ficolenſeſ. Sepinateſ Treuentiateſ. Sabinorū Amiternini. Curenſeſ. Forum decii. Forū nouū. Fidenateſ. Interamnateſ. Nurſini: Nomentani. Reatini. Trebulani qui cognominatur Mutueſti. Et qui Suffinateſ. Tyburteſ Parinateſ. In hoc ſitu ex Equiculiſ interiere Cominii Tadiateſ. Acedici. Alfaterni. Gelianuſ autor eſt lacu Fucino hauſtum Marſorum oppidum Archippe cōditum a Marſya Duce Lydorū. Item Vrticinorum in piceno deletū a Romaniſ Valerianuſ. Sabini ut ꝗdam exiſtimauere a religōe & deorū cultu Seuini appellati Velinoſ accolunt lacuſ roſcidiſ collibuſ. Nar amniſ exhaurit illoſ ſulphureiſ aquiſ. Tyberim ex hiſ petenſ replet e monte Fiſcello labenſ iuxta Vacune nemora & reate in eoſdem conditus. At ex alia parte Anio in monte Trebanorum ortuſ lacuſ triſ amenitate nobileſ ꝗ nomen dedere Sublaqueo: defert in Tiberin. In agro Reatino Cutylie lacum: in quo fluctuet inſula: Italie umbilicū eſſe. M. Varro tradit. Infra

Sabinoſ Latium eſt. a latere picenum. a tergo Vmbria Apenniniſ iugiſ ſabinoſ utrinq; uallantibuſ.

CAP. XIIII. De Quinta regione Italiæ.

Vinta regio Piceni eſt quondam uberrime multitudiniſ. ccc. lx. milia picentiũ in fidẽ Romani populi uenere. Orti ſunt a Sabiniſ uoto uere ſacro. Tenuere ab Aterno amne: ubi nũc ager Hadrianuſ & Hadria colonia a mari. vii. M. paſ. flumen Vomanum. ager Pretutianuſ Palmenſiſq;. Item Caſtrumnouum flumen Batinum Truentum cum amne quod ſolum Liburnorũ in Italia reliquum eſt flumina Albulateſ Suinum Heluinum quo finitur Pretuciana regio. Et Picentium incipit. Cupra oppidum caſtellum Firmanorum. Et ſuper id colõia Aſculum Piceni nobiliſſima intuſ Nobana in ora Cluana Potentia. Numana a Siculiſ condita. Ab hiſdem colonia Ancon appoſita promontorio Cunero in ipſo flectentiſ ſe ore cubito a Gargano. c. lxxxiii. M. paſſibuſ intuſ auſinateſ: Veregrani: Cingulani Cuprẽſeſ: cognomine Montani Falarienſeſ. Pauſulani Plynienſeſ. Ricinenſeſ: Septempedani Tollentinateſ: Triacenſeſ cum urbe Saluia Polentini.

CAP. XV. De Sexta regione Italiæ.

Vnguntur hic ſexta Regio Vmbriã cõplexa agrũq; Gallicũ. Circa Ariminũ Ab Ancõe Gallica ora ĩcipit Togata Gallia cognoĩe Siculi & Liburni plurimi eiuſ tractu tenuere in primiſ palmenſẽ Pretutianũ Hadrianũq; agꝝ Vmbri eoſ expuluere hoſ Etruria hanc Galli umbroꝝ genſ ãtiqſſima Italie exiſtimat᷑ ut quoſ umbrioſ a greciſ putent dictoſ ꝙ inũdatiõe terraꝝ hymbribuſ ſupfuiſſent. Trecenta eorum oppida Thuſci debellaſſe reperiunt᷑. In Septima in ora flumẽ Eſiſ Senagallia Metauruſ fluuiuſ colonia Fanum fortune: Piſaurum cum amne & intuſ Hiſpellum Tuder de cetero Amerini Attidiateſ Aſiſinateſ Arnateſ Eſinateſ camerteſ Caſuẽtini Carſulani Doiateſ cognomine Salẽtini. Fulginiateſ: Foroflãminẽſeſ Forouliẽſeſ cognomine Concubienſeſ Forobremitiani. Foroſemproniẽſeſ Iguuini Interãnateſ cognomine Narteſ: Meuanateſ Meuanionenſeſ. Matilicateſ narnienſeſ: qđ oppidũ Nequinum antea uocitatum eſt. nucerini cognomine Fauonienſeſ: & Camellani: Otriculani Ortani Pitulani cognomĩe piſuerteſ Ecali Mergẽtini pleſtini Sẽtinateſ Sarſinateſ Spoletini Suareani Seſtinateſ Suillateſ Adinateſ Trebiateſ Tuſſicani Tibernateſ: cognomine Tyburini & Almetaurẽſeſ Veſionicateſ Vrbinateſ: cognoĩe Metaurenſeſ & Allibortenſeſ Metionenſeſ Vindinateſ Viuentani. In hoc ſitu interiere Feliginateſ. & q Cluſiolũ tenuere. Supra Interãnani & Sarranateſ cũ oppidiſ Acerriſ que Vafrie cognominabantur. Turocelo: quod Vettiolum. Item Solinateſ Suriateſ Fallienateſ. Apienateſ interiere & Arienateſ cũ Crinouolo & Vſcidicani & Plangenſeſ. Piſinateſ Celeſtini. Ameriam ſupraſcriptã Cato ante Perſei bellũ cõditã aaniſ. dcccc. lxiiii. prodidit.

CAP. XVI De Octaua regione Italiæ.

Octaua regio determinatur Arimino Pado Apennino In ora fluuiuſ Cruſtumium Ariminum colõia cum amnibuſ Arimino & Apruſa. fluuiuſ hinc Rubico quondam finiſ Italie ab eo Sapiſ & Vitiſ & Anemo. Rauenna Sabinorum oppidum cum amne Bedeſe ab Ancone. c. ii. M. paſſibuſ nec procul a mari Vmbroꝝ Brutrũ. Intuſ colonia Bononia Felſina uocitata cũ princepſ Etrurie eſſet Brixillũ. Mutina parma placentia. Oppida Ceſena Claterna. Foroclodii. Liuii populi. Truentinorũ Cornelii Licini Fauentini. Fidentini. oteſini padinateſ. Regienſeſ a Lepido Solonateſ Salteſ qui Galliani cognominãtur. aquinateſ. Tannitani. ueliateſ cognomine

Veteti. Regiateſ. Vrbinateſ. In hoc tractu interierunt Boii: quorum tribuſ. cxii. fuiſſe autor eſt Cato. Item Senoneſ qui ceperant Romam.

CAP. XVII. De Pado.

A duſe gremio Veſuli mõtiſ celſiſſimũ in cacumẽ elati finibuſ Liguꝝ Gabienoꝝ uiſẽdo fõte ꝓfluẽſ cõdenſq; ſeſe cuniculo & in Forouibieſiũ agro iteꝝ exoriẽſ nulli amniũ claritate ĩferior: a Greciſ dictuſ Eridanuſ ac pena Phetõtiſ illuſtratuſ augetur ad caniſ ortuſ liquatiſ niuibuſ. agriſ q̃ nauigiiſ torrẽtior nil tamẽ ex rapto ſibi ueudicanſ. atq; ubi liquit agroſ ubertate largior. ccc. M. paſſuum a fõte addenſ meatu duo de nonaginta. nec amneſ tantũ Apenninoſ Alpinoſq; nauigabileſ capienſ: ſed lacuſ quoq; immenſoſ in eum ſeſe exoneranteſ om̃i numero. xxx. flumĩa in mare Hadriaticum defert. Celeberrima ex iiſ Apẽnini latere Iactum Tanarũ. Trebiam Placentinum. Tarum. Niciam. Gabellum. Sculternam. Renũ. Alpiũ uero Sturã. Morgum. Duriaſ duaſ ſeſſitem Ticinum Lambrũ Adduam. Ollium. Mintium. Nec aliuſ amnium tam breui ſpatio maioriſ incrementi eſt urgetur quippe aquarum mole & in profundũ agit᷑. grauiſ terre quanq̃ deductuſ in flumĩa & foſſaſ inter Rauẽnam Altinumq; paſſum. c. xx. M. tamen quia largiuſ uomit ſeptem maria dictuſ facere anguſta foſſa Rauennam trahit᷑: ubi Paduſa uocat᷑: quondã Meſſanicuſ appellatuſ. Proximum inde oſtium magnitudinẽ portuſ habet qui Vatreni dicit᷑: quo Claudiuſ Ceſar e Britannia triumphanſ pregrandi illa domo ueriuſ q̃ naue intrauit Hadriam. Hoc ante Eridanum oſtium dictum eſt: ab aliiſ Spireticum ab urbe Spira que fuit iuxta. preualenſ ut Delphiciſ creditum eſt theſauriſ condita a Diomede. Auget ibi Padum Vatrenuſ amniſ ex Forocornelienſi agro. Proximum inde oſtium Capraſie dein Sagiſ. dein Volane: quod ante Alane uocabatur. Omnia ea foſſaſ fluminaq; primi Aſagi fecere Thuſci egeſto amniſ impetu per tranuerſũ in Hatrianoꝝ paludeſ que. vii. maria appellant᷑: nobili portu oppidi Thuſcoꝝ Hadrie: a quo Hadriaticũ mare ante appellatum: quod nunc Hadriaticum. Inde Oſtia plena Carbonaria ac foſſioneſ Philiſtine: qđ alii tartarum uocant omnia ex Philiſtine foſſe abundatione naſcentia accedẽtibuſ Ateſi ex Tridentiniſ alpibuſ & Togiſono ex patauinorũ agriſ parſ eorum & proximum portum facit Brundulum ſicut Edronem Mediacidua ac foſſa Clodia. Hiſ ſe Paduſ miſcet: ac per hec effundit᷑ plerũq; ut in Egypto Niluſ: quod uocãt Delta: triquetramq; figuram in alpeſ atq; oram mariſ facere prodit᷑ ſtad̃ ii. M. circuitu. Pudet a Greciſ Italie rationem mutuari. Metrodoruſ tamẽ Sceptiuſ dicit quoniam circa fontem arbor multa ſit picea que padeſ gallice uocetur i padum hoc nomen accepiſſe. Ligurum quidem lingua amnem ipſum Bodincum uocari: quod ſignificet fundo carentem. Cui argumento adeſt oppidum iuxta induſtria uetuſto nomine Bodincomagum: ubi precipua altitudo incipit.

CAP. XVIII. De Italia tranſpadana nona regiõe italie.

Ranſpadana appellatur ab eo regio. ix. tota in mediterraneo: cui maria cũcta fructuoſo alueo importat oppida Vibiſoꝝ Seguſio. Colonie ab alpiũ radicibuſ Auguſta Taurinorum. ãtiqua Ligurum ſtirpe inde nauigabili pado. dein Salaſſoꝝ Aguſta pretoria iuxta geminaſ alpium foreſ Graiaſ atq; peninaſ hiſ penoſ. Graiiſ Herculem tranſiſſe memorant. Oppidum Eporedia Sibylliniſ libriſ a Po. Ro. condi iuſſum Eporedicaſ enim Galli bonoſ equorum domitoreſ uocant. Vercelle Libicioꝝ ex Saluiſ orte. Nouaria ex Vertamacoriſ Vocantiorum. Hodieq; paguſ. Non ut Cato exiſtimat Ligurum ex quibuſ Leui & Marici condidere Ticinum non procul a Pado. Sicut Boii tranſalpeſ profecti Laudem Pompeiam. Inſubereſ Mediolanũ.

Orobiorũ ſtirpiſ eſſe Comum atq; Bergomum & Liciniforũ & aliquod circa populoſ autor eſt Cato. ſed originẽ gentiſ ignorare ſe fatetˀ quam docet Corneliuſ Alexander ortam e Grecia interpretatione etiam nominiſ uitam in montibuſ degentibuſ. In hoc ſitu interiit oppidum Orobiorũ Barra: unde bergomateſ Cato dixit ortoſ etiãnũ prodente ſe altiuſ q̃ fortunatiuſ ſiti. Interiere & Eaturi genſ Inſubrum Exuleſ. & Spira ſupradicta. Item Melpum opulentia precipuum: quod ab Inſubribuſ & Boiſ & Senonibuſ deletũ ẽ eo die quo Camilluſ Veioſ cepit: ut Nepoſ Corneliuſ tradit.

CAP. XVIIII. De De Venetia decima regione Italiæ.

Equitur decima regio Italie Hadriatico mari appoſita cuiuſ Venetia fluuiuſ Siliſ ex mõtibuſ Tauriſaniſ. Oppidum altinum flumẽ Liquentia ex mõtibuſ Opiterginiſ & portuſ eodem nomine colonia Concordia. flumẽ & portuſ Romatinũ Tiliauentũ maiuſ minuſq;. Anaſſum quo Varamuſ defluit. Alſa Natiſo cum Turro prefluente Aquileiam coloniam. xii. M. paſſibuſ a mari ſitam. Carnorum hec regio iunctaq; regioni Iapidum amniſ Timauuſ caſtellũ nobile uino Pucinũ Tergeſtinuſ ſinuſ colonia Tergeſte. xxx. M. iii. M. ab Aquileia ultra quam ſex milia paſſuum Formio amniſ ab Rauenna. c. lxxxix. paſſuum antiquuſ auctæ Italiæ terminuſ. Nunc uero Iſtrie quam cognomíatam a flumine Iſtro in Hadriam effluente e Danubio amne eodemq; Iſtro ex aduerſo Padi fauceſ contrario eorum percuſſu: mari interiecto dulceſcente Pleriq; dixere falſo & Nepoſ Corneliuſ etiam Padi accola. nulluſ enim ex Danubio amniſ in mare Hadriaticum effunditur deceptoſ credo qm̃ Agro nauiſ flumine in mare Hadriaticum deſcendit nec procul Tergeſte. Nec iam cõſtat quo flumíe. Humeriſ trauectã alpeſ diligẽtioreſ tradũt ſubiiſſe aũt Iſtro: dein Sao: dein Nauporto: cui nomẽ ex ea cauſa eſt inter Hemonaim Alpeſq; exorienti.

CAP. XX. De Iſtria.

Stria ut Peninſula excurrit. latitudinem eiuſ. xl. M. paſſuum circuitum uero. c. xxii. M. ꝑdidere qdã. Itẽ adherẽtiſ Liburnie & panatici ſinuſ. Alii liburnie c. lxxx. M. nõnulli in Panaticũ ſinũ Iapidiã ꝑmouere a tergo Iſtrie. c. xxx. M. paſſuũ dein Liburniam. cl. M. fecere. Tuditanuſ qui domuit Iſtroſ in ſtatua ſua ibi inſcripſit ab Aquileia ad Titiũ flumen ſtad̃. cc. M. Oppida Iſtrie ciuiũ Romanorũ Agida Parentium. Colonia Pola que nunc Iulia ciuitaſ quondam a Colchiſ condita. Abeſt a Tergeſte. c. M. n. p. mox oppidum Nexantium & nunc finiſ Italie fluuiuſ Arſia Polam ab Ancona traiectuſ. c. xx. M. paſſibuſ eſt. Inmediterraneo regioniſ decime colonia Cremona Brixia Cenomannoꝝ agro uenetoꝝ autẽ Natri Aceſte. & oppida Acelum. Pataulum. Opitergium Belunium. Vicentia Mantua Thuſcorum. tranſ Padum ſola reliqua. Venetoſ Troiana ſtirpe ortoſ autor eſt Cato. Cenomannoſ iuxta Maſſiliam habitaſſe. In Volciſ Fertini & Tridentini & Beruẽſeſ Rhetica oppida Rhetorum: & Euganeorum Veronam. Iulienſeſ Carnorum. Dein quoſ ſcrupuloſe dicere non attineat: Alutraenſeſ. Aſſeriateſ. Flamontenſeſ. uanienſeſ Tuli cognomine Culici Foroiulienſeſ cognomine Tranſpadani. Foretani Nedinateſ Quarqueni: Tauriſani. Cogienſeſ. uaruani. In hoc ſitu interiere per oram Iramine Pellaon Paſicium: ex uenetiſ Atina. & Celina Carnoſ Segeſte & Ocra. Tauriſciſ Noreia. Et ab Aquileia ad duodecimum lapidẽ deletum oppidum etiam inuito Senatu a. M. Claudio. L. Marcello. L. Piſo autor eſt. In hac regione &. xi. lacuſ inclyti ſunt: amneſq; eorum partuſ aut alumni ſi modo acceptoſ reddunt: ut Adduam Lariuſ. Ticinum uerbanuſ. Mintium Benacuſ. Ollium Sebinoſ. Lambrum Eupiliſ omneſ incolaſ Padi. Alpeſ in longitudinem. x. M. paſſuum patere a Supero mari ad inferū Celiuſ tradit. Timageneſ. xxii. M. paſſuū deductiſ in latitudinē. Corneliuſ autem Nepoſ. c. M. T. Liuiuſ tria milia ſtadiorum: uterq; diuerſiſ in lociſ. Nam & centum milia excedunt aliquando ubi Germaniam ab Italia ſubmouent nec. lxx. M. explent. reliqua ſui parte graciliſ ueluti nature prouidentia. Latitudo Italiæ ſubter radiceſ earū a Varo per Vada Sabatia Taurinoſ Comum Brixiam Veronā Vicētiam Opitergium Aquileiam Tergeſte Polam Arſiam. dcc. xlii. M. p. colligit.

CAP. XXI. De Alpibuſ & gentibuſ Alpiniſ.

Ncole Alpiū multi populi: ſed Illuſtreſ a Pola ad Tergeſtiſ regionē. Secuſſeſ Subocrini. Atali: Menocaleni iuxtaq; Carnoſ quondā Tauriſci appellati nūc Norici. Hiſ contermini Rheti & Vindelici: omneſ in multaſ ciuitateſ diuiſi Rhetoſ Thuſcoꝝ prolē arbitrant̄ a galliſ pulſoſ duce Rheto. Verſo deinde Italiam pectore alpiū latini iuriſ Euganee gēteſ quaꝝ oppida. xxxiiii. enumerat Cato: ex iiſ Triūpilini uenaliſ cum agriſ ſuiſ populuſ. Dein Canuni: cōplureſq; ſimileſ finitimiſ attributi municipiiſ. Lepontioſ & Salaſoſ Tauriſce gentiſ idem Cato arbitratur. Ceteri fere Lepontioſ relictoſ ex comitatu herculiſ interpretatiōe Greci nominiſ credūt p̄uſtiſ intra ſinuſ alpium niue membriſ eiuſdem & Graioſ fuiſſe poſitoſ in tranſitu. Graiarū Alpium incolaſ preſtanteſq; genere Euganeoſ inde tracto nomine. Caput eorum Stheonoſ. Rhetorum Venonenſeſ: Saruneteſq; ortuſ Rheni amniſ accolunt. Lepontiorum qui Viberi uocantur: fontem Rhodani eodem Alpiū tractu. Sūt p̄terea Latio donati incole. ut Octodurenſeſ & finitimi Cētroneſ Cottiane ciuitateſ Ecuri e Liguribuſ orti. Vagienni ligureſ. & qui montani uocantur. Capillatorumq; plura genera ad confiniū Ligustici mariſ. Nō alienum uidet̄ hoc loco ſubiicere īſcriptionem e tropheo Alpiū que taliſ eſt Imperatori Ceſari diui filio Aug. Pōtifici maximo Imp. xiiii. Tribunitie poteſtatiſ. xvii. Senatuſ Populuſq; Romanuſ: ꝙ eiuſ ductu auſpiciiſq; genteſ Alpine omneſ que a mari Supero ad Inferum ꝑtinebāt ſub Imperiū Po. Ro. ſunt redacte genteſ Alpine deuicte Triūpelini Canuni uēnoteſ uenoneteſ Hiſarci Breuni Nauneſ Focunateſ. Vindelicorum genteſ quattuor. Conſuaneteſ uirucinateſ. Licateſ. Cattenateſ Ambiſōteſ Ruguſci Suaneteſ. Calluconeſ Brixēteſ Lepontii uiberi: Nautuateſ Seduni: uaragri. Salaſſi. Acitauoneſ Medulli: ucennii. Caturigeſ Brigiani. Sōtiontii Brodiōtii: Nemaloni Edemnateſ Eſubiani: ueamini: Gallite Triulatti: Ectini uergunni: Eguituri. nemeturi: oratelli: uerusi ꝛ uelauni. Suetri. non ſunt adiecte Cottiane ciuitateſ. xii. que non fuerant hoſtileſ: ſed item attribute municipiiſ lege pompeia. Hec eſt Italia diiſ ſacra he genteſ eiuſ hec oppida populorum ſuper hec Italia que. L. Emilio Paulo. C. Statilio Regulo Conſulibuſ nūciato Gallico tumultu ſolæ ſine externiſ ulliſ auxiliiſ atq; etiā tūc ſine Trāſpadaniſ equitum. lxxx. M. peditum. dcc. M. armauit. Metallorum omnium fertilitate nulliſ cedit terriſ. Sed interdictum id uetere Cōſultu patrum Italie parci iubentiū.

CAP. XXII. De Illyrico.

Rſia genſ Liburnorum iungitur uſq; ad flumē Titiū. parſ eiuſ fuere Mētoreſ Hymani. Enchelee Dudini & quoſ Callimachuſ Peuceciaſ appellat. nūc totum uno nomine Illyricū uocatur generatim populorum pauca effatu digna aut felicia nomina. Conuentum Scardonitanum petūt Iapideſ & Liburnorum ciuitateſ. xiiii. e quibuſ lacinīeſeſ Stultinoſ Burniſtaſ olbonenſeſ nominare non pigeat. Iuſ Italicum habent eo Conuentu Alute Fanateſ a quibuſ ſinuſ nominatur. Lopſi Varuabrini immuneſq; Aſſeriateſ & ex inſuliſ Fertinateſ Curitte. Ceterū per oram oppida Aneſactio Aluona. Flamona Tarſatica Sema Lopſica ortoplyma. Regiū Argyruntū

Corinium. Enona ciuitaſ Paſinuſ. flumen Telaulum: quo finitur Lapidia. Inſulæ eiuſ ſinuſ cū oppidiſ preter ſupra ſignificata. Abſyrtiū Arba Traguriū Iſſa Pharoſ Paroſ ante. Rurſuſ in cōtinente. colonia Iadera que a Pola. c. lx. M. p. abeſt. inde xxx. M. Colentum inſula. xviii. oſtium Titii fluminiſ.

CAP. XXIII. De Liburnia.

Iburnie finiſ & initium Dalmatie Scardona in amne Ea. lxii. M. paſſuum a mari: dein Tariotaꝝ antiq̄ regio & caſtellū tariona. Promōtorium Diomediſ uel ut alii Peninſula Hilliſ circuitu. c. M. paſſuū Traguriū ciuiū Romanoꝝ marmore notū Siculi in quem locum diuuſ Claudiuſ ueteranoſ miſit. Salona colonia ab Iadera. cc. xxii. M. paſſuū. Petūt in ea iura iuribuſ deſcriptiſ in decuriaſ. CCC. lxii. Dalmatie. Xxii. Decuni. CC. xxxix. Ditiōeſ. LXIX. Mazei. LII. Sardiateſ. In hoc tractu ſūt Burnū Mādetriū Tribuliū. nobilitata ꝓliſ caſtella petūt & ex inſuliſ Stati Collētini. Separi. Epetini. Ab hiſ caſtella Pigūtie. Rataneū. narona colōia. Tertii conuentuſ a Salona. lxxii. M. p. appoſita cognominiſ ſui fluuio a mari. xx. M. paſ. M. Varro. lxxxix. ciuitateſ eo uēcitaſſe auctor eſt. Nunc ꝓpe ſoli noſcunt Cerauri Decuriſ. xxiiii. Diuerſi. xvii. Deſitiateſ. c. iii. Docleateſ. xxxiii. Deretini xiiii. Deremiſte. xxx. Dindari. xxxiii. Glinditiōeſ. xliiii. Melcomani. xxiiii. Nareſ. c. ii. Scirtari. lxxii. Siculcote. xxiiii. Populatoreſq; quondam Italie Vardei non ampliuſ q̄. xx. decuriſ. Preter hoſ tenuere tractum eum Oeuei: Partheni: Hemaſi: Marſthite: Armiſthe. A Narone amne. c. M. paſſuum abeſt Epidaurum colonia. Oppida ciuium Romanorum Rhizinium: Aſtriuium: Butuanium: Olchinium quod antea Colchinium dictum eſt a Colchiſ conditum. Amniſ Dirino. ſuperq; eū oppidū ciuium Ro. Scodra a mari. xix. M paſſuum. Preterea multorum Grecie oppidorū deficienſ memoria: necnon & ciuitatum ualidarum. Eonanq; tractu fuere Labeateſ Enederudini: Faſſei: Grabei: proprieq; dicti Illyrii & Taulantii & pyrei. Retinet nomen in ora Nympheum promontorium. Lyſſum oppidum ciuium Romanorum ab Epidauro. c. M. paſſuum.

CAP. XXIIII. De Macedonia.

Lyſſo Macedonia prouintia. Genteſ parthini & a tergo eoꝝ Diſſarete. mōteſ Candauie a Dirrachio. lxxix. M. paſſ. In ora uero ciuiū Romanoꝝ Epidānū colonia ꝓpter inauſpicatū nomē a Romaniſ Dirrachiū appellata. Flumen Aouſ: a q̄buſdā Eaſ noīatū. Apollonia quōdā Corinthioꝝ colonia. iiii. M. p. a mari recedenſ. Cuiuſ in finibuſ celebre Nympheū accolunt barbari Amanteſ & bellioneſ. At in ora oppidū Oricū a colchiſ conditū. Inde initiū Epiri. Monteſ Acroceraunii: q̄buſ hunc Europe determinauimuſ ſinū. oricum a Salentino Italie ꝓmontorio diſtat. lxxxv. M. paſſuſ. a tergo Carnorum & Iapidum qua ſe effert magnuſ Iſter.

CAP. XXV. De Norica.

Hetiſ iungunt norici. oppida eoꝝ Virunū. Celeia. Taurnia: Aguntū iuuana Momnia Claudia Flauium Soluenſe. noriciſ iunguntur lacuſ peiſo: Deſerta Boiorum. Iam tamē colonia diui Claudii Sabaria: & oppida carambaria iulia.

CAP. XXVI. De Pannonia.

Abitant inde glādifera pānonie: qua miteſcentia Alpiū iuga ꝑ mediū Illiricum a Septentrione ad meridiem uerſa molli in dextra ac leua deuexitate cōſidunt.

CAP. XXVII. De Dalmatica.

Ve parſ ad mare Hadriaticū ſpectat. appellatur Dalmatia & Illyricum ſupradictum. Ad ſeptentrioneſ pannonia uergit: finit inde Danubio. In ea colonie

Mona Siſcia. Amneſ clari & nauigabileſ in Danubiū fluunt Drauuſ e Noriciſ uiolētior. Sauuſ ex Alpibuſ Carniciſ placidior. c. xv. M. p. īteruallo. Drauuſ ꝑ Serreteſ Serapilloſ: Iaſoſ: Sandrizeteſ. Sauuſ per Colapianoſ Brecoſq;. Populoꝝ hec capita. Preterea Ariuateſ: Aſali: Amanteſ: Belgiteſ: Chartbari: Cornacateſ. Erauiſci: Hercuniateſ: Latouici: Oſeriateſ. Vartiani: Monſclaudiuſ. Cuiuſ in fronte ſcordiſci. In tergo Tauriſci. Inſula in Sauo Metubarriſ amnicarum maxima. Preterea amneſ memorandi. Colapiſ in Sauū influenſ iuxta Siſciam gemino alueo inſulā ibi efficiēſ que Segeſtia appellatur. Alter amniſ Bacuntiuſ in Saum Sirmio oppido influit ubi ciuitaſ Sirmienſium & Amantinorum. Inde. xlv. M. paſſuum Taurunum ubi Danubio miſcetur Sauſ ſupra influunt Valdanuſ Vrpanuſ & ipſi non ignobileſ.

CAP. XXVIII. De Meſia.

Annoniæ iungitur prouintia que Meſia appellatur ad Pōtum uſq; cū Danubio decurrenſ. Incipit a Confluente ſupradicto. In ea Dardani Celegeri: Triballi: Trimachi: Moeſi: Thraceſ: Pontoq; contermini Scythe. Flumina clara Dardanuſ: Margiſ Pingiuſ Timachuſ ex Rhodope: Oeſcuſ ex Emo: Vtuſ: Eſcamuſ: Ieteruſ. Illyrici latitudo q̃ maxima eſt. ccc. xxv. M. p. colligit. Longitudo a flumine Arſia ad flumen Drinium. dccc. M. a Drinio ad promontorium Acroceraunium. c. lxxii. M. Agrippa prodidit uniuerſum hunc ſinum Italie & Illyrici ambituſ. xiii. M. In eo duo maria quo diſtinximuſ fine Inferum ſiue Ionium in prima parte. interiuſ Hadriaticum: quod Superum uocant. Inſule in Auſonio mari preter iam dictaſ memoratu digne nulle. In Ionio pauce Calabro littore ante Brunduſium: quarum obiectu portuſ efficitur. Contra Apulum littuſ Diomedea conſpicua monumento Diomediſ. & altera eodem nomīe: a quibuſdam Teutria appellata. Illyrici ora mille āpliuſ inſuliſ frequētat natura uadoſi mariſ eſtuariiſq; tenui alueo inter curſantibuſ. clare antea oſtia Timaui calidorum fontium cum eſtu mariſ creſcentium iuxta Iſtorum agrū. Ciſſa pullarie & apſyrtideſ Graiſ dicte a fratre Medee ibi īterfecto noīe apſyrtio iuxta eaſ Electridaſ uocauere: in quibuſ ꝓueniret Sucinū: quod illi Electꝝ appellant uanitatiſ Grece certiſſimum documentum. Adeo ut quaſ earum deſignent haud unq̃ conſtiterit. Cōtra Iader eſt Iſſa. Queq; appellate cōtra Liburnoſ Cretee aliquot. Nec pauciores Liburnicæ: Celaduſe de contra Suriū Bano & capriſ laudata Batteriaſa ciuium Romanorū reliqua: & cum oppido Pharia: ab hiſ curcura Melæna cognominata: cum Gnidiorum oppido diſtat uigintiduo milia paſſuum. Inter quam & Illyricu Melita. Vnde Catuloſ Melitoſ appellari Callimachuſ autor eſt. xxii. M. paſſunm. Ab ea. iii. M. Elaphiteſ. In Ionio autem mari ab arico. M. M. p. Saſoniſ piratica ſtatione nota.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TERTIVS DE PRIMO ET SECVNDO EVROPAE SINV FINIT. INCIPIT LIBER QVARTVS DE TERTIO EVROPAE SINV FOELICITER.

CAP. I. De Tertio Europæ ſinu.

Ertiuſ Europe ſinuſ Acroceraunīſ īcipit mótibuſ. finit̃ Helleſpóto āplectitur preter minoreſ ſinuſ. xix. xxii. M. paſſuú. In eo Epiruſ. Acarnania. Etolia. Phociſ. Locriſ. Acheia. Meſſenia Laconia. Argoliſ. Megariſ. Attica Boetia. Iterúq; ab alia mari eadem Phociſ & Locriſ Doriſ. Phthiotiſ. Theſſalia. Magneſia. Macedonia Thracia. omniſ Grecie fabuloſitaſ: ſicut & litterarú claritaſ ex hoc primú ſinu effulſit. Quapropter in eo paululum cómorabimur. Epiroſ in uniuerſum appellata Acroceraunīſ incipit montibuſ. In ea primi Chaoneſ: a quibuſ Chaonia: dein Theſproti Antigonenſeſ. Locuſ Aornoſ: & peſtifera auibuſ exhalatio. Ceſtrini. Perrhebi. quoꝫ móſ Pinduſ Caſſopei. Driopeſ. Selle. Pelopeſ. Moloſſi: apud quoſ Dodonei Iouiſ templum oraculo illuſtre. Talaruſ monſ centum fontibuſ circa radiceſ Teopompo celebratuſ.

CAP. II. De Epiro.

Piruſ ipſa ad Magneſiā Macedoniamq; tēdenſ a tergo ſuo Daſſarethaſ ſupradictoſ liberam gentem : mox feram Dardanoſ habet. Dardaniſ leuo Triballi pretendunt̃ latere. Et meſice genteſ a fronte iunguntur. Medi ac Denſelate quibuſ Thraceſ ad Pontú uſq; pertingenteſ. Ita ſuccincta Rhodopeſ mox & Emi uallatur excelſitaſ. In Epiri ora caſtellum in acroceraunīſ Chimera: ſub eo aque Regie fonſ. Oppida Meandria. Ceſtrie flumen Teſprotia Vethimiuſ colóia Butrotum maxíeq; nobilitatuſ ambrociuſ ſinuſ: faucibuſ ſpacioſum equor accipienſ. Lógitudiniſ trigintanouem milia paſſuum. Latitudiniſ quindecim milia. In eum defertur amniſ acheró e Lacu Theſprotię acheruſia ꝓfluēſ trigintaſex milia paſſuum inde & mille pedum ponte mirabiliſ omnia ſua mirantibuſ. In ſinu oppidú ambracia. Moloſſorum flumina Alphaſ: Arathuſ. Ciuitaſ Anactoria. Lacuſ pandoſia. Acarnania que antea Curetiſ uocabatur. Oppida Heraclea Chinuſ. Et in ore ipſo colonia Auguſti actium cum templo apolliniſ nobili ac ciuitate libera Nicopolitana. Egreſſoſ ſinu ambratio in Ionium: excipit Leucadium littuſ. promontorium Leucateſ. Dein ſinuſ. ac Leucadia ipſa peninſula quondam neritiſ appellata opere accolarum abſciſſa a continenti ac reddita uentorum flatu congeriem arene accumulantium: qui locuſ uocat̃ Diorectuſ ſtadiorum longitudine trium. Oppidum in ea Leucaſ quondam Neritum dictum. Deinde acarnanú urbeſ Halyzia. Aſtacuſ: Argoſ Amphilochicum cognominatum. Amniſ Acheloūſ e Pindo fluenſ atq; acarnaniam ab Etolia dirimenſ : & Artemicam inſulam aſſiduo terre inuectu cantinenti annectenſ.

CAP. III. De Etolia.

Tolorú populi athamaneſ Tymphei Epirinēſeſ perrhebi Dolopeſ. Marageſ. Atraceſ a quibuſ atrax amniſ Ionio mari infunditur. Etolie oppidum Calidon eſt ſeptem milium quingentoꝝ paſſuum a mari iuxta Euenum amnē. Dein Matina Molycria cuiuſ a tergo Chalciſ & monſ eſt praſuſ. At in ora promontorium antirium: ubi oſtiú Corinthiaci ſinuſ minuſ mille paſſuum latitudine influētiſ: Etoloſq; dirimētiſ a peloponneſo. Promontorium quod contra procedit : appellatur Ribon : ſed in Corinthiaco ſinu. Oppida Etolie Naupactum : Eupalimna : & in Mediterraneo Pleuron: Haliſorna. Monteſ clari. In Dodone Tommaruſ. In ambracia Acranoſ. In acarnania Aracynthuſ. In Etolia acathon Panetolium Madimium.

CAP. IIII. De Locriſ.

Roximi Etoliſ Locri: qui cognominantur Ozole immuneſ. Oppidú Eanthe. portuſ Apolliniſ Pſeſtiſ. Sinuſ Chryſeuſ. Intuſ oppida Argon. Epolea. Peſtum.

Calamiſuſ. Vltra Cirrhei Phocidiſ campi Oppidum Chirrha: Portuſ Caleon. a quo ſeptem milia paſſuum introrſuſ liberū oppidum Delphi ſub mōte Parnaſo: clariſſimi in terriſ oraculi Apollinis. Fonſ Caſtaliuſ. Amniſ Cephiſuſ prefluenſ Delphoſ ortuſ in Lilea urbe quondam. Preterea oppidum Chryſa & cum Vlenſibuſ Anticyra. Naulocum Pyrrha amphiſa immuniſ Tricone. Tricorymbuſ. Myrenaq; Regio Tauliſ appellata. Dein in intimo ſinu angulus Boetie alluitur cum oppidiſ Gymniſ Thebiſ: que Corſice cognominate ſunt iuxta Heliconem. Tertiū ab hoc mari Boetie oppidum Page unde peloponneſi proſilit ceruix.

CAP. V. De Peloponneſo.

Eloponneſuſ Apie ante appellata & Pelaſgia Peninſula haud ulli terre nobilitate poſtferenda inter duo maria Egeum & Ionium Platani folio ſimiliſ ꝓpter anguloſoſ receſſuſ circuitu quingentorū ſexagintatriū miliū paſſuum colligit autore Iſidoro. Eadem per ſinuſ pene tantundem adiicit. Anguſtie unde procedit: Iſthmoſ appellatur. In eo loco irrumpentia e diuerſo que dicta ſunt maria a Septentrione exortu eiuſ omnē ibi latitudinē uorādo donec contrario incurſu equorum tātorū in quinq; miliū paſſuū interuallo exeſiſ utrinq; lateribuſ anguſta ceruice Peloponneſū cōtineat Hellaſ. Corinthiacuſ hinc. Illinc Saronicuſ appellatuſ ſinuſ. Legee hinc Cenchree: illinc anguſtiarum termini: longo & ancipiti nauiū ābitu: quaſ magnitudo plauſtriſ tranſuehi prohibet. Quam obcauſam perfodere nauigabili alueo anguſtiaſ temptauere Demetriuſ Rex. Dictator Ceſar. C. princepſ. Domitiuſ Nero infauſto ut omnium patuit exitu: incepto. Medio hoc interuallo: quod Iſthmi appellauimuſ applicata colli habitatur colōia Corinthuſ: antea Ephyre dicta: ſexageniſ ab utroq; littore ſtadiiſ e ſūma ſua arce: que uocat̃ Acrocorinthuſ: in qua fonſ Pyrene diuerſa duo maria proſpectanſ. Octogintaſeptem milium paſſuum ad Corinthiacum ſinum traiectuſ eſt Patraſ a Leucade. Patraſ Colonia in longiſſimo ꝓmontorio pelopōneſi cōdita ex aduerſo Etolie & fluminiſ Eueni minuſ mille paſſuū: ut dictū eſt īteruallo in ipſiſ faucibuſ ſinum Corinthiacum octoginta quinq; milia paſſuum in longitudinē uſq; ad Iſthmon tramittunt.

CAP. VI. De Achaia.

Chaie nomen prouintie ab Iſthmo incipit antea Egialoſ uocabat̃ ꝓpter urbeſ in littore per ordinē diſpoſitaſ. Prime ibi quaſ diximuſ: Lechee Corinthiorum portuſ. Mox Oliruſ Pelleneorum caſtellū. Oppida Helice. Bura. in que refugere hauſtiſ prioribuſ Sycion Egira Egion Erineoſ. Intuſ Cleone. Hiſie Palinbormuſ portuſ. Demonſtratumq; iam Rhiū: a quo promontorio quinq; miliū paſſuū abſunt Patre: quaſ ſupra memorauimuſ. Locuſ phere in Achaiam nouem montium Scioeſſa Notiſſimuſ fonſ Cymothoe. Vltra patraſ oppidum Olenum. Colonia Dyme. Loca Bupraſum Hormine. promontorium Auraxuſ. Cylle ſinuſ. promontoriū Chelonateſ Inde Cyllenen duorum milium paſſum. Caſtellum philium. Que regio ab Homero Arethuſe dicta. Poſtea Aſophiſ. Inde Eliorum ager: qui antea Epie uocabatur. Ipſa Eliſ in mediterraneo. Et Apilo duodecim milibuſ paſſuum intuſ delubrum Olympii Iouiſ ludorum claritate faſtuſ Grecie complexum. piſa eorum quondam oppidum prefluente Alpheo amne. At in ora promōtorium Ichthiſ. Amniſ alpheuſ nauigabiliſ prope ſex oppida. Aulon Brepium promontorium platanodeſ. Omnia hec ad occaſū uerſa ad meridiem autem Cypariſſiuſ ſinuſ cum urbe Cypariſſa Septuaginta duorū milium paſſuum circuitu. Oppida piloſ. Metone. Lucuſ eliſ. promontorium Acritaſ. Sin[illegible]ſ Aſineuſ ab oppido Aſine. Coroneuſ a Corona. Finiūtur Tenaro promōtorio.

Ibi regio Meſſenia duodeuiginti montiū. Amniſ Pamiſuſ. Intuſ autem ipa Meſſene. Ithome. Oechalia. Arene. Ptoeleon. Thryron. Dorion. Zancle. uariiſ temporibuſ clara. Huiuſ ſinuſ circuituſ octoginta milia paſſuū. Traiectuſ uero triginta milia. Dehinc a Tenaro ager Laconicuſ libere gentiſ. Et ſinuſ circuitu ducenta ſex milia. traiectu trigintanouem milia. Oppida Tenarū Amycle. Phere. Leutra. Et intuſ Sparta. Therāne. Atq; ubi fuere Cardami. Lepitame. Antiane. Locuſtiree. Egerania. Monſ Taygetuſ. Amniſ Eurotaſ. Sinuſ Egilodeſ. Oppidum Pſammathuſ Sinuſ Cytheateſ ab oppido ex quo ad Cretam inſulam certiſſimuſ curſuſ. Omnia autem Maleo promontorio includuntur. Qui ſequitur ſinuſ ad Scylleum Argolicuſ appellatur: tractu quinquaginta milia paſſuum. Idem ambitu centum ſeptuagintaduo milia. Oppida Boea Epidauruſ Limera cognomine. Zarax. Ciphaniſ portuſ amneſ Inachuſ. Eraſinuſ: inter quoſ Argoſ Hippium cognominatum. Supra lacum Lernen a mari quadringentiſ milibuſ nouemq; additiſ milibuſ Micene. Et ubi fuiſſe Tyrintha tradunt & locuſ Mantinea. Monteſ Arthemiuſ. Apeſanthuſ. Aſterion. Parparuſ: aliiq; undecim numero. Fonteſ Niobe. Amymone. Pſammathe a Scylleo ad Iſthmum centum ſeptuagintaſeptem milia paſſuum oppida Hermione Troezene Coriphaſium appellatum que aliaſ Inachium aliaſ Dipſium argoſ. Portuſ Chenitaſ. Sinuſ Saronicuſ: olim Querno nemore redimituſ: unde ei nomen: ita Grecia antiq̄ appellante quercum. In eo Epidaurum oppidum Eſculapii delubro celebre. Pireum promontorium. Portuſ Anteduſ & Bucephalio. & quaſ ſupra dixeramuſ Cenchree. Iſthmi parſ altera cum delubro Neptumni quinquēnalibuſ inclyto ludiſ. Tot ſinuſ Peloponneſi oram lancinant. Tot maria allatrant. Siquidem a Septentrione Ioniū irrumpit. Ab occidente Siculo pulſatur. A meridie Cretico urgetur. Ab oriente brumali Egeo. Ab oriente ſolſticiali Myrtoo: quod a Megarico incipienſ ſinu: totam Atticam alluit.

CAP. VII. De Arcadia.

Editerranea eiuſ Arcadia maxīe tenet. undiq; a mari remota initio Drymodiſ mox pelaſgiſ appellata. Oppida eiuſ Prophiſ. Mantinea. Stymphalū. Tegea. Antigonea. Orchomenum. Phineum. Pallantium: unde palatium Rome. Megalepoliſ. Cartina. Bocalium Crannon. Parrhaſie. Thelphuſa. Menala. Here. Phile. Pallene. pincina Ethelepre. Arcalie. Parthenium. aelee. Methydrium Eniſphe. Maciſtum. Lampadia. Clitorium. Cleone. Inter que duo oppida regio Nemea eſt Thembinadia uocitata. Monteſ in arcadia phole cum oppido. Item Cyllene. Lyceuſ in quo Lycei Iouiſ delubrum. Menaluſ arthemiſiuſ. partheniuſ. Lampheuſ. Nonacriſ. preterq; ignobileſ octo. Amneſ Ladon e paludibuſ. Phineuſ. & Erimanthuſ e monte eiuſdem nominiſ: in alpheum defluenſ. Relique ciuitateſ in achaia dicende Alitrei. ab ea Tepurgenſeſ. pereate. Paregenite. Tortuni. Tiphanai. Triuſi. Trirenſeſ. Vniuerſe achaie libertatem Domiciuſ Nero dedit. Peloponneſuſ in latitudine a promontorio Malee ad oppidum Rhegeum Corinthiaci ſinuſ centum ſexaginta milibuſ paſſuum patet. At in tranſuerſum ab Elide Epidaurum centum uigintiquinq; milibuſ. ab Olympia Argoſ per Arcadiam ſexagintaocto milibuſ. Ab eodem loco ad Phliunta dicta menſura eſt centum quiquaginta milium paſſuum. Vniuerſa autē uelut penſante equorum incurſuſ natura in monteſ ſex atq; ſeptuaginta attollitur.

CAP. VIII. De Græcia.

B Iſthmi āguſtiſ Hellaſ incipit. a noſtriſ Grecia appellata. In ea prima Attica antiqtuſ atte uocata attingit Iſthmū parte ſui que appellat᷑ Megariſ a colonia

Megara e regione Pagarum. Duo hec oppida excurrẽte pelopõneſo ſita ſunt utraq; ex parte uelut in humeriſ Helladiſ Pagei centum. lii. M. paſſuũ & ãpliuſ Egoſthenenſeſ contributi Megarenſibuſ. In ora autem hac portuſ Schenoſ. Oppida duo Cremion. Scyronia ſaxa ſeptẽ milia longitudine Geranea. Megara. Eleuſin. Fuere & Enoa & Probalinthoſ: que nunc non ſunt. Ab Iſthmo quinquagintaduoꝝ milium paſſuum Pireuſ. & Phalera portuſ duorum milium paſſuũ muro recedentibuſ Atheniſ iuncti. Libera hec ciuitaſ nec indiga ulliuſ preconii ampliuſ: tanta claritaſ ſuperfluit In Attica fonteſ Cephiſia Larine Calliroe. Nemee. Crunoſ. Mõteſ Brileſſuſ Egialuſ Icariuſ. Hymetuſ Lycabettuſ. Lacuſ Selinoſ. A Pireo q̃dragintaduobuſ mil. paſſuũ Suniũ Doriſcũ promontoriũ. Polypoſtere. Brauron. Ion: quondam oppida. Rhãnoſ Paguſ. Marathon campuſ. Triaſſuſ oppidum. Miletum & Oropuſ in cõfinio Boetie Cuiuſ Antedon Oncheſthoſ Theſpie Libeꝝ oppidũ Lebedea. Nec cedẽteſ Atheniſ claritate: que cognominant̃ Boetie Thebe duorum numinum Liberi atq; Herculiſ ut uolũt patria. Et Muſiſ natale in nemore Helicone aſſignãt. Datur & hiſ Thebiſ ſaltuſ Citheron amniſ Iſmeniuſ. Preterea fonteſ in Boetia Edipodia Pſãmathe Dirce Epigranea Arethuſa Hippocrene Aganippe Gargaphie. Monteſ extra predictoſ Micaleſuſ Adiliſiuſ. Acontiuſ. Reliqua oppida inter Megaram & Thebaſ. Leuthre Haliartuſ. Platee. Phere Aſpledon Hyle Etiſbe Erythre Gliſſa Cophe. Iuxta Cephiſum amnem Lamie: & Anichie. Medion. Phligone. Grephiſ. Corone Acharo In ora aũt infra Thebaſ Ocale Etheon Iolcoſ. Schenoſ. Peteõ Hyrie. Mycaleſſuſ Hyreſeũ Pteleon. Olyroſ. Tanagra liber populuſ. Et in ipſiſ faucibuſ Euripi quẽ facit obiectu inſule Euboee auliſ capaci nobiliſ portu Boetoſ. Hyantaſ antiquituſ dixere. Locri. Deinde Pygmenidi cognominãtur: olim Lelegeſ appellati. per quoſ amniſ Cephiſuſ defert̃ in mare. Oppida opuſ unde Opontinuſ ſinuſ Ginuſe Phocidiſ In littore unum Daphnuſ. Introrſuſ autem Lariſſe: Clatea. & ĩ ripa Cephiſi ut diximuſ: Lilea. Delphoſq; Verſenemiſ & Hyampoliſ. Rurſuſ in Locrorum ora: in qua Larymna. Tronium iuxta quod Boagriuſ amniſ defertur in mare. Oppida Naricũ alope Scarpia. Poſtea Maliacuſ ſinuſ ab ĩcoliſ dictuſ in quo oppida Halcyone Ecõia phalarna. Doriſ deinde in qua Sparchoſ. Erineon Bolon: pinduſ Cythinũ Doridiſ a tergo monſ eſt Oetha. Sequitur mutatiſ ſepe nominibuſ Hemonia. Eadem Pelaſgicum Argoſ. Hellaſ eadem Theſſalia & Driopiſ ſemper a Regibuſ cognominata. Ibi genituſ Rex nomine Grecuſ a quo Grecia ibi Helleneſ a quo Helleniſ. Hoſ eoſdem Homeruſ tribuſ nominibuſ appellauit. Myrmidonaſ & Hellenaſ & acheuſ. Ex iiſ phthiote nominantur Dorida accolẽteſ. Eorum oppida Echinuſ in faucibuſ Sperchii fluminiſ. Thermopylarum anguſtie: quo argumento quattuor milia paſſuũ in Heraclea Trechin dicta eſt. Mõſ ibi Callidromuſ. oppida celebria Hellaſ. haloſ. Lamia. Phthia. arne.

CAP. VIIII. De Theſſalia.

N Theſſalia autem amniſ Orcomeniuſ Miniluſ antea dictuſ. Et oppidũ Alimõ ab aliiſ Elmõ. Atrax. Palamna. fonſ Hiperea. Oppida There quarum a tergo Pieruſ ad Macedoniam protenditur. Lariſſa. Gomphi. Thebe. Theſſalie: nemuſ Pteleon. Sinuſ pagaſicuſ. oppidum Pagaſa. Idem poſtea Demetriaſ dictum. Tricea. Parſalici campi cũ ciuitate libera Crannon Iletia. mõteſ Phiotidiſ Nympheuſ quõdã topiario nature opere ſpectabiliſ Buzigeuſ Donaceſa. Bromiuſ. Daphuſ. Achimaron Athamaſ Stephane. In Teſſalia ſunt quattuor atq; triginta mõteſ quorũ nobiliſſimi Cerceti Olympuſ Pieriſ oſſa: cuiuſ ex aduerſo Pinduſ & Othryſ Laphytarũ ſedeſ ad occaſum uergenteſ. Ad ortuſ Pelioſ. omneſ theatrali mó inflexi ceuatiſ ante eoſ ſeptuagítaqnq; urbibuſ. Flumía Theſſalie Apidanuſ. Phenix. Enipheuſ Onochonuſ Laminiſſuſ. Fonſ Meſſeiſ. Lacuſ Bebeiſ. Et ante cunctoſ claritate Peneuſ ortuſ iuxta Gomphoſ: interq; Oſſam & Olympum nemoroſa cóualle defluenſ quingentiſ ſtadiiſ dimidio eiuſ ſpatio nauigabiliſ. In eo curſu Tempe uocant̃ quinq; miliú paſſuum longitudine: & ferme ſex latitudine ultra uiſú homĩſ attollētibuſ ſe dextera leuaq; leniter conuexiſ iugiſ intuſ ſua luce uiridante allabitur peneuſ uiridiſ calculo amenuſ circa ripaſ gramine canoruſ auium cócentu accipit amnē Orcon. nec recipit Sed olei modo ſupernatantē ut dictum eſt ab Homero breui ſpatio portatú abdicat penaleſ aquaſ diriſq; genitaſ argenteiſ ſuiſ miſceri recuſat.

CAP. X. De Magneſia.

Heſſalie annexa Magneſia eſt: cuiuſ fonſ libetra. Oppida ormenium Pyrrha Meton olizon. Promontorium Sepiaſ. oppida Caſiana. Spalatra. Promótoriú Eantium. oppida Meliboea. Rhybuſ. Erimne. oſtium Penei. Oppidum omoliuam Orthei. Rheſie. Pelin. Nathocú. Achie. Cricon Crannon. Acarne. Dorió. Melite. Phila. Ceponie. Epiri. Achaie. Attice. Theſſalie. in porrectum lógitudo quadringentorum octoginta milium paſſuum traditur. latitudo ducentorum nonagintaſeptē milium.

CAP. XI. De Macedonia.

Acedonia poſtea. CI. populorum duobuſ inclyta Regibuſ quondamq; terrarum imperio: Emathia antea dicta. Hec ad Epiroticaſ genteſ in ſoliſ occaſú recedēſ poſt terga Magneſie atq; Theſſalie infeſtatur a Dardaniſ. Partē eiuſ ſeptentrionalē penia ac Pelagonia protegunt a Triballiſ. oppida Egle: in quo moſ ſepelire Regeſ Beroa. & in regione que pieria appellatur a nemore egidium. In ora Heraclea. flumē Apilaſ. oppida Phina. oloroſ. Amniſ Haliacmó. Intuſ Halorite Vallei. philacei. Cyrrheſte. Thiriſſei. pella colonia. oppidum Stobici ciuium Romanorum mox Antigone Europuſ ad Axium amnem eodemq; nomine amniſ per quod Rhediaſ fluit. Scydra. phordea. Emiora Gorgidone. Mox in ora Ichne. Fluuiuſ Axiuſ. Ad hunc finē Dardani Trereſ piereſ Macedoniā accolút. ab hoc amne Peonie gēteſ. parocei Heordenſeſ. Halmopi. pelagoneſ. Migdoneſ. Monteſ Rodophe Scopiuſ. orobelluſ Dein preiacente gremio terrarum arecuſi: Antiochenſeſ. Idomenenſeſ. Doberienſeſ. Trienſeſ Allatenſeſ acclariſtenſeſ: Morilli Garreti Lynceſte Enorioeni & Mantini liberi. atq; oreſte colonia. Bullidenſeſ Edienſeſ. Xylopolite Cotiſei liberi. Heraclea. Scyntiga. Timphei. Coronei. In ora ſinuſ Macedonici oppidum Calaſtia: & intuſ phileroſ Lethe. Medioq; flexu littoriſ Theſſalonice libere condicioniſ. Ad hanc a Dirrachio centum quattuordecim miliú paſſuú Therme. In Thermico ſinu: oppida Dicea. padina Dera Scione. promontorium Canaſtreum. oppida phalene phlegra. Qua in regione monteſ Hypſizoruſ. Epituſ Alchione Leuomne. oppida Niſſoſ Phryx Eleon: Mende & Hippalenſiſ. Iſthmo. quondam potidea: nunc Caſandria. colonia. Athemuſ olypixuſ ſinuſ: Metiberna. oppida Iſcella: Ampeloſ: Toróe Soggoſthedeſ. Fretumq;. Monſ Athoſ quem Xerſeſ Rex perſarum continenti abſcidit. In longitudine paſſuum mille quingentorum. Monſ ipſe a planicie excurrit in mare ſeptuagintaquinq; milia paſſuum. ambituſ radiciſ centum quinquaginta milia colligit. oppidum in cacumine fuit Acroton. Nunc ſunt Vranopoliſ paleotꝫ Thyrſuſ oleon apollonia cuiuſ incole Macrobii cognominantur. oppidum Caſſera. Fauceſq; a latere

MAcedonia

Iſthmi. Acãthuſ Iſtria Gyraſſitonia Heraclea. Regio Mygdonie ſubiacenſ in qua recedenteſ a mari Apollonia Arethuſa. In ora rurſuſ Poſidium. Et ſinuſ cum oppido Cermoro. Amphiboliſ. Libera genſ Byſalte. Dein Macedonie terminuſ. Amniſ Strimõ ortuſ in emo. Memorandum in ſeptem lacuſ eum fundi priuſ q̄ dirigat curſum. Hec eſt Macedonia terrarum Imperio potita quondam. Hec Aſiam armeniam Iberiam Albaniam. Capadociam Syriam Egyptum. Taurum. Caucaſum tranſgreſſa. Hec in Bactriſ mediſ Perſiſ dominata toto oriẽte poſſeſſo. Hec etiam Indie uictrix per ueſtigia Liberi patriſ atq; Herculiſ uagata. Hec eadem eſt Macedonia cuiuſ uno die Pauluſ Emiliuſ Imperator noſter ſeptuagintaduaſ urbeſ direptaſ uendidit. tantam differentiam ſortiſ preſtitere duo homineſ.

CAP. XII. De Thracia.

Hracia ſequitur inter ualidiſſimaſ Europe genteſ in ſtrategeaſ quinquaginta diuiſa. Populorum eiuſ quoſ nominare. non pigeat amnem Strimonem accolunt dextro latere Dẽſelethe. & Medi Byſalthaſ uſq; ſupradictoſ. Leuo digerri. Beſſorũq; multa nomina ad Neſtum amnem Pangei montiſ ima ambientem. inter Heletoſ Diobeſoſ Carbileſoſ inde Briſaſ. Sapheoſ. Adomanteſ Odryſarum genſ infundit Hebꝛꝫ accolentibuſ Carbiletiſ Pyrogeriſ Drugeriſ Ceniſtiſ Byſalthiſ Beniſ. Corpilliſ Boetieiſ Edoniſ. Eodẽ ſunt in tractu Syalete Priante Dolange Thynice Labete Maioreſ Emo Minoreſ Rodope ſubditi. Inter quoſ Hebruſ amniſ. Oppidum ſub Rhodope Pencropoliſ antea mox a conditore Philippopoliſ: nunc a ſitu Termontium dicta. Emi excelſitaſ ſex milia paſſuũ ſubitur. Auerſa eiuſ & in Iſtrum deuexa Meſi Gete Aoti Gaugde clarieq;. Sub iiſ Carrei Sarmate: quoſ areateſ uocãt. Scytheq; & circa Ponti littora Moriſene Scythonie que Orphei uatiſ genitoreſ obtinent. Ita finit Iſther a Septentrione. ab ortu Pontuſ ac Propontiſ. a meridie Egeum mare cuiuſ in ora Auſtrumone Apollonia Ceſimna Neapoliſ Batoſ. Intuſ Philippi colõia. abſũt a Dirrachio. ccc. uigintiquinq; Scotuſa Dipyroſ ciuitaſ. Neſti amniſ oſtium. Monſ Pangeuſ Heraclea. Olynthoſ. abdera libera ciuitaſ. Stagnum Biſtonũ & genſ. Oppidum fuit Tyrida Diomediſ equorum ſtabuliſ dirum. Nunc ſunt Dicee. Iſmaron: locuſ Parthenion Phaleſina Maronea: priuſ Ortagurea dicta. Monſ Serium & Zonetum. Locuſ Doriſcuſ centum uiginti milia hominum capax. Ita Xerxeſ ibi dinumerauit. execitum. Oſ Hebri. Portuſ Tentoriſ. Oppidum Enoſ liberum cum Polydori. tumulo. Ciconum quondam regio. A Doriſco incuruat̃ ora ad Macrõticoſ centum uigintiduorum milia paſſuum. Circa quem locum fluuiuſ Melaſ a quo ſinuſ appellatur. Oppida Cipſelabiſ ante Macronticoſ dictum qui a propõtide ad Meleã ſinũ inter duo maria porrectiſ muriſ ꝓcurrentẽ excludit Cherrõneſũ. nãq; Thracie altero lattere a Pontico littore incipienſ: ubi Iſter amniſ immergit̃: uel pulcherrimaſ in ea parte urbeſ habet: Iſtropolin Mileſioꝝ Tomoſ. Scallatinq; que antea Aceruetiſ uocabatur Heracliam. Habuit: & Bizonen terre hiatu raptam. Nunc habet Dionyſiopolin: Crunon antea dictam. Alluit Ziraſ amniſ. totũ eum tractũ Scythe arothereſ dictu tenure. Eorũ oppida aphrodiſiaſ. Libiſtoſ. Zigere. Brocobe. Eumeneda. Parthenopoliſ. Gerania. ubi Pigmeorum genſ fuiſſe proditur quoſ Gatizoſ barbari uocãt credũtq; a gruibuſ fugatoſ. In ora Dionyſiopoli eſt Odeſſuſ Meliſioꝝ Flumen panuſuſ. Oppidum Tretanarum locuſ. Mõſ Hemuſ uaſto iugo ꝓcumbẽſ in Pontum. Oppidum habuit in uertice Ariſteum. Nunc in ora Meſembriam. Anchileũ ubi Meſſembria fuerat: aſtice regio habuit oppidũ anchiũ nũc ẽ Apollõia.

Flumina Paniſa Rira Stearuſ Oroſineſ. Oppida Tinniaſ. Halmideſſoſ. Deuelcon cum ſtagno: quod nunc Deultum uocant: Veteranorum. Phynopoliſ iuxta quam Boſphoruſ. Ab Iſtri oſtio ad oſ Ponti paſſuum quingentorum quinquagintaquinq; mil. alii fecere. Agrippa adiecit. quadraginta. Inde ad murum ſupradictum centum quinquaginta. Ab eo Ceron eſt cētum uigintiſex mil. Sed a Boſphoro ſinuſ Caſthenes. Portuſ ſenum. & alter qui mulierum cognominatur. Promontoriū Chryſoceraſ. in quo oppidum Byzantiū libere conditioniſ antea Lygoſ dictū. Abeſt a Dirrachio dcc. xi. mil. paſſuum. Tantum patet longitudo terrarum inter Hadriaticum mare & Propontidem. Amneſ Bythiniaſ. Pidaraſ ſiue Tidaſ. Oppida Selimbria Perinthuſ latitudine ducentorum pedum continenti annexa. Intuſ Bizia arx regum Thracie a Terei nefaſto crimīe inuiſa hirudinibuſ regio celica colonia Flauiopoliſ ubi antea Zela oppidum uocabatur. & a Byzie quinquaginta mil. paſſuum Aproſ colōia que a Philippiſ abeſt centum. lxxxviii. mil. paſ. At in ora amniſ Erginuſ. Oppidum Ganoſ fuiſſe fertur. Et lyſimachia. Iam in Cherroneſo. aliſ nanq; ibi Iſthmoſ anguſtiaſ ſimileſ eodem nomine & pari latitudine illuſtrant due urbeſ utrinq; littora haud diſſimili modo tenuere. pactie a propontide Cardia a Melane ſinu. Hoc ex facie loci nomine accepto utreq; comprehenſe. Poſt hec e Lyſimachia quinq; milia paſſuum a longiſ muriſ. Cheronneſoſ a Propōtide habuit Tyriſtaſin Critotē Sciſſā flumini Ego appoſitam. Nūc habet a colonia a. Pro. xxii. mil. Seſton & ex aduerſo colonie Phariane. Et Helleſpontuſ ſeptem ut diximuſ ſtadiſ Europam ab Aſia diuidenſ illic inter ſe contrariaſ urbeſ habet: in Europa Callipolin & Seſton. In Aſia Lampſacum & Abidon. Dein promōtorium Cherroneſi Maſtuſia ad uerſū Sigeaco cuiuſ in fronte obliqua Cynoſſema ita appellatur Hecube tumuluſ. Statio Acheroū Turriſ & delubrum proteſilai. Et in extrema Cherronneſi fronte que uocatur Eleū oppidum eleuſ. Dein petēti Melanem ſinum portuſ coeloſ. & panormuſ & ſupradicta Cardia. Tertiuſ Europe ſinuſ ad hunc modum clauditur. Monteſ extra predictoſ Thracie Edomuſ Gygemoroſ Merituſ Melampilluſ. Flumina in Hebrum cadentia Barguſ Suemuſ. Macedonie. Thracie. Helleſponti longitudo ſupradicta. Quidam. dcc. xx. M. faciūt. Latitudo. ccc. lxxxiiii. M. eſt. Egeo mari nomē dedit ſcopuluſ inter Tenum & chiū uerius q̄ inſula extracto nomīe a ſpecie capre que ita a Greciſ appellatur: repente in medio mari exilienſ. cernunt eum a dextera parte Andrum nauiganteſ ab Achaia: dirum ac peſtiferum. Egei parſ Mytoodatuſ appellatur ab inſula parua que cernitur Macedoniam a Gereſto petentibuſ haud procul Eubuoee caryſto. Romani omnia hec maria duobuſ nominibuſ appellāt. Macedonicū qđcūq; Macedoniam aut Thraciam attingit. Grecienſe q̄ Greciam alluit. Nam Greci & Ionium diuidunt in ſiculum ac creticum ab inſuliſ Item Icarium quod eſt inter Samū & Myconen. cetera nomina ſinuſ dedere quoſ diximuſ. Et maria quidem genteſq; in tertio Europe ſinu ad hunc modum ſe habent.

CAP. XIII. De Creta: Euboea Cycladibuſ: Sporadibuſ: & aliſ inſuliſ.

Nſule autem ex aduerſo Theſprotie a butroto duodecim mil. paſſuum eadem ab Acroceraunis quinquaginta mil. cum urbe eiuſdem nominiſ Corcyra libere ciuitatiſ & oppido Caſſiope. temploq; caſſii Iouiſ: paſſuum nonagintaſeptem mil. in longitudine patenſ. Homero dicta Scheria & pheacia: callimacho etiam Drepane. Circa eam aliquot. Sed ad Italiam uergenſ Thoronoſ ad Leucadiam Paxone. due quinq; mil. diſcrete a Corcyra nec procul ab iiſ ante Corcyram Ericuſa. Marathe.

Elaphuſa. Maltace. Trachie. Pythióia. Pthichia. Taracie. & a Phalacrio. Corcyre promontorio ſcopuluſ in quem mutatam Vlixiſ nauē a ſimili ſpecie fabula eſt. Ante Leucadiam Sibora. Inter Leucadiam autē & Achaiam permulte quaꝝ Teleboideſ eedem que Taphie ab incoliſ ante Leucadiam appellantur. Saphioſiſ. Arnoxia. Prineſſa. Et ante Etoliā Echinadeſ Egialia Cothoniſ Thyatira Geoariſ Dionyſia Cirnuſ Chalciſ Pinara Nyſtuſ. Ante eaſ in alto Cephalāia Zacynthuſ utreq; libere Ithacha Dulichium Sameſ Crocilea. Paxoſ Cephalania quondam Melena dicta undecim paſſuū abeſt. circuitu patet q̄dragintaquattuor. M. Same diruta a Romaniſ. adhuc tamen oppida tria habet. Inter hanc & Achaiam cum oppido magnifica & fertilitate precipua Zacynthuſ aliquando appellata Hyrie Cephalanie a meridiana parte. xxii. milia. abeſt monſ elatuſ ibi nobiliſ. Ipſa circuitu colligit trigintaſex mil. Ab ea Ithaca duodecim mil. diſtat: in qua monſ Neritiſ. Tota uero circuitu patet. uigintiquinq; milia paſſuum. Ab eo Araxum Peloponneſi promontorium duodecim. M. paſ. Ante hanc in alto Aſteriſ. Prothe ante Zacynthum trigintaquinq; milia paſſuum. In Eurum uentum Strophadeſ due ab aliiſ Plote dicte. Ante Cephalaniam Letoia. Ante Pilum. iii. Spageta. & tottidem āte Meſſenen Oenuſta in Sinu aſineo Threſthirideſ. In Laconico Teganiſa. Cothon. Cythera cū oppido antea Porphyriſ appellata. Hec ſita eſt a Malee promontorio quinq; milia paſſuum ancipiti ꝓpter anguſtiaſ ibi nauium ambitu. In Argolica Pythiuſa. Irine. Ephire contra Hermonium agrum Typarenuſ Epiropia coloniſ Ariſtera contra Troezenum Caulauria qnquaginta mili. paſſuū diſtāſ a plateiſ Bellima Laſia Baucidiaſ. contra Epidaurum Cethiphaloſ Sityonneſoſ. vi. mili. paſſuum abeſt a continente. Ab hac Egina libere conditioniſ. xvii. M. paſſuum: cuiuſ uiginti milia paſſuū nauigatio eſt. Eadem aũt a Pireo Athenienſium portu duodecim milia paſſuum abeſt: ante Enone uocitata. Spireo promontorio obiacent Eleuſa Dendroſ Graugie due. Cetie due. Selacoſa. Dacenchriſ. Saſpiſ. ſeptem. Et in magarico ſinu Ethrurideſ quattuor. Egila autem xv. paſſuum a Cythera. Eadēq; a Crete Phalaſarna oppido uigintiquinq; paſſuum Ipſa Creta altero latere ad auſtrum altero ad ſeptentrionem uerſa inter ortum & occaſum que porrigitur centum urbium clara fama. Doſiadeſ eam a Creta nympha. Heſperidiſ filia: Anaximander a Rege curetum. Philiſtideſ Moleteſ Crateſ primum Aeriam dictam deinde poſtea Curetim. Et Macaron nōnulli a temperie celi appellatam exiſtimauere. Latitudine nuſ q̄ quinquaginta milia. paſſuum excedenſ & circa mediam ſui partem maxime patenſ. Longitudine implet: cc. lxx. mil. paſſuū circuitu. d. lxxxix. flectenſq; ſe in Creticum pelaguſ ab ea dictū qua lōgiſſima eſt ad orientē Sammonniū promontoriū aduerſum Rhodo ad occidentē Criu Metopon Cyrenaſ uerſuſ expellit. Oppida eiuſ inſignia Palaſarne. Clea Cyſamon Pergamum Cidon Minoum Apteron Pantomatrium. Amphimala Rhytimna Panormium Cyteum Apollonia Matium. Heraclia Miletoſ Ampela Hierapycna Lebena Hierapoliſ Et in mediterraneo Cortyna Epheſtum Gnoſſum Polirenum Myrhina Lycaſtuſ Rhamnuſ Lyctuſ Dium Aſium Phileroſ. Rhition. Clatoſ Sphere Olypiſoſ laſpha Eleuterne Therapne Manathuſa Githiſoſ & aliorum circiter. lx. oppidoꝝ memoria extat. Monteſ Gadiſchuſ Ideuſ Dyctineuſ Crocuſ. Ipſa abeſt a promontorio ſuo quod uocatur Criu Metopon ut prodit agrippa a Cyrenarum promōtorio Phicūte c. xxv. p. Item Cadiſto a Meleo Peloponneſi. lxxx. A Carpato inſula ꝓmontorio Sammonio. lx. M. in Fauonium uentum. Hec inter eam & Rhodum interiacet:

reliqua circa eam ante Peloponneſum due coſice: totidem Myle & a latere Septentrionali dextera Cretam habent. Contra Cydoniam Leuce. & due Budroe. Contra Matium Drya. Contra Itanum promontorium Oniſa Leuce. Contra Hierapycnã Chryſa Gaudoſ. Eodem tractu Ophiuſ Sabuto Aramnuſ circunuectiſq; Criu Metopon. treſ Acauſagoreſ appellate. He ante Sammonium promontorium Phoce Plachie Sirnideſ Naulocoſ Armedon Zephyre. Ac in Hellade etiamnum in Egeo Lycadeſ Scarphia Coreſa Phocaſia. complureſq; alie ex aduerſo Attice ſine oppidiſ & ideo ignobileſ. Sed contra Eleuſina clara Salanuſ ante eam Pſytalia. A Sunio uero Helene. v. M. paſſuum diſtanſ. Dein Coeoſ ab ea totidem quam noſtri quidẽ dixere Ceam Greci & Hydruſam auulſam Euboee. Quingentiſ longa ſtadiiſ fuit quondam: mox quattuor fere partibuſ que ad Boeciam uergebant: eodem mari deuoratiſ. Oppida habet reliq̃ Iulida Carthea. Intercidere Cereſſa Phoeceſſa. Ex hac profectam delectioni feminiſ feſtem autor eſt Varro. Euboea & ipſa auulſa Boetie & a modico interfluente Euripo ut ponte iungatur ad meridiẽ promontoriiſ duobuſ Geraſto ad Atticam uergente & ad Helleſpontum Caphareo inſigniſ a Septentriõe Ceneo nuſq̃ latitudinem ultra. xl. M. paſſuũ extendit nuſq̃ infra. xx. M. contrahit. Sed in longitudinẽ uniuerſe Boecie ab attica ad Theſſaliam uſq; pretentam in. c. l. milia paſſuum. Circuitu uero. ccc. lxv. abeſt ab Helleſponto parte Capharei. cc. xxv. urbibuſ clara quondam Pirrha Portamo Neſſo Cerynthio Oreo Dio Edepſo Echalia. nunc Chalcide: cuiuſ ex aduerſo in continenti auliſ eſt Geraſto Eretria. Garyſtoſ oroſtane Oritano Arthemiſia cum fonte arethuſa flumine Lelanto: aqſq; calidiſ que Elopie uocantur. Caryſtuſ nobiliſ notiorq; tamen marmore Caryſtio ãte uocitata eſt chalcodotiſ aut Macriſ ut Dionyſiuſ & Ephoruſ tradunt: ut ariſtideſ Macra: ut Callidemuſ Chalciſ ere ibi primum reperto ut Menechinuſ Abantiaſ. ut poete uulgo Aſopiſ. Extra eam in Myrtoo multe ſed maxime illuſtreſ Glauconneſoſ. & Begilia: & a promontorio Gereſto circa Delum in orbem ſite unde & nomen traxere Cycladeſ. Prima earum andruſ cum oppido: abeſt a Gereſto. x. M. paſſuũ a Ceo. xxxix. mil. Ipſam Myrſiluſ Cauron. Deinde antandron cognominatam. tradit. Callimachuſ Laſſiam: Alii Nonagriam Hydruſam Epagrin. Patet circuitu xciii. M. paſ. Ab eadem Andro paſſuſ mille: & a Delo. xvii. M. Tenoſ cum oppido in quindecim milia paſſuum porrecta. Quam propter aquarum abundantiam Ariſtoteleſ Hydruſam appellatam ait. aliqui Ophiuſam. Cetere Mycone cum monte Dimaſto a Delo. xvii. milia paſſuum. Scyroſ Siphnuſ ante Eropia & aciſ appellata circuitu uigintiocto milia paſſuum. Seriphuſ. xii. Prepeſinthuſ Citanoſ. Ipſaq; lõge clariſſima Cycladum media ac templo Apolliniſ & mercatu celebrata Deloſ: que diu fluctuata ut proditur ſola: motũ terre non ſenſit ad. M. Varroniſ etatẽ Mutianuſ prodidit biſ concuſſam. Hanc Ariſtoteleſ ita appellatam prodidit: quoniam repente apparuerit enata. Egloſteneſ cynthiam alii Ortygiam. Aſteriam. Lagaiã. certham Mydiam. Cynetum. Pyrpilen. igne ibi primum reperto. Cingitur. v. mil. paſſuum aſſurgit. cintho monte. Proxima ei Rherene: quam Anticlideſ Celaduſam. uocat. Item Arthemiten Helladiuſ. Syroſ quam circuitu patere. xx. M. paſſuum ꝓdidere ueteres. Mutianuſ. clx. Olearuſ Paroſ cum oppido ab Delo trigintaocto mil. marmore nobiliſ quam primo plateam poſtea Minoida uocarunt. Ab ea ſeptieſ quingẽta Naxuſ a Delo. xviii. M. cũ oppido quam Strõgylen deĩde Dian: mox Dionyſiada a uinearum fertilitate alii Siciliam minorẽ aut Calipolin appellarunt. Patet circuitu ſeptuagintaquinq; milia paſſuum dimidioq; maior eſt q̃ Paroſ. Et hactenuſ quidem Cycladaſ ſeruant. Ceteraſ que ſaquuntur Sparodeſ. Sunt autem Hellene Phocuſa Hecaria Schinuſa Polegradoſ. Et a Naxo decem & ſeptem milia paſſuum Icaroſ qne nomen mari dedit. tantundem ipſa in longitudinem patenſ. cum oppidiſ duobuſ: tertio amiſſo ante uocata Doliche & Mariſ & Ichthiſuſa. ſita eſt ab exortu ſolſticiali Delo quinquaginta milia paſſuum. Eademq; a Samo trigintaquinq; milia inter Eubeam & Andrum decem milia paſſuum freto. Ab ea Gereſtum. c. xii. M. qnquagīta paſſuum. Nec deinde ſeruari poteſt ordo. Aceruatim ergo ponētur relique. Scyroſ a Naxo quattuordecim milia paſſuum Homeri ſepulchro ueneranda. Longitudiniſ uigintiquinq; mil. antea Phenice appellata. Odua Letandro Gyaroſ cum oppido circuitu duodecim mili. paſſuum prope abeſt ab Andro ſexagintaduo mili. paſſuum. Ab ea Sirnoſ octoginta mil. paſſuum. Cynethuſ Areloſ: unguento nobiliſ a Callimacho Agathuſa appellata: Donyſa Pathmoſ circuitu triginta mil. paſſuū a Caruſa Lebinthuſ Gyruſ Cynara Sycinuſ: que antea Oenoſ. Cheracia que Onuſ. Caſoſ que aſtragale. Cimoluſ que Echinuſa. Meloſ cum oppido quam Ariſtideſ Mimblida appellat. Ariſtoteleſ Zephyriam. Callimachuſ Mimalida. Heraclideſ Siphnum: & Acitiam. Hec inſularum rotondiſſima eſt. poſt Machia Hypere quondam Patage. Et ut alii platage: nunc Amorgoſ Polygeaſ. Philetera cum primum emerſit Calliſte dicta. Ex ea auulſa poſtea Theraſia atq; inter duaſ enata: mox Automate. Eadem Hiera Enata diſtat Ioſ a Thera uigintiquinq; milia paſſuum: ſequunt̄ Lea Aſcania Canaphe Hippuruſ Hippurtuſa Aſtiphalea libere ciuitatiſ circuitu octogintaocto mil. paſſuum: abeſt a Cadiſto Crete centū uigintiquinq; mil. ab ea Platea ſexaginta mil. unde Caminia trigintaocto milia. Azibinta. Laniſe. Atragia. Pharmacuſa Techedia Chalcia. Calymna: in qua oppidum Co Coreſia Olymnoſ. A qua Carpatum que nomen Carpatio mari dedit uigintiquinq; mil. paſſuum: inde Rhodum africo uento. l. M. paſſuum: a Carpato ad Caſſō. vii. M. a Caſſo Sammoniū Crete ꝓmōtoriū. xxx. M. In Euripo aūt Euboico p̄mo fere īcroitu Petalie. iiii. īſule. & in exitu Athlante Cycladeſ & Sporadeſ. Ab oriente littoribuſ Icariſ Aſie. Ab occidente Myrtoiſ Attice. a ſeptētriōe Egeo mari. a meridie Cretico & Carpatio incluſe cc. M. paſſuum in longitudinē: & p. cc. M. in latitudinē iacent. Pagaſicuſ ſinuſ āte ſe habet Eutyciam & Gynetum. Syrum ſupradictam ſed Cycladum & Sporadum extimam Gerontiam Scandiram Thermeuſim Irheſiam Solymniam Eudemiā Neā que Minerue ſacra eſt. Athoſ ante ſe quattuor Parethum cum oppido quondam Euonum dictam nouem milia. paſſuum. Scyatum. xv. M. Imbrum cum oppido lxxxviii. M. paſſuum. Eadem abeſt. a maſtuſia Cherroneſi. lxxv. M. paſſuum. ipſa circuitu. lxii M. paſ. Perfunditur amne Illiſo. Ab ea Lemnoſ. xxii. M. que ab Atho. lxxxvii. M. Circuitu patet. xxii. M. d. paſſuum. Oppida habet Epheſtiam & Myrinam in cuiuſ forū ſolſtitioo Athoſ eiaculatur umbram. ab ea Thaſoſ libera vi. M. paſſuum olim Eria uel Etria dicta. Inde abdera a continenti. xxii. M. paſ. ad Athoſ. lxii. M. tm̄dē ad inſulā Samothracē que libera ante Hebrum ab Imbro xxxii. M. a. Lemno. xxii. M. d. attollit̄ mōte Sacce. x. M. paſſuum portuoſiſſia omnium. Calimachuſ eā antiquo nomīe Dardaniā noīat: inter Cherroneſū & Samothracen: utriq; fere. xv. M. Haloneſoſ ultra Gethone Lamponia Alopeconneſuſ haud ꝓcul a Celo. Cherrōneſi portu & quedā ignobileſ: deſertiſ quoq; reddūt̄ in hoc ſinu q̄rū mō inueniri potuerūt noīa. Deſticoſ Sarnoſ Cyſſiroſ. Carbruſa Calathuſa

Scylla Dialeon dicta Melantia Drachanon Arroneſuſ Dietuſa. Scapoſ. Capheriſ. Meſatea. Eantiron Phaterōneſoſ Pateria Calethe Neriphuſ Polendoſ. Quartuſ e magniſ Europe ſinuſ: ab Helleſpōto īcipiēſ Meotiſ oſtio finit̄. ſed totiuſ pōti forma breuiter amplectenda eſt. ut faciliuſ parteſ noſcantur. uaſtum mare preiacēſ Aſie: & ab Europa porrecto Cherroneſi littore expulſum anguſto meatu irrupit in terraſ ſeptē ſtad̄. ut dictū eſt: interuallo Europā auferēſ Aſie. Primaſ anguſtiaſ Helleſpōtum uocāt, Hac Xerxeſ Perſaꝝ Rex cōſtrato in nauibuſ pōte duxit exercitum Porrigitur inde tenuiſ Euripuſ. lxxxvi. M. paſ. ſpatio ad urbē Priapum Aſie: qua Magnuſ Alexander tranſcendit. Inde expatiat̄ equor: rurſuſq; in artū coit laxitaſ. Propontiſ appellatur. anguſtie Thraciuſ Boſphoruſ: latitudine. d. paſſuū q̄ Dariuſ pater xerxiſ copiaſ pōte tranſuexit. Tota ab Helleſpōto lōgitudo. cc. M. xxxix. M. paſſuum. Dein uaſtum mare. Pontuſ Euxinuſ qui quondam Axenuſ: longe refugienteſ occupat terraſ: magnoq; littorum flexu retro curuatuſ in cornua ab iiſ utrinq; porrigit̄: ut ſit plane arcuſ Scythici forma medio flexu iūgit̄ oſtio Meotici lacuſ Cimmeriuſ Boſphoruſ Idoſ uocat̄. ii. M. d. paſſuum latitudine. At inter duoſ Boſphoroſ Thracium & Cimmeriū directo curſu: ut autor ē Polybiuſ. d. M. paſſuſ interſunt. Circuituſ uero totiuſ Ponti uicieſ ſemel milia ut autor eſt Varro & fere uetereſ. Nepoſ Corneliuſ. ccc. M. l. adiicit. Artemidoruſ uicieſ nouieſ decem nouem milia facit. Agrippa. xxiii. lx. M. Mutianuſ. xxviii. lxv. M. Simili modo Europe latere menſuram alii quaterdecieſ. lxxviii. M. paſ. determinauere alii undecieſ lxx. M. M. Varro ad hunc modū metitur. Ab oſtio Ponti Apolloniam. clxxxviii. M. d. paſ. Calatin tantumdem. Ad oſtium Iſtri. cxxv. Ad Boryſthenen. ccl. M. Cherrōneſum Heraclidarum oppidum. Ccclxxv. M. paſ. Ad Panticāpeum: quod aliqui Boſphoꝝ uocant. extremum in Europe ora. cc. M. xxii. d. que ſumma efficit xiii. M. xxxvi. M. d. Agrippa a Bygantio ad flumen Iſtrum. dlx. Inde Panticapeum. dcxxx. Inde lacuſ ipſe meotiſ Tanain amnem ex Rhipheiſ montibuſ defluentem accipienſ nouiſſimum inter Europam Aſiamq; finem. xiiii. M. vi. M. circuitu patere traditur. Ab aliiſ. xi. M. xxv. Ab oſtio eiuſ ad Tanaiſ ortū directo curſu. ccclxxv. M. paſſuſ eſſe conſtat. Accole ſinuſ eiuſ in mentione Thacie dicti ſunt Iſtropolim. Inde oſtio Iſtri. Ortuſ hic in Germanie iugiſ montiſ arnobe: ex aduorſo Raurici Gallie oppidi: multiſ ultra alpeſ milibuſ ac ꝑ innumeraſ lapſuſ gēteſ Danubii nomine immenſo aquarum auctu: & unde primum Illyricum alluit: Iſter appellatur ſexaginta amnibuſ receptiſ medio ferme numero eorum nauigabili in pontum uaſtiſ ſex fluminibuſ euoluitur. Primum oſtium peuceſ mox ipſe peuce inſula in qua proximuſ alueuſ appellatuſ. xix. M. paſ. magna palude ſorbetur. Ex eodem alueo & ſuper Iſtropolin lacuſ gignitur. lxiii. M. paſſuum ambiti. Halmirin uocant. Secundum oſtium Nara cuſtoma appelllatur. Tertium Calloſtoma iuxta inſulam ſarmaticam. Quartum Pſeudoſtoma & inſula Conopondiabaſiſ: poſtea Boryoſtoma & Spireoſtoma. Singula autem ora tanta ſunt ut prodatur in. xl. M. paſ. longitudiniſ uinci mare dulcemq; intelligi hauſtum. Ab eo in plenum quidem omneſ Scytarum ſunt genteſ uarie tamen littori appaſita tenuere aliaſ Gethe. Daci a Romaniſ dicti aliaſ Sarmate a Greciſ Sauromate eorūq; Hamaxobii aut Corſi: aliaſ Schyte degenereſ & a ſeruiſ orti. aut Troglodyte mox Alani & Toxalani. Superiora autem inter Danubium & Hyrcinium ſaltum uſq; ad Pannonica hyberna Carnunti Germanoꝝq; ibi cōuiniū. Campoſ & plana Iagygeſ Sarmate uero mōteſ

& ſaltuſ. pulſi ab hiſ Daci ad Pathiſſum amnem Amoroſ ſiue Duria eſt a Sueuiſ: Regnoq; Vanniano dirimenſ eoſ. Ex aduerſo Baſterne tenent. Haliq;. Inde Germani. Agrippa totum eum tractum ab Iſtro ad Oceanum biſ ad decieſ centũ milia paſſuſ in longitudine quattuor milibuſ q̃drīgentiſ. In latitudine ad flumen Viſchiã a deſertiſ Sarmatie prodidit. Scytharum nomen uſq; quaq; tranſit in Sarmataſ atq; Germanoſ. nec aliiſ priſca illa durauit appellatio: q̃m qui extremi gentium harum ignoti prope ceteriſ mortalibuſ degunt. Verum ab Iſtro oppida Crenne Scepolium. Monteſ Macrocrenniuſ Claruſ. Amniſ. Tyra oppido nomen imponeſ: ubi antea Ophiuſa dicebatur. In eodem inſulam ſpatioſam incolunt Tyragete. Abeeſt ab Pſeudoſtomo Iſtri oſtio.cxxx.M. Mox Aſtace cognomineſ flumini. ultra quoſ Crobizi. Flumen Rhode. Sinuſ Saggaricuſ. Portuſ Ordeſuſ. Et a Tyra.cxx.M. paſſuum flumen Boriſteneſ. lacuſq; & genſ eodem nomine: & oppidum a mari recedenſ.xv.M.paſ. Olbiopoliſ & Miletopoliſ antiq̄ſ nominibuſ. Rurſuſ in littore portuſ Acheorum. inſula Achilliſ tumulo eiuſ uiri clara. Et ab ea centum uigintiq̄nq; milia paſſuum. Peninſula ad formam gladii in transuerſum porrecta exercitatione eiuſdem cognominata Dromoſ Achilleoſ. Cuiuſ longitudinẽ octoginta milia paſſuũ tradidit Agrippa. Totum enim tractũ Sardi Scythe & Syraci tenẽt. Inde ſilueſtriſ regio: hyleum mare: quo alluitur cognominant. Enoecadloe uocantur incole. ultra Panticapeſ amniſ qui Nomadaſ & Georgoſ diſterminat. Mox Aceſinuſ. Quidam Penticapem confluere infra Olbiam cum Boryſthene tradunt. Diligentioreſ Hypanin tanto errore eorũ qui illum in Aſie parte ꝑdidere. Mare ſubit uaſto receſſu donec quinq; milibuſ paſſuũ interuallo abſit a Meotide: uaſta ambiẽſ ſpatia multaſq; genteſ. Sinuſ Garciniteſ appellatur. flumen Placyriſ. Oppida Nauarum Gorcine. A tergo lacuſ Bugeſ foſſa miſſuſ in mare. Ipſe Bugeſ a Coreto Meotiſ lacuſ ſinu petroſo diſcluditur dorſo. Recipit amneſ Bugem Gerrhum Hypanin ex diuerſo uenienteſ tractu: Nã Gerrhuſ Baſilidaſ & Nomadaſ ſeparat. Hypaniſ per nomadaſ & Hyleoſ fluit manu facto alueo in Bugem: naturali in Coretum. Regio Scythie Sendica nominatur. Sed a Carcinte Taurica incipit quondã mari circunfuſa & ipſa quaq; nunc iacent campi. Deinde uaſtiſ attollitur iugiſ. Triginta ſunt eorum populi Ex iiſ mediterranei.xxvii. Sex oppida. Orgocyni. Caraſeni. Aſſyrani. Tactari. Arciſſali. Tecali. Caliordi. Iugum ipſum Scythotauri tenent. Clauduntur ab occidente Cherronneſo. ab ortu Scytiſſa Tauciſ. In ora a Carcinite oppida Tagre in ipſiſ anguſtiſ Peninſule. Mox Heraclea Cherronneſuſ: libertate a Romaniſ donatum. Megarice uocabatur antea precipui nitoriſ in toto eo tractu cuſtoditiſ Grecie moribuſ: quinq; milibuſ paſſuum ambiente muro. Inde Parthenium promontorium Taurorum ciuitaſ Placia. Symbolum portuſ. Promontorium Criu Metopon aduerſum Carambico Aſie promontorio: per medium Euxinum percurrenſ centum ſeptuaginta milia paſſuum interuallo que maxime ratio Scythici arcuſ formã efficit Ab eo Taurorum portuſ multi: & lacuſ. Oppidũ Theodoſia a Criu metopo.cxxii.M.paſ.a Cherronneſo.cxlv.M. Vltra fuere oppida Cyte Zephyriũ Acre nympheum Dia. Reſtat longe ualidiſſimum in ipſo Boſphori introitu Panticapeum Mileſiorum a Teodoſia mille trigintaquinq; paſſuum. a Cimmerio uero oppido tranſfretum ſito mille.d. ut diximuſ ſpatium. Hec ibi latitudo Aſiam ab Europa ſeparat eaq; ipſa pedibuſ plerunq; puia glaciato freto Boſphori Cimerii. Latitudo duodecim.d.paſſuũ. Oppida habet Hermiſiũ Mirmetiũ & intuſ inſulam Alopecem.

Per Meotin autem ab extremo Iſthmo q locuſ Thaphre uocatur ab ore Boſphori ducenta ſexaginta milia paſſuum longitudo colligitur. A Taphriſ per cōtinentem introrſuſ tenēt Auchete: apud quoſ Hypaniſ oriť. Neuroe: apud quoſ Boryſtheneſ geloni. Tuſagete. Budini. Baſilide. & ceruleo capillo Agathyrſi. Super eoſ Nomadeſ Deinde Anthropophagi. A Bute uero ſuper Meotin Sauromate & Heſſedoneſ. at per oram ad Tanain uſq; Meote a quibuſ lacuſ nomē accepit. Vltimiq; a tergo eoꝝ Arimaſpi. Mox Riphei mōteſ. Et aſſiduo niuiſ caſu pinnarum ſimilitudine Pterophoroſ appellata regio. pſ mundi damnata a natura rerū: & denſa merſa caligine. neq; in alio q̄ rigoriſ opere gelidiſq; Aquiloniſ conceptaculiſ. Pone eoſ monteſ ultraq; Aquilonem genſ felix ſi credimuſ quoſ Hyperboreoſ appellauere: annoſo degit euo: fabuloſiſ celebrata miraculiſ. Ibi credūtur eē cardineſ mundi. extremiq; ſydeꝝ ābituſ: ſemeſtri luce & una die ſoliſ auerſi: nō ut īperiti dixere ab eqnoctio uerno ī Autūnū. Semel ī āno ſolſtitio oriūť iiſ ſoleſ: brūaq; ſemel occidūt. Regio ap̄ca: felici tēperie: omni afflatu noxio carenſ. Domuſ iiſ nemora luciq; & deorum cultuſ. uiritim gregatiq; diſcordia ignota & egritudo omniſ. Morſ non niſi ſatietate uite epulatiſ: delibutiſq; ſenibuſ luxu ex quadam rupe in mare ſalientium. hoc genuſ ſepulture beatiſſimum. Quidam eoſ in prima parte Aſie littorum poſuere: non in Europa qui ſunt ibi ſimilitudine & ſitu Attacori nomine. Alii medioſ fecere eoſ inter utrunq; ſolem Antipodum occaſum exoriētemq; noſtrū: quod fieri nullo mō poteſt conſtare tā uaſto mari interueniente. Qui alibi quam ī ſemeſtri luce conſtituere eoſ ſerere matutiniſ: meridie metere: occidente ſole fetuſ arborum decerpere: noctibuſ ī ſpecuſ condi tradiderunt. Nec libet dubitari de gente ea cum tot autoreſ prodant. frugum primitiaſ ſolitoſ Delon mittere Apollini quem precipue colunt. Virgineſ ferebant eaſ hoſpitiiſ gentium per annoſ aliquot uenerabileſ. donec uiolata fide in proximiſ accolarum finibuſ deponere ſacra ea inſtituree. Hiq; ad conterminoſ deferre. atq; Itadelum uſq;. Mox & hoc ipſum exoleuit. Sarmatie Scythie Taurice: omniſq; a Boriſthene amne tractuſ longitudo. d. cccc. lxxx. M. latitudo. d. cc. xvii. M. a. M. Agripa tradita eſt. Ego incertam in hac terrarum parte menſuram arbitror. Verum īſtituto ordine reliq̄ huiuſ ſinuſ dicanť. Et maria quidē eiuſ nūcnpabimuſ.

CAP. XIIII. De Inſuliſ Ponti.

Elleſpontuſ īſulaſ non habet ī Enropa dicēdaſ. In pōto due. M. d. paſſibuſ ab Europa. xiiii. milia ab Hoſtio Cyanee. ab aliiſ Symplegadeſ appellate: traditeq; fabuliſ inter ſe concurriſſe: qm̄ paruo diſcrete interuallo ex aduerſo intrātibuſ gemine cernebantur. paulumq; deflexa acie coeuntium ſpeciem prebebant. Citra Iſtrum Apolloniatarum una octoginta milia a Boſphoro thracio. Ex qua. M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit. Inter oſtia Iſtri que eſſent diximuſ. Ante Boryſthenem Achillea eſt ſupradicta. Eadem Leuce & Macaron appellata. Hanc temporum horum demōſtratio a Boryſthene centū quadraginta milia ponit. A tyra. cxx. M. A Peuce inſula quinquaginta. M. Cingitur circiter. x. milia paſ. Relique in Carciniti ſinu Cephaloneſ. Roſphoduſ. Amacra. Non eſt omittenda multorum opinio priuſ quā degrediamur a Pōto: q maria omnia īteriora illo capite naſci non gaditano freto exiſtimauere. haud īprobabili argumento: quoniam eſtuſ ſemper e Ponto profluenſ nunquam reciprocetur ad eundem. Deinde eſt ut extera Europe dicantur. tranſgreſſiſq; in Rhipheoſ monceſ: littuſ Oceani ſeptentrionaliſ in leua donec perueniatur gadeſ legendum. Inſule complureſ ſine nominibuſ: eo ſitu traduntur: ex quibuſ ante Scythiam que appellať Bānonia. unam abeſſe a Scythia diei curſu in quam ueriſ temperie fluctibuſ electrum eiciatnr Timeuſ prodidit. Reliqua littora incerta ſignata fama. Septentrionaliſ Oceanuſ Amalchium eum Hecateuſ appellat a Paropaniſo amne qua Scythiam alluit: quod nomen eiuſ gẽtiſ lingua ſignificat congelatum. Philemon Morimaruſam a Cimbriſ uocari: hoc eſt mortuum mare. Inde uſq; ad promontorium rubeaſ. Vltra deinde Crenium. Xenophon Lamſacenuſ a littore Scytharum tridui nauigatione inſulam eſſe immenſe magnitndiniſ Baltiam tradit. Eandem Pytheaſ Baliſiam nominat. Feruntur & Oone in quibuſ ouiſ auium & aueniſ incole uiuant. Alii: in quibuſ equiniſ pedibuſ homineſ naſcantur Hippopodeſ appellati. Faneſiorum alie in quibuſ nuda. alioqui corpora pregrandeſ ipſorum aureſ tota integant. Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Ingeuonum que eſt prima. inde Germanie Seuo monſ ibi immenſuſ nec Rhipheiſ iugiſ minor Immanem ad Cimbrorum uſq; promontorium efficit ſinum: qui Codanuſ uocatur refertuſ inſuliſ: quarũ clariſſima Scandinauia eſt: incomperte magnitudiniſ. portionem tantum eiuſ quod ſit notum: Hilleuionum gente qngentiſ incolente pagiſ. que alterum orbemterrarum eam appellat. Nec eſt minor opinione Eningia. Quidã hec habitari ad Viſulam uſq; fluuium a Sarmatiſ Benediſ Scyriſ Hyrriſ tradunt. Sinum Clylipenum uocari. & in oſtio eiuſ inſulam Latrin. Mox alterum ſinum Lagnum conterminum Cmbriſ. promõtorium Cimbrorũ excurrenſ in maria longe peninſulam efficit. que Hauſtiſuſ appellatur. uigintitria milia paſ. Inde inſule Romaniſ armiſ cognite. Earum nobiliſſime Burcana Fabaria a noſtriſ dicta a frugiſ ſimilitudine ſponte prouenientiſ. Item Gleſſaria a Sucino militie appellata a barbariſ Auſterania. Preterq; Actania. Toto aũt hoc mari ad Scaldin uſq; fluuiũ Germanie accolunt genteſ haud explicabili menſura. tam immodica prudentium diſcordia eſt. Greci & quidam noſtri uigintiquinque milia paſſuum oram Germanie tradiderũt. Agrippa cũ Rhetia & Norico lõgitudinẽ. dc. milia octogitaſex milia paſſuum. Latitudinem ducenta q̄drag intaocto. M.

CAP. XV. De Inſuliſ germanie.

Hetie ꝑpe uniuſ maiore latitudĩe: ſane circa exceſſũ eiuſ ſubacte. Nã Germania multiſ poſtea ãniſ nec tota ꝑcognita ẽ. Si cõiectare ꝑmittit̃ haud multũ ora deerit. Grecorum opinioni: & longitudine ab Agrippa tradite. Genera Germanorum quinq; Vindili: quorum parſ Burgundioneſ. Varinne Charini. Guttoneſ alterum genuſ Ingeuoneſ: quorũ parſ Cimbri Teutoni a Cauchoꝝ gente. Proximi autem Rheno Iſteuoneſ: quorũ parſ Cimbri mediterranei: Hermioneſ quoꝝ Sueui Hermũduri Chatti Cheruſi. Quinta parſ Peucini. Baſterne. ſupradictiſ cõtermini Daciſ. Amneſ clari in Oceanum defluunt. Gutalluſ. Viſtilluſ: ſiue iuſtilia Aluuſ Viſurgiſ. Ammiſſuiſ. Rhenuſ. Moſa. Introrſuſ uero nulla inferiuſ nobilitate Hercynium iugum pretendit̃.

CAP. XVI. De Inſuliſ in Gallico Oceano.

N Rheno autem ipſo prope centum milia paſſuum in longitudinem nobiliſſĩa Batauorum inſula & Canenefatum. & alie Friſiorum. Caucorum. Friſiabonũ. Sturiorum. Marſatiorum: que ſternuntur inter Helinũ ac Fleuum: ita appellãt̃ oſtia in que effuſuſ Rhenuſ a ſeptentrione in lacuſ ab occidente in amnẽ Moſam ſe ſpargit medio inter hec Chore: modicũ nomini ſuo cuſtodienſ alueum.

CA. XVII. De Britãnia & Orchadibuſ inſuliſ.

X aduerſo huiuſ ſituſ Britãnia inſula clara Greciſ noſtriſq; monumentiſ: inter Septentrionem & occidentẽ iacet. Germanie. Gallie. Hiſpanie. multo maximiſ

Europe partibuſ: magno interuallo aduerſa. Albion ipſi nomen fuit: cum Britannie uocarentẽ omneſ de quibuſ mox paulo dicemuſ. Hec abeſt a Geſoriaco Morinorũ gentiſ littore proximo Traiecta quinq̃gíta milia miliũ. Circuitu uero patere trigíta octo milia paſſuſ. lxxv. M. Pytheaſ & Iſidoruſ tradũt. triginta ꝓpe iã anniſ notitiã eiuſ Romaniſ armiſ nõ ultra uicinitatẽ ſilue Calidonie ꝓpagãtibuſ. Agrippa lõgitudinẽ octingentorũ miliũ paſſuũ credit eẽ. Latitudinẽ tricentorũ miliũ credit Et eandẽ Hibernie latitudinẽ. Sed longitudinẽ ducentorũ. M. p. minorẽ Sup eam hec ſita abẽ breuiſſimo trãſitu a Silurum gẽte. xxx. M. paſſuũ. Reliquarum mella cxxv. M. circuitu ãplior ꝓditur. Sũt aũt hinc. xl. milia paſ. Orcadeſ: modiciſ íter ſe diſtrete ſpatiſ. Septẽ Acmode. & triginta Hebudeſ. Et íter Hiberniã & Britaniã Mona Manapia Ricnea Vectiſ Silínuſ Androſ. Infra uero Siãbiſ & Axãtoſ. Et ab aduerſo í Germanicũ mare ſparſe Gleſſarie quaſ electridaſ Greci recẽtioreſ appellauere: ꝙ ibi electrum naſceretur. Vltima omnium que memorantur Tyle. í qua ſolſtitio nullaſ eſſe nocteſ indicauimuſ cancri ſignum ſole tranſeunte. Nulloſq; contra per brumam dieſ. Hec quidam ſeniſ menſibuſ continuiſ fieri arbitrantur. Timeuſ hiſtoricuſ a Britannia ĩtrorſuſ ſex dierum nauigatione abeſſe dicit inſulam Miterin: in qua candidum plumbum proueniat: ad eam Britanneſ uitilibuſ nauigiſ corio circunſutiſ nauigare. Sunt & qui aliaſ prodant Scandiam Dumnam Bergoſ: maximamq; omnium Verigon ex qua in Tylen nauigetur. A Tyle uniuſ diei nauigatione mare cõcretũ a nonnulliſ Cronium appellatur.

CAP. X. VIII. De Gallia.

Allia om̃iſ Comata uno noĩe appellata in tria populorũ genera diuiditẽ ãnibuſ maxíe diſticta. A Scalde ad Seq̃nã Belgica. Ab eo ad Garũnã: Celtica. eadẽq; lugdunenſiſ. Inde ad Pyrenei montiſ excurſum: Aquitania Aremorica ante dicta. Agrippa uninerſaꝝ Galliarum inter Rhenum & Pyreneum atq; Oceanũ ac mõteſ Cebennam & Iuram quibuſ Narbonenſem Galliam excludit: longitudinem. cccc. xx. M. paſſuum. Latitudinem. ccc. xiii. computauit. Aſcaldi incolunt. Exerni. Texandri pluribuſ nominibuſ. deinde Menapii. Morini. Oromanſaci iuncti Pago: qui Cerſiacuſ uocatur. Britãni Ambiani. Bellouaci Baſſi. Introrſuſ Catoſlogi. Attrebateſ. Neruii liberi Veromandui. Sueuconi. Sueſſioneſ. Verumi liberi. Vlmaneteſ liberi Tungri. Rinuci. Friſi Auoneſ. Betaſi. Leuci liberi. Treueri liberi. ãtea: & Lingoneſ federati. Mediomatrici. Seq̃ni. Rauraci. Heluecii. Colonia equeſtriſ & Rauriaca. Rhenum autem accolenteſ Germanie gentium in eadem prouintia. nemeteſ. Triboci. Vangioneſ. Incubi. Colonia Agrippinenſiſ. Guberni. Butani. & quoſ in inſuliſ diximuſ Rheni.

CAP. XVIIII. De Gallia Lugdunenſi.

Vgdunẽſiſ Gallia habet Lexouioſ. uellocaſſeſ. Galletoſ. uenetoſ. Abrincatuoſ. Oſſiſſinoſ Flumẽ clarũ Ligerí. Sed Penniſulam ſpectatiorẽ excurrentem in Oceanum a fine Oſſiſinorum circuitu. dc. xxv. M. paſ. longitudine. In latitudíe c. xxv. M. ultra eam Vanneteſ. Intuſ autem Hedui federati. Carnuteni federati. Boii. Senoneſ. Aulerci qui cognominantur Eburoneſ. & qui Cenomanni. Meldi liberi. Pariſii. Trecaſſeſ. Andegaui. Inducaſſeſ. Bodicaſſeſ. uenellli. Carioſuelıteſ. Diablindi Rhedoneſ. Thuroneſ. Iteſui. Secuſii. Albii liberi. in quorum agro Colonia Lugdunum.

CAP. XX. De Aquitania.

Quitanice ſunt: Ambulatri: Anagnuteſ: Pictoneſ. Santoneſ liberi Biturigeſ liberi. Sexignani cognomĩe ubiſci. Agtani: unde nomẽ prouĩtie. Sedibõiateſ. Mox in oppidum contributi Conuene. Begerbi. Tarbelli quattuor: Signani. Cocoſateſ. Sexſignani. Venami. Enobriſateſ. Belendi. Saltuſ. Pyreneuſ. Infraq; Meneoſi. Oſquitateſ. Montani. Sibyllateſ. Camponi. Bercorcateſ. Pimpedimui. Saſſumini. Vellateſ. Tornateſ. Conſoranni. Auſci. Eluſateſ. Sottiateſ. Oſſidateſ. Campeſtreſ. Succaſſeſ. Latuſateſ. Baſabocateſ. Vaſſei. Sennateſ. Cambolectri. Ageſſinateſ. Pictonibuſ iuncti. Hinc Biturigeſ liberi qui Cubi appellãtur. Dein Lemouiceſ Aruerni liberi. Gabaleſ. Ruſuſ Narbonenſiſ prouintie contermini. Ruteni. cadorci. Antobrogeſ. Tarneq; amne diſcreti a Toloſaniſ Ptrogori. Maria circa oram ac Rhenum ſeptentrionaliſ oceanuſ. Inter Rhenum & Sequanã Britãnicuſ. Inſule complureſ Venetorum & que Venetice appellantur. Et inter Aquitanicum ſinum.

CA. XXI. De Hiſpania Ceteriore.

Pyrenei promontorio Hiſpania incipit anguſtior non Gallia modo: uerum etiã ſemetipſa: ut diximuſ. Immenſum quantum hinc Oceano: illinc Hiberico mari comprimentibuſ. Ipſa Pyrenei iuga ab exortu equinoctiali in occaſũ brũalẽ breuioreſ latere ſeptẽtrionali q̃ meridiano Hiſpaniaſ faciunt. Proxĩa ora citerioriſ eſt eiuſdem Terraconenſiſ ſituſ a Pyreneo per oceanum Baſtonum ſaltuſ. Aolarſo Vaſdulorum oppida, Moroſgi. Menoſta. Veſperieſ. Amanum portuſ: ubi nunc Obrica flaui Colonia ciuitatum nouem. regio Cantabrorũ. Flumen Sanga portuſ Victorie Iuliobricenſium. Ab eo loco fonteſ Hiberi quadraginta milia paſſuum. Portuſ Blendiũ Origeni mixti Cantabriſ. Portuſ eoꝝ Veſei. Veca. Regio Aſturũ Noega oppidũ in Peninſula Piſici. & deinde conuentuſ Lucenſiſ a flumine Nauia Albioneſ Cibarci. Egouarri: cognomine Namarini. Iadoni Arrotebe: Promõtoriũ Celticum. Amneſ Floriuſ. Nelo. Celtici cognomine nerie. ſuperq; Tamarci. quorũ in peninſula Treſare Seſtiane Auguſto dicate. & Toporio oppidum noela. Celtici cognomine Preſtamartii. Cileni ex inſuliſ nominande, Corticata & auníoſ acilenſiſ Conuentuſ Bracharum. Heleni. Groni Caſtellum Tide: Grecorum. ſoboliſ omnia Inſule Cyce. Inſigne oppidum abobrica. Minuiſ amniſ quattuor. M. paſ. ore ſpatioſuſ. Leuni. Seurbi. Bracharum oppidum auguſta quoſ ſuper Gallecia. Flumen Limia. Duriuſ amniſ e maximiſ Hiſpanie ortuſ in Pelondonibuſ. & iuxta numãtiã. Lapſuſ dein per Areuacoſ Vacceoſq; diſterminatiſ ab aſturia Vectonibuſ. a Luſitania Gallecíſ Ibi quoq; Turduloſ a bracharíſ arcẽſ. omniſq; dicta regio a Pyreneo metalliſ referta auri argenti ferri plumbi nigri albiq;.

CAP. XXII. De Luſitania.

Durio Luſitania incipit. Turduli uetereſ. Peſuri. flumen Vagia. oppidũ Talabrica. oppidũ & flumẽ Enmeniũ oppida Conimbrica. Colippo. Eburo. Britiũ Excurrit deinde in aliud uaſto cornu promontorium. quod alii Artabrum appellauere: alii magnũ. Multi Vlyſipponẽſe ab oppido. Terraſ maria celũ diſterminãſ. Illo finitur Hiſpanie latuſ: & a circuitu eiuſ incipit fronſ ſeptentrioniſ.

CAP. XXIII. De Inſuliſ in oceano.

Inc Oceanuſ qui & Gallicuſ occaſuſ: illinc oceanuſ Atlanticuſ promontorii excurſum. lx. M. ꝑdidere: alii. xc. M. paſ. ad Pyreneũ. Inde nõ pauci duodecĩ quinq̃gĩta milia. & ibi gentẽ Artabrũ que nunq̃ fuit: manifeſto errore. Arrotebraſ enſ quoſ añ Celticū diximuſ ꝑmõtoriū hoc in loco poſuere litteriſ ꝑmutatiſ. Orratū & ī ãnibuſ Inclytiſ ab Minio quē ſupra diximuſ. cc. M. paſſuū ut autor ē Varro: Ab ē Eminiuſ quē alibi quidā intelligūt. & Lineā uocāt: obliuioniſ antiquiſ dictuſ: multūq; fabuloſuſ. ab Durio Taguſ. cc. milium paſſuū interueniente Munda Taguſ auriferiſ harenis celebratur. ab eo centum ſexaginta. M. paſſuum promontorium Sacrum e media prope Hiſpanie fronte proſilit quattuordecim milia paſſuum. Inde & Pyreneum medium colligit ut Varro tradit. Ab Ana uero quo Luſitaniam a Betica diſcreuimuſ centum uigintiſex. M. paſſuum: a Gadibuſ centum duo. M. paſ. ad hec genteſ Celtice Turduli & circa Tagum Vetoneſ a Ana ad Sacrum Luſitani Oppida memorabilia. a Tago in ora Olyſippo equarum e fauonio uento conceptu nobile Galacia cognominata. Vrbſ imperatoria Merobrica. Promontoriū Sacrū: & alterum Ceneuſ oppida Oſſonobia Balſa Myrtili: Vniuerſa prouintia diuiditur in Conuentuſ treſ. Emericenſem Pacenſem Scalabitanum. Tota populorum. xlvi. in quibuſ Colonie ſunt quinq; Municipium ciuiū Romanorum latii antiqui q̄ttuor. Stipendiaria trigintaſex. Colonie Auguſta Emerita Ane fluuio appoſita. Metallinenſiſ. Pacenſiſ Norbenſiſ Ceſariana cognomine. Contributa ſunt in eam Caſtra Iulia. Caſtra Cecilia. Quinta eſt Scalabiſ: que Preſidium Iulium uocatur. Municipium ciuium Romanorum Olyſippo Felicitaſ Iulia cognominatum Oppida ueteriſ Latii Ebora: quod idem Liberalitaſ Iulia & Myrtiliſ & Salatia que diximuſ ſtipendiariorum: quoſ nominare non pigeat: preter iam dictoſ in Betica cognomibuſ: Auguſtobrigenſeſ Emienſeſ Aranditani. Taxabritenſeſ. Blaxenſeſ. Ceſarobricenſeſ. Caperenſeſ. Caurenſeſ. Calarnici. Bilitani. Concordienſeſ. & Bocori. Interauſenſeſ. Latienſeſ. Mirobrigenſeſ qui Celtici cognominantur. Medubrigēſeſ qui Plumbarii. Ocelenſeſ Lancienſeſ. Turduli q Barduli & Tapori. Luſitaniam cum Aſturia & Galletia patere longitudine. d. trigintaſex mil. Agrippa prodidit. Omneſ autē Hiſpanie a duobuſ Pyrenei promõtoriiſ per maria totiuſ ore circuitu trigintanouem. M. duodecim colligere exiſtimantur. ab aliiſ uigintiſex mil. Ex aduerſo Celtiberie complureſ ſunt inſule Caſſiterideſ dicte a greciſ a fertilitate plūbi & e regione Arrotrebarum promõtorio deorum. vi. quaſ aliqui Fortunataſ appellauere. In ipſo uero capite: mox Betice ab oſtio freti paſſuſ ſeptuagintaquinq; mil. Gadiſ longa: & ut Polybiuſ ſcripſit duodecī mil. lata. iii. mil. paſſuum abeſt a continente. proxima parte minuſ pedeſ. dcc. Reliqua pluſ ſeptem. M. ipſiuſ ſpatium quindecim. M. paſſ. eſt. Habet oppidum ciuium Romanorum quod appellatur Auguſtana urbſ Iulia. Gaditani ab eo latere quo Hiſpaniam ſpectat: paſſibuſ fere centum. Altera īſula eſt ī longum ducentorum milium paſſuū quadraginta. M. lata. In qua priuſ oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro & phyllide erithea: A Timeo & Syleo Aphrodiſiaſ. Ab indigeniſ Iunoniſ. Maiorem Timeuſ Potinuſam a puteiſ uocitatem ait. noſtri Tarterona appellant: quam peni appellarūt Gaditam. Peonica diruta Punica lingua ſepem ſignificante. Erithea dicta eſt: quoniam Tyrii ab origine eorum orti ab erythreo mari ferebantur. In hac Geriones habitaſſe a quibuſdam exiſtimantur: quorum armenta Herculeſ abduxerit. Sunt qui aliam eſſe eam: & contra Luſitaniam arbitrentur: eodemq; nomine quondā ibi appellant.

CAP. XXIIII. De Vniuerſe Europæ menſura.

Eracto ambitu Europe: reddenda conſummatio eſt: ne quid in expedito non ſit noſcere uolentibuſ. Longitudinem eiuſ Artemidoruſ atq; Iſidoruſ a Tanai uſque Gadeſ octogintaquattuor milia quattuordecī paſſuũ prodiderunt. Polybiuſ latitudinem Europe ab Italia ad Oceanum ſcribit. xi. M. quinquaginta eſſe etiã tum in comperta magnitudine huiuſ. Eſt autem ipſiuſ Italie ut diximuſ: duodecim mil. uiginti ad alpeſ. Vnde Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum: qua uidetur menſuram agere Polibiuſ. xiii mil. xviii. Sed certior menſura ac longior ad occaſum ſoliſ eſtiui oſtiumq; Rheni per caſtra Legionum Grrmanie ab iiſdem dirigitur alpibuſ duodecim milia quadragintatrium paſſuum. Hinc deinde Africa atq; Aſia dicentur.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER QVARTVS DE TERTIO EVROPE SINV FINIT. INCIPIT QVITVS DE AFRICA FOELICITER.

CAP. Primum. De Africa.

Fricam Greci Lybiam appellauere: qua mare ante eam lybicum incipienſ Egypto finit̃. Nec alia parſ terrarum pauciores recipit ſinuſ: longe ab occidente littorum obliquo ſpatio Populorum eiuſ oppidorumq; nomina uel maxime ſunt ineffabilia: preterquam ipſorum linguiſ: & aliaſ caſtella ferme inhabitant.

CAP. II. D Mauritania.

PRincipio terrarum Mauritanie appellantur uſq; ad Caium Ceſarem Germanici filium regna. Seuitia eiuſ in duaſ diuiſa eſt ꝓuintiaſ. Promontoriũ oceani extimum Ampeluſia nominatur a Greciſ. Oppida fuere Liſſa. Cotte ultra colũnaſ Herculiſ. Nũc eſt Tingi quõdã ab anteo cõditũ. poſtea a Claudio Ceſare cũ colõiã faceret: appellatũ traducta iulia. Abẽ a Belone oppido Betice proximo traiectu triginta mil. paſſuũ. ab eo uigĩtiqnq; mil. ĩ ora Oceãi Colõia Auguſti Iulia Cõſtãtia. Zubil Regũ ditiõi exẽpta: & iura ĩ Beticã petere iuſſa. & ab eo. xxxii. M. paſſuũ Colõia a Claudio Ceſare facta Lixoſ. uel fabuloſiſſiẽ ab antiqſ narrata. Ibi regia antei certamẽq; cũ Hercule. & Heſperidum horti Affunditur aũt huic eſtuarium e mari flexuoſo meatu in quo draconiſ cuſtodie inſtar fuiſſe nunc interpretantur. Amplectitur intra ſe inſulam: quam ſolam e uicino tractu aliquanto excelſiore nõ tamen eſtuſ mariſ inundant. Extat in ea & ara Herculiſ. nec preter Oleaſtroſ aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minuſ ꝑfecto mirent̃ portentoſa Grecie mẽdacia de iiſ & amne Lixo ꝓdita: qui cogitent noſtroſ nuper paulominuſ mõſtrifica quedã de iiſdem tradidiſſe Preualidam hãc urbẽ: maioremq; magna Carthagine Preterea ex aduerſo eiuſ ſitã & prope immenſo tractu. ab Tĩgi quoq; aliã Corneliuſ Nepoſ audaciſſime credit ab Lixo quadraginta mili. paſſuum. In mediterraneo altera auguſti Colonia eſt Babba: Iulia Campeſtriſ appellata. Et tertia Banaſa. lxxv. mil. Valentia cognominata. Ab ea trigintaquinq; mil. paſſuum. Volubile oppidum: tantundem a mari utroq; diſtanſ. & in ora a Lixo quiquagĩta. M. anniſ Sububuſ preter Banaſã Coloniam defluenſ. & magnificuſ & nauigabiliſ. Ab ea totidẽ milibuſ paſſuum oppidum Sala eiuſdem nominiſ fluuio impoſitum. iam ſolitudinibuſ uiciniũ elephãtorumq; gregibuſ infeſtũ. Multo tñ magiſ Autololũ gentem per quam iter ẽ

grecia medax

ad montem Africe uel fabuloſiſſimum Atlantem. E mediiſ hunc areniſ in celum attolli prodiderũt. aſperum. ſqualentem. qua uergat ad littora Oceani: cui cognomẽ impoſuit. Eundem opacum nemoroſumq; & ſcatebriſ fontium riguum qua ſpectat Africam fructibuſ omnium generum ſponte ita ſubnaſcẽtibuſ ut nunquam ſatietaſ uoluptatibuſ deſit. Incolarum neminem interdiu cerni. ſilere omnia haud alio quam ſollitudinum horrore. ſubire tacitam religionem animoſ propiuſ accedentiũ p̃terq; horrorem elati ſuper nubila atq; in uicinia lunariſ circuli. Eundem noctibuſ micare crebriſ ignibuſ Egipanum Satyrorumq; laſciuia. impleri tibiarum ac fiſtule cantu. tympanorumque & cymbalorum ſonitu ſtrepere. Hec celebrati autoreſ prodidere. Preter Herculi & Perſeo laborata ibi. ſpatium ad eum immenſum incertumque. Fuere & Hannoniſ Carthaginenſium Duciſ commẽtarii puniciſ rebuſ florẽtiſſimiſ explorare ambitum Africe iuſſi. quẽ ſequuti pleriq; e Greciſ noſtriſq;: Et alia quedã fabuſa & urbeſ multaſ ab eo conditaſ ſibi prodidere : quarum nec memoria ulla nec ueſtigium extat. Scipiano Emiliano reſ in Africa gerente Polybiuſ annalium conditor ab eo accepta claſſe ſcrutãdi illiuſ orbiſ gratia circunuectiſ prodidit a mõte eo ad occaſum uerſuſ ſaltuſ plenoſ feriſ: quaſ generat Africa: ad flumen Anatin. cccc. octuagintaquinque. M. paſſ. Ab eo Lixum. ccv. M. p. Agrippa Lixũ a Gaditão freto centum. xii. mil. paſſuum abeſſe. Inde ſinum. qui uocetur Saguti. Oppidum in promontorio Mulelacha. Flumina Sububam & Salat. Portum Rutubiſ. a Lixo. ccexiii. milia paſſuum. Inde promontorium Soliſ. portum Riſardir. Getuloſ. Autoteleſ. Flumen Coſenum. Gentem Selatitoſ & Maſatoſ. Flumen Maſathat. Flumen Darat: in quo Crocodiloſ gigni. Deinde ſinum. dc. xvi. mil. paſſuum. Includi monteſ Barce promontorio excurrente in occaſum: quod appellatur Surrẽtiũ Poſtea flumen Palſum Vltra quod Ethiopaſ Peroroſ. quorum a tergo Poruſioſ. Iiſ iungi mediterraneo Getuloſ Daraſ. at in ora Ethiopaſ Daratitaſ. Flumen Bambothum Crocodiliſ & Hippopotamiſ refertum. Ab eo monteſ perpetuoſ uſque ad eum quem Eonochema dicemuſ. Inde ad promontorium Heſperum nauigatione dierum ac noctium decem. In medio eo ſpatio Atlantem locauit. a ceteriſ omnibuſ in extremiſ Mauritanie proditum. Romana arma primum Claudio Principe in Mauritania bellauere: Ptolemeum Regem a Caio Ceſare interemptum: ulciſcente liberto Aedemone. refugientibuſq; barbariſ. Ventum conſtat ad montem atlantem Nec ſolũ Conſolatu perfunctiſ atq; e Senatu Ducibuſ qui tũ reſ geſſere ſed eq̃tibuſ quoq; Romaniſ qui ex eo profuere: ibi atlantẽ penetraſſe gloria fuit. Quinq; ſũt ut diximuſ Romãe Colõie ĩ ea ꝓuĩtia peruiũq; fame uideri poteſt. Sed id plerũq; fallaciſſĩo experimẽto dep̃hendit: q̃a dignitateſ indagare uera pigeat: igorãtie pudore mentiri nõ piget : haud alio fidei ꝓniore lapſu : q̃ ubi falſe rei grauiſ autor exiſtit. Et eq̃dem minuſ miror ĩcõperta quedã eẽ equeſtriſ ordiniſ uiriſ. Iam uero & e Sẽatu nõ aliũ de intrãtibuſ q̃ cauſa luxurie: cuiuſ efficaciſſĩa uiſ ſentit̃ atq; maxĩa cũ ebori cedroq;. ſilue exq̃rant̃. oĩeſ ſcopuli Getuli muricibuſ ac purpuriſ : Indigene tamen tradũt ĩ ora Abſala cẽtum quinquaginta. M. paſſuũ flumen Aſanam marino hauſto ſed portu ſpectabile : mox amnem quem uocant Fuut. Ab eo ad Dirin hoc enim Atlanti nomen eſſe eorum lingua conuenit. cc. M. paſſuum interueniente flumine cui nomen eſt Vior. Ibi fama exiſtere circa ueſtigia habitati quodam ſoli uinearum palmetorumq; reliquiaſ. Suetoniuſ Paulinuſ quem conſulem uidimuſ. primuſ Romanorum Ducum trangreſſuſ quoque Atlantem aliquot milium ſpatio prodidit de excelſitate qudem eiuſ que ceteri. Imaſ radiceſ denſiſ altiſq; repletaſ ſiluiſ. incognito genere arborum. proceritatem ſpectabilem enodi nitori. frondeſ cupreſſi ſimileſ: preter grauitatē odoriſ tenui eaſ obduci lanugine: quibuſ addita arte poſſe qualeſ bombice ueſteſ confici. Verticem altiſ etiam eſtate operiri niuibuſ. De cumiſ ſe eo perueniſſe caſtriſ. & ultra ad fluuiū qui Niger uocat̃. per ſolitudineſ nigri pulueriſ eminētibuſ interdū uelut exuſtiſ cautibuſ loca inhabitabilia feruore: quanq̃ hyberno tempore expertoſ. Qui proximoſ inhabitent ei ſaltuſ refertoſ elephātorū ferarꝝq; & ſerpentium omni genere Canarioſ appellari. Quippe uictum eiuſ animaliſ ꝓmiſcuū iiſ eſſe. & diuidua ferarum uiſcera. Iunctam ethiopum gentem quoſ Perorroſ uocāt: ſatiſ conſtat. Iuba Ptolemei pater q primuſ utriq; Mauritanie imperauit: ſtudiorum claritate memorabilior etiam q̃ regno: ſimilia prodidit de Atlante. preterq; gigni ibi herbam Euphorbiam nomine: ab inuentore medico ſuo appellatam cuiuſ lacteum ſuccum miriſ laudibuſ celebrat in claritate uiſuſ contraq; ſerpenteſ & uenena omnia: priuato dictato uolumīe. Et ſatiſ ſuperq; de Atlante.

CAP. III. De Tingitania prouintia.

Ingitanie prouintie longitudo. clxx. M. paſſuū ē & gēſ ī ea quondā precipua Maurorū: unde nomen ꝓuintie: quoſ pleriq; Mauruſioſ dixerunt. Attenuata belliſ: ad paucaſ recidit familiaſ. Proxīa illi Maſſeſylioꝝ fuerat: ſed ſimili mō extīcta ē. Getule nūc tenēt genteſ. Bamure. multoq; ualidiſſimi Autololeſ. Et horum parſ quondam Neſimi. qui auulſi iiſ propriam fecere gentem uerſi ad Ethiopaſ. Ipſa ꝓuintia ab oriente montoſa fert elephantoſ. In Abila quoq; monte & quoſ ſeptem fratreſ a ſimili altitudine appellant freto imminēti iūcti Abile. ab iiſ ora interni mariſ. Flumen Tamunda nauigabile quondam & oppidum. Flumen Laud & ipſum nauigiorum capax. Ruſadir oppidum & portuſ Maluana. Fluuiuſ nauigabiliſ Siga. Oppidum ex aduerſo Maluane in Hiſpania ſitum. Syphaciſ regia. alteriuſ iam Mauritanie. Nanq; diu Regum nomina obtinuere: ut Bogudiana appellaret̃ extima. Itemq; Bochi que nunc Caſarienſiſ. Ab ea portuſ magnuſ Herpatio appellatuſ ciuium Romanorum oppidum: amniſ Mulucha Bochi Maſſelylorumque finiſ. Quizacenitana peregrinorum oppidum. Arſennaria latinorum tria milia paſſuum a mari. Carcenna Colonia Auguſti. legio ſecūda. Item Colonia eiuſdem deducta cohorte pretorea Gunugii. Promontorium Apolliniſ: Oppidumque ibi celeberrimum Ceſaria ātea uocitatum Iol Iube Regia a diuo Claudio Colonie iure donata Eiuſdem iuſſu deductiſ ueteraniſ. Oppidum nouum & Latio datum Tipaſa Itemque a Veſpaſiano Imperatore eodem munere donatum Icoſio. Colonia Auguſti. Ruſgunie. Ruſucurium ciuitate honoratum a Claudio Ruzaſuſ Colonia Auguſti. Salde Colonia eiuſdem. Gigili oppidum. Tucca impoſitum mari & flumini Ampſage. Intuſ Colonia Auguſta: que item Sucha Baritem Tubi Subtu. Ciuitateſ Tirmirci Tigaue. Flumina Iſargeſ. Genſnabadeſ. Sardana Lauerna Bargenſina Turebi. Flumē Vſarienſ nauigabile. Flumē Ampſaga abeſt a Ceſarea cc. xxxiii. M. paſſuum Vtriuſq; Mauritanie longitudo. dccc. M. paſſuū. xxxix. M. latitudo. cccclxvii. M. p.

CAP. IIII. De Numidia.

B Ampſaga Numidia eſt: Maſiniſſe clara noīe. Metagonitiſ terra a Greciſ appellata. Numide uero Numadeſ a ꝑmutandiſ papilionibuſ Mappalia ſua hoc eſt domuſ paluſtriſ circunferenteſ. Oppida Culluruſ Ichade. Et ab ea ad quadragintaocto. M. paſſuum in mediteraneo colonia Cirtha Sitianorum cognomine Et alia ītuſ Sicca. Liberūq; oppidum Bulla regia. Et ī ora Tacatua Hippo Riguiſ.

Flumen Armua. Oppidum Tachabracha ciuiũ Romanorum. Tuſca fluuiuſ. Numidie finiſ. Nec preter marmoriſ Numidice ferarumq; prouentum aliud ĩſigne.

CAP. V. De Africa.

Tuſca Zeugitana regio: & que proprie uocetur Africa eſt. Tria promõtoria Candidũ. mox apolliniſ aduerſum Sardinie. Mercurii aduerſũ Sicilie ĩ altum ꝓcurrẽtia Duoſ efficiunt ſinuſ Hiponenſem proximũ ab oppido quod Hipponem dirutum uocant Diarrhitum a Greciſ dictũ ꝓpter aquarũ irrigua. Cui finitimum Theudaliſ immune oppidũ lõgiuſ a littore. Dein ꝓmontoriũ Apolliniſ: & ĩ altero ſinu Vtica ciuiũ Romanoꝝ Cathoniſ morte nobiliſ. Flumẽ Bagrada. Locuſ caſtra cornelia. Colonia Carthago Magne in ueſtigiiſ Carthaginiſ. Colõia Maxula. Oppida Carpi Miſua. Et liberũ Clupea ĩ promõtorio Mercurii. Itẽ libera Curubiſne apolliniſ. Mox Africe ipſiuſ alia diſtĩctio. Libyphoeniceſ uocãt q Byzãtiũ ĩcolũt: ita appellatur regio. ccl. M. paſſuum per cirtuitum fertilitatiſ eximie cum centeſima fruge agricoliſ foenuſ reddente terra. Hic oppida libera Leptiſ. Adrumentum Ruſpina. Thapſuſ. Inde Thena Aueſinacon. Madeſta Chape Sabrata contingenſ Syrtyn minorem: ad quam Numidie & Africe ab Ampſaga longitudo. dlxxx. M. paſſuum. Latitudo qua cognitum eſt. cc. M. Ea parſ quam Africam appellauimuſ diuiditur in duaſ prouintiaſ: ueterem & nouam diſcretaſ foſſa. Inter africanum ſequentem & Regeſ Tenaſ uſque perducta. quod oppidum a Carthagine abeſt. cc. xvi. M. paſſuſ. Tertiuſ ſinuſ diuiditur in geminoſ duarum Syrtium uadoſo ac reciproco mari. Diſrhooſ. ad proximam que minor eſt a Carthagine. ccc. M. paſſuũ ut Polybiuſ tradit. Ipſam centũ. M. paſſ. aditu. ccc. M. ambitu. Et terra hec autem ſyderum obſeruatione nobiliſ. Ad eam per deſerta hareniſ perq; ſerpenteſ iter eſt. Excipiunt ſaltuſ repleti ferarum multitudine. & introrſuſ Elephantorum ſolitudineſ. mox deſerta uaſta. utrinq; garamanteſ ab Augyliſ dierum duodecim itinere diſtãteſ. Super illoſ fuere genſ Pſylli: ſup quoſ lacuſ Lycomediſ deſertiſ circundatuſ. Augyle ipſi medio fere ſpatio locantur ab Ethiopia que ad occidentem uergit. & a regione que duaſ Syrteſ interiacet: pari utrinq; interuallo. Sed littore inter duaſ Syrteſ ccl. M. paſſ. Ibi ciuitaſ Oẽſiſ. Cyniphoſ fluuiuſ ac regio. Oppida Neapoliſ Taphra Habrothonũ. Leptiſ altera. que cognominatur magna Syrtiſ maior circuitu cẽtum uigintiquinq;. M. paſſuum. aditu]autem. ccc. xiii. M. Inde accolit genſ Ciſipadum. In intimo ſinu fuit ora Lotophagon: quoſ quidam Alachroaſ dixere: ad Philenoꝝ araſ. ex arena ſunt ee. Ab iiſ nõ procul a continẽte paluſ uaſta ad amnẽ Tritonem. Nomenq; ab eo accepit Pallãtiaſ appellata a Calimacho. & citra minorem Syrtin eſſe dicta. a multiſ uero inter duaſ Syrteſ. Promontorium quod maiorem includit Burion appellatur. ultra Cyrenaica ꝓuintia. Ad hũc finem africa a fluuio ampſaga Populoſ uigintiſex habet qui Romano parent Imperio: In iiſ Coloniaſ ſex preter iam ſupradictaſ Vthinam Tuburbin. Oppida ciuium Romanorum quindecim ex quibuſ in mediterraneo dicenda. Abſuritanum abutucenſe. Ab oriente Canophicum Chimanenſe. Rhimituenſe. Tunuſidienſe Tuburbienſe. Tybidrumenſe. Tibigenſe. Vcitana duo maiuſ & minuſ. Vagenſe. Oppidum latinum unum Vzzalitanum. Oppidum ſtipendiarium unum. Caſtriſ Cornelia oppida libera triginta ex quibuſ dicenda intuſ Acolitanum Acharitanum. auinenſe. Abziritanum Canopitanum. Melzitanũ. Matarenſe. Salaphitanum. Tuſdridanum Diricenſe Thiphicẽſe Tuniſenſe Schoedenſe Tagaſenſe Sigenſe. Vluſuburitanum. Vagienſe aliud Sigenſe Zianienſe. Ex reliquo numero nõ ciuitateſ tantum. ſed plereq; etiam nationeſ iure dici poſſunt. ut Natabudeſ. Capſitani. Muſulani. Sabarbareſ. Maſſylini ciuel Vamacureſ. Etini. Muſini. Marchubi. & tota Getulia ad flumen nigrum: qui Africam ab Ethiopia dirimit.

CAP. VI. De Cyrene.

Yrenaica eadem Pentapolitana regio illuſtratur Hamonniſ oraculo quod a Cyreniſ abeſt. cccc. M. paſſuũ. Fonte ſoliſ. Pentapoliſ urbibuſ maxĩe quinq; Berenice Arſinoe Ptolemaide Appollonia: ipſaque Cyrene. Berenice in Syrtiſ extimo cornu eſt. quondam uocata heſperidum ſupradictarum uagantibuſ Grecie fabuliſ. Nec procul ante oppidum fluuiuſ Lethon: Lucuſ ſacer ubi Heſperidum horti memorantur. abeſt a Lepti. ccc. lxxv. M. paſſuum. Ab ea Arſinoe Theutyra uocitata. xliii. M. paſſuum. Et deinde Ptolemaiſ antiquo nomine Barce. xxii. M. paſſ. Mox: ccl. M. promontorium Phycuſ per Creticum mare excurrit. diſtanſ. cccl. M. paſſ. a Tenaro Laconice ꝓmontorio. A creta uero ipſa. cxxv. M. Poſt id Cyrene a mari. xi. M. paſſ. A Phicunte Appoloniam. xxiiii. M. paſſuum Ad Cherronnenſum. lxxxviii. M. paſſuum. Vnde Catabathmum. ccxvi. M paſſ. Accolunt Marmaride. a Pharedoni ferme regione ad Syrtin uſq; maiorẽ porrecti. Poſt eoſ acrauce Leſatiani. In ora Syrtiſ Naſammoneſ quoſ antea Meſammoneſ Greci appellauere ab argumẽto loci. medioſ inter arenaſ ſitoſ. Cyrenaicuſ ager quidecim. M. paſſuum latitudine a littore arboribuſ fertiliſ habetur. Intuſ eodem ſpatio frugibuſ tantum. mox. xxx. M. paſſuũ latitudine: & ccl. M. paſſ. longitudine Laſeri modo. Poſt Naſammonaſ Haſbyte & Mace uiuunt. Vltra eoſ Hammanienteſ. xi. dierum itinere a Syrtibuſ maioribuſ ad occidentem: & ipſi quaquauerſuſ areniſ circundati: puteoſ tamen haud difficileſ binũ fere cubitorum ĩueniũt altitudĩe ibi reſtangnantibuſ Mauritanie aquiſ. Domoſ ſale e montibuſ ſuiſ exciſo ceu lapide conſtruunt. Ab iiſ ad Troglodytaſ hyberni occaſuſ plaga dierum quattuor iter: cum quibuſ commertium gemme tantum. quam Carbunculum uocamuſ: ex Ethiopia uecte. Interuenit ad ſolitudineſ africe ſuper minorem Srytin dictaſ Verphazania: ubi gentem Phazaniorum urbeſq; alelen & Cyllabam ſubegimuſ. Item Cidamum. e regione Sabrate. Ab hiſ monſ longo ſpatio in occaſum ab ortu tendit: Ater a noſtriſ dictuſ a natura aduſto ſimiliſ: aut ſoliſ repercuſſu accenſo. Vltra eum deſerta. Matelge. Oppidum Garamantum. Itemq; Detriſ affuſo fonte a medio die ad mediã noctem aquiſ feruentibuſ. totidem horiſ ad medium diem rigentibuſ. clariſſimumq; oppidum Garadamum. caput Garadamanthum: omnia armiſ Romaniſ ſuperata. & a Cornelio Balbo triũphata. uninſ omnium curru externo. & quiritiũ iure donato. quippe Gadibuſ nato ciuitaſ Romana cum Balbo maiore patruo data eſt. Et hoc mirum ſupradicta oppida ab eo capta autoreſ noſtroſ prodidiſſe. Ipſum ĩ triumpho preter Cydamum & Garadamum omnium aliarum gentium urbiumq; numina ac ſimulacra duxiſſe: que fuere hoc ordine. Tabidium oppidium. Niteriſ natio Gligemela oppidum. Bubeiũ. natio. Vel oppidum. Enipi natio. Thuben oppidum. Monſ nomine niger. Nitibrum Rapſa oppida. Diſcera natio. Detri oppidũ Flumẽ Nathabur. Tapſagum oppidum. Nanagi natio. Boin oppidum. Pege oppidum. Flumen Daſibari. Mox oppida continua Baracũ. Buluba Alaſi Galſa Balla maxalla Zizama Monſ Gyri in quo gemmaſ naſci tituluſ ꝑdidit. Ad Geramantaſ iter inexplicabile adhuc fuit latronibuſ gentiſ eiuſ. Puteoſ qui ſunt non alte fodiendi ſi locorum noticia aſſit: areniſ operientibuſ. Proximo bello quod cum Oenſibuſ Rõani geſſere auſpitiſ Veſpaſiani Imperatoriſ compendium uie quatriduo deprehenſum eſt. hoc iter uocatur preter caput ſaxi. Finiſ Cyrenaicuſ Cathabathmoſ appellatui oppidum & uallis repente conuexa. Ad eum terminum Cyrenaica Africa a Syrti minore decieſ ſexaginta. M. paſſuum. in longitudinẽ patet. In latitudine qua cognitum eſt. d. ccc. paſſuum.

CAP. VII. De Libya Mareotide.

A que ſeqt̃ regio Mareotiſ Libya appellat̃ Egypto contermina tenẽt Marmarideſ Adrimachide. Deinde Mareote. Mẽſura a Catabathmo ad Paretoniũ lxxxvi. M. paſſuũ. In eo tractu intuſ Apiſ ītereſt nobiliſ religione Egypti locuſ. Ab eo Paretonium. lxii. M. paſſuum. Inde Alexandriam. c. M. paſſuum: Latitudo clxix. eſt. Eratoſtheneſ a Cyreniſ Alexãdriam terreſtri itinere. d. xxv. M. ꝓdidit. Agrippa totiuſ Africe a mari Atlantico cum inferiore Egypto. lxxx. M. paſſuum longitudinem poſuit. Polybiuſ & Eratoſtheneſ diligẽtiſſime exiſtimati ab Oceano ad Carthaginem magnam. lxvi. milia paſſuum. Ab ea Canopum Nili proximum oſtium. xvi. M. paſſuum. xxix. fecerunt. Iſidoruſ a Tingi Canopũ. xxxv. xcix. M. paſſuum. Artemidoruſ. xl. minuſ q̃ Iſidoruſ.

CAP. VIII. De Inſuliſ circa Africam.

Nſulaſ non ita multaſ complectuntur hec maria. Clariſſima eſt Menix lõgitudine. xxxv. p. latitudine. xxv. ab Eratoſthene Lotophagiteſ appellara Oppida habet duo Meningen ab Africe latere: & altero Thoiar. Ipſa a dextro Syrtiſ minoriſ promontorio paſſibuſ. cc. ſita. ab ea. c. paſſibuſ contra leum Cercina cum urbe eiuſdem nominiſ libera. Longa. xxv. M. paſſ. lata dimidium eiuſ ubi plurimum. At in extremo non pluſ. v. M. paſſuſ. hinc perparua Carthaginẽ uerſuſ Cercinitiſ ponte iungitur. Ab iiſ. l. M. fere paſſuum Lipaduſa. longa. vi. M. p. Mox. Gauleegalata. cuiuſ terra ſcorpionem dirũ animal Africe necat. Dicunt̃ & in Clupea emori: cuiuſ ex aduerſo Coſſyria cum oppido. ac cõtra Carthaginiſ ſinũ due egremio. eree. are. Reuera autem ſcopuli uerius q̃ inſule. Inter Siciliam maxime & Sardiniam. Autoreſ ſunt & haſ quondam habitataſ ſubſediſſe. Interiore autẽ ambitu Africe ad meridiẽ uerſuſ: ſuperq; Getuloſ interueniẽtibuſ deſertiſ. primi om̃iũ Libii Egyptii. Deiñ Leuce ethiopeſ habitant.

CAP. VIIII. De Ethiopibuſ.

Vper eoſ Ethiopum genteſ Nigrite a quo dictum eſt flumine. Gymneteſ Pharuſi etiam Oceanum attingenteſ: quoſ in Mauritanie fine diximuſ. Perorri. Ab iiſ omnibuſ uaſte ſolitudineſ orientem uerſuſ: uſque Garamanteſ: Augilaſq; & Troglodytaſ. ueriſſima opinione eormu qui deſertiſ Africe duaſ Ethiopiaſ ſuperponunt. & ante omneſ Homeri q bipertitoſ tradit Ethiopaſ ad orientem occaſũq; uerſoſ. Nigri fluuio eadem natura que Nilo. Calamum & Papyrum & eaſdem gignit animanteſ: iiſdemq; temporibuſ augeſcit. Oritur inter Tareleoſ Ethiopaſ: & Oecalicaſ. Horum oppidum Mauin quidam ſolitudinibuſ interpoſuerunt. Atlantaſ iuxta eoſ. Egipanaſ ſemiferoſ. & Blemmiaſ & Ganphaſantaſ & Satyroſ & Himãtopodaſ. Atlanteſ degenereſ ſunt. humani rituſ ſi credimuſ. Nam neq; nominum ullorũ inter eoſ appellatio eſt. & ſolem oriẽtem occidentemq; dira imprecatione contuentur: ut exitialem ipſiſ agriſq;: neq; inſomnia uiſunt qualia reliqui mortaleſ. Troglodyte ſpecuſ excauant. he illiſ domuſ. uictuſ ſerpentium carneſ: ſtridorq; non uox: adeo ſermoniſ commertio carent. Garamanteſ matrimõiorum exorteſ: paſſim cũ feminiſ degunt. Augile tantum inferoſ colunt. Ganphaſanteſ nudi: preliorumq; experteſ nulli externo congregantur. Blemmiiſ traduntur capita abeſſe: ore & oculiſ pectori

nigres

affixiſ. Satyriſ preter figuram nihil moriſ humani. Egipaniſ qualiſ uulgo pingitur forma. Hymantopodeſ loripedeſ quidam: quibuſ ſerpendo ingredi natura eſt. Pharuſi quondam Perſe comiteſ fuiſſe dicuntur Herculiſ: ad Heſperidaſ tendentiſ. Nec de Africa plura que memorentur occurunt.

CAP. X. De Aſia.

Dheret Aſia. quā patere a Canopico oſtio ad Pōti oſtiū Timoſtheneſ. xxvi. xxxiii. M. paſſ. tradidit. Ab ore autem Pōti ad oſ Meotiſ Eratoſtheneſ. xv. xlv. M. paſſ. Vniuerſā uero cū Egypto ad Tanain Artemidoruſ & Iſidoruſ. lxxx. viii. d. ccl. M. paſ. Maria eiuſ cōplura ab accoliſ traxere noīa q̄re ſimul īdicabūt. Proxīa Africe incolit̄ Egyptuſ introrſuſ ad meridiē recedēſ: donec a tergo ꝓtēdāt Ethiopeſ. Inferiorē eiuſ partem Niluſ dextra leuaq; diuiſuſ amplexu ſuo determinat Canopico oſtio ab Africa: ab Aſia Peluſiaco. clxx. M. paſſuum interuallo. Quā ob cauſam inter inſulaſ quidam Egyptum retulere: ita ſe findente Nilo ut triquetram terre figurā efficiat. Ideo multi littere Grece uocabulo Delta appellauere Egyptū: Menſura ab unitate aluei: unde ſe primum findit in latera: ad Canopicū oſtiū. cxlvi. M. Ad Peluſiacū. cclvi. M. eſt. Summa parſ cōtermīa Ethiopie Thebaiſ uocatur. Diuidit̄ in Prefecturaſ oppidoꝝ: q̄ſ Nomoſ uocant. Ombiten. Phāturiten. Apollopoliten. Hermotiten. Tiniten. Phanturiten. Copititen. Tentiriten. Diopoliten. Anteopoliten. Aphrodipoliten. Lycopoliten. Que iuxta Peluſium ē Regio Nomoſ habet Barbetiten. Bubaſtiten. Thyetroiten. Taniten. Reliqua autem Arabicum Hammoniacū tendentem ad Hammoniſ Iouiſ oraculum oſirintiten. Leontopoliten Attribiten. Synopoliten. Hermopoliten. Xoiten. Mendeſiū Sebenniten Sebaſtiten Letapoliten. Heliopolten. Proſobiten. Cynopoliten. Thermopoliten. Bruſophitē. Omphiten Saiten Ptenethū Ptemphū. Naucratiten Veratiten. Meletiten. Gymnopoliten. Menelaiten. Alexandrie regione. Item Lybie mareotiſ. Heracleopolideſ eſt in inſula Nili. longa paſſ. l. M. ī qua & oppidū Herculiſ appellatum. Arſinoite. duo ſunt hi & Nemphiteſ: uſq; ad ſūmū delta ꝑueniūt. Cui ſunt contermini ex africa duo Oeaſite. Quidam ex iiſ aliq̄ noīa ꝑmutant & ſubſtituūt alioſ nomoſ ut Heroopoliten Crocodilopoliten. Inter Arſinoiten autē ac Memphiten lacuſ fuit circuitu ccl. M. p. aut ut Mutianuſ tradit. ccccl. M. & altitudiniſ. l. p. manufactuſ a Rege q fecerat Moeridiſ appellatuſ Inde. lxxii. M. p. ꝓpe abē Mēphiſ quondā arx Egypti Regum. Inde ad Hammoniſ oraculū. xii. dierum iter eſt. Ad ſciſſuram aūt Nili qđ appellauimuſ Delta. xv. M. p. Niluſ incertiſ ortuſ fontibuſ ut ꝑ deſerta & ardētia & immenſo longitudiniſ ſpatio ambulanſ famaq; tm̄ inermi queſitu cognituſ ſīn belliſ que ceteraſ om̄eſ terraſ īuenere: originē: ut Iuba Rex potuit exq̄rere: ī mōte inferioriſ Mauritanie nō ꝓcul oceano habet: lacu ꝓtinuſ ſtagnāte: quē uocāt Hilidem. Ibi piſceſ repiūt̄ Alabete Coracini Siluri. Crocodiluſ quoq;. Inde ob argumētū hoc Ceſaree in Heſeo dicatuſ ab eo ſpectat̄ hodie. Preterea obſeruatū ē: ꝓut ī Mauritāia niueſ hymbreſue ſatiauerīt: ita nilum increſcere ex hoc lacu. Rurſuſ indignat̄ fluere ꝑ arenoſa & ſqualētia: Cōditq; ſe aliquot dierū itinere. Mox alio lacu maiore ī Ceſariēſiſ mauritāie gēte Maſſeſylū erūpit. & hominū cetuſ ueluti circūſpicit iiſdē animaliū argumētiſ. Iterū areniſ receptuſ cōdit̄ rurſuſ. xx. dierū deſertiſ ad ꝓxīoſ Ethiopaſ. Atq; ubi iterū ſenſerit hominē ꝓſilit: fōte ut ueriſimile ē illo quē nigrum uocauere. Inde africam ab Ethiopia diſpeſcēſ etiā ſi nō ꝓtinuſ populiſ feriſ tamen & beluiſ frequēſ: ſiluarumq; opifex: medioſ ethiopaſ ſecat cognominatuſ Aſtapuſ quod illarū gentiū lingua ſignificat aquā e tn̄briſ ꝓfluentē. Inſulaſ ita innumeraſ ſpargit.

q̃ſdam tam uaſte magnitudiniſ quanq̃ rapida celeritate: ut tamē dieꝝ qnq; curſu non breuiore tranſuolet. circa clariſſimam eaꝝ Meroen Aſtaboreſ leuo alueo dictuſ: hoc eſt ramuſ aque uenientiſ e tenebriſ. Dextera uero Aſtuſapeſ: quod latentiſ ſignificationem adiicit. Nec ante niluſ quam ſe totum aquiſ concordibuſ rurſuſ iunxit. Sic quoq; etiānū Gyriſanteſ nominatuſ per aliquot milia. & i totū Homero Egyptuſ aliiſq; Triton. ſubinde inſuliſ impactuſ: totidem incitatuſ irritamentiſ. Poſtremo incluſuſ montibuſ: nec alibi torrentior uectuſ aquiſ properantibuſ ad. locū ethiopum qui Catadupi uocatur: nouiſſimo cataracte inter occurſanteſ ſcopuloſ non fluere īmenſo fragore creditur ſed ruere. Poſtea leniſ & cōfractiſ aquiſ: domitaq; uiolētia: alioqui & ſpatio feſſuſ multiſ q̃uiſ faucibuſ in Egyptum mare ſe euomit. Certiſ tamē diebuſ auctu magno per totam ſpatiatuſ Egiptum fecunduſ innatat terre. Cauſaſ huiuſ incrementi uariaſ ꝓdidere: ſed maxime ꝓbabileſ eteſiarū eo temꝓe ex aduerſo flantium repercuſſu ultro in ora acto mari: aut himbreſ Ethiopie eſtiuoſ iiſdē eteſiiſ nubila illo ferentibuſ e reliquo orbe. Timeuſ Mathematicuſ occultā ꝓtulit rationē. Phialam appellari fontem eiuſ. mergiq; in cuniculoſ ipſum amnem uapore anhelātē fumidiſ cautibuſ ubi conditur. Verū ſole per eoſ dieſ cominuſ facto extrahi ardoriſ ui & ſuſpenſum abundare. ac ne deuoretur: abſcondi. Idq; euenire a caniſ ortu per introitum ſoliſ in leonem: contra perpendiculum fontiſ ſydere ſtante cū in eo tractu abſumantur umbre. Pleriſq; e diuerſo opinatiſ largiorem fluere ad ſeptentrionem ſole diſcedente: quod in cancro & leone euenit. Ideoq; tunc minuſ ſiccari. Rurſuſ in Capricornum & auſtrinum polū uerſo ſorberi: & ob id parciuſ fluere. Sed timeo ſiquiſ extrahi poſſe credat: umbrarū defectuſ iiſ diebuſ & lociſ ſine fine abeſt. Incipit creſcere luna noua quecunq; poſt ſolſtitium eſt ſenſim Modiceq; cancrum ſole tranſeunte. Abundantiſſime autem leonem Et reſidet in uirgine iiſdem quibuſ accreuit modiſ. In totum autem reuocatur intra ripaſ in libra: ut tradit Herodotuſ centeſimo die. Cum creſcit Regeſ aut Prefectoſ nauigare eo nefaſ iudicatum eſt. Auctuſ eiuſ per puteoſ menſure notiſ deprehenduntur. Iuſtum incrementum eſt cubitorum ſedecim. Minoreſ aque non omnia rigant. Amplioreſ detinent. tardiuſ recedendo. He ſerendi tempora abſumunt ſolo madente. Ille non dant: ſitiente. Vtrūq; reputat prouintia. In duodecim cubitiſ famem ſentit. In. xiii. etiamnum eſurit. xiiii. cubita hilaritatem afferunt. xv. ſecuritatem. xvi. deliciaſ. Maximum incrementum ad hoc eui fuit cubitorum. xviii. Claudio Principe. Minimumque Pharſalico bello: ueluti necem Magni prodigio quodam flumine auerſante. Cum ſtetere aque: aptiſ molibuſ admittuntur. Vt queq; liberata eſt terra: ſeritur. Idem amniſ unuſ omnium nullaſ expirat auraſ. Dittoniſ Egypti eſſe incipit a fine ethiopie Syene ita uocatur inſula. c. M. paſſuū ābitu. In qua Ceraſte ſūt latere Arabie: & ex aduerſo īſule. iiii. pſle. dc. M. paſſ. a Nili fiſſura: unde appellari diximuſ Delta. Hoc ſpatium edidit Artemidoruſ. & in eo. ccl. oppida fuiſſe. Iuba. cccc. M. paſſuum. Ariſtocreon ab Elephantide ad mare. d. ccl. M. paſſumm. Elephantiſ inſula infra nouiſſimū cataractē cccc. M. paſſuū: & Supra Syenem. xvi. M. habitatur. Nauigationiſ Egyptie finiſ ab Alexandria. dlxxxv. M. paſſuū: intantum errauere ſupraſcripti. Ibi Ethiopice cōueniunt naueſ. Nāq; eaſ plicatileſ humeriſ tranſferūt quotiēſ ad cataractaſ uētū eſt. Egyptuſ ſuper ceterā antiqtatiſ gloriā. xx. urbiū ibi Amaſe regnante habitata prefert. Nūc quoq; multiſ etiam ſi ignobilibuſ frequēſ celebrat̄ tamē Apolliniſ: mox Leucothoe. & Dioſpoliſ magna. Eadem Thebe: portarum. c. nobiliſ. fama copioſa Indicarū Arabicarūq; mericū Nilo ꝓximū emporiū: mox Veneriſ oppidū: & iterū

Iouiſ Actentiriſ. Infra quod Abyduſ Memnoniſ regia & Oſiriſ templo inclytum vii. dierum itinere in Libyam remotum a flumine. Deinde Ptolemaiſ. & Panopoliſ ac Veneriſ iterū. & in Lybico Lycon ubi monteſ finiūt Thebaidem. Ab iiſ oppida Mercurii. Alabaſtro canum: & ſupradictum Herculiſ. Deinde Arſinoeſ. & iā dicta Memphiſ. Inter quam & Arſinoiten Nemeon. In Lybico turreſ que Pyramideſ uocantur. Labyrinthuſ in Miridiſ lacu nullo addito ligno exedificatuſ. & oppidū Crialon. Vnum preterea intuſ & Arabie conterminū claritatiſ magne ſoliſ oppidum.

CAP. XI. De Alexandria.

Ed iure laudet̃ ī littore Egyptii mariſ Alexādria: a Magno Alexādro cōdita in Africe parte ab oſtio Canopico. xii. mil. paſſuum: iuxta Mareotim lacum q lacuſ ātea Arapoteſ noīabat̃ Metatuſ ē eā Dinocrateſ architector pluribuſ modiſ memorabili ingenio: q̄ndecī miliū paſſuū laxitate īſerta ad effigiem Macedonice chlamidiſ orbe gyrato lacinioſā dextra leuaq; āguloſo ꝓcurſu. iam tum tñ q̄nta ſituſ parte Regi dicata. Mareotiſ lacuſ ad meridianam urbiſ partem Euripo e Canopico oſtio mittitur ex mediterraneo commercio. Inſulaſ quoq; plureſ amplexuſ. xxx. M. paſſ. traiectu. ccl. M. ambitu ut tradit Claudiuſ Ceſar. Alii ſchoenoſ in latitudinem patere. xl. faciunt. ſchoenumq; ſtadia. xxx. Ita fieri longitudiniſ. cl. M. paſſuum: tantūdem & latitudiniſ. Sunt in honore & intra decurſuſ Nili multa oppida: p̄cipue que nomina dedere oſtiiſ non omnibuſ. xi. enim reperiuntur: ſuperq; quattuor que ipſi falſa ora appellant. Sed celeberrimi ſeptem. ꝓximo Alexandrie Canopico: deiñ Bolbitino. Sebenitico. Phannitico. Mēdeſico. Tanico ultimoq; Peluſiaco. Preterea Butoſ Pharboetoſ. Leontopoliſ. Atribiſ. Iſidiſ oppidum. Buſiriſ. Cynopoliſ. Aphroditoſ. Saiſ. Naucratiſ. unde oſtiū quidam Naucraticū nominãt; qđ alii Heracleoticū Canopico cui. vi. M. paſſuſ proximum eſt: preferenteſ.

CAP. XII. De Arabia.

Ltra Peluſiacū Arabia ē ad rubrū mare ꝓtingēſ & odoriferā illā ac diuitem & beate cognoīe inclytā. Hecatabanū & Eſbonitaꝝ & Scenitarū Arabeū uocat̃ ſterilis: p̄ter q̄ ubi Syrie confinia attingit. nec niſi Caſio mōte nobiliſ. Hiſ arabeſ iūgūt̃: ab oriēte Cāchleiſ. a meridie Cedreiſ q̄dē: dein ābo Nabatheiſ. Heroopoloticuſ uocat̃: alterq; Lelaniticuſ ſinuſ rubri mariſ in Egyptum uergentiſ. cl. M. paſſuum interuallo. Inter duo oppida Laeana. & in noſtro mari Gaza. Agripga a Peluſio Arſinoen Rubri mariſ oppidum per deſerta centum uigintiquinq;. M. paſſuū tradit. Tam paruo diſtat ibi tanta rerum nature diuerſitaſ.

CAP. XIII. De Syria: Paleſtina: Phenice.

Vxta Syria littuſ occupat. quondā terrarū maxīa & pluribuſ diſtīcta noībuſ. Nāq; Paleſtina uocabat̃ q̄ cōtingit Arabaſ. & Iudea & Coele: dein Phoenice & q̄ recedit ītuſ Damaſcena: ac magiſ etiā nūc meridiana Babilonia. Et eadē Meſopotamia inter Euphraten & Tigrin: q̄q; trāſit Taurū: Rophene. Citra uero etiam Commagene. Et ultra Armeniam Adiabene. Aſſyria antedicta: & ubi Ciliciā attingit Antiochia. Longitudo eiuſ inter Ciliciam & Arabiam. cccclxx. M. paſſuum. eſt. Latitudo a Seleucia Epieria ad oppidum in Euphrate Zeugmam. clxxv. M. p. Qui ſubtiliuſ diuidunt: circum Euphraten Syriam Phoenicem uolunt: & eſſe oram maritimā Syrie: cuiuſ parſ ſit Idumea & Iudea: deīde Phoenicem. deinde Syriam. Id quod preiacet mare totum: Phenicum appellatur. Ipſa genſ Phenicum in gloria magna litterarū inuentioniſ: & ſyderum naualiumq;: ac bellicarum artiū. A Peluſio Caprie caſtra. Caſiuſ monſ. Delubrum Iouiſ Caſii. Tumuluſ Magni Pompeii.

Tracine. Arabia finitur a Pelusio. lxv. M. paſſuum.

CAP. XIIII. De Idumea: Syria: Paleſtina: Samaria: Aſcalone: azoto

Ox Idumea ĩcipit & Paleſtina ab emerſu Sirboniſ lacuſ. quē qdā cl. M. paſſ. circuitu tradidere. Herodotuſ Caſio mōti applicuit. nūc ē paluſ modica Oppida Rhino Colura. & ĩtuſ Raphace Gaza: & intuſ Anthedon. Monſ Angariſ. Regio ꝑ orā Samaria oppidū. Aſcalo librū. azotū Samneſ due. altera ĩtuſ Ioppe Phoenicū. antiqor terraꝝ inundatiōe ut ferūt. Inſidet colli p̃iacente ſaxo: ĩ quo uĩculorū Andromede ueſtigia oſtendunt. Colitur illic fabuloſa ceto. Inde Apollonia. Stratoniſ Turriſ. Eadem Ceſarea ab Herode Rege condita. Nunc Colonia prima Flauia a Veſpaſiano Imperatore deducta. Finiſ Paleſtineſ. clxxxix. M. paſſuū a confinio Arabie. Deinde Phoeniceſ. Intuſ autem Samaria. Oppida Neapoliſ quod antea Mamortha dicebatur. Sebaſte in monte altiore Gamala.

CAP. XV. De Iudea: Galilea: hierico: Emauſ: Lidda: Ioppe: Hieroſolyma.

Vpra Idumeā & Samariam Iudea longe lateq; funditur. Parſ. n. Syrie iūcta Galilea uocat̄. Arabie uero & Egypto proxima Parea aſperiſ diſpſa mōtibuſ: & a ceteriſ Iudeiſ Iordane amne diſcreta. Reliq̄ Iudea diuidit̄ in Toparchiaſ decē: quo dicemuſ ordine. Hiericuntē palmetiſ cōſitā fōtibuſ irriguā. Emaū Lyddam. Iopicam. Acrabathenam & Zophaniticā Thamiticam. Betbole. & Tephene norine in qua fuere Hieroſolyma longe clariſſima urbium orıētiſ. nomē Iudee: modo Herodium: cū oppido illuſtri eiuſdem nominiſ.

CAP. XVI. De Iordane.

Ordaniſ amniſ oritur e fonte Paneade: qui cognomen dedit Ceſaree de qua dicemuſ: amniſ amenuſ: & quatinuſ locorum ſituſ patitur: ambitioſuſ: accoliſq; ſe prebenſ uelut inuituſ Aſphaltiten lacum dirum natura petit: a quo poſtremo ebibit̄. aq̄ſq; laudataſ perdit peſtilentibuſ mixtaſ. Ergo ubi prima conuallium. fuit occaſio in lacum ſe fundit: quem plureſ Geneſaram uocant. ſedecim. M. paſſuū lōgitudiniſ. vi. M. latitudiniſ: ameniſ circunſeptuſ oppidiſ. Ab orıēte Iuliade & Hippo: a meridie Tharicie. quo & nomine aliqui etiam lacum apellant. Ab occidente Tyberiade aquiſ calidiſ ſalubri.

CAP: XVII. De Aſphaltite.

Sphaltiteſ nihil preter bitumen gignit. unde & nomen. Nullū corpuſ animaliū recipit. tauri cameliq; fluitant. Inde fama nihil in eo mergi. Longitudine excedit centum milia paſſuū: latitudine maxima uigintiquinq; implet: minima ſex. Proſpicit eum ab oriente Arabia Nomadum: a meridie Acharon: ſecūda quondam arx Iudee ab Hieroſolymiſ. Eodē latere eſt caliduſ fōſ medice ſalubritatiſ Callirhoe aquarum gloriam ipſo nomine preferenſ.

CAP. XVIII. De Heſſenorum gente.

B occidentali littore Heſſeni quoſ fugitāt uſq; q̄q; nocēteſ. Genſ ſola & in toto orbe ꝑter ceteraſ mira: ſn̄ ulla femina om̄i uenere abdicata ſn̄ pecūia ſocia palmarū. In diem ex equo conuenarū turba renaſcit̄. Longe frequentātibuſ quoſ uita feſſoſ ad moreſ eorum fortune fluctibuſ agitat. Ita per ſeculorum milia incredibile dictu; genſ eterna eſt. In qua nemo naſcitur. Tam fecunda illiſ aliorum uite penitentia eſt. Infra hoſ Engadda oppidum fuit ſecundū ab Hieroſolymiſ fertilitate palmetorumq; nemoribuſ nunc alterum buſtum. Inde Maſada caſtellum in rupe: &

ipſum haud procul ab Aſphaltite. Et hactenuſ Iudea eſt.

CAP. XVIIII. De Decapoli.

Vngitur e latere Syrie decopolitana regio a numero oppidorum. In qua nõ omeſ eadẽ obſeruãt. Plurimi tamen Damaſcum & Opoto riguiſ amne Cryſorhoa. Fertilẽ Philadelphiã. Rhaphanã: omnia in Arabiam recedentia. Scytopolin antea Niſam a Libero patre ſepulta nutrice ibi Scythiſ deductiſ. Gaddara Hieramiace prefluente & iã dictum Hippodion. Pellam aquiſ diuitem Galaſam Eanatam. Intercurrunt cinguntq; haſ urbeſ Tetrachie: Regnorum inſtar ſingule: & in regna contribuuntur. Traconitiſ. Paneaſ In qua Ceſarea. Cum ſupradicto fonte. Abila. Arca. Ampeloeſſa. Gabe.

CAP. XX. De Tyro.

Rabia gentium nulliſ poſtferenda amplitudine longiſſima a monte Amano a regione Cilicie Cõmageniſq; deſcendit ut diximuſ multiſ gentibuſ eoꝝ deductiſ illo a Tigrane magno: ſponte uero ad mare noſtrũ littuſq; Egyptiacum ut docuiuſ nec non & in media Syrie ad Lybanum montẽ penetrantibuſ Nubeiſ quibuſ iũgunẽ Ramiſi. deinde Teranei. deinde Patami. Ipſa uero peninſula Arabia ĩter duo maria Rubrũ perſicũq; ꝓcurrenſ quodã nature artificio ad ſimilitudinẽ atq; magnitudinem Itali mariſ etiã circũfuſa. In eandẽ etiã celi ꝑtẽ nulla differrẽtia ſpectat. Hec quoq; in illo ſitu. Felix eiuſ populuſ. A noſtro mari uſq; ad Palmirene ſolitudineſ diximuſ Reliqua nũc inde peragẽuſ Nomadeſ infeſtatoreſq; Chaldeorũ Scenite ut diximuſ: claudũt & ipſi uagi: ſed a tabernaculiſ cognominati que ciliciiſ metantur ubi libuit. Deinde Nabatei oppidum incolunt petrã nomine in conualle paulo minuſ. ii. M. p. ãplitudiniſ circũdatũ mõtibuſ ĩacceſſiſ: amne interfluẽte. Abeſt a Gaza oppido litoriſ noſtri. d. c. M. A ſinu Perſico: c. xxxii. M. Huc conuenit utrũq; biuiũ eoꝝ q̄ Syrie Palmirã petiere & eorum q̄ ab Gaza uenerunt. A Petra ĩ coluerunt Omani ad Caracen oppidiſ quondã clariſ ab Semiramide conditiſ ab Eſamide & Soroactia. Nunc ſunt ſolitudineſ. Deinde eſt oppidum: quod Caracenorum Regi paret in Paſitigriſ ripa Forath nomine. In quo a petra conueniunt Characeni. Inde duodecim milia paſſuum ſecundo eſtu nauigant. E partico enim regno nauigãtibuſ uicuſ Theredõ infra confluentem Euphratiſ & Tigriſ leua fluminiſ Chaldei obtinent. Dextra Nomadeſ Scenite. Quidã & alia duo oppida longiſ interualliſ Tigriſ pernauigari tradũt Barbatham: mox Tumatham quod abeſt a Petra decem dieꝝ nauigatione. Noſtri negotiatoreſ dicunt Characenorum regi parere & Apameam ſitam ubi reſtangnatio Euphratiſ cum Tigri confluat. Itaq; molienteſ incurſionem Parthoſ opibuſ abiectiſ inundatione arceri. Nunc a Charace dicemuſ Oram Epiphanio. Primum exquiſitã locuſ ubi Euphratiſ oſtium fuit flumen ſalſum. Promontorium Chaldone. uoragini ſimiliuſ ꝗ̃ mari per. L. paſſuſ ore flumen Achanum. deſerta. c. M. p. uſq; ad Inſulam Barum. Sinuſ Capeuſ quem accolunt Gaulopeſ & Chatei. Sinuſ Gerraicuſ oppidum Gerra. v. M. paſſuum amplitudine Turreſ habet ex ſaliſ quadratiſ molibuſ. A litore L. M. p. Regio Attene. Ex aduerſo Tiloſ Inſula totidem milibuſ a litore. Plurima margaritiſ & celeberrima cum oppido eiuſdem nominiſ. Iuxtaq; altera ĩ ora promontoria eiuſ. xxii. d. paſſuũ. Vltra magnaſ aſpici Inſulaſ tradunt: ad quaſ non ſit ꝓuectũ Huiuſ ambitum. c. xii. M. d. paſſuum a. Perſide lõgiuſ abeſſe: adiri uno alueo ãguſto Inſula Aſgilia. Genteſ Nochetí Zurachi Borgodi Catharrei. Nomadeſ. Flumen Cynoſ. Vltra nauigationẽ incompertam ab eo latere propter ſcopoloſ: tradit Iuba Pretermiſſa mentione oppidi Omanorum Batralaaueſ & Tomamem: quod prioreſ celebrem portum. Carmanie fecere. Item Omen & Athane: que nunc opida maxime celebrari a Perſico mari noſtri negotiatoreſ dicunt a flũine Caniſ: ut iuba tradit mõſ aduſto ſimiliſ. Genteſ Epimaranite. Mox Ichthiophagi. Inſula deſerta gẽteſ Bathimi Eblithei monteſ. Inſula Omoemuſ portuſ Machorbe. Inſula Etaxaloſ. Onchobrice genſ Cadei. Inſule ſine nominibuſ multe. Celebreſ uero Iſura Rhinnea & proxima ĩ qua ſcripte ſunt ſtelle lapidee litteriſ incognitiſ. Goboea portuſ Brage inſule deſerte. Genſ Caludei Dabanagoriſ regio. Monſ Orſa cũ portu. Sinuſ duatuſ. Inſule multe Monſ Tricoriphoſ. Regio Cardalena. Inſule Solanide. Capina. Itẽ Ichthiophagoꝝ deinde Glari. Littuſ Hammaeum ubi auri metalla. Regio Canauna. Genteſ Apitãi Gaſani. Inſula Deuuade. Fonſ Goraluſ Garphati. Inſule Alaea & Amnãethuſ. Gẽſ clare. Inſule Cheloniti ſ. Ichthiophagon. Multhei Eodanda deſerta Baſag. Multe Sabeorum. Flumĩa Tharnar Amnum. Inſule Dolice. Fonteſ Dauloteſ Dora. Inſula Epteroſ Labaniſ Coboriſ Sambrachate. Et oppidum eodem nomine in coutinenti. A meridie Inſule multe: maxima Camarimi. flumen Miſecroſ. portuſ Leupaſi: Scenite Sabei. Inſule multe. Emporium eorum Acila. Ex quo in Indiam nauigatur. Regio Amithoſcuta Damnia Mizi maioreſ & minoreſ. Drimathi Naumache. Horum promontorium contra Carmaniam eſt. diſtat. L. M. p. Mira reſ ibi traditur. Numeniũ ab Antiocho Rege Miſene prepoſitum ibi uiciſſe Eodem die claſſe eſtuque reuerſo iterum equitatu: contra perſaſ dimicantem. & gemina Trophea eodem in loco Ioui ac neptumno ſtatuiſſe. Inſula in alto ob id iacet Ogyriſ clara Rhutha Rege ibi ſepulto. Diſtat a continente. c. xxv. M. paſſuum. Circuitu. c. xii. M. & d. Nec minuſ altera clara in Azanio mari Dioſcurida diſtanſ a Siagro extimo promõtorio cc. lxxx. M. p. Reliqui incontinente a noto etiamnum Autaride. In monteſ octo dierum trãſituſ. Genteſ Larendani Gathaphãi Cebranite pluribuſ oppidiſ: ſed maximiſ magia & Thomna templorum. lxv. Hec eſt amplitudiniſ ſignificatio hoc promontorium a quo ad continentem Trogloditarum. L. M. paſſuum Thoani. Acthei Catamoctide. Tonabei. Antidalei. Lexiane. Agrei. Cerbani. Sabei. Arabũ propter thura clariſſimi ad utraq; maria porrectiſ gentibuſ. Oppida eorum in Rubro littore

Maerie. Maria Corolia abatra S. Intuſ oppida Naſcuſ Cardaua Carnul. & quo merceſ odoꝝ deferunt: Tōala. Parſ eoꝝ Aſcramite quoꝝ caput Sobotale. lx. M. tēpla muriſ includenſ. Regia tamen eſt omnium. mare libata. Sinum optinent. xciiii. M. paſſuum refertum inſuliſ odoriferiſ. Atramitiſ in mediterraneo iungunt̄. Minei mare accolunt & Elamite. Oppidum eiuſdem nominiſ. Iiſ iunguntur cagulate. Oppidum Sibi quod Greci Appoten uocant Arſicodani. Vadai oppido magno. Baraſei Lechiēi Sygaroſ Inſula: quam caneſ non intrant? expoſitiq; circa littora errando moriuntur. Sinuſ intimuſ in quo Leanite qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra. Et in ſinu Leanar: uel ut alii elana: nam & ipſum ſinum noſtri Elaniticum ſcripſere: alii Alaniticum. Artemidoruſ Alanaticum. Iuba Leniniticum. Circuituſ Arabie a Caraceleana colligere proditur quadragieſ octieſ. lxv. paſſuum. Iuba paulominuſ. xl. M. putat Latiſſima eſt a ſeptentrione inter oppida Heroeum & Caracen. Nunc & reliq̄ mediterranea eiuſ dicantur. Nabatheiſ Thimaneoſ iunxerunt uetereſ. nunc ſūt Tauēi Suelleni Araceni Arreni. Oppidū in quo oīſ negociatio conuenit. Hemuate Analite: Oppida Domada Egrata Mudei. Oppidum Badanatha Charei. Oppidum Chariati Achoali. Oppidum Phoda ac Minei a Rege Crete Minoe ut exiſtimant originem trahenteſ. Quorum Charmei oppidum. xiiii. M. paſſuum Marribba. Baramalachum & ipſum non ſpernendum. Item Charnon Rhammei: & horum origo Rhadamāthuſ putatur frater Minoiſ. Hemerite Maſſala. Oppida. Hamirei SanneiCantacē Bactiaſ Harma. Oppidum Gedranite Ambre Iliſanite Bachilite Sammei. Amathei. Cū oppidiſ Neſſa & Cenneſſeri. Zamareni cum oppidiſ Saiace Scantate Bacaſchami. Rhiphearma oppidum quo uocabulo appellant Hordeum. Autei & Rhaui Gyrei & Mathathei. Helmodeneſ cum oppido Ebode Agacturi in montibuſ oppido. xxv M. p. in quo fonſ Emiſchabaleſ quod ſignificat Camelorum oppidum Amy Elomei Colonia Mileſiorum. Actrida oppidum Callingii quorū Mariba oppidum ſignificat dominoſ omnium. Oppida Pallon Murannimal. Iuxta flumen per quod Euphratē emergere putant: Genteſ Agrei Hammoni. Oppidum Athene Cauranani: qđ ſignificat ditiſſimoſ armento. Coranite Ceſani Choani. Fuerūt & Greca oppida Aretuſa Lariſſa Chalciſ deleta uariiſ belliſ. Romana arma ſoluſ in eam terram adhuc intulit Aeliuſ Galluſ ex equeſtri ordine Nam Caiuſ Ceſar Auguſti filiuſ proſpexit tantum Arabiam Galluſ oppida diruit non nominata ab autoribuſ qui ante ſcripſerunt. Negran Anneſtum. Neſcam Maguſum Tamacum Labeciam: ſupradictam Maribam circuitu. vi. M. paſſuū. Itē Caripeta: quo longiſſime ꝓceſſit. Cetera explorata retulit Nomadaſ lacte & ferina carne ueſci. Reliquoſ uinum ut Indoſ palmiſ exprimere. Oleum Seſame. Nūeroſiſſimaſ eſſe Hōeritaſ Minoaſ. Fertileſ agroſ palmetiſ arbuſtiſ. In pecore diuiteſ Cenbanoſ & Areoſ. Armiſ preſtare maxime Chatamonitaſ. Caraeiſ latiſſīoſ & fertiliſſīoſ agroſ: Sabeoſ ditiſſīoſ ſiluaꝝ fertilitate odorifera. Auri metalliſ agrorum riguiſ melliſ cereq; prouentu. Deinde de odoribuſ ſuo dicemuſ uolumine. Arabeſ mitrati degunt. Aut intoſo crine. Barba abraditur: preter q̄ ī ſuperiore labro Aliiſ & hec intonſa. Mirumq; dictu ex innumeriſ populiſ parſ coequa in cōmerciiſ aut latrociniiſ degit. In uniuerſum genteſ ditiſſime: ut apud quaſ maxime opeſ Romanorum Parthorumq; ſubſiſtant: uendentibuſq; e mari aut ſiluiſ capiant nihilq; inuicem redimentibuſ

CAP. XXX. De Sinu mariſ rubri.

Vnc reliquam oram Arabie contrariam perſequemur. Timoſteneſ totū ſinum q̄dridui nauigatione in longitudine taxauit bidui latitudinem: Anguſtiaſ. iiii.

M.d.paſſuſ. Eratoſthenes ab oſtio.xiii.M.ĩ q̄nq; partem Arthemidoruſ Arabie latere xiiii.l.M. Troglodítico uero undecieſ.lxxxiii.M.d.p. Ptolemaida uſq; Agrippa. xiiii. paſſuum.xxxii.ſine differentia laterũ.pleriq; latitudinem.cccc.lxii.prodiderũt faucis que hyberno orienti obuerſa alii.iiii. M.alii.vii.M.alii.xii.M. paſſuum patere. Situſ autẽ ita ſe habet. A Sinu Leantico alter ſinuſ quẽ Arabeſ Aeant uocãt. In quo Oroon oppidum eſt. Fuit & Cambyſo inter Neloſ & Marchadaſ. deductiſ eo egriſ exercituſ.Genſ Tyra.Daneon portuſ:ex quo nauigabilem alueum ꝑducere in Nilum qua parte ad Delta dictum decurrit.Lxii.d.p.interuallo:qđ inter flumẽ & Rubrum mare intereſt: primuſ omnium Seſoſtriſ Egypti Rex cogitauit. Mox Dariuſ Perſarum: deinde Prolemeuſ ſequenſ. qui & duxit foſſam latitudine pedum c.altitudine. xxx. In longitudine.xxxvii.d.paſſuum uſq; ad fonteſ amaroſ. Vltra deterruit inundationiſ metuſ excelſiore tribuſ cubitiſ Rubro mari comperto q̄ terra Egypti. Aliqui eam non afferunt cauſam:ſed ne immiſſo mari corrumperetur aqua Nili que ſola potuſ prebet. Nihilominuſ iter totum terendo frequentauit a mari Egyptio:quod eſt triplex. Vnum a Peluſio per arenaſ ĩ quo niſi Calami defixi regãt uia non reperitur. Subinde aura ueſtigia operiente. Alterum uero duobuſ milibuſ paſſuum ultra Caſpium montem.quod a.lx.M.p.redit in Peluſiacam uiam. Accolũt Arabeſ Autei Tertium a Gerro quod adipſum uocant. Per eoſdem Arabeſ.lx.paſſuũ propiuſ aſperum montibuſ & inopſ aquarum. Ee uie omneſ Arſinoen ducunt conditã ſororiſ noĩe ĩ ſinu Carãdra a Ptolemeo Philodelpho q pͥmuſ Traglodyticen excuſſit amnẽ q arſinoen prefluit ac Ptolomeũ appellauit. Mox oppidũ paruum eſt aenum pro quo alii Phileteriaſ ſcribunt.Deinde ſunt Azarei. Ex Troglodytarũ cõnubiiſ Arabeſ f eri.Inſule Sapirene Scieala mox deſerta admyoſ Herino ubi fonſ Tadnoſ Monſ Eoſ. Inſula Lambe. Portuſ multi. Berenice oppidum matriſ Philadelphi noĩe ad quod iter a Copto diximuſ. arabeſ autei & Gnebadai Trogloditice quam Priſci Michoẽ alii Midoẽ dixere. Monſ Pẽtedactyloſ. Inſule Stenetyre aliquot Halõneſeſ non pautioreſ: Cardamin. Topazoſ que gemme nomen dedit. Sinuſ ĩſuliſ refertuſ ex iiſ que Maren uocatur aquoſa que Erataноſ. Sinenteſ:Regum ſecundo prefecti fuere.Introrſuſ Candei quoſ Ophiophagoſ uocant:ſerpentibuſ ueſci aſſueti:neq; alia regio fertilior earum. Iuba qui uidetur diligentiſſime proſecutuſ hec:omiſit in hoc tractu niſi exemplarium uitium eſt: Berenicen alterã: que Panchryſoſ cognomĩata eſt. Tertiam que Epidireſ inſignem loco. Eſt enim ſita in ceruice longe procurrente ubi fauceſ rubri mariſ quattuor.M.d.paſſuſ ab Arabia diſtant.Inſule ibi Cytiſ topazium ferenſ & ipſa ultra ſiluaſ u bi Ptolemaiſ a Philadelpho condita aduenatuſ elephantorum:ob id Epith eriaſ cognominata iuxta lacum Monoleum. Hec eſt regio ſecundo uolumine a nobiſ ſignificata.In qua.xl. diebuſ ante ſolſtitiũ totidẽq; poſtea hora ſexta conſumuntur umbre. Et in meridiem reliquiſ horiſ cadunt. Ceteriſ diebuſ ĩ ſeptentrionem:cum in Berenice q̄ primam poſuimuſ ipſo die ſolſtitii ſexta hora umbre in totum abſumantur. Nihilq; adnotatur aliud noui.D.c.ii.M.paſſuũ interuallo a Ptolemaide reſ ingentiſ exempli:locuſq; ſubtilitatiſ immenſe mundo ibi deprehenſo cũ indubitata ratione umbrarum Eratoſthenes menſuram terre prodere inde cepit. Hinc aſanium mare. Promontorium quod aliqui Hyſpalum ſcripſere. Lacuſ Mandalum Inſula Caſitiſ: & in alto multe. In quibuſ teſtudo plurima. Oppidum Sace. Inſula Dephindiſ. Oppidum Aduliton Egiptiorum hoc ſerui a dominiſ profugi condidere. Maximum hic Emporium Troglodytarum: etiam Ethiopum Abeſt a Ptholemaide quinque dierum nauigatione. Deferunt plurimum ebur. Rhinocerotum cornua.

Hippopotamorum coria. Celtium teſtudinū ſpingia. mancipia. Supra Ethiopeſ Arroceraſ Inſule que Alien uocantur. Item Bactiaſ: & Antibacchiaſ. & ſtratiotō. Hic in ora Ethiopie ſinuſ incognituſ quod admiremur cum ulteriora mercatoreſ ſcrutēt. Promontorium in quo eſt Fonſ Cuciuſ expedituſ nauigantibuſ. Vltra Iſidiſ portuſ decem dierum remigio ab oppido adulitarum diſtanſ. In eum a Troglodytiſ myrrha confertur. Inſule ante portum due Pſeudopyle uocantur. Interioreſ totydē Pyle In altera ſtelle lapidee litteriſ incognitiſ. Vltra ſinuſ abalituſ. Inſula Diodori: & alie deſerte. Percontinentem quoq; deſerta. Oppidum Gaza promontorium & portuſ Moſſilicuſ: quo Cynamomum deuehitur. Hucuſq; Seſoſtriſ exercitum dixit. Aliqui unum Ethiopie oppidum ultra ponunt in littore Baragaza. A Moſelite ꝑmontoriū Atlanticum mare incipere uult Iuba. Preter Mauritaniaſ ſuaſ. Gadiſ uſq; nauigandum choro. Cuiuſ tota ſententia hoc in loco ſubtrahenda non eſt. A promontorio Indorum quod uocatur Laeptecara: ab aliiſ trebanum: proponit recto curſu preter exuſta & Malacho Inſulam. xv. M. p. eſſe. Inde ad locum quem uocāt Sceneoſ. ccxxv. M. Inde ad Inſululā Sadanū. c. l. M. paſſuū ſic fieri ad apertū mare. xviii. lxxxv. milia. Reliqui omneſ propter ſoliſ ardorem nauigare poſſe non putauerunt Quin & commercia ipſa infeſtant ex Inſuliſ Arabeſ Aſcyte appellati quoniā bubuloſ utreſ binoſ ſternenteſ ponte pyraticam exercent ſagittiſ uenenatiſ. Genteſ Trogloditarum Iuba tradit Herotoaſ a uenatu dictaſ mire uelocitatiſ ſicut Ichthiophagoſ natanteſ ceu mariſ animalia. Bargenoſ. Zangeraſ Chalybaſ. Saxinaſ Syrecaſ. Daremaſ Domazemaſ. Quin & accolaſ Nili a Syene non Ethiopū populoſ: ſed Arabū eſſe dicit uſq; Meroen. Soliſ quoq; oppidum: quod non procul Memphi in Egypti ſitu diximuſ Arabaſ conditoreſ habere. Sunt qui & ulteriorem ripam Ethiopie auferant adnectantq; Africe. Ripaſ autem incolere propter aquam. Noſ relicto cuiq; arbitrio intelligendi oppida quo traduntur ordine utrinq; ponemuſ. A ſyene & priuſ Arabie latere genſ Catacuppi. Deinde Scyenide oppida Tacompſon quam quidam appellarunt Thaticen. Aramon. Seſamon. Sandura. Naſaudum. Anaudama. Cūara Beta & Bochiana. Leuphitorga. Tantarene Meechindida. Noa. Gophoa. Gyſtate Megada. Lea. Rhēnia. Nupſia. Direa. Pataga. Bagada. Dumana. Rhadata ī quo feliſ aurea pro deo colebatur. Boron in Medureraneo Mallo proximū Meroe. Sic prodidit Bion Iuba aliter. Oppidum Iimum in monte Megaticoſ inter Egyptum & Ethiopiam: quod Arabeſ Myrſon uocauere. Deinde Tacompſon. Aranium Seſaniū Pidne. Mamuda. Corambin. Iuxta eam bituminiſ fontem. Hammodata ꝑſda pēta Mama Theſſata. Gallaſ. Zoton. Gaucomene. Meumpidi. Botaſ. Endonda. Cametaſ. Nomadaſ in tabernaculiſ uiuēteſ Cyſte. Pemmāi Gadagaleni. Paroi. Primi Nupſii. Deſelini. Patini. Grābreueſ. Magaſme. Segaſmala. Crāda. Dēna. Cadeūna Thena. Batha Alana. Macua Scammoſ. Goram. In Inſula ab iiſ ab Alexandro Callim. Seren. Malloſ Agocen. Ex Africe latere tradita ſunt eodē noīe Tacōpſoſ altera ſiue parſ prioriſ. Magora Sea Edoſa. Pelenaria Epindiſ Maguſa Bauma Linitima Spyntuma Sydopta. Genſo a Pindicitora. Cugua. Orſima Suaſa. Mauma. Rhuma Vrbuma Mulona: quod oppidum greci Hippatiton uocarunt. Pagoargaſ Zamneſ: unde Elephanti incipiant Mamblia Bereſa Cetuma fuit quondam & Epiſ oppidum contra Meroen antequam Byon ſcriberet deletum. Hec ſunt prodita uſq; Meroen ex quibuſ hoc tempore nullum prope utroq; latere extat. Cetere ſolitudīeſ Nuper renunciauere principi Neroni miſſi ab eo militeſ Pretoriam cum tribuno ad explorandum: inter reliqua bella Ethiopicum cogitanti. Intrauere autem & eo arma

Romana diui Auguſti temporibuſ P. Petronio & ipſo equeſtriſ ordiniſ prefecto Egyptuſ oppida eorum expugnauit: que ſola inuenerat quo dicemuſ ordine Splegin Primin Boccin Furumin Cambuſin Attenan Stadiſim: ubi Niluſ precipitanſ ſe fragore auditum accoliſ aufert. Diripuit & Nepata. Lōgiſſime aūt a Syene ꝑgreſſuſ d.ccc.lxx. M.p. nec tñ arma Romana ſolitudinē ibi fecerūt. Egyptioꝝ belliſ attrita ē Ethiopia uiciſſim īpitando ſeruiendoq; clara & potenſ etiam uſq; ad Troiana bella Mēnōe regnāte. & Syrie īpitaſſe eā noſtroq; littori etate Regiſ Cephei patet Andromede fabuliſ. Simili modo & de menſura eiuſ uaria prodidere. Primuſ Dalion ultra Meroen longe ſubuectuſ. Mox Ariſtocreon & Bion & Baſiliſ Simonideſ mīor etiā qnquēnio in Meroe moratuſ cum de Ethiopia ſcriberet. Nam & Thimoſthene claſſium Philadelphi ꝑfectuſ ſine menſura dierū.lx.a Syene Meroen iter prodidit Eratoſthene.d.c. M.xxv. Artēidoruſ.d.c. M. Seboſuſ ab Egipti extremiſ ſexdecieſ.lxxv. M.p. unde proximi dicti.lxv. Verū omniſ hec finita nuꝑ diſputatio ē: qm̄ a Syene.d.cccc.lxii.M. Nerōiſ exploratoreſ renunciauere hiſ modiſ a Syene Hieraniſicamenon.liiii. M.p. Inde Tania.lxxv. M.p. Regiōe Enōiniton. Ethiopum primi.c.xx. M. Aciam.lxiiii. M. Pitaram.xxv. Tergedū.c.vi. M. Inſulā Gagauden eſſe in medio eo tractu. Inde primū uiſaſ aueſ pſitacoſ: & altera que uocatū Artigula: animal Spingion a Tergodo Cynocephaloſ. Inde Nabatha.lxxx. M. Oppidum id paruum inter predicta ſolum. Ab eo ad Inſulam Meroen.ccc.lx. M. Herbaſ circa Meroen demū uiridioreſ ſiluarumq; aliquid apparuiſſe. Rhynocerotū Elephantorūq; ueſtigia. Ipſū oppidū Meroen ab introitu Inſule abeſſe.lxx. M.p. iuxtaq; aliā Inſulā tractu dextro ſubeūtibuſ alueo. que portū faceret edificia oppidi pauca. Regnare feminā candacē. Quod multiſ iā anniſ nom̄ ad regiaſ trāſit. Delubꝝ Hammoniſ eſt ibi religioſum & toto tractu ſacella. Ceterum cum patirentur rerum Ethiopeſ Inſula ea magne claritatiſ fuit. Tradunt armatorum.cc.l.M. dare ſolitam artificum quattuor milia alere Regeſ Ethiopum.xlv. & hodie traduntur.

CAP. XXXI. De Multiformi hominū effigie in Ethiopia.

Niuerſa uero genſ Etheria appellata ē. Deinde Atlātia. Mox a Vulcani filio Ethiope Ethiopia. Animalium hominumq; effigieſ mōſtriferaſ circa extremitateſ eiuſ gigni minime miꝝ: artifici ad formāda corpora: effigieſq; celādaſ mobilitate ignea. Ferunt certe ab orientiſ parte intima gēteſ eſſe ſine naribuſ equali totiuſ corporiſ planicie. Aliaſ ſuperiore labro orbaſ: aliaſ ſine linguiſ. Parſ etiam ore concreto & naribuſ carenſ. Vno tantū foramīe ſpirat. potumq; calamiſ a uene trahit & grana eiuſdem auene ſponte prouenientiſ adueſcendum. Quibuſdam pro ſermone nutuſ motuſq; membrorum eſſe. Quibuſdam ante Ptolemeū latirum Regē Egyti ignotuſ fuit uſuſ ignium. Quidam & pigmeorum gentē prodiderunt ante paludeſ ex quibuſ Niluſ orriretur. In ora enim ubi deſiimuſ continui monteſ ardentibuſ ſimileſ rubent. Troglodytiſ & Rubro mari a Meroe tractuſ omniſ q ſuperponitur a napata tridui itīere ad Rubrum littuſ aqua pluuia ad uſum compluribuſ lociſ ſeruatur fertiliſſima regione que interē auri. Vlteriora a tabuli Ethiopum genſ tenet. Deinde contra Mer oen Megabarri quoſ aliqui Adiaboraſ nominauere. Oppidum habent Apolliſ Parſ eorū Nomadeſ que Elephantiſ ueſcitur. Et ex aduerſo in Africe ꝑte Macrobii Rurſuſ a Megabarriſ Mēnoneſ & danelli dierūq; uiginti īteruallo Critenſi. Vltra eoſ Dochi. Deiñ Gīniteſ ſp nudi. Mox Andre Matithoe Meſagebeſ Hipdoreſ atri coloriſ tota corpora rubrica illinunt. At ex Africe parte Medimni. Deiñ Nomadeſ Cynocephaloꝝ lacte uiuenteſ. Alibi ſorbote: qui octonū cubitorum eſſe dicuntur.

Ariſtocreon Libye latere a Meroe oppidum Tolen dierum quinq; itinere tradit. Inde dierum.xii. Eſar Egyptiorum opidum quo Pſammeti cum fugerent in eo ꝓduntur anniſ.ccc. habitaſſe. Contra in Arabico latere Diaron oppidum eſſe eorum. Bion autem Saben uocat quod ille Eſar: & ipſo nomīe aduenaſ ait ſignificari. Caput eorum in Inſula Sembobitin. & tertiū in Arabia Sai. Inter monteſ autem & Nilum Symbarri ſūt Phaligeſ. In ipſiſ uero mōtibuſ Aſcbae multiſ natiōibuſ. Abeſſe a mari dicuntur dierum quinq; initinere. Viuunt Elephanthorum uenatu. Inſula in illo Sambitarum regioni paret: ab ea Nubei Ethiopeſ dierum octo itinere. Oppidū eoꝝ Nilo impoſitum Tenupſi Sambri apud quoſ quadrupedeſ omneſ ſine auribuſ: etiam Elephanti. At ex Africe parte Ptoempari Tonemphoe qui canem pro rege habent motu eiuſ imperia auguranteſ. Aruſbi: oppido longe a nilo ſito. Poſtea Achiſarim Phaligeſ Marigerri Caſamarri. Bion & alia oppida in Inſuliſ tradit. Aſembobiti. Meroen uerſuſ dierū toto itinere.xx. Proxime Inſule oppidum Seberritarum ſub regina. Et aliud Aſara alteriuſ oppidum Danden. Tertiam Medoen uocant. In qua oppidum Aſel. Quartam eodem quo oppidum nomine Garoden. Inde Paropaſ oppidū. Nauoſ. Modū de. Mandatini. Secanduni Colligati Secande Nauectabe Cūi Agropſi Egiptani. Candragori Arabū Summoꝝ. Regio ſupra Sirbitū ubi deſinunt monteſ. Traditur a quibuſdam habere maritimoſ Ethiopaſ Niſicbaſteſ Niſitaſ quod ſignificat ternum: & quaternum oculorum uiroſ: non quia ſic ſint: ſed quia ſagittiſ precipua contemplatione utuntur. Ab ea uero parte Nyli que ſupra Syrteſ maioreſ Oceanumq; meridianum protenditur. Dalioſ uocatoſ eſſe dicit pluuia tantum aqua utenteſ. Ciſoroſ Longoporoſ. Ab Eocalicibuſ dieꝝ quinq; itinere Vſibalcoſ Iſueloſ Peruſioſ: Valioſ. Ciſpioſ: Reliqua deſerta. Deinde fabuloſa ad occidentem uerſuſ Nigroe: quorum Rex unum oculum habeat in fronte. Agriophagi Pantherarum & leonum carnibuſ maxime uiuenteſ. Panphagi oīa mandenteſ. Antropophagi hūana carne ueſcenteſ. Cynamolgi caniniſ capitibuſ. Artabathite. Quadrupedū feraꝝ mō uagi. Deinde Heſperie Sperorgi: quoſ in Mauritanie confinio dixīuſ. Parſ quedā Ethiopum locuſtiſ tantum uiuit fumo & ſale duratiſ in annua alimēta. Ii q̃drageſimū uite annum non excedunt: Ethiopum terram uniuerſam cum mari Rubro patere in lōgitudinē ſēel & uicieſ.lxx.M.p. ī latitudinē cū ſuperiore Egipto duodecieſ.xcvii. M. Agrippa exiſtimauit. Quidam longitudinem ita diuiſerunt: A Meroe Sirbitum xv.dierum nauigatione. Ab ea.xii.ad Dabelloſ. Ab iiſ ad Oceanum Ethiopicum vi.dieꝝ iter. In totū.n.ab Oceano ad Meroē.d.cc.M.xxv.M.p.eē iter autoreſ fere conuenit. Inde Syenem quantum diximuſ. Sita eſt Ethiopia ab oriēte hyberno ad occidentem hybernum. Meridiano cardine ſilue hebeno maxime uirēt meridiana eiuſ parte īminenſ mari mōſ excelſuſ eterniſ ardet ignibuſ Eonocaūa dictuſ a Greciſ a quo nauigatio quatridui ad promontorium: quod Heſperion ceraſ uocatur cōfine Africe. Iuxta Ethiopaſ & Heſperioſ. Quidam & in eo tractu modicoſ colleſ amena opacitate ueſtitoſ Egipanum: Satyrorumq; produnt.

CAP. X XXII. De Inſuliſ Ethiopici mariſ.

Nſulaſ toto eo mari & Ephoruſ complureſ eē tradit & Edoxuſ & Thimoſteneſ Clytarchuſ uero Alexandro Regi renūtiatam alteram adeo diuitem: ut equoſ incole talentiſ auri permutarent. Alteram ubi ſacer monſ opacuſ ſilua repertuſ eſſet diſtillantibuſ arboribuſ odore mire ſuauitatiſ. Contra ſinum Perſicum Cernē noīat Inſula aduerſa Ethiopie. Cuiuſ neq; magnitudo neq; interuallum a continente conſtat Ethiopaſ tantum populoſ habere traditur. Ephoruſ autor eſt: a Rubro mari nauiganteſ in eam non poſſe propter ardoreſ ultra quaſdam columnaſ ita appellantur parue Inſule prouehi. Polybiuſ in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra ſtadia octo ab eſſe prodidit Cernē. Nepoſ Corneliuſ ex aduerſo maxime Carthaginiſ a continente. P. mille non ampliorē circuitu.ii.M. Traditur & alia Inſula contra montem Atlantem & ipſa Atlantiſ appellata ab ea quinq; dierum nauigatione ſolitudineſ ad Ethiopaſ Heſperioſ: & promontorium quod uocamuſ Heſperion ceraſ inde primum circunagente ſe terrarum fronte in occaſum ac mare Atlanticum. Cōtra hoc quoq; promontorium Gorgadeſ Inſule narrātur. Gorgonū quondā domuſ bidui nauigatione diſtanteſ a continente ut tradit Xenophon Lampſacenuſ. Penetrauit in eaſ Hanno Penorū Imperator: prodiditq; hirta feminaꝝ corpora uiroſ pnicitate euaſiſſe duarumq; Gorgonum Cuteſ argumenti & miraculi gratia in Iunoniſ tēplo poſuit ſpectataſ uſq; ad Carthaginem captam. Vltra haſ etiamnum due Heſperideſ Inſule narrantur: adeoq; oīa circa hec incerta ſunt ut Statiuſ Seboſuſ a Gorgonū Inſuliſ prenauigatione Atlantiſ dierum.xl.ad Heſperidū Inſulaſ curſum prodiderit ab iiſ ad Heſperion ceraſ uniuſ. Nec Mauritanie Inſularū certior fama eſt. Paucaſ modo conſtat eſſe ex aduerſo Autologum a Iuba repertaſ. In quibuſ Getulicam purpuram tinguere inſtituerat.

CAP.XXXIII.De Fortunatiſ Inſuliſ.

Vnt qui ultra eaſ Fortunataſ putant eſſe quaſdāq; aliaſ: quarum numero idem Seboſuſ etiam ſpatia complexuſ. Iunoniā abeſſe a Gadibuſ.d.cc.l.M.p.tradit Ab ea tantundem ad occaſum uerſuſ Pluuialiam Caprariamq;. In pluuialia non eſſe aquam. niſi ex hymbribuſ. ab iiſ.cc.l.M.p. Fortunataſ contra leuam Mauritanie ī viii.M.p. Oram ſoliſ uocari in conualle a conuexitate & Planaſiā a ſpetie cōualliſ circuitu.ccc.M.paſſuum. Arborum ibi proceritatem ad centum quadraginta q̄tuor pedeſ adoleſcere. Iuba de Fortunatiſ ita inquiſiuit: ut ſub meridiem poſitaſ eſſe prope occaſum a purpurariiſ.d.cc.xxv.M.p.ſicut.cc.l.ſupra occaſum nauigetur. Deīde per.ccc.lxxv:M.p.ortuſ petatur. Primā uocari Ombrion nulliſ edificioꝝ ueſtigiiſ habere in montibuſ ſtagnum. arboreſ ſimileſ Ferule: ex quibuſ aqua exprimatur ex nigriſ amara. ex candidioribuſ potui iucunda. Alteram Inſulam Iunoniam appellari in ea ediculam eſſe tantum lapide extructam. Ab ea in uicino eodem nomine minorē Deinde Caprariam lacertiſ grandibuſ refertam. In cōſpectu earum eſſe Ninguariā que hoc nomen accepit a perpetua niue nebuloſa. Proximam ei Canariam uocari a multitudine canum ingentiſ magnitudiniſ: ex quibuſ perducti ſunt. Iube duo. Appēt ibi ueſtigia edificioꝝ. Cum autē copia omneſ pomorum & auium omniſ generiſ abūdent. Hanc & Palmetiſ Cariotaſ ferentibuſ ac nuce pinea abundare. Eſſe copiam quoq; melliſ. Papyrum quoq; & ſiluroſ ī amnibuſ gigni. Infeſtari eaſ beluiſ que expellantur aſſidue: putreſcentibuſ. At abūde orbe terraꝝ extra intra indicato collecta in aurtm menſura equior uidetur.

CAP.XXX IIII.De digeſtione terre per mēnſuraſ cōputate.

Olybiuſ a Gaditano freto longitudine directo curſu ad oſ Meotiſ. xxxiiii. xxxvii.M.d.paſſuum prodidit. ab eodē initio ad orientem recto curſu Siciliā duodecieſ.lx.M.d.p Cretam.ccc.lxxv.p.Rhodum.c.lxxxvii.d.p.Chelidoniaſ tantundem. Cyprum.cc.xxv.p.Inde Syrie Seleutiam Pieram.c.xv.paſſuſ. Que cōputatio efficit uicieſ ter.xl.M.p.Agrippa hoc idem interuallū a freto Gaditāo ad ſinū Perſicū per longitudinē directā.xxxiiii.xl.M.paſſuum taxat. In quo haud ſcio an ſit error numeri: quoniam idem a ſiculo freto Alexandriā curſuſ.xii.l.M.p.

tradidit. Vniuerſuſ autē circuituſ per ſinuſ dictoſ ab eodem exordio colligit intra Meotin lacum.c. lvi.M.paſſuum. Artemidoruſ adiicit.d.cc.lvi.M. Idem cum Meotide.c. lxxiii. xc.paſſuſ eſſe tradit. Hec eſt menſura inermium & pacata audatia fortunam prouocantium hominum. Nunc ipſarum partium magnitudo comparabit̃ ut cunque difficultatem afferet autorum diuerſitaſ. Aptiſſime tamen ſpectabitur ad longitudinem latitudine addita. Eſt ergo ad hoc preſcriptum Europe magnitudo. lxxxi.xlviii. M.paſſuum. Africe ut media ex omni uarietate prodentium ſumatur computatio: efficit longitudo. xxxvii.xlviii.M. Latitudo qua colitur: nuſquam cc.l.M.paſſuſ excedit. Sed quoniam in Cyrenaica eiuſ parte.d:cccc:x.M.paſſuſ eam fecit Agrippa: Deſerta eiuſ ad Garamantaſ uſq; quo noſcebantur: complectenſ uniuerſam menſuram que uenit in computationē. xlvi.viii. M.paſſuſ efficit. Aſie longitudo in confeſſo eſt.lxiii.M.d.ccc.l.M.paſſuſ. Latitudo ſane computetur ab Ethiopico mari Alexandriam iuxta Nylum ſitam: ut per Meroen & Syenen menſura currat. xviii.M. lxxv.M. paſſuum. Apparet ergo Europam paulominuſ dimidia Aſie parte maiorem eſſe quam Aſiam. Eandem altero tanto & ſexta parte Africe ampliorem quam Africam. Quod ſi miſceantur omneſ ſumme: liquido patebit Europam totiuſ terre tertiam eſſe partem: & octauam paulo ampliuſ. Aſiam uero quartam & quartādecimam. Africam autem quintam: & inſuper ſexageſimam. Hiſ addemuſ etiamnum unam. Grece inuentioniſ ſententiam: uel exquiſitiſſime ſubtilitatiſ ut nihil deſit in ſpectando terrarum ſitu indicatiſq; regionibuſ noſcatur: & que cuiq; earum ſocietaſ ſit ſiue cognatio dierum ac noctium. Quibuſq; inter ſe pareſ umbre & equa mundi conuexitaſ. Ergo reddetur hoc etiam terraq; uniuerſa in membra coeli digeretur. Plura ſunt autem hec ſegmenta mundi: que noſtri Circuloſ appellauere: Greci paralelloſ.

CAP. XXXV. De digeſtione terrarum in paralelloſ & umbraſ.

Rincipium habet in die parſ uerſa ad auſtrum. Patet uſq; Arabiam & Rubri mariſ accolaſ. Continentur Gedroſi. Perſe. Carmani. Elimei. Parthiene. Aria Suſiane. Meſopotamia. Seleucia cognominata. Babylonia Arabia ad petraſ uſq;. Syria. Cele. Peluſium Egipti. Inferiorq; ora que uocatur Alexandria Africe maritima. Cirenaica oppida omnia. Tapſuſ. Hadrumentum. Clupea. Carthago. Vtica utraq; Hippo. Numida. Mauritania utraq;. Atlanticum mare. Columne Herculiſ. In hoc celi circumplexu equinoctii die media umbilicuſ quem Gnomonen uocant: ſeptem pedeſ longuſ: umbram non ampliuſ quattuor pedeſ longam reddit. Noctiſ uero dieiq; longiſſima ſpacia horaſ quattuordecī eqnoctialeſ habent. breuiſſima econtrario decem. Sequenſ circuluſ incipit ab India uergente ad occaſū uadit per Medoſ. Parthoſ. Perſepolin Citima Perſidiſ. Arabiam citeriorem Iudeam. Libani monteſ accolaſ. Amplectitur Babylonem. Hydumeam Samariam. Hieroſolymam. Aſcalonē. Ioppam. Ceſaream. Phenicem. Ptholemaiden. Sydonem. Tyrum. Beritnm. Botrin. Tripolin. Byblum. Anthiochiam. Laodiceam. Seleuciam. Cilicie maritima. Cyprum. Auſtrinam: Cretam. Lilybeum in Sicilia. Septentrionalia. Africe & Numide. Vmbilicuſ equinoctio. xxxv. pedum: umbram. xxiiii pedeſ lōgam facit. Dieſ aūt noxq; maxima quattuordecim horarum equinoctialium eſt: accedente iiſ quinta ꝑte uniuſ hore. Tertiuſ circuluſ ab Indiſ Timauo proximiſ oritur. Tendit per Caſpiaſ portaſ Medie proximaſ. Cataoniam. Capadociam. Taurum Amanū. Iſſū Ciliciaſ portaſ. Soloſ. Tarſum. Cyprum. Piſidiam. Pamphiliam. Syden. Lycaoniam. Lyciam.

Patharam. Xanthum. Caunum. Rhodum. Coum. Halycarnaſū. Gnidū. Doriadā Chium. Delum. Cychladaſ. Mediaſ. Cythium. Malean. Argoſ. Laconiam. Elin. Olympiam. Meſſeniam. Peloponneſum. Syracuſaſ. Catinam. Siciliam. Mediam. Sardinie. Auſtrina. Cartaiam. Gadeſ. Gnomoniſ cuncte umbram. lxxvii. unciarum faciunt longiſſimuſ dieſ eſt equinoctialium horarum quatuordecim atq; dimidie cum xxx. parte uniuſ hore. Quarto ſubiacent circulo: que ſunt ab alio latere Timaui. Cappadocie. Auſtrina. Gallacia. Miſia. Garduſ. Zmyrna. Sypoluſ. Tinoluſ mōſ Lydia. Caria. Ionia. Traliſ. Colophon. Epheſuſ. Miletoſ. Samoſ. Cyoſ. Icariū mare Cycladeſ ſeptentrionaleſ. Athene. Megara. Corinthuſ. Sicyon. Achaia. Patare. Iſchmuſ. Epiruſ. Septentrionalia. Sicilie. Narbonenſiſ Gallie exortiua. Hiſpanie maritima a Carthagine noua. & inde ad occaſuw. Gnomoni. xxi. pedum reſpondēt xvii. pedum. Longinſſiuſ dieſ haber equinoctialeſ horaſ quattuordecī & duaſ tertiaſ uniuſ hore. Quinto continentur ſegmento ab introitu Caſpii mariſ Bactria. Hiberia Armenia. Myſia. Phrygia. Helleſpontuſ. Troaſ. Teneduſ. Abiduſ. Sepſiſ. Ilium. Idamonſ. Cyzicum. Lampſacum. Sinope. Amiſum. Heraclea in ponto. Paphlagōia Lemnuſ. Imbruſ. Taſſuſ. Caſandria. Teſſalia. Macedonia. Lariſſa. Amphipoliſ. Theſſalonice. Pella Edeſuſ. Beroia. Pharſalia Cariſtum. Euboea. Boeotum Chalciſ Delphi. Acarnania. Etholia. Apollonia. Brunduſium. Tarentum. Turii. Locri. Regium. Lucani. Neapoliſ. Puteoli. Tuſcum mare. Corſica. Baleareſ. Hiſpania. media. Gnomoniſ ſeptem pedeſ umbriſ ſex. Magnitudo diei Summa horarū equinoctialium quindecim. Sexta comprehenſio qua continetur urbſ Roma amplectitur Caſpiaſ genteſ. Caucaſum. Septentrionalia Armenie. Apolloniam ſupra Rhyndacū Nicomediam. Niceam. Chalcedonem. Byſantium. Lyſimachiam. Cherrōneſum. Melanem ſinum. Abderam. Samodraciam. Maroneam. Oenum: Beſſicam. Thraciam. Medicam. Peonicam. Illirioſ. Dirrachium. Canuſium. Apulie extima. Campaniam & Etruriam. Piſa. Lunam. Lucam. Genuam. Liguriam. Antipolin. Maſſiliā. Narbonem. Terraconem. Hiſpaniam Terraconenſem mediam: & inde per Luſitaniam. Gnomoni pedeſ nouem. umbre octo. Longiſſima diei ſpatia horaꝝ eqnoctialiū. xv addita nona parte uniuſ hore. Aut ut Nigidio placuit: quinta. Septima diuiſio ab altera Caſpii mariſ ora incipit. Caditq; ſupra Callatin. Boſphorum. Boryſthenē. Stomoſ. Tracie auerſa. Tripalloſ. Illirici reliqua. Hadriaticum mare. Aquileiam. Altinum Venetiam Vincentiam. Patauium. Veronam. Cremonam. Rauenam Anconam. Picenum. Marſoſ. Pelignoſ. Sabianoſ Vmbriam. Ariminum. Bononiā. Placentiā. Mediolanū. Omniaq; ab Apennino. tranſq; alpeſ Galliā. Aqtaniam. Viennā Pireneū. Celtiberiā. Vmbilico. xxxv. pedū ūbre. xxxvi. Vt tñ in ꝑtem. Venetie exequet' umbra Gnomoni. Ampliſſima dieſ horaꝝ eqnoctialialiū. xv. & quintaꝝ. partium horarum trium. Hactenuſ antiquorum exacta celebrauimuſ. Sequentium. diligentiſſimi: quod ſupereſt terrarum tribuſ aſſignauere ſegmentiſ. A Tanai per Meotin lacum & Sarmataſ uſq; Boryſtenen atq; ita per Dacoſ partemq; Germanie Galliaſ Oceani littora amplexi quod eſſet horaꝝ. xvi. Alterum per Hiperboreoſ & Britaniam horarum. xvii. Poſtremum Scythicum a Rhipheiſ iugiſ in Thilem in quo dieſ continuarentur ut diximuſ: nocteſq; per uiceſ. Iidem & ante principia: que fecimuſ poſuere circuloſ. ii. Primum per Inſulam Meroen & Ptolemaidē in Rubro mari ad elephantthorum ueneatuſ conditam ubi longiſſimuſ dieſ. xii. horarum eſſet: dimidia hora amplior. Secundū per Syenē Egipti euntē qui eſſet horaꝝ. xiii. Idēq; ſinguliſ dimidia horarū ſpatia uſq; ad ultimū adiecere circuliſ. Et hactenuſ de terriſ.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER SEXTVS DE ASIA FINIT. INCIPIT SEPTIMVS DE HOMINE ET REBVS AB HOMINE INVENTIS FELICITER.

CAP. I. De miſeria humane conditioniſ.

M

Vnduſ & in eo terre: genteſ: maria inſignia: inſule: urbeſ: ad hũc modum ſe habent. Animantium in eodem natura nulliuſ prope partiſ contemplatione minor eſt. Si quidem cũ om̃ia exequi humanuſ nequeat animuſ. Principiũ iure tribuetur homini: cuiuſ cauſa uidetur cuncta alia genuiſſe natura. magna & ſeua mercede contra tanta ſua munera. ut non ſit ſatiſ eſtimare: parenſ melior homini an triſtior nouerca fuerit. Ante omnia unũ animantium cunctoꝝ alieniſ uelat opibuſ. Ceteriſ uarie tegumẽta tribuit. Teſtaſ. Corticeſ. Coria ſpinaſ. uilloſ. ſetaſ piloſ. plumã. pennaſ. ſquamaſ. uellera. Truncuſ etiam. arboreſq; cortice interdum gemino a frigoribuſ & calore tutata eſt. hominẽ tantũ nudum & in nuda humo natali die abiicit ad uagituſ ſtatim & prolatum. nullũq; tot animalium aliud ad lacbrymaſ: & haſ protinuſ uite principio. At hercule riſuſ precox illi & celerrimuſ ante quadrageſimum diem nulli datur. Ab hoc luciſ radimento: neq; feraſ quidem inter noſ genitaſ: uincula excipiunt. & omnium membroꝝ nexuſ. At homo infeliciter natuſ iacet manibuſ pedibuſq; deuinctiſ flenſ. animal ceteriſ imperaturũ. & a ſuppliciiſ uitam auſpicatur: unam tantũ ob culpam. quia natũ eſt. Heu dementiam ab iiſ initiiſ exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitoſ. Prima roboriſ ſpeſ. p̃mũq; temporiſ munuſ quadrupedi ſimilẽ facit. Quãdo hominiſ inceſſuſ? qñ uox? qñ firmũ cibiſ oſ? q̃diu palpitanſ uertex? Sũme inter cuncta animalia imbecillitatiſ indiciũ. Iam morbi totq; medicine cõtra mala excogitate. & he quoq; ſubinde nouitatibuſ uicte. Et Cetera ſentire naturam ſuam. Alia ꝑnicitatem uſurpare. Alia p̃peteſ uolatuſ. Alia uireſ Alia nare. Hominẽ ſcire nihil ſine doctrina: nõ fari: nõ ingredi: nõ ueſci: breuiterq; non aliud nature ſponte q̃ flere. Itaq; multi extitere: qui nõ naſci optimũ cenſerent aut q̃ ociſſime aboleri. Vni animantium luctuſ eſt datuſ. Vni luxuria: & quidem innumerabilibuſ modiſ ac per ſingula membra uni ambibo. Vni auaricia. Vni immẽſa uiuendi cupido. Vni ſuperſtitio. Vni ſepulture cura. Atq; etiam poſt ſe de futuro. Nulli uita fragilior. Nulli rerum omnium libido maior. Nulli pauor confuſior. Nulli rabieſ acrior. Deniq; cetera animantia in ſuo genere ꝓbe degunt. Congregari uidemuſ & ſtare contra diſſimilia. Leonum feritaſ inter ſe non dimicat. Serpentium morſuſ non petit ſerpenteſ. Ne mariſ quidem belue ac piſceſ niſi in diuerſa genera ſeuiunt. At hercule homini plurima ex homine ſunt mala.

CAP. II. Gentium mirabileſ figure.

T de uniuerſitate qdẽ generiſ humãi magna ex ꝑte ĩ relatiõe gentiũ diximuſ. Neq;. n. rituſ moreſq; nũc tractamuſ. Innumeri ſunt. totidẽ pene quot ſũt hoĩm cetuſ. Quedam tamen non omittenda duco: maximeq; longiuſ a mari degentium: In quibuſ ꝓdigioſa aliq̃ & incredibilia multiſ uiſum iri haud dubito. Quiſ enim ethiopaſ anteq̃ cerneret: credidit? aut cui nõ miraculo eſt cũ primum in noticiã uenit? Quã multa fieri non poſſe: priuſq̃ ſint facta: iudicant? Nature uero rerũ uiſ atq; maieſtaſ in om̃ibuſ momẽtiſ fide caret ſiquiſ modo parteſ eiuſ ac non totã complectat̃ animo: Ne pauoneſ ac Tigrium pantherarũq; maculaſ & tot animalium picturaſ cõmemorẽ paruum dictu : ſed immenſum eſtimatione tot gentium ſermoneſ: tot lingue: tanta loquendi uarietaſ ut externoſ alieno pene non ſit hominiſ uice. Iam in facie uultuq; noſtro cum ſint decem aut paulo plura membra nullaſ duaſ in tot milibuſ hominum indiſcretaſ effigieſ exiſtere. quod arſ nulla in paucіſ numero preſtet affectādo. Nec tamen ego in pleriſq; eorum obſtringam fidem meam. potiuſq; ad autoreſ relegabo· qui de dubiiſ reddentur omnibuſ. Modo ne ſit faſtidio Grecoſ ſequi: tāto maiore eoꝝ diligentia uel cura uetuſtiore.

CAP.III. De Scythiſ & aliarum diuerſitate gentium.

Sſe Schytharum genera & quidem plura: que corporibuſ humaniſ ueſcerentur indicauimuſ. Id ip̄m incredibile fortaſſe: ni cogitemuſ in medio orbe terrarū ac Sicilia & Italia fuiſſe gēteſ huiuſ mōſtri Cyclopaſ & Leſtrigonaſ. & nuperrime trāſ alpeſ hominem immolari gentium eaꝝ more ſolitum: quod paulo a mandendo abeſt. Sed & iuxta eoſ qui ſunt ad ſeptentrionē uerſi: haud ꝓcul ab ipſo Aquiloniſ exortu ſpecuq; eiuſ dicto quē locū Geſglithron appellāt: produntur Arimaſpi quoſ diximuſ uno oculo in fronte media inſigneſ : qbuſ aſſidue bellū eſſe circa metalla cū Gryphiſ ferarū uolucri genere quale uulgo tradit̄: eruente ex cuniculiſ aurū mira cupiditate & feriſ cuſtodientibuſ & Arimaſpiſ rapientibuſ: multi ſed maxime illuſtreſ Herodotuſ & Ariſteaſ Proconneſiuſ ſcribunt. Super alioſ autem Anthropophagoſ Schytaſ in quadam conualle magna imaui montiſ regio ē: que uocat̄ Abarimon: ī qua ſiluestreſ uiuunt homineſ auerſiſ poſt crura plantiſ eximie uelocitatiſ: paſſim cū feriſ uaganteſ hoſ in alio non ſpirare celo. ideoq; ad finitimoſ regeſ nō pertrahi. neq; ad Alexandrū Magnum pertractuſ Boeton itinerū eiuſ menſor prodidit. Prioreſ Anthropophagoſ quoſ ad ſeptentrionē eſſe diximuſ decem dieꝝ itinere ſupra Boryſthenē amnē: oſſibuſ humanoꝝ capitum bibere dentibuſ cū capillo ꝓ monilibuſ ante pectora uti Iſigonuſ Niceenſiſ. Idem in albania gigne quoſdā glauca oculoꝝ acie a puericia ſtatim canoſ: qui noctu pluſq̃ interdiu cernāt. Idē itinere dieꝝ. x. ſupra Boryſthenē Sauromataſ, tertia die cibū capere ſemꝑ. Crateſ Pergamenuſ in Helleſpontū circa Parium genuſ hominū fuiſſe tradit quoſ Ophiogenaſ uocat: ſerpentium ictuſ contactu leuare ſolitoſ. & manu impoſita. uenena extrahere corpori. Varro etiam nuuc eſſe paucoſ ibi quoꝝ ſaliue contra ictuſ ſerpentium medeantur. Similiſ & in Africa genſ Pſyllorum fuit ut Agatharchideſ ſcribit: a Pſyllo rege dicta: Cuiuſ ſepulchrum in ꝑte Syrtium maiorum eſt. horū corpori ingenitum fuit uiruſ exitiale ſerpentibuſ: & cuiuſ odore ſopirent eaſ. Moſ uero liberoſ genitoſ protinuſ obiiciēdi ſeuiſſimiſ eaꝝ. eoq; genere pudicitiam coniugū experiendi. nō profugientibuſ adulterino ſanguīe natoſ ſerpētibuſ. Hec genſ ipſa qdē ꝓpe internitiōe ſublata eſt a Naſamonibuſ qui nūc tenēt eaſ ſedeſ. genuſ tamē hominū ex hiſ qui profugerant: aut cū pugnatum eſt abfuerāt hodieq; remanet in paucіſ. Simile & in Italia Marſorum genuſ durat: quoſ a Circeſ filio ortoſ ferunt: & ideo in eſſe iiſ uim naturalem eam. Et tamen om̄ibuſ hominibuſ cōtra ſerpēteſ ineſt uenenū. Ferūtq; ictaſ ſaliua ut feruentiſ aque cōtactu fugere. Quod ſi in fauceſ penetrauerit etiam mori. Idq; maxime humani ieiuni oriſ. Supra Naſamonaſ confineſq; illiſ Machlaſ Androgynaſ eſſe utriuſq; nature inter ſe uicibuſ coeunteſ Calliphaneſ tradit. Ariſtoteleſ adiicit: dextram mammam iiſ uirilem. leuam muliebrē eſſe. In eadē Affrica familiaſ q̃ſdam effaſcinantiū Iſigonuſ & Mēphodoruſ tradunt: quarum laudatione intereāt probata, areſcant arboreſ: emoriant̄ infanteſ. Eſſe eiuſdem generiſ in Triballiſ & Illyriiſ adiicit Iſigonuſ qui uiſu quoq; effaſcinēt: interimantq; quoſ diutiuſ intueātur: Iratiſ precipue oculiſ. quod eoꝝ malum faciliuſ ſentire pubereſ. Notabiliuſ eſſe: ꝙ pupillaſ binaſ in oculiſ ſinguliſ habeāt. Huiuſ generiſ feminaſ in Scythiā que uocantur Vitiae: prodit Appollonideſ. Philarchoſ & in Ponto Tibiorum genuſ: multoſq; alioſ eiuſdem nature: quorū notaſ tradit ī oculo altero geminam pupillā: in altero equi effigiem. Eoſdem preterea non poſſe mergi: nec ueſte quidem degrauatoſ. Haud diſſimile hiſ genuſ Pharmacum in Ethiopia ꝓdidit Damon quoꝝ ſudor tabem contactiſ corporibuſ afferat. Feminaſ quidem om̄eſ ubiq; uiſu nocere que dupliceſ pupillaſ habeant Cicero quoq; apud noſ autor ē. Adeo nature cum ferarū more ueſcendi humaniſ uiſceribuſ in homīe rabiē genuiſſet gignere in toto corpore & quorundam oculiſ quoq; uenena placuit: ne quid uſq̄ mali eſſet: quod in homine nō eſſet. Haud procul urbe Roma in faliſcorum agro familie ſunt pauce: que uocantur Hirpie: que ſacrificio annuo quot fit ad montem Soractem Apollini ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulanteſ: non aduruntur. & ob id ꝑpetuo Senatuſ Conſulto militie omniumq; alioꝝ munerum uacationē habent. Quorundā corpori parteſ naſcunt̄ ad aliqua mirabileſ. ſicut Pyrro Regi pollex in dextro pede cuiuſ tactu Lyenoſiſ medebatur. Hunc cremari cū reliquo corpore nō potuiſſe tradunt. Conditūq; loculo in templo. Precipue India Ethiopūq; tractuſ miraculiſ ſcatēt. Maxima in India gignunt̄ animalia. Indicio ſunt caneſ grandioreſ ceteriſ. Arboreſ quidem tante proceritatiſ traduntur: ut ſagittiſ ſuperari nequeat. Hec facit ubertaſ ſoli: temperieſ celi aquarum abundantia: ſi libeat credere: ut ſub una ficu turme cōdātur equitum. Arundineſ uero tante proceritatiſ: ut ſingula internodia alueo nauigabili ternoſ interdum homineſ ferant. Multoſ ibi quina cubita conſtat longitudine excedere. Non expuere. Non capitiſ: non dentium aut oculoꝝ ullo dolore affici. Raro aliaꝝ corporiſ partium: tam moderato ſoliſ uapore durari. Philoſophoſ eorū quoſ Gymnoſophiſtaſ uocant: ab exortu ad occaſum perſtare. contuenteſ ſolem immobilibuſ oculiſ. Feruentibuſ areniſ toto die alterniſ pedibuſ inſiſtere. In monte cui nomen eſt Milo: homineſ eſſe auerſiſ plantiſ: octonoſ digitoſ in ſinguliſ pedibuſ habenteſ autor eſt Megaſtheneſ. In multiſ autē montibuſ genuſ hominum capitibuſ caniniſ ferarum pellibuſ uelari: pro uoce latratum edere. unguibuſ armatū uenatu & aucupio ueſci. hoꝝ ſupra. cxx. M. fuiſſe produntur. Cteſiaſ ſcribit in quadem gente Indie feminaſ ſemel in uita parere: genitoſq; confeſtim caneſcere. Item hominum genuſ qui Monoſceli uocarent̄ ſinguliſ cruribuſ mire pernicitatiſ ad ſaltum Eoſdēq; Sciopodaſ uocari. qui in maiori eſtu humi iacēteſ reſupini umbra ſe pedum protegāt. Non longe eoſ a Troglodytiſ abeſſe. Rurſuſq; ab iiſ occidentem uerſoſ quoſdam ſine ceruice: oculoſ in humeriſ habenteſ. Sunt & Satyri Subſolaniſ Indorum montibuſ Catardudoꝝ dicitur regio perniciſſimū animal tanq̄ quadrupedeſ tam recte currēteſ humana effigie ut propter uelocitatem niſi ſeneſ aut egri nō capiuntur. Choromandarum gentem uocat Tauron ſilueſtrem ſine uoce ſtridoriſ horrēdi hirtiſ corporibuſ oculiſ glauciſ. dentibuſ caniniſ. Eudoxuſ in meridianiſ Indie uiriſ plātaſ eſſe cubitaleſ. Feminaſ adeo paruaſ ut Struthopodeſ appellent̄. Megaſtheneſ gentem inter Nomadaſ Indoſ narium loco foramina tantum habentē anguiū modo loripedem. uocari Scyritaſ. Ad extremoſ fineſ Indie ab oriente circa fontem Gangiſ Aſtomorū gētem ſine ore. corpore toto hirtam ueſtiri frondium lanugine. halitu tantum uiuentum & odore quem naribuſ trahant. Nullum illiſ cibum: nullumq; potum. Tantum radicum floꝝq; uarioſ odoreſ ſilueſtriū maloꝝ que ſecū portant lōgiore itīere ne deſit olfactuſ. Grauiore paulo odore haud difficulter examinari. Suꝑ hoſ extrēa in ꝑte mōtiū Spithamiei Pigmeiq; narrant̄: ternaſ Spithamaſ longitudine hoc eſt ternoſ dodrāteſ

femine duplices pupillas hntes
omnes uisu nocent

Maro
Aut quos Oceano propior gerit India lucos
Extremi sinus orbis: ubi aera uincere summum
Arboris haud ullae iactu potuere sagittae
Et gens illa quidem sumptis no tarda pharetris

Arbores in India tante proceritatis ut sagittis superari
nequeat

Arundines hoib; cimbas
prestare

Raro ullo dolore affici ht

non excedenteſ. Salubri celo: ſemperq; uernante: Montibuſ ab Aquilone oppoſitiſ: quoſ a gruibuſ īfeſtari Homeruſ quoq; ꝓdidit. Fama eſt inſidētes arietū caprarūq; dorſiſ armatoſ ſagittiſ ueriſ tēpore uniuerſo agmīe ad mare deſcēdere & oua pulloſq; eaꝝ alitū conſumere. terniſ eam expeditionē mēſibuſ confici: aliter futuriſ gregibuſ non reſiſti. Caſaſ eorū luto penniſq; & ouoꝝ putaminibuſ conſtrui. Ariſtoteleſ in cauerniſ uiuere Pygmeoſ tradit. Cetera de hiſ ut reliqui. Cirnoſ Indoꝝ genuſ Iſigonuſ tradit anniſ cētenis quadragēiſ uiuere. Item Ethiopaſ Macrobioſ & Seraſ exiſtmāt & qui Athon montem incolant. Hoſ quidem quia uiperiniſ carnibuſ alantur. Itaq; nec capiti nec ueſtibuſ eoꝝ noxia corpori ineſſe animalia. Oneſicrituſ quibuſ in lociſ Indie umbre nō ſint corpora hominum cubitoꝝ quinum & binorū palmorū exiſtere & uiuere annoſ. cxxx. nec ſeneſcere: ſed ut medio euo mori. Crateſ Pergamenuſ Indoſ q centenoſ annoſ excedant: Gymneſtaſ appellat: non pauci Macrobioſ. Cteſiaſ gentem ex iiſ que appellatur Pandore: in conuallibuſ ſitam: annoſ ducenoſ uiuere in iuuenta candido capillo qui in ſenectute nigreſcat. Cōtra alioſ quadragenoſ nō excedere annoſ iunctoſ Macrobiiſ. quoꝝ femine ſemel pareant. Idq; & Agatharchideſ tradit. Preterea locuſtiſ eoſ ali. & eſſe perniceſ. Mandorum nomē iiſ dedit Clitarchuſ & Megaſtheneſ. tricentoſq; eoꝝ uicuſ annumerant. Feminaſ ſeptimo etatiſ anno parere. ſenectā quadrageſimo anno accidere. Artemidoruſ in Taprobane inſula lōgiſſimā uitam ſine ullo corporiſ langore traduci. uiroſ Indorum quoſdam cū feriſ coire: mixtoſq; & ſemiferoſ eſſe partuſ. In Colinguiſ eiuſdē Indie gente quinquēneſ cōcipe feminaſ: octauū uite annū non excedere. Et alibi cauda uilloſa homineſ naſci ꝑnicitatiſ eximie. Alioſ auribuſ totoſ contegi. Soritaſ ab Indiſ Arabiſ fluuiuſ diſterminat. Ii nullum alium cibū nouere q̄ piſcium: quoſ unguibuſ diſſectoſ ſole torreant: atq; ita panem ex iiſ faciūt: ut refert Clitarchuſ. Troglodytaſ ſupra Ethiopiā ueloctoreſ eē equiſ Pergamenuſ Crateſ. Item Ethiopaſ octona cubita longitudine excedere Sirbotaſ uocari. gentem eā Nomadū Ethiopū ſecundū flumē Aſtragum ad Septētrionem gentium. Genſ Meniſminoꝝ appellata abē ab oceano dieꝝ itinere. xx. animaliū que Cynocephaloſ uocamuſ: lacte uiuet quorum armenta paſcit maribuſ interemptiſ preterq̄ ſoboliſ cauſa. In Africe ſolitudinibuſ hominum ſpecieſ obuie ſubinde fiunt: momentoq; euaneſcunt. Hec atq; talia ex hominū genere ludibria ſibi nobiſ miracula ingenioſa fecit natura. Et ſingula quidē que facit in dieſ ac prope horaſ quiſ enumerare ualeat? ad detegendā eiuſ potentiam ſatiſ ſit inter ꝓdigia poſuiſſe genteſ. Hinc ad confeſſa in homine pauca.

Nota

CAP. IIII. De prodigioſiſ partubuſ.

Ergeminoſ naſci certū eſt Oratiorū Curatiorūq; exemplo. Sed hoc inter oſtēta adducitur: preterq̄ in Egypto: ubi fetifer potu Niluſ proxime ſupremiſ Diui Auguſti anniſ Fauſta quedam e plebe Oſtie duoſ mareſ. totidē feminaſ enixa: famē que ſecuta eſt: portendit haud dubie. Reperit̃ & in Pelopōneſo binoſ quater enixa maioremq; partē ex omni eiuſ uixiſſe partu. Et ī Egipto ſeptenoſ utero ſimul gigni autor eſt Troguſ. Gignuntur & utriuſq; ſexuſ: quoſ Hermaphroditaſ uocamuſ: olī Androgynoſ uocatoſ & in prodigiiſ habitoſ. Nunc uero in deliciiſ. Pompeiuſ magnuſ in ornamentiſ theatri mirabileſ fama poſuit effigieſ: ob id diligentiuſ magnorum artificum ingeniiſ elaborataſ. Inter quaſ legit̃ Eutice a. xx. liberiſ rogo illata Tralliſ enixa. xxx. partuſ: Alcippe elephantum quāq̄ id inter oſtenta eſt. Nanq; & ſerpētem peperit īter initia Marſici belli Ancilla. Multiformeſ pluribuſ modiſ inter mōſtra partuſ eduntur. Claudiuſ Ceſar ſcribit hippocentauꝝ in Theſſalia natum eodem die interiſſe. Et noſ Principatu eiuſ alatū illi ex Egypto in melle uidimuſ. Eſt īter exempla in uteꝝ ꝑtinuſ reuerſuſ infanſ Sagunti: quo anno ab Annibale deleta eſt.

CAP. V. De mutatione Sexuſ: & geminiſ partubuſ.

X feminiſ mutāri in mareſ: nō ē fabuloſū. Inuenimuſ ī ānalibuſ Licinio Craſſo C. Caſſio Longino Coñſſ. Caſini pueꝝ factū ex uirgine ſub parentibuſ: iuſſuq; Auruſpicū deportatū in inſulā deſertam. Liciniuſ Mutianuſ prodidit uiſū a ſe Argiſ Ariſtontem cui nomen Areſtuſe fuiſſe. nupſiſſe etiam. mox barbam & uirilitatem ꝑueniſſe. uxoremq; duxiſſe. Eiuſdem ſortiſ & Zmyrne puerum a ſe uiſum. Ipſe in Africa uidi mutatum in marē nuptiaꝝ die. L. Coſſicium ciuem Tiſdritanum. Editiſ geminiſ raꝝ eſſe aut puerpere aut puerperio preterꝗ alteri uitam. Si uero utriuſq; ſexuſ editi ſint gemini: rariorem utriq; ſalutem. Feminaſ gigni celeriuſ ꝗ mareſ: ſicuti celeriuſ ſeneſcere. Sepiuſ uero moueri mareſ in utero. & in dextra fere parte: in leua feminaſ conſtat.

CAP. VI. De Homine generando: & pariendi tēpore a mēſibuſ ſeptē ad tredecī.

Eteriſ animantibuſ ſtatutum & pariendi & partuſ egerendi tempuſ eſt. Homo tot o anno & incerto gignitur ſpatio Aliuſ ſeptimo menſe aliuſ octauo. & uſq; ad initia decimi undecimiq;. Ante ſeptimū menſē haud unꝗ uitaliſ eſt. Septimo nō niſi pridie poſteroue plenilunii die aut interlunio cōcepti naſcuntur. Relatū in Egypto eſt & octauo gigni. Iam quidem & in Italia taleſ partuſ eſſe uitaleſ. Contra pirſcorū opinioneſ uariant hec pluribuſ modiſ. Veſtilia. C. Herdicii ac poſtea Pomponii atq; Orfiti clariſſimoꝝ ciuium coniunx ex iiſ quatuor ꝑtuſ enixa ſeptimo menſe: genuit Suillum Ruffum undecimo: Corbuloēm Septimo: utꝝq; Conſulē & poſtea Ceſoniā Caii principiſ coniugē octauo. In quo menſiū numero genitiſ intra quadrageſimum diem maximuſ labor grauidiſ. Quarto autem & octauo menſe letaleſ in iiſ abortiui. Maſuriuſ autor eſt. L. Papyrium pretorem ſcđo herede lege agēte bonorum poſſeſſionem contra eū dediſſe cū mater partum .xiii. menſibuſ diceret tuliſſe: quoniam nullum certum tempuſ pariēdi ſtatutum uideretur.

CAP. VII. De conceptibuſ: & ſigniſ ſexuſ ī grauidiſ ꝑueniētibuſ añ ꝑtū.

Conceptu decimo die doloreſ capitiſ. oculoꝝ uertigeneſ cenebreq;. Faſtidium in cibiſ: redundatio ſtomachi indiceſ ſunt hominiſ inchoati. Melior color marem ferenti: & facilior ꝑtuſ. Motoſ in utero quadrageſimo die. Contraria oīa in altero ſexu. Ingeſtabile onuſ. Crurum & inguinū leuiſ tumor. Primuſ autē nonageſimo die motuſ. Sed plurimū laboriſ in utroq; ſexu capillum germināte partu. & in plenilunio quod tempuſ editoſ quoq; infanteſ ꝓcipue infeſtat. adeoq; inceſſuſ atq; omne qcquid dici poteſt: in grauida refert ut ſallioribuſ cibiſ uſe carentē unguiculiſ ꝑtum edant. & ſi reſpirauere: difficiliuſ enitanť. Oſcitatio quidem in enixu letaliſ eſt. ſicut ſternuiſſe a coitu abortiuum.

CAP. VIII. De conceptu hominum. & generatione.

Iſeret atq; etiam pudet eſtimantē ꝗ ſit friuola animalium ſuꝑbiſſimi origo: cū plerunq; abortuſ cauſa fiat odor a lucernarū extinctu. Hiſ principiiſ naſcunť Tyranni. Carnifex hiſ animuſ. Tu qui corporiſ uiribuſ fidiſ. tu qui fortune munera amplexariſ: & te ne alumnum quidem eiuſ exiſtimaſ: ſed ꝑtum: Tu cuiuſ ſemper in uictoria menſ. Tu qui te deum crediſ aliquo ſucceſſu tumēſ tāti tamen periri potuiſti. Atqui etiā hodie minoriſ poteſ quantulo ſerpētiſ ictuſ dente. Aut etiam ut Anacreō poeta acino uue paſſe. ut Fabiuſ Senator Pretor in lactiſ hauſtu uno pilo ſtrāgulatuſ. Iſ demum profecto uitā equa lance penſitabit qui ſemper fragilitatiſ humane memor fuerit.

CAP. VIIII. De Agrippiſ

N pedeſ ꝓcedere naſcentem cõtra naturā eſt. e quo argumēto eoſ appellauere Agrippaſ ut egre partoſ: q̄liter. M. Agrippā ferunt genitum unico ꝓpe felicitatiſ exemplo: in ōmibuſ ad hūc modū genitiſ quanq̄ iſ quoq; aduerſa pedum ualitudine: miſera iuuenta exercito euo inter arma & ad mortem obnoxio acceſſu: Infelici terriſ ſtirpe omni: ſed per utraſq; Agrippinaſ maxime: que Caiū & Domitium Neronē Principeſ genuere: totidem faceſ generiſ humani. Preterea breuitate eui quīgeſio uno raptuſ anno: in tormentiſ adulteriorū cõiugiſ ſocerią; pregraui ſeruitio luiſſe preposteri ortuſ augurium exiſtimatur. Neronem quoq; paulo ante principem & toto principatu ſuo hoſtem generiſ humani pedibuſ genitum parenſ eiuſ ſcribit Agrippina Ritu nature capite hominē gigni moſ eſt. pedibuſ efferri.

CAP. X. Monſtroſi partuſ exciſi utero.

Vſpicatiuſ enecta parēte gignunt̄: ſicut Scipio Africanuſ p̉or natuſ. p̉muſq; Ceſar a ceſo matriſ utero dictuſ: qua decauſa & Ceſoneſ appellati. Simili mõ natuſ & Maniliuſ qui Carthaginem cum exercitu intrauit.

CAP. XI. Qui ſint uopiſci.

Opiſcum appellabant unum e geminiſ: qui recenti utero naſceretur altero ĩterempto ab ortu. Nanq; maxima & ſi rara circa hoc miracula exiſtunt.

CAP. XII. Exempla numeroſe Soboliſ.

Reter mulierem pauca animalia coitum nouere grauida. Vnum quidem omĩo aut alteꝝ ſuperfetat. Exſtat in monumentiſ etiam medicoꝝ & quibuſ talia cõſectari cure fuit uno abortu duo puerperia egeſta. Sed ubi paululū temporiſ inter duoſ conceptuſ interceſſit: uterq; eſt ꝑfectuſ. ut in Hercule & Iphicle fratre eiuſ apparuit. Et in ea que gemino partu alteꝝ marito ſimilem: alteꝝ adultero genuit. itē Procõneſia ancilla que eiuſdem diei coitu alterum domino ſimilem: alteꝝ procuratori eiuſ. Et in alia que unum iuſto partu: quinq; menſiū alteꝝ edidit. Rurſuſ in alia que ſeptem menſiū edito puerperio. inſecutiſ menſibuſ geminoſ enixa ē. iam illa uulgata uarie Ex integriſ truncoſ gigni. Ex trunciſ integroſ. Eademq; parte truncoſ.

CAP. XIII. Exempla ſimilitudiniſ.

Igna quedam neuoſq; & cicatriceſ etiam regenerari. Quarto partu Dacorum originiſ nota in brachio reddit̄. In lepidoꝝ gente treſ intermiſſo ordine obducto membrana oculo genituſ accepimuſ. Simileſ quidē altoſ auo. Et ex geminiſ quoq; alteꝝ patri alterum matri. Annoq; poſt genitum maiori ſimilem fuiſſe ut geminum. Quaſdam ſibi ſimileſ ſemꝑ parere. Quaſdam uiro. Quaſdā nulli. Quaſdā femina patri marem ſibi. indubitatum exemplum eſt Nicei nobiliſ poete Byzantii geniti qui adulterio Ethiopiſ nata matre nil a ceteriſ colore differente. ipſe in auum degenerauit Ethiopem. Similitudinum quidem in mente reputatio eſt. & in qua credantur multa fortuita pollere. uiſuſ: audituſ: memoriaq; hauſte imagineſ. ſub ipſo cõceptu. Cogitatio etiam utriuſlibet animo ſubdito tranſuolanſ effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimatur. ideoq; plureſ in homine q̄ in ceteriſ omnibuſ animalibuſ differētie: qm̄ uelocitaſ cogitationum animiq; celeritaſ & ingenii uarietaſ moltiformeſ notaſ ĩprimit cum ceteriſ animantibuſ immobileſ ſint animi & ſimileſ omnibuſ ſinguliſq; in ſuo cuiq; genere. Antiocho Regi Syrie e plebe nomine Arteō ĩtantū ſimiliſ fuit: ut Laodice coniunx Regia necato iam Antiocho munuſ per eũ cõmendationiſ: regniq; ſucceſſioniſ peregerit. Magno Pompeio Vibiuſ quidã e plebe. & Publitiuſ etiam ſeruitute liberatuſ ĩdiſcreta ꝓpe ſpecie fuere ſimileſ. illd̃ oſ ꝓbũ reddẽteſ: ipmq; honorẽ eximie frontiſ. Qualiſ cauſa patri quoq; eiuſ Menogeniſ coci ſui cognomen impoſuit Straboniſ a ſpecie oculoꝝ nomen habentiſ uitium imitata. Ec Scipioni in ſeruo Serapione uictimarii negociatoriſ uili mancipo. Eiuſdẽ familie Scipioni poſt Cnenum cognomẽ Saluntomimuſ dedit. Sicut Spinther Secundanuſ Retiariuſq; Pamphiliuſ collegio Lentuli & Metelli Conſulũ. in quo perq̃ importune fortuitum hoc quoq; fuit: Duoꝝ ſimul cõſulũ in ſcena imagĩeſ cerni. E diuerſo. L. Plancuſ Orator hiſtrioni Rubrio cognomẽ impoſuit. Rurſuſ Curioni patri Burbuleiuſ. itemq; Meſſalle Cenſorio Menogeneſ perinde hiſtrioneſ. Sure quidẽ Proconſuliſ etiam rictũ in loquendo contractionẽq; lingue & ſermoniſ tumultũ: nõ imaginẽ modo piſcatur quidã in Sicilia reddidit. Caſſio Seuero celebri oratori armentarii Myrmilloniſ obiecta ſimilitudo eſt. Toraniuſ. M. Antonio iam Triumuiro eximioſ forma pueroſ alteꝝ in Aſia genitum: alterum tranſalpeſ ut geminoſ uendidit: Tanta unitaſ erat. Poſtq̃ deinde ſermone pueroꝝ detecta fraude a furente increpituſ Antonio eſt inter alia magnitudinẽ precii conquerẽte. Nam ducẽtiſ erat mercatuſ ſeſtertiſ: repſõdit uerſutuſ ingenii magno ob id ipm ſe tanti uendidiſſe: quoniam nõ eſſet mira ſimilitudo in ulliſ eodem utero editiſ. Diuerſarum quidẽ gẽtiũ nataleſ tam concordi figura reperiri ſuper omnẽ eſſe taxationem. Adeoq; tempeſtiuam admirationem intulit: ut ille proſcriptor animuſ mõ & cõtumelia furenſ nõ aliud ĩ cenſu magiſ & ĩ fortũa ſua duceret.

CAP. XIIII. Exempla que ſit generandi ratio.

St quedam priuatĩ diſſotiatio corpoꝝ: & inter ſe ſteriliſ. At ubi cũ aliiſ iũxere gignũt: ſicut Auguſtuſ & Liuia. itẽ alii alieq; feminaſ tantũ generant: aut mareſ Plerunq; alternant: ſicut Gracchorum mater duodecieſ: & Agrippina Germãici nouieſ. Aliiſ ſteriliſ eſt iuuenta. Aliiſ ſemel in uita datur gignere. quedã nõ perferũt partuſ. qualeſ ſiquãdo medicina & cura uicere. feminã fere gignũt. Diuuſ Auguſtuſ ĩ reliqua exemploꝝ rarietate neptiſ ſue nepotem uidit genitum quo exceſſit anno. M. Syllanum qui cũ Aſiam obtineret poſt Conſulatũ Neroniſ Principiſ ſucceſſiõe ueneno eiuſ interemptuſ eſt. Q. Metelluſ Macedonicuſ: cũ ſex liberoſ relinqueret: undecim nepoteſ reliquit. Nuruſ uero: generoſq; & omẽſ q ſe patriſ appellatione ſalutarent .xxvii. In actiſ Diui Auguſti temporum inuenitur. xii. Conſulatu eiuſ quẽ L. Sylla Collega ad. iii. Iduſ Apriliſ geſſit Criſpinum Hylarium ex ingenua plebe Feſulana cum liberiſ nouem: ĩ quo numero filie due fuerũt; nepotibuſ .xxvii. pronepotibuſ. xxix. neptibuſ nouẽ prelata pompa cũ õmibuſ hiſ ĩ capitolio immolaſſe.

CAP. XV. De eodem multipliciuſ.

Vlier poſt quinquageſimum annum non gignit maiorq; parſ quadrageſimo ꝓfluuium genitale ſiſtit. Nã in uiriſ Maſiniſſam Regẽ poſt octoginta ſex ãnoſ generaſſe filium quem Metymathnum appellauerit: claꝝ eſt. Catonem Cenſorium octogeſimo ex acto e filia Salonini clientiſ ſui: qua decauſa alioꝝ eiuſ liberorũ propago. Liciniani ſunt cognominati. hi Saloniani: ex quibuſ Vticenſiſ fuit. Nuper etiam. L. Voluſio Saturnino in urbiſ prefectura extincto: notũ e Cornelia Scipionum gente Voluſium Saturninum qui fuit Conſul poſt. lxii. annũ genuiſſe. Ec uſq; ad .lxxv. apud ignobileſ uulgariſ reperitur generatio.

CAP. XVI. De menſtruiſ mulierum.

Solum autem animal menſtruale mulier eſt. Inde uniuſ utero q̃ſ appellarunt molaſ. Ea eſt caro informiſ in anima ferri ictum & aciem reſpuenſ mouetur. Siſtitq; mẽſeſ & ut partuſ: aliaſ letaliſ: aliaſ una ſeneſcenſ: aliquando aluo citatior excidenſ. Simile qddam & uiriſ in uentre gignit̃: qđ uocant Scirron: ſicut Oppio Capitoni Pretorio uiro. Sed nihil facile reperitur mulierum profluuio magiſ monſtrificum. Aceſcũt ſuꝑuentu muſta. Sterileſcunt tacte frugeſ. Moriũtur inſita. Exuruntur hortoꝝ germina. Et fructuſ arborum quibuſ inſidere: decidunt. Speculoꝝ fulgor aſpectu ipſo hebetatur. Acieſ ferri preſtringitur. eboriſq; nitor. Aluei apum emoriũtur. Eſ etiam ac ferrũ rubigo ꝓtinuſ corrũpit. adorq; diruſ aera. Et ĩ rabiem aguntur guſtato eo caneſ atq; inſanabile ueneno morſuſ infigitur. Quin & bituminũ ſequax alioqui & lenta natura in lacu Iudee qui uocatur Aſphaltiteſ: certo tempore anni ſupernatanſ nequit ſibi auelli ad omnem cõtactũ adherenſ preterq̃ filo quod tale uiruſ infecerit. Etiam formiciſ animali minimo ineſſe ſenſum eiuſ ferunt. abiiciq; geſtataſ frugeſ. nec poſtea repeti. Et hoc tale tantũq; omnibuſ triceniſ diebuſ malum in muliere exiſtit & trimeſtri ſpatio largiuſ. Quibuſdam uero ſepiuſ menſe. ſicut aliquibuſ nunq̃. Sed taleſ nõ gignunt. Quando hec eſt generãdo homini materia germine e matricibuſ coaguli mõ hoc in ſeſe glomerante quot de inde tẽpore ipſo animatur: corporat̃q;. Ergo cũ grauidiſ fluxit ĩualidi aut nõ uitaleſ ꝑtuſ edũtur aut ſanioſi ut autor ẽ Nigidiuſ.

CAP. XVII. De ratione partuum.

Dem lac femine non corrumpi alenti partũ: ſi ex eodem uiro rurſuſ conceperit arbitratur. Incipiente autem hoc ſtatu atq; deſinẽte conceptuſ facilimi tradunt̃. Fecũditatiſ infeminiſ ꝓrogatiuã accepimuſ inunctiſ medecamine oculiſ. ſaluiã infici. Ceterum editiſ primoreſ ſeptimo menſe gigni denteſ: priuſq; in ſupera fere parte. haud dubium eſt. Septimo eoſdẽ decidere anno: alioſq; ſuffici Quoſdã & cum dẽtibuſ naſci ſicut. M. Curium. qui ob id Dentatuſ cognominatuſ eſt. &. Cn. Papyrium Carbonẽ preclaroſ uiroſ. Infeminiſ ea reſ inauſpicati fuit exempli Regum temporibuſ: cum ita nata eſſet Valeria exitio ciuitati in quã delata eſſet: futurũ reſponſo Aruſpicum uaticinante. Seſſapiam etiã illa tempeſtate florentiſſimã deportata eſt ueridico exitio conſecuto. Quaſdam concreto genitali gigni in fauſto omine. Cornelia Gracchorum mater indicio eſt. Aliqui uice dentiũ continuo oſſe uno gignuntur: ſicuti Pruſie Regiſ Bythynioꝝ filiuſ ſuperna parte oriſ. Denteſ autẽ tantũ inuicti ſunt ignibuſ. Nec cremantur cum reliquo corpore. idem flammiſ indomiti tabe cauãtur pituitae. Candorem trahunt quodã medicamine. Vſu atteruntur. Multoq; primum in aliquibuſ deficiunt. nec cibo tm̄ & alimentiſ neceſſarii. Quippe uociſ ſermoniſq; regimen ꝓmoreſ tenent contentu quodã excipienteſ ictum lingue: ſerieq; ſtructure: atq; magnitudine mutilanteſ molienteſue aut hebetanteſ uerba. Et cum defluxere: explanationẽ omnem adimenteſ. Quin & auguriũ in hac eſſe creditur parte. Triceni bini uiriſ attribuuntur excepta Turdulorum gente. Quibuſ plureſ fuere longiora promitti uite putant ſpatia. Feminiſ minor numeruſ. Quibuſ in dextra parte genuini ſupne a canibuſ cognominati. fortune blandimẽta pollicent̃: ſicut in Agrippina Domitii Neroniſ matre contra in leua. Hominem priuſq̃ genito dente cremari moſ gentium non eſt. Sed mox plura de hoc cum menbratim hiſtoria decurret. Riſiſſe eodem die quo genituſ eſſet unum accepimuſ hominem Zoroaſtren. Eidem cerebrum ita palpitaſſe ut impoſitam repelleret manum future preſagio ſcientie. In trimato ſue cuiq; dimidiã eſſe menſuram ſtature certum eſt. In plenum autẽ cuncto mortalium generi minorẽ in dieſ fieri propemodum obſeruatur. Raroſq; patribuſ proceriores conſumente

In trimatu diã
menſura ſtature

ubertatem ſeminū exuſtione ĩ cuiuſ uiceſ nūc uergat euū. In Creta terremotu rupto monte inuentum eſt corpuſ ſtanſ. xlvi. cubitoꝝ. quod alii Orioniſ alii Etioniſ fuiſſe tradunt. Oreſtiſ corpuſ oraculi iuſſu refuſſum ſeptē cubitoꝝ fuiſſe monimētiſ creditur. Iam uero ante annoſ prope mille uateſ ille Homeruſ nō ceſſauit minora copa mortalium q̃ priſca conqueri. Neuii pollioniſ amplitudinem annaleſ nō tradunt. Sed quia populi concurſu poene interemptuſ eſſet: prodigii uice habitū. Proceriſſimū hominē etaſ noſtra Diuo Claudio Principe Gabbaꝝ nomine ex Arabia aduectū nouē pedū & totidem untiaꝝ uidit. Fuere ſub Diuo Auguſto ſemipede addito. Quoꝝ corpora eiuſ miraculi gratia in cōditorio Saluſtianoꝝ aſſeruabantur hortoꝝ. Puſioni & Secūdille erant nomina. Eodē preſide minimuſ homo duoſ pedeſ & palmū Conopaſ nomine in delitiiſ Iulie neptiſ eiuſ fuit. & mulier Andromoda liberta iulie Auguſte. Manium Maximum & . M. Tullium equiteſ Romanoſ binum cubitoꝝ fuiſſe autor eſt. M. Varro. Et ipſi uidimuſ in loculiſ aſſeruatoſ. Seſquipedaleſ gigni quoſdā longioreſ in trimătu implenteſ uite curſū: haud ignotum eſt. inuenimuſ inmonumentiſ Salamine Eutimeniſ filium in tria cubita triennio adoleuiſſe inceſſu tardum. ſēſu hebetem & iam puberem factū uoce robuſta abſumptū contractione membroꝝ ſubita triennio circunacto. ipſi non pridem uidimuſ Eadem ferme omnia preter pubertatē in filio Cornelii Taciti equitiſ Romani Belgice Gallie rationeſ procurantiſ. Ectapeloſ Greci uocant eoſ. in latino non habent nomen.

Corpus 46 Cubitoꝝ

CAP. XVIII. inſignia corporum

Vod ſit homini ſpatium a ueſtigio ad uerticē id eſſe ſparſiſ manibuſ inter longiſſimoſ digitoſ obſeruatum eſt. Sicuti uireſ quibuſdam dextera parte maioreſ. Quibuſdam equaſ utraq;. Aliquibuſ leua manu precipuaſ. Nec id unquā in feminiſ. Mareſ preſtare pondere. Et defuncta uiuentibuſ corpora omniū animalium. Et dormientia uigilantibuſ. Virorum cadauera ſupina fluitare. Feminarum prona. uelut pudori defunctarum parcente natura.

CAP. XVIIII. Exempla uariarum figurarum.

Oncretiſ quoſdam oſſibuſ ac ſine medulliſ uiuere accepimuſ. Signum eoꝝ eſſe nec ſitim ſentire: nec ſudorem emittere. Quanq̃ & uoluntate ſciamuſ ſitim uictā Equitemq; Romanū Iulium uiatorē e Vocontiorum gente federata in puellaribuſ anniſ aque ſubter cutē fuſe morbo prohibitū humore a mediciſ. naturā feciſſe cōſuetudine. atq; in ſenecta caruiſſe potu. nec non & alii multa ſibi imperauere.

CAP. XX. Diuerſorum morum exempla.

Erunt Craſſum auum Craſſi in parthiſ interempti nunq̃ riſiſſe. Ob id Agelaſtū uocatū. Sicuti nec fleſſe multoſ. Socratem claꝝ ſapientia eodem ſemper uiſum uultu: nec haud hylari magiſ aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorē quendam toruitatemq; nature duram & inflexibilē. Affectuſq; humanoſ adimit: q̃leſ Apatheſ Greci uocant. Multoſ eiuſ generiſ experti: qd̄ q; mirum ſit: autoreſ maxīe ſapientie. Diogenē Cynicū. Pyrrhonem. Heraclituw. Timonem. hūc quide etiā in totiuſ odium generiſ humani euectum. Sed hec parua nature inſignia in multiſ uaria cognoſcūtur: ut in Antonia Druſi nunq̃ expuiſſe. ĩ Pomponio Conſulari poeta nūq̃ ructaſſe. Quibuſ natura concreta ſunt oſſa: qui ſunt rari admodū: Cornei uocantur.

CAP. XXI. De fortidudine & ueloci tate quorūdam uirorum.

Orpore neruoſoſ conſtat eſſe eximiuſ uiribuſ Tritanum in gladiatorio ludo Samnitem natura celebrem: filiumq; eiuſ militem Magni pompei: & rectoſ & tranſuerſoſ cancellatī toto corpore habuiſſe neruoſ ĩ brachiſ etiā manibuſq; autor eſt Varro: prodigioſa uirium elatione. Atq; etiam hoſtem ab eo ex prouocatione dimicantem inermi dextera uno digito ſuperatũ. & poſtremo correptũ in caſtra trãſlatum. A. Iuniuſ Valenſ meruit in p̃torio Diui Auguſti Centurio uehicula cum culeiſ onuſta donec exinaniretur: ſuſtinere ſolituſ. Carpenta cõprehenſa una manu retinere obnixiuſ contranitentibuſ iumentiſ. Et alia mirifica facere: que in ſculpta monumento eiuſ ſpectantur. Ideo. M. Varro: Ruſticelluſ inquit Herculeſ appellatuſ mulum ſuum tollebat. Fuſiuſ Saluiuſ duo centenaria pondera pedibuſ: Totidẽ manibuſ & ducenaria duobuſ hũeriſ contra ſcalaſ ferebat. Noſ quoq; uidimuſ Athanatũ nomine. prodigioſe oſtẽtationiſ quinquagẽario thorace plumbeo indutũ: Coturniſq; quingentoꝝ pondo calciatum per ſcenã ingredi. C. Milonem Athletam cũ cõſtitiſſet nemo ueſtigio educebat. Malum tenenti nemo digito corripiebat. Cucurriſſe Mille centum. lx. ſtadia ab Atheniſ Lacedemonem biduo Philippidem magnũ erat: donec Caniſtiuſ curſor Lacedemoniuſ & Philonideſ Alexandri Magni a Sytione Helyn uno die. M.ccc.ii. ſtadia cucurrerunt. Nunc quidem in cyrco quoſdam. clx. paſſuũ milia tollerare nõ ignoramuſ. Nuperq; Fonteio & Vipſano Coñſſ. annoſ. viiii. gẽnitum pueꝝ a meridie ad ueſperũ. lxxv. milia paſſuum cucurriſſe. Cuiuſ rei admiratio ita demum ſolida perueniet: ſiquiſ cogitet nocte ac die longiſſimum iter uehiculiſ tribuſ Tyberium Neronem emenſum feſtinantem ad Druſum fratrem egrotantẽ in Germania. ea fuerunt ducenta milia paſſuum.

CAP. XXII. De quorundam mirabili acie oculorum.

Culorum acieſ uel maxime fidem excedentia inuenit exempla. In nuce incluſã Iliada Homeri carmẽ in membrana ſcriptũ tradidit Cicero. Idem fuiſſe qui p̃uideret. cxxxv. M. paſſuũ. huic & nomẽ. M. Varro reddidit: Strabonem uocatũ Solitum autem Punico bello a Lilybeo Sicilie promontorio exeunte claſſe Carthaginiſ portu etiam numerum nauium dicere. Callicrateſ ex ebore formicaſ & alia tam parua fecit animalia: ut parteſ eaꝝ a ceteriſ cerni non poſſent. Mermecideſ quidem in eodem genere inclaruit. a quo quadrigam ex eadẽ materia quam muſca integeret aliſ fabricatum: & nauem quam apicula penniſ abſconderet.

CAP. XXIII. De Auditu.

Vdituſ unum exemplum habet mirabile. Prelium quo Sybariſ deleta eſt. eo die quo geſtum erat: auditum Olympie. Nam cimbrice uictorie Caſtoriſ qui Romani qui Perſicam uictoriam ipſo die quo contigit nunciauere: uiſuſ & audituſ & numinum fuere preſagia.

CAP. XXIIII. Exempla patientie.

Atientia corporiſ ut eſt crebra ſorſ calamitatum: innumera documenta peperit. Clariſſimum in feminiſ Leene meretriciſ exemplum. que torta non indicauit Harmodium & Ariſtogitonẽ Tyrannicidaſ. In uiriſ Anaxarchideſ qui ſimili decauſa cũ torqueret: preciſam e dentibuſ linguã: inanem ſpem indicii in Tyrannoſ expuit.

CAP. XXV. Memorie exempla.

Emoria neceſſariũ maxime uite bonum cui precipua fuerit: haud facile dictũ ẽ tam multiſ gloriam eiuſ adeptiſ. Cyruſ Rex omnibuſ in exercitu ſuo militibuſ nomina reddidit. L. Scipio populo Romano Cyneaſ Pyrrhi Regiſ Legatuſ Senatui & Equeſtri ordini Rome poſtero die q̃ aduenerat. Mithridateſ duaꝝ & uiginti gentium Rex: totidem linguiſ iura dixit. pro cõtione ſingulaſ ſine interprete affatuſ Carmadaſ quidam in Grecia que quiſ exegerit uolumina in bibliothecis legentiſ mõ rep̃ſentauit. Arſ poſtremo eiuſ rei facta & inuẽta eſt a Simonide medico. Cõſumata

Cirus Rex
Cineas
Mitridates Rex
Carmadas grecus

a Metrodoro Sceptio: ut nihil nō iſdē uerbiſ redderetur auditū. Nec aliud eſt eque facile in homine: morboꝝ & caſuſ iniuriaſ atq; etiam metuſ ſentienſ: aliaſ particulatim, aliaſ uniuerſa. Ictuſ lapide oblituſ ē litteraſ tantū. Ex prealto tecto lapſuſ: matriſ & affinium propinquorumq; cepit obliuionem. Aliuſ egrotoſ: ſeruoꝝ etiam. Sui uero nominiſ nominiſ Meſſalla Coruinuſ orator. Itaq; ſepe deficere tentat & meditatur uel quieto corpore: & ualido. Somno quoq; ſerpente amputatur ut inaniſ menſ querat ubi ſit loci.

CAP.XXVI. Lauſ.C.Iulii Ceſariſ.

Nimi uigore preſtantiſſimum arbitror.C. Ceſarem Dictatorem. Nec uirtutem conſtantiamq; nunc commemoro: nec ſublimitatem omnium capacem que celo continentur: Sed proprium uigorem celeritateq; quodā igne uolucrē. Scribere & legere ſimul dictare & audire ſolitum accepimuſ. Epiſtolaſ uero tantarum rerum quaternaſ pariter librariiſ dictare. aut ſi nihil aliud ageret: ſepteniſ. Idē ſigniſ collatiſ quinquagieſ dimicauit. Soluſ. M. Marcellum tranſgreſſuſ qui undequadragieſ dimicauerat. Nam pretr ciuileſ uictoriaſ undecieſ centum & nonaginta duo milia hoīum occiſa preliiſ ab eo: non equidem in gloria poſuerim. Tantam ſcilicet coactam humāi generiſ iniuriam: quod ita eſſe confeſſuſ eſt ipſe: bellorum ciuilium ſtragem non prodendo. Iuſtiuſ Pompeio Magno tribuatur: octingentaſ quadragītaſex naueſ piratiſ ademiſſe. Ceſari propriū & peculiare fuit preter iam ſupradicta clementie inſigne: q̄ uſq; ad penitentiam omneſ ſuperauit. Idem magnanimitatiſ ꝑhibuit exemplū: cui cōparari non poſſit aliud. Spectacula enim edita. effuſaſq; opeſ: aut operum magnificentiam: in hac parte enumerare luxorie fanentiſ eſt. Illa fuit uera & incōparabiliſ inuicti animi ſublimitaſ: captiſ apud Pharſaliam Pompei Magni ſcriniiſ epiſtolarum Iterumq; apud Tapſum Scipioniſ ea optima concremaſſe fide: atq; non legiſſe.

CAP.XXVII. Lauſ Pompei magni.

Erum ad decuſ Imperii Romani non ſolum ad uiri uniuſ pertinet uictoriam: Pompei Magni tituloſ omneſ triumphoſq; hoc in loco nuncupare: equato non modo Alexandri Magni reꝝ fulgore: ſed etiam Herculiſ ꝓpe ac Liberi patriſ. Igit̄ Sicila recuperata: unde primum Syllanuſ in rei publice cauſa exorienſ auſpicatuſ eſt Africa uero tota ſubacta & in ditionē redacta: Magniq; nomine ſibi tum inde capto Equeſ Romanuſ id quod antea nemo corru triūphali reuectuſ eſt. Et ſtatim ad ſoliſ occaſum tranſgreſſuſ excitatiſ in Pyrreno tropheiſ: oppida octingenta .lxxvi. ab alpibuſ ad fineſ Hiſpanie ulterioriſ ī ditione redacta: uictore ſue aſcripſit. & maiore animo Sertorium domuit. belloq; ciuili quod omnia concuciebat externa extincto. iterum triumphaleſ curruſ equeſ Romanuſ induxit. Totienſ imperator anteq̄ mileſ. Poſtea ad tota maria & deinde ſoliſ ortuſ miſſuſ hoſ retulit patrie tituloſ more ſacriſ certaminibuſ uincentium: neq; enim ipſi coronantur ſed patriaſ ſuaſ coronant: hoſ ergo honoreſ urbi tribuit. in delubro Minerue quod ex manibuſ dicabat. Cn. Pompeiuſ Magnuſ Imperator bello. xxx. annoꝝ confecto fuſiſ fugatiſ occiſiſ in deditionem acceptiſ hominum cētieſ uicieſ ſemel octuagīta tribuſ milibuſ. Depreſſiſ aut captiſ nauibuſ .d.ccc.xlvi. Oppiſ caſtelliſ mille quingentiſ .xxxviii. in fidem receptiſ: terriſ a Moetiſ lacu ad Rubꝝ mare ſubactiſ uotum merito Minerue. Hoc eſt breuiarium eiuſ ab oriente. Triumphi uero quem duxit ad .iii. Kalen. Octob. M. Meſſella. M. Piſone Coñſſ. prefatio hec fuit. Cum oram maritimam a predonibuſ liberaſſet: & Imperium mariſ Populo Romano reſtituiſſet: de Aſia Ponto Armenia Paphlagōia Cappadocia Cilicia Syria Scythiſ Iudeiſ Albaniſ Hiberia Inſula Creta

Baſterniſ: & ſuper hec de Regibuſ Mithridate atq; Tigrane triumphauit. Summa ſummarum in illo gloria fuit: ut ipſe in contione dixit: cũ de rebuſ ſuiſ diſſereret. Aſiã ultimam prouĩciaꝝ accepiſſe: eandemq; mediam patrie reddidiſſe. Si quiſ e conrrario ſimili modo uelit percenſere Ceſariſ reſ: qui maior illo apparuit: totum profecto terrarum orbem enumeret; quod infinitum eſſe conueniet.

CAP. XXVIII. Lauſ Catoniſ primi.

Eteriſ uirtutum generibuſ uarie & multi fuere preſtanteſ. Cato primuſ Portie gentiſ treſ ſummaſ in homine reſ preſtitiſſe exſtimatuſ eſt. optimuſ orator. optimuſ Imperator. optimuſ Senator. Que mihi oĩa etiã ſi nõ priuſ attamẽ clariuſ fuiſſe in Scipione Emiliano uidẽtur. Dẽpto preterea plurimoꝝ odio quo Cato laborauit Itaq; ſit propriũ Catoniſ quater & quadragieſ cauſã dixiſſe: nec quenq̃ ſepiuſ poſtulatum. & ſemper abſolutum.

CAP. XXVIIII. De fortitudine.

Ortitudo in quo maxime extiterit: immenſe queſtioniſ eſt utiq; ſi recipiatur poetica fabuloſitaſ: Q. Enniuſ. T. Cecilium Teucrũ: fratremq; eiuſ precipue miratuſ: propter eoſ ſextum annalẽ adiecit. L. Siciniuſ Dentatuſ qui Tribunuſ plebiſ fuit. Sp. Tarpeio. A. Thermo. Coñſſ. haud multo poſt exactoſ Regeſ innumeroſiſſima ſuffragia habet centieſ uicieſ preliatuſ octieſ ex prouocatione uictor. xlv. cicatricibuſ aduerſo corpore inſigniſ nulla in tergo. Item ſpolia cepit. xxxiiii. Donatuſ haſtiſ puriſ duodeuiginti. Phaleriſ. xxv. Torquibuſ tribuſ &. lxxx. Armilliſ. clx. Coroniſ. xxvi. Ciuiciſ. xiiii. Aureiſ. viii. Muralibuſ tribuſ. Obſidionali una. Fiſco milibuſ eriſ. x. Captiuiſ. xx. milibuſ. Imperatoreſ nouem ipſiuſ maxime opera triũphanteſ ſecutuſ. Preterea: quod optimum in operibuſ eiuſ reor: uno ex ducibuſ. T. Romulo ex Conſulatu ad Populum conuicto male acti imperii rei militariſ. Haud minora forent Manlii Capitolini decora. ni perdidiſſet illa exitu uite ante. xvii. ãnoſ bina ceperat ſpolia. Primuſ omnium equeſ coronam muralem acceperat. vi. ciuitaſ xxxvii. dona. xxxiii. cicatriceſ aduerſo corpore exceperat. P. Seruiliũ Magiſtrũ equitum ſeruauerat. ipſe uulneratuſ humerum ac femur. Super omnia capitolium ſũmamq; rem in eo ſoluſ a Galliſ ſeruauerat. ſi non Regno ſuo ſeruaſſet.

CAP. XXX. De felicitate fortune. M. Sergii.

Erum ſunt in hiſ quidem uirtutiſ opera magna: ſed maiore fortune. M. Sergio ut equidẽ arbitror nemo quenq̃ hominũ iure pretulerit licet pronepoſ Catilina gratiam nomini deroget. Secundo ſtipendio dextram manũ perdidit. Stipendiiſ duobuſ ter & uicieſ uulneratuſ eſt. ob id neutra manu neutro pede ſatiſ utiliſ. Vno tantũ ſeruo plurimiſ poſtea ſtipendiiſ debiliſ mileſ. Biſ ab Annibale captuſ: neq; enim cum quolibet hoſte reſ fuit: Biſ uinculorum eiuſ profuguſ in. xx. menſibuſ nullo non die in Catheniſ aut compedibuſ cuſtodituſ. Siniſtra manu ſola quater pugnauit. Duobuſ equiſ inſidente eo ſuffoſſiſ. Dextram ſibi fecit ferreã; eaq; religata preliatuſ. Cremonam obſidione exemit. Placentiã tutatuſ eſt. Duodena caſtra hoſtiũ in Gallia cepit Que omnia ex oratione eiuſ apparent habita cum in pretura ſacriſ arceretur a Collegiſ ut debiliſ. Quoſ hic coronarum aceruoſ conſtructuruſ hoſte mutato? etenĩ plurimum refert in que cuiuſq; uirtuſ tempora inciderit. Quaſ Trebia Ticinuſq; aut Traſimenuſ ciuitaſ coronaſ dedere? Que Canniſ corona merita? unde fugiſſe uirtutiſ ſummũ opuſ fuit. Ceteri profecto uictoreſ hoĩum fuere: Sergiuſ uicit etiã fortuna.

CAP. XXXI. Diuerſe laudeſ plurimorum ingenioꝝ.

Ingeniorum glorie quiſ poſſit agere delectum per tot diſciplinaꝝ genera & tantum rerum operumq; uarietatem? niſi forte Homero uate Greco: nullum feliciorem extiſſe conuenit: ſiue operiſ fortuna ſiue materia eſtimetur. Itaq; Alexander Magnuſ etenim inſignibuſ iudiciiſ optime citraq; inuidiã tam ſuperba cenſura peragetur: inter ſpolia Darii Perſarum Regiſ unguentorum ſcrinio capto quod erat auro: gemmiſq; ac margaritiſ precioſum: uariuſ eiuſ uſuſ amiciſ demonſtrantibuſ: quando tedebat unguenti bellatorem & militia ſordidum: immo hercule inquit. libroꝝ Homeri cuſtodie detur: ut precioſiſſimum humani animi opuſ q̃ maxime diuiti opere ſeruaretur. Idem Pindari uatiſ familie: penatibuſq; iuſſit parce cũ Thebaſ raperet. Ariſtoteliſ Philoſophi patriam ſuam credidit. tanteq; rerum claritati tam benignum teſtimoniũ miſcuit. Archilochi poete interfectoreſ Appollo arguit Delphiſ. Sophoclẽ Tragici coturni principem defunctum ſepelire Liber pater iuſſit obſidentibuſ menia Lacedemoniiſ Lyſandro eorum Rege in quiete ſepiuſ admonito: ut pateretur humari deliciaſ ſuaſ. Requiſiuit Rex. quiſ ſupremum diem Atheniſ obiſſet. nec difficulter ex iiſ que deuſ ſignificaſſet: intellexit. pacemq; funeri dedit.

CAP. XXXII. De Platone Eſchine: Thucydide: Menãdro: Poſidonio & Iſocrate.

Latoni ſapiẽtie antiſtiti Dioniſiuſ Tyannuſ aliaſ ſeuicie ſupbieq; natuſ uittatã nauem miſit obuiam ipſe quadrigiſ albiſ egredientem in littore excepit. Viginti talentiſ unam orationem Iſocrateſ uendidit. Eſthineſ Athenienſiſ ſummuſ orator cum accuſationẽ qua fuerat uſuſ: Rhodi legiſſet: legit & defenſionẽ Demoſtheniſ ob quã in illud depulſuſ fuerat exſilium. mirantibuſq;: tum magiſ fuiſſe miraturoſ dixit ſi ip̃m orantem audiuiſſent teſtiſ ingenſ factuſ inimici. Thucididem imperatorem Atheniẽſeſ in exilium egere: Rerum conditorem reuocauere. eloquentiam mirati cuiuſ uirtutem damnauerant. Magnum & Menandro in Comico ſocco teſtimoniũ Regum Egypt & Macedonie contigit claſſe & per legatoſ petito. Maiuſ ex ipſo. Regie fortune p̄lata litterarum conſcientia. Perhibuere & Romani proceres etiam exteriſ teſtimõia: Cn. Pompeiuſ confecto Mithridatico bello intraturuſ Poſſidonii ſapientie ꝓfeſſione clari domum: foreſ percuti de more a lictore uetuit: & faſceſ lictorioſ ianue ſubmiſit iſ cui ſe orienſ occidenſq; ſubmiſerat Cato Cenſoriuſ in illa nobili trium ſapientie ꝓceꝝ ab Atheniſ legatione audito Carneade: quam primum legatoſ eoſ cenſuit dimittendoſ quoniam illo uiro argumentante: quid ueri eſſet haud facile diſcerni poſſet. Quanta morum commutatio? ille ſempet alioqui exitiali appellanſ nomine uniuerſoſ ex Italia pellendoſ cenſuit grecoſ. At pronepoſ eiuſ Vticenſiſ Cato unum ex tribunatu militũ phyloſophum alterum ex Cypria legatione deportauit. Eandemq; linguã ex duobuſ Catonibuſ in illo abieciſſe: in hoc importaſſe mirabile eſt. Sed & noſtrorum gloriam percenſeamuſ. Prior Africanuſ. Q. Ennii ſtatuam ſepulchro ſuo imponi iuſſit. Clarũq; illud nomen: immo uero ſpolium ex tertia orbiſ parte raptum in cinere ſupremo cum poete titulo legi. Diuuſ Auguſtuſ carmina Virgilii cremari contra teſtamenti eiuſ uerecundiam uetuit. Maiuſq; ita uati teſtimonium contigit: quam ſi ipſe ſua carmina ꝓbauiſſet. M. Varroniſ in biblyotheca: que prima ĩ orbe ab Aſinio Pollione de manubuſ publicata Rome eſt uniuſ uiuentiſ poſita imago eſt. Haud minore ut equidem reor: gloria principe oratore & ciue ex illa ingenioꝝ que tunc fuit multitudine uni hanc coronam dante quam cum eidem magnuſ Pompeiuſ pyratico ex bello naualem dedit. Innumerabilia deinde ſunt exempla Romana: ſi perſequi libeat: cũ plureſ una genſ in quocunq; genere eximioſtulerit: q̃ cetere terre.

CAP. XXXIII. M. Tullii. laudeſ.

Ed quo &. T. M. Tulli piaculo taceā? quo ue maxime excellentem inſigni p̄dicem? quo potiuſ q̃ uniuerſi populi & illiuſ gētiſ ampliſſimo teſtimonio: & tota uita tua Conſulatuſ tantum operibuſ electuſ? Te dicente legem agrariam: hoc eſt alimenta ſua abdicarunt tribuſ. Te ſuadente Roſcio theatraliſ ſeditioniſ autori legeſ ignouerunt: notataſq; ſe ignominie diſcrimine equo animo tulerunt. Te orante proſcriptorum liberoſ honoreſ petere puduit. Tuum Catilina fugit ingenium. Tu. M. Antonium proſcripſiſti. Salue prime omniū parenſ patrie appellate: prime in Toga triūphum lingueq; laureā merite: & facūdie litterarūq; latinaꝝ parenſ eoque: ut Dictator Ceſar hoſtiſ quondam tuuſ de te ſcripſit: omnium triumphorum laureā adepte maiorem. Quanto pluſ eſt ingenii Romani terminoſ in tantū promouiſſe: q̃ imperii.

CAP. XXXIIII. De morum honeſtate.

Eliquiſ animi boniſ preſtitere & ceteroſ mortaleſ ſapientia. ob id Cati Corculi apud Romanoſ cognominati. apud Grecoſ Socrateſ oraculo Apolliniſ Phytii prelatuſ cunctiſ.

CAP. XXXV. De auctoritate.

Vrſuſ mortaleſ oraculorum ſocietatem dedere Chiloni Lacedemonio: tria precepta eiuſ Delphiſ conſecrando aureiſ litteriſ: que ſunt hec. Noſſe ſe quenque. Et nihil nimium cupere. Comiteq; eriſ alieni atq; litiſ eſſe ſponſionem. Quin & funuſ eiuſ cum uictore filio Olympie expiraſſet: gaudio tota Grecia proſecuta eſt.

CAP. XXXVI. De diuinatate.

Iuinitaſ & quedam celitum ſocietaſ nobiliſſima ex feminiſ in Sybilla fuit: ex uiriſ in Melampode apud Grecoſ: apud Romanoſ in Martio.

CAP: XXXVII. De naſica optimo uiro.

Ir optimnſ ſemel a cōdito euo iudicatuſ eſt Scipio Naſica a iurato Senatu. Idē in toga candida biſ repulſa notatuſ a populo. in ſumma ei in patria mori non licuit. Nō hercule magiſ q̃ extra uincula illi ſapiētiſſīo ab Apolline iudicato Socrati.

CAP. XXXVIII. De pudicitia.

Vdiciſſima femina ſemel matronarum ſententia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia: uxor Fuluii Flacci electa ex centum precipuiſ que ſimulacrum Veneriſ ex Sybilliniſ libriſ dedicaret. Iterum religioniſ experimento: a Claudia inducta Romam deorum matre.

CAP. XXXVIIII. De pietate.

Ietatiſ exempla infinita quidem toto orbe extitere: ſed Rome unum cui comparari cuncta non poſſint. Humeliſ in plebe & ideo ignobiliſ puerpera ſupplici cauſa carcere incluſam matrem cum impetraſſet additum a ianitore ſemper curāte necquid inferret cibi: deprehenſa ē uberibuſ ſuiſ alenſ. Quo miraculo matri ſaluſ donata filie pietate eſt. Ambeq; perpetuiſ alimentiſ. Et locuſ ille eidem conſecratuſ eſt dee. C. Quintio. M. Attilio Conſulibuſ templo pietatiſ extructo: in illiuſ carceriſ ſede ubi nunc Marcelli theatrum eſt. Grachorum pater anguibuſ apprehenſiſ in domo cum reſponderetur ipſum uicturum: alteriuſ ſexu interempto: immo uero inquit meum necate. Cornelia enim iuueniſ eſt: & parere adhuc poteſt. hoc erat uxori parcere & rei publice conſulere: idq; mox conſecutum eſt. M. Lepiduſ Apuleie uxoriſ caritate poſt repudium obiit. P. Rutiliuſ morbo. leui impedituſ nuntiata fratriſ repulſa in Conſulatuſ petitione illico exſpirauit. Publiuſ Catienuſ philotimuſ patronū adeo dilexit: ut ereſ omnibuſ boniſ inſtitutuſ in rogum eiuſ ſe iaceret.

CAP. XL. De Plurimarū artiū Sciẽtia: Aſtrologia: Grammatica: Medicina: Architectura.

Ariarum artium ſcientia innumerabileſ enituere: quoſ tamẽ attigi par ſit florẽ hominum libantibuſ. Aſtrologia Beroſuſ cui ob diuinaſ predictioneſ Atheniẽſeſ publice in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuere. Grammatica Apollodoruſ cui Amphictioneſ Grecie honorem habuere. Hippocrateſ medecina qui uenientem ab Illiriiſ peſtilentiam predixit. & diſcipuloſ ad auxiliandū circa orbeſ dimiſit. Quod ob meritum honoreſ illiſ quoſ Hercoli decreuit Grecia. Eandem ſcientiam in Theombroto Ptolomeuſ Rex Magalenſibuſ ſacriſ donauit centū talentiſ ſeruato Antiocho Rege. Magna & Critobulo fama ẽ extracta Philippi Regiſ oculo ſagitta. & citra deformitatem oriſ curata orbitate luminiſ: Sūma autem Aſclepiadeſ Pruſienſiſ condita noua ſecta ſpreta Legatiſ & pollicitationibuſ Mithridatiſ Regiſ: reperta ratiōe qua uinū egriſ medetur: relato e funere homine & conſeruato: ſed maxime ſponſiōe facta cum fortuna ne medicuſ crederetur: ſi unq̃ inualiduſ ullo modo fuiſſet ipſe: & uictor ſuprema in ſenecta lapſu ſcolaꝝ exanimatuſ eſt. Grande & Archimedi Geometrice ac Machinaliſ ſciente teſtimonium. M. Marcelli contigit: interdicto cum Syracuſe caperentur: ne uiolaretur unuſ: niſi fefelliſſet imperiū militariſ imprudẽtia Laudatuſ & Chreſiphon Gnoſiuſ ede Epheſie Diane admirabiliter fabricata. Philō Atheniſ armamentario mille nauium. Chtheſibuſ pneumatica ratione & hydraulicuſ organiſ repertiſ. Dinocrateſ metatuſ Alexandro condente in Egypto Alexandriam. Idem hic Imꝑator edixit: ne quiſ ipſū aliuſ q̃ Apelleſ pingeret q̃ Pyrgoteleſ ſculperet q̃ Lyſippuſ ex ere duceret: que arteſ pluribuſ inclaruere exempliſ.

CAP. XLI. Item mira opera artificum.

Riſtidiſ Thebani pictoriſ unā tabulam centū talentiſ Rex Attaluſ licitatuſ eſt. Octoginta emit duaſ Cæſar Dictator Mdeam & Aiacem Timomachi in templo uenerĭſ genetriciſ dicaturuſ. Candauleſ Rex Bularchi picturam Magnetum exitii haud mediocriſ pari ponderiſ rependit auro. Rhodum nō incendit Rex Demetriuſ Expugnator cognominatuſ ne tabulā Protegeniſ cremaret a parte ea muri locatam. Praxiteleſ marmore nobilitatuſ eſt: Gnidiaq; uenere ꝓcipue. ueſano amore cuiuſdam iuueniſ inſigni & Nicomediſ eſtimatione Regiſ grandi Gnidioꝝ ere alieno permutare eam conati. Phidie Iupiter Olymppiuſ cotidie teſtimonium perhibet. Mentori Capitolinuſ. & Diana Epheſia: quibuſ fuere conſecrata artiſ eiuſ uaſa.

CAP. XLII. De Seruitiiſ.

Recium hominiſ in ſeruitio geniti maximū ad hanc diem quod equidem comperim fuit grammatice artiſ Daphnidiſ. Cn. Piſaurenſe uendente & . M. Scauro Principe ciuitatiſ .iii. M.dcc. ſeſtertiiſ licente. Exceſſere hoc in noſtro euo nec modice hiſtrioneſ. Sed libertatem ſuam mercati. Quippe cū iam apud maioreſ Roſciuſ hiſtrio .iii. M. d. Anniam mercaſſe prodatur. niſi ſiqſ in hoc loco deſiderat Armeniaci belli paulo ante propter Tyridaten geſti Diſpenſatorem quem nero .iii. c. xxx. manumiſit. Sed hoc precium belli non hominiſ fuit. Tam hercule q̃ libidiniſ non forme Paronetemi ſpadoniſ Seiano .iii. M. d. mercante Sutorio Priſco. Quam quidē iniuriam lucri fecit ille mercatuſ in luctu ciuitatiſ: quoniam arguere nulli uacabat.

CAP. XLIII. De præſtantia gentinm & fælicitate.

Entium in toto orbe preſtantiſſima una omni uirtute haud dubie Romana extitit Felicitaſ cui precipua fuerit homini non eſt humani iudicii: cum proſperitatem ipſam aliuſ alio modo & ſuopte ingenio quiſq; terminet. Si uerum facere iudicium uolumuſ:ac repudiata omni fortune ambitione decernere mortaliū nemo ē felix. Abunde igitur atq; indulgenter fortuna deciditur cū eo: qui iure dici nō īfelix poteſt. Quippe ut alia non ſint: certe ne laſſeſcat fortuna metoſ eſt. Quo ſemel recepto ſolida felicitaſ non ē. Quid quod nemo mortalium omnibuſ horiſ ſapit. utināq; falſum hoc & nō a uate dictum q̃ plurimi iudicēt. Vana mortalitaſ & ad circunſcribendam ſe ipſam ingenioſa: cōputat more Thracie gentiſ que calculoſ colore diſtinctoſ pro experimento cuiuſq; diei in urnā condit: ac ſupremo die ſeparatoſ dinumerat atq; ita de unoquoq; pronunciat. Quid quod iſte calculi candore illo laudatuſ dieſ originem mali habuit? q̃ multoſ accepta afflixere imperia? q̃ multoſ bona perdidere & ultimiſ merſere ſuppliciſ. iſta nimirum bona ſi cui inter illa hora in gaudio fuit. Ita eſt profecto. aliuſ de alio iudicat dieſ. & tamen ſupremuſ de omniboſ. Ideoq; nulliſ credendum eſt. Quid quod bona maliſ paria non ſunt etiam pari numero? nec letitia ullo minimo merore penſanda. Heu uana & imprudenſ diligentia: numeruſ dierum computatur ubi quritur ponduſ.

CAP. XLIIII. De felicitate feminarum: & familiarum.

Na feminarum in omni euo Lampido Lacedemonia refertur: que regiſ filia: regiſ uxor regiſ mater fuit. Vna Berenice que filia ſoror mater Olympionicarum. Vua familia Curionum: in qua treſ continua ſerie Oratoreſ extiterunt. Vna Fabiorum in qua treſ continui Principeſ Senatuſ. M. Fabiuſ Ambuſtuſ. Fabiuſ Rutilanuſ filiuſ. Q Fabiuſ Gurgeſ nepoſ.

CAP. XLV. Varia exempla fortune.

Etera exempla fortune uariantiſ innumera ſunt: etenim que facit magna gaudia niſi ex maliſ? aut que mala immenſa: niſi ex ingentibuſ gaudiſ? Seruauit ꝑſcriptum a Sylla. M. Fiduſtium Senatorem anniſ. xxx. vi. Sed iteꝝ proſcriptuſ. ſuperſteſ Sylle uixit uſq; ad Antonium. Conſtatq; nulla alia de cauſa ab eo ꝑſcriptū q̃ quia proſcriptuſ fuiſſet. Triumphare. P. Ventidium de Parthiſ uoluit quidē ſolū ſed eundem in Triumpho Aſculano. Cn. Pompeii Straboniſ duxit puerum. Quanq̃ Maſuriuſ autor eſt biſ in triumpho ductum. Cicero mulionē Caſtrenſem frumētariū fuiſſe. Plurimi iuuentā inopem in caliga militari toleraſſe. Fuit & Balbuſ Corneliuſ Maior Conſul. Sed accuſatuſ atq; de iure uirgarum in indicum exilium miſſuſ. Primuſ externoꝝ atq; etiam in Oceano genitorum uſuſ illo honore: quem maioreſ Latio quoq; negauerunt. Eſt. &. L. Fuluiuſ inter inſignia exempla Thuſculanorum rebellantium Conſul: eodem quoq; honore & perfuga exornatuſ confeſtim a populo Romano. qui ſoluſ eodem anno quo fuerat hoſtiſ: Rome triumphauit ex iiſ quorū Conſul fuerat: Vnuſ hominum ad hoc eui Feliciſ ſibi cognomen aſſeruit. L. Sylla Ciuile nempe ſanguine ac patrie oppugnatione adoptatuſ & quibuſdam felicitatiſ inductuſ argumentiſ ꝙ proſcribere tot milia ciuium ac trucidare potuiſſet. O praua interpretatio & futuro tempore infelix. Non melioriſ ſortiſ tunc fuere pereunteſ: quorum miſeremur hodie: cum Syllam nemo adorat? Age non exituſ uite eiuſ oīum proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit: erodenti ſe ipſo corpore & ſupplicia ſibi gignente? quod ut diſſimulauerit: & ſupremo ſomno eiuſ cū murtuuſ quodāmodo eſt: credamuſ ab uno illo inuidiam gloria uictam. hoc tñ nempe felicitati ſue defuiſſe confeſſuſ eſt: ꝙ Capitolium non dedicauiſſet.

CAP. XLVI. De. Q. Metello & filio eiuſ.

. Metelluſ in ea oratione quam habuit in ſupremiſ laudibuſ patriſ ſui. L. Metelli Pontificiſ. biſ Conſuliſ. Dictatoriſ. Magiſtri equitum. Quindecimuiri agriſ dādiſ qui primuſ elephantoſ primo Punico bello duxit in triumpho. ſcriptum reliquit. Decem maximaſ reſ: optimaſq; in quibuſq; reddendiſ ſapienteſ etatem exigerent: conſummaſſe eum. uoluiſſe enim primarium bellatorem eſſe. Optimum oratorem. Fortiſſimum Imperatorē. Auſpicio ſuo maximaſ reſ geri. Maximo honore uti. Summa ſapientia eſſe. Summum Senatorem haberi. Pecuniam magnam bono modo inuenire Multoſ liberoſ relinquere. Et clariſſimū in ciuitate eſſe. Hec contigiſſe ei: nec ulli alii poſt Romam conditā. Longum eſt refellere & ſuperuacuū: abunde uno caſu refutante. Siquidem iſ Metelluſ orbam luminibuſ exegit ſenectam amiſſiſ incendio cum palladium raperet ex ede Veſte: memorabili cauſa: ſed euentu miſero. Quo fit ut infelix quidem dici non debeat: felix tamē eſſe non poſſit. Tribuit ei Populuſ Romanuſ quod nunq̄ ulli alii ab condito euo: ut quotienſ in Senatum iret: curru ueheretur ad curiam. Magnum & ſublime: Sed pro oculiſ datum. Huiuſ quoq;. Q. Metelli qui illa de patre dixerat filiuſ inter felicitatiſ humane exempla numaratur. Nam preter honoreſ ampliſſimoſ: cognomenq; Macedonie a quattuor filiiſ illatuſ eſt rogo. uno pretore: tribuſ Conſularibuſ: duobuſ Triūphalibuſ. uno Cenſorio. que ſingula quoq; paucis contigere. In ipſo tamē flore dignitatiſ ſue ab Catinio Labeone; cui cognomē fuit Macerioni Tribuno plebiſ quem e Senatu Cenſor eiecerat: reuertenſ e campo meridiano tēpore uacuo foro & Capitolio ad Tarpeium raptuſ ut precipitaretur: cōuolāte quidem tam numeroſa illa cohorte que patrem eū appellabat. Sed ut neceſſe erat in ſubito tarde & tanq̄ in exequiaſ cū reſiſtēdi ſacroq; ſanctū collegiū repellēdi iuſ non eſſet: uirtutiſ ſue opera & cenſura periturus egre Tribuno qui intercederet: reperto a limine ipſo mortiſ reuocatuſ alieno beneficio poſtea uixit. Boniſ inde etiam conſecratiſ a dānatu ſuo tanq̄ paꝝ eſſet faucium certe intortaru mexpreſſiq; ꝑ aureſ ſaguiniſ penam exactam eſſe equidem & Africani Emiliani inimicum fuiſſe inter calamitateſ duxerim: ipſo teſte Macedonico. Siquidem liberiſ dixit. Ite filii celebrate exequiaſ nunq̄ ciuiſ maioriſ funuſ uidebitiſ. Et hoc dicebat iā Balearici compoſ Diadematiſ iam Macedonicuſ ipſe. Verum ut illa ſola iniuria eſtimetur: Quiſ hunc iure felicem dixerit piclitatum ad libidinem inimici? nec Africanum ante perire nec hoſteſ uiciſſe tanti fuit? Aut quoſ non honoreſ curruſq; illa ſua uiolentia fortuna retroegit per mediam urbem Cenſore tracto? Et enim ſola hec moriēdi ratio fuerat: tracto in Capitolium illo: in quot triumphanſ ipſe deorū exuuiiſ ne captiuoſ quidē ſic traxerat Maiuſ hoc ſceluſ felicitate conſecuta factum eſt periclitato Macedonico uel funuſ tantum ac tale perdere: in quo a triumphalibuſ liberiſ portaretur in rogum uelut ex equiiſ quoq; triumphanſ. Nulla eſt profecto ſolida felicitaſ: q̄m contumelia ulla uite rumpit ne dum tanta. Quod ſupeſt: neſcio maior glorie an indignationi dolor accedat: inter tot Metelloſ tam ſceleratam Catinii audaciam ſemper fuiſſe inultam.

CAP. XLVII. De Diuo Auguſto.

N Diuo quoq; Auguſto: quem uniuerſa mortalitaſ in hac Cenſura nuncupat: ſi diligenter eſtimentur cuncta nunq̄ tam magna ſortiſ humane reperient̄ uolumina. Repulſa in Magiſterio equitū apud auúculum. & contra petitionem eiuſ prelatuſ Lepiduſ. Proſcriptioniſ inuidia in collegam. Collegium in triumuiratu peſſimoꝝ ciuium. nec equa ſaltem portione: ſed pregraui Antonio. Philippenſi prelio. morbo. fuga. latebra triduo in palude egrotiſ. Et ut fatentur Agrippa & Mecenaſ aqua ſubter cutem fuſa. Turgida latera. Naufragia ſicula. Et ália ibi quoq; in ſpelunca occultatio. Iam in nauali fuga urgente hoſtiū manu preceſ pro periculo mortiſ admote. Cura peruſine contentioniſ. Sollicitudo Martiſ actiaci. Pannonici belli

Ruine in curru. Tot ſeditióeſ militú. Tot ancipiteſ morbi corporiſ. Suſpecta Marcelli uota. Pudenda Agrippe ablegatio. Totiéſ petita inſidiiſ uita. Incuſate liberorú morteſ. luctuſq; non tantum orbitate triſteſ. Adulterium filie. Et conſilia patricide palam facta. Contumelioſuſ priuigni Neroniſ ſeceſſuſ. Aliud neptiſ adulteriú. Iúcta deinde tot mala. Inopia ſtipendii. Rebellio Illyrici. Seruitioꝝ dilectuſ. Iuuentutiſ penuria. Peſtilentia urbiſ. Fameſ ſitiſq; Italie. Deſtinatio expirandi. Et quatridui inedia maior parſ mortiſ in corpuſ recepta. Iuxta hec Variano cladeſ. & maieſtatiſ eiuſ feda ſuggillatio. Abdicatio Poſthumi Agrippe poſt adoptioné. Deſiderium poſt relegationem. Inde ſuſpicio in Fanniorum Varronúq; prodintioem. Hinc uxoriſ & Tyberii cogitationeſ ſuprema eiuſ cura. In ſumma deuſ ille celumq; neſcio adeptuſ magiſ an merituſ herede non ſuo filio exceſſit.

CAP. XLVIII. Quoſ Beatiſſimoſ dii iudicauerint.

Vbeunt in hac reputatione Delphica oracula uelut ad caſtigandam hominum uanitatem adeo emiſſa: duo ſunt hec. Phedium feliciſſimum qui pro patria ꝓximo occubuiſſet. Iterum a Gyge Rege tunc ampliſſimo terrarum couſultum Aglaum Prophodium eſſe feliciorem. Senior hic in Anguſtiſſimo Arcadie angulo paruú ſed annuiſ uictibuſ large ſufficienſ predium colebat. nunq̃ ex eo egreſſuſ. Vtq; e uite genere manifeſtum eſt: minima cupidine minimum in uita mali expertuſ.

CAP. XLVIIII. Quem uiuentem ut deum coli iuſſerint.

Onſecratuſ eſt uiuuſ ſentienſq; oraculi eiuſdé iuſſu & Iouiſ deorum ſummi aſtipulatu Eutimuſ poeta ſemꝑ Olympie uictor & ſemel uictuſ. Patria ei Locri in Italia. Ibi imaginé eiuſ eſſe. & olympie alteram eadem die tactam fulmine. Calimachum ut nihil aliud miratum uideo. ad eúq; iuſſiſſe ſacrificari. qđ & uiuo factitatú & mortuo. nihilq; adeo mirum aliud: q̃ hoc placuiſſe diiſ.

CAP. L. De Spaciiſ uite longiſſime.

E ſpatio atq; longinquitate uite hominú non locorum modo ſituſ: uerú exépla ac ſua cuiq; ſorſ naſcendi: incertum fecere. Heſioduſ qui primuſ de hoc aliqua prodidit: fabuloſe ut reor: multa de hominú euo referenſ Cornici noué noſtraſ attribuit etateſ. Quadruplú eiuſ ceruiſ id triplicatú coruiſ. & reliqua fabuloſiuſ. In Phenice ac Nymphiſ. Anacreon poeta Argantonio Tarteſioꝝ Regi. Cl. tribuit annoſ Cynire Cypriorum decé annoſ ampliuſ. Aegimio ducentoſ. Theopompuſ Epimenidi Gnoſio. cliii. Hellanicuſ quoſdam in Etolia Epiorun gentiſ ducentoſ explere. Cui aſtipulatur Damiateſ memoranſ Pictoreum ex iiſ precipuum corpore uiribuſq; etiam trecentiſ uixiſſe. Ephodoruſ Arcadum regeſ trecétiſ anniſ. Alexander & Corneliuſ Dandoné quendá in Illyrico quingentiſ uixiſſe. Xenophon impetrim pulutiniorum Inſule Regem. ſexcentiſ. atq; ut parce mentituſ filium eiuſ octingentiſ. Que omnia inſcitia tempoꝝ acciderunt. Annú enim alii eſtate unum determinabát: & alteꝝ hyeme. Alii quadripartitiſ temporibuſ ſicut Arcadeſ: quoꝝ anni trimeſtreſ fuere. Quidá lune ſenio: ut Egyptii. Itaq; apud eoſ aliqui & ſingula milia annorum uixiſſe ꝓdunt. Sed ut ad confeſſa eamuſ: Argantonium Gaditanum octoginta anniſ regnaſſe prope certum eſt. putant quadrageſimo cepiſſe. Maſiniſſam. lx. anniſ regnaſſe indubitatú eſt. Gorgiá Siculú centum octo uixiſſe. Q. Fabiuſ Maximuſ ſexaginta tribuſ ániſ Augur fuit. M. Perpenna & nuper. L. Voluſiuſ Saturninuſ oíum quoſ in Cóſulatu ſententiam rogauerant: ſuperſtiteſ fuere. Perpenna ſeptem reliquit ex iiſ quoſ Céſor legerat. uixit annoſ nonagintaocto. Qua in re & illud adnotare ſuccurrit: unú omnino quinquennium fuiſſe quo Senator nulluſ moreretur cum Flaccuſ & Albinuſ

Cenſoreſ luſtrum condidere: uſq; ad proximoſ Cenſoreſ ab anno urbiſ quingenteſimo ſeptuageſimonono. M. Valeriuſ Coruinuſ centū annoſ impleuit. Cuiuſ inter primū & ſextum Conſolatū .xlvi. anni fuere. Idem ſella curuli ſemel ac uicieſ ſedit: quotiẽſ nemo aliuſ. Equauit eiuſuite ſpatium Metelluſ Pontifex. Et ex feminiſ Liuia Rutilia nonaginta ſeptem annoſ exceſſit. Statilia Claudio Principe ex nobili domo: nonagintanouem. Terentia Ciceroniſ .Ciii. Clodia Ofeli. Cxv. Hec qnidẽ etiā enixa quindecieſ. Luceia Mima centum anniſ in ſcena pronunciauit. Galeria Copiola Emboliaria: reducta eſt in ſcenā. Cn. Pompeio. Q. Sulpicio Coñſſ. ludiſ pro ſalute diui Auguſti uotiuiſ: annū centeſimūquartum agenſ. Que producta fuerat tyrocinio a M. Pompeio Edili plebiſ. C. Mario. Cn. Carbone Coñſſ. ante annoſ nonagintaunū. Et a Magno Pompeio magni theatri dedicatione anuſ pro miraculo reducta. Sammullam quoq; centū decem anniſ uixiſſe autor eſt Aſconiuſ Pedianuſ. Minuſ miror Stephanionẽ qui primuſ togatuſ ſaltare inſtituit: utriſq; ſecularibuſ ludiſ ſaltaſſe: & Diui Auguſti & quoſ Claudiuſ Ceſar Conſulatu ſuo quarto fecit quando ſexaginta treſ non ampliuſ anni interfuere. quanq̃ & poſtea diu uixerit. In Tmoli montiſ cacumine quod uocant Tempſint. cl. anniſ uiuere homineſ Mutianuſ autor eſt. Totidem annoſ item cenſū Claudii Ceſariſ Cenſura. T. Falloniū Bononienſẽ. idq; collatiſ cẽſibuſ quoſ ante detulerat: uiteq; argumẽtiſ: etenĩ id cure Principi erat: ueꝝ appuit.

CAP. LI. De uarietate naſcendi.

Oſcẽre uidetur locuſ ipſe ſyderaliſ ſcientie ſententiā. Epigeneſ. cxxii. ānoſ impleri negauit poſſe. Beroſuſ excedi centum ſeptemdecim. Durat & ea ratio quam Petoſyriſ ac Necepſoſ tradiderunt & Trimorion appellant a trium ſignorū portiõe qua poſſe in Italie tractu .cxxvii. ānoſ uite cõtingere apparet. Negauere ille queq̃ nonaginta partium exortiuā menſuram quod Anaphoraſ uocant tranſgredi: & haſ ipſaſ incidi occurſu maleficoꝝ ſyderum: aut etiā radiiſ eoꝝ ſoliſq;: Eſculapii ſententiam ſecuti: qui ſtatuta uite ſpatia a ſtelliſ accipi dicit. Sed q̃ntū primū tribuat: incertū ẽ Rara autem eſſe dicunt longiora tẽpora quādoquidẽ momẽtiſ horarū inſignibuſ lune dieꝝue ſeptem atq; .xxiiii. que nocte ac die obſeruant̃. ingenſ turba naſcatur: ſcanſili annoꝝ lege occidua: q̃ Climacteraſ appellāt: nõ fere ita genitiſ quinq̃geſimū q̃rtū annum excedentibuſ. Primū ergo artiſ ipſiuſ in conſtantia declarat q̃ incerta reſſit. Accedunt experimenta & exempla recentiſſimi cenſuſ quẽ ĩtra quadriẽniū Impatoreſ Ceſareſ Veſpaſiani pater filiuſq; Cenſoreſ egerunt. Nec ſunt omnia uaſaria excutienda. Medie tantū partiſ ĩter Apenninum Padumq; ponemuſ exẽpla. Centū uiginti natoſ annoſ Parme treſ edidere. Brexilli unum. cxxv. parme duoſ. c. xxx. placentie unum. c. xxxi. Fauentie unā mulierem. cxxxii. Bononie. L. Terentiū Marci filiū. Arimini uero. M. Apomum. C. &. L. Tertullam. cxxxvii. Citra Placentiā ĩ collibuſ oppidū eſt Velleiacium: in quo. cc. x. natoſ annoſ ſex detulere. Quattuor centenoſ uicenoſ. Vnuſ. cl. M. Mutiuſ. M. filiuſ Galriuſ Felix. Ac ne pluribuſ moremur in re confeſſa. In regione Italie-octaua centenū annoꝝ cenſi ſunt homineſ. liiii. Centenum denū homineſ. xiiii. Centenum uicenū quinū homineſ duo. Centenū tricenum homineſ quattuor. Centenum tricenumquinum aut ſeptenū totidẽ. Centenū quadragenum homineſ treſ. Alia mortalitatiſ incõſtantia. Homeruſ eadẽ nocte natoſ Hectorem & Polydamāta tradit: tā diuerſe ſortiſ uiroſ. C. Mario. C. Carbone. iii. Coñſſ. ad. v. Kalen. Iuniaſ. M. Ceciliuſ Ruffuſ & Corneliuſ Liciniuſ Caluuſ. eadẽ die geniti ſunt: oratoreſ quidem ambo: ſed tamẽ diſpari euentu. Hoc etiā iiſdem horiſ naſcẽtibuſ ĩ toto mūdo cotidie euenit. pariterq; domini ac ſerui gignūtur: Regeſ & ĩopeſ

Vite ſpatiū a ſtellis

CAP. LII. In moribuſ uaria exempla.

.Corneliuſ Ruffuſ qui Conſul cum Manio Curio fuit: dormienſ oculoꝝ uiſum amiſit: cū id ſibi accidere ſomniaret. E diuerſo Phalereuſ iam tum deploratuſ a medicíſ uomice morbo: cū mortē in acie quereret uulnerato pectore medicinā īuenit ex hoſte. Q. Fabiuſ Maximuſ Conſul apud flumē Iſaram prelio cōmiſſo aduerſuſ Allobrogum Regem Aruernorumq; genteſ ad. vi. Iduſ Auguſtaſ. cxxx. perduellium Ceſiſ: febri quartana liberatuſ eſt in acie. Incertum ac fragile nimirū eſt hoc munuſ nature quicquid datur nobiſ. Malignum uero & breue in iiſ etiam quibuſ largiſſime contingit. uniuerſū utiq; eui tempuſ intuētibuſ. Quid quod eſtimatiōe nocturne quiecíſ dimidio qſq; ſpatio uite ſue uiuit pars equa morti ſimiliſ exigitur aut pene niſi cōtigit quieſ. Nec reputātur infantie anni qui ſenſu carēt. Nec ſenecte in penā uiuaciſ tot periculoꝝ genera. tot. morbi. tot. metuſ. tot cure. totiēſ inuocata morte ut nullū frequētiuſ ſit uotum. Natura uero nihil hominibuſ breuitate uite preſtitit meliuſ hebeſcunt ſenſuſ membra torquentur. Premoritur uiſuſ. audituſ. inceſſuſ. Denteſ etiā ac ciborū inſtrumenta. & tamē uite hoc tempuſ annumeratur. Ergo pro miraculo & id ſolitarium reperitur exemplū. Xenophilum muſicū ducentiſ & quinq; anniſ uixiſſe ſine ullo corporiſ incommodo. At hercule reliquiſ omnibuſ per ſingulaſ membroꝝ ꝑteſ qualiter nulliſ aliiſ animalibuſ. certiſ peſtifer calor remeat horiſ aut rigor. neq; horiſ modo: ſed & diebuſ noctibuſq; triniſ q̄driniſue etiā toto anno. atq; etiā morbuſ eſt aliquiſ per ſapientiam mori. Morbiſ enim quoq; quaſdam legeſ natura impoſuit. Quadrini circuituſ febrē. nunq̄ bruma nunq̄ hyberniſ menſibuſ incipere. Quoſdam poſt ſexageſimū uite ſpatiū non accedere. Aliiſ pubertate deponi. a feminiſ precipue Seneſ minime ſentire peſtilentiā. Nanq; uniuerſiſ gentibuſ ingruūt morbi. & generatim modo ſeruitiiſ. modo ꝓcerū ordini alioſq; per graduſ. Qua in re obſeruatum in meridianiſ partibuſ ad occaſum ſoliſ peſtilentiam ſemper ire. nec unq̄ fere aliter fieri niſi hyeme. nec ut ternoſ excedat menſeſ.

CAP. LIII. De Signiſ mortiſ.

Am ſigna letalia in furoriſ morbo riſum. Sapientie uero egritudine fimbriarū curaſ & ſtragule ueſtiſ plicaturaſ. A ſomno morientiū neglectū ꝑgrandiſ humoriſ e corpore effluuium. in oculoꝝ quidem & nariū aſpectu indubitata maxime. etiam ſupino aſſidue cubitu. Venarū inequali aut formicāte percuſſu: & alia quoq; Hippocrati Principi medicine obſeruata ſunt. Et cū innumerabilia ſint mortiſ ſigna ſalutiſ ſecuritatiſq; nulla ſūt. Quippe cū Cenſoriuſ Cato ad filiū de ualitudiniſ quoq; obſeruatione ut ex oraculo aliquo prodiderit: ſenilem iuuentā premature mortiſ eſſe ſignum. Morboꝝ uero tā infinita eſt multitudo: ut Phereciděſ Syriuſ copia ſerpentium ex corpore eiuſ erumpente expirauerit. Quibuſdam perpetua febriſ eſt ut. C. Mecenati. Eidē triennio ſupremo nullo hore momento contigit ſomnuſ. Antipater Sydoniuſ poeta omnibuſ anniſ uno die natali tantum corripiebatur febre. & eo conſumptuſ eſt ſatiſ longa ſenecta.

CAP. LIIII. De hiſ qui elati reuixerunt.

Viola conſulariſ in rogo reuixit. & quoniā ſubueuiri non putuerat preualente flamma: uiuuſ crematuſ eſt. Similiſ cauſa in. L. Lamia Pretorio uiro traditur. Nam Celium Tuberonem Pretura functū a rogo relatū Meſſalla Rufuſ & pleriq; tradunt. Hec eſt condicio mortalium. Ad haſ & eiuſmodi occaſioneſ fortune gignimur: uti de homine ne forte morti quidem debeat credi. Reperimuſ inter exempla Hermoniſ Clazomenii animam relicto corpore errare ſolitam. uagāq; e longinquo multa ānuntiare: que niſi a p̄ſenti noſci nō poſſēt: corpore interim ſemianimi. donec cremato eo inimici qui Cātaride uocabant̄ remeanti anime uelut uaginā ademerint Ariſtei etiā uiſam euolantē ex ore in Procōneſo corui effigie. Magnaq; ſequitur hec fabuloſitate quā equidē & in Gnoſio Epimenide ſimili modo accipio. puerū eſtu & itinere feſſum in ſpecu ſeptem & quinquaginta dormiſſe anniſ rerum faciē mutationēq; mirantem uelut poſtero experectum die. hinc pari numero dieꝝ ſenio ingruēte: ut tñ in ſeptimū & quinquageſimū: atq; centeſemū uite duraret annum. Feminarum ſexuſ huic molo uidetur maxime oportunuſ cōuerſione uulue que ſi corrigatur: ſpirituſ reſtituit̄. Huc pertinet nobile illud apud Grecoſ uolumē Heraclidiſ ſeptem diebuſ femine exanimiſ ad uitam reuocate. Varro quoq; autor eſt Vigintiuiriſ agroſ diuidentibuſ Capue quendā qui efferret̄ foro domū remeaſſe pedibuſ. Hoc idē Aquini accidiſſe. Rome quoq; Corfidiū matertere ſue maritū funere locato reuixiſſe. & locatorem funeriſ ab eo elatū. Adiecit miracula que tota indicaſſe conueniat. E duobuſ fratribuſ Equeſtriſ ordiniſ Corfidio maiori accidiſſe: ut uideret̄ expiraſſe. aptoq; teſtamento recitatū heredē minorē funeri inſtitiſſe. Interim eū qui uidebatur extinctuſ plaudendo concinuiſſe myſteria. & narraſſe a fratre ſe ueniſſe. Cōmendatam ſibi filiam ab eo. Demonſtratū preterea quo in loco defodiſſet aurū nullo conſcio: & rogaſſe ut iſ funeribuſ que comparaſſent: afferretur. hoc eo narrante fratriſ domeſtici propere ānunciauere exanimatū illū. & auꝝ ubi dixerat: repertū eſt. Plena preterea uita eſt hiſ uaticiniiſ: ſed non conferenda cū ſepiuſ falſa ſint. ſicut ingēti exēplo docebimuſ. Bello Syculo Gabienuſ Ceſariſ claſſium fortiſſimuſ: captuſ a Sex. Pompeio iuſſu eiuſ inciſa ceruice & uix coherēte: iacuit ī littore tota die. Deinde cū aduesperauiſſet: gemitu precibuſq; congregata multitudine petiit: uti Pompeiuſ ad ſe ueniret: aut aliquem ex cariſ mitteret: ſe autē ab inferiſ remiſſum. habereq; quod nunciaret. Miſit plureſ Pompeiuſ ex amiciſ: quibuſ Gabienuſ dixit inferiſ diiſ placere Pompei cauſaſ & parteſ piaſ. Proinde euentum futurū quem optaret. hoc ſe nunciare iuſſum. Argumētū fore ueritatiſ ꝙ peractiſ mandatiſ protinuſ expiraturuſ eſſet. itq; ida euenit. Poſt ſepulturā quoq; uiſoꝝ exempla ſunt: niſi quod nature opera non prodigia conſectamur.

CAP. LV: De mortibuſ repentiniſ.

N primiſ autem miraculo ſunt atq; frequēter morteſ repentine: hec ē ſūma uite felicitaſ: quaſ eē naturaleſ docebimuſ. Plurimaſ prodidit uerriuſ. Noſ cū delectu modū ſeruauimuſ. Gaudio obiere preter Chilonē de quo diximuſ: Sophocleſ & Dionyſiuſ Sicilie tyrannuſ uterq; accepto Tragice uictorie nunctio. Mater pugna illa Cannenſi filio incolumi uiſo contra falſum nuntiū. Pudore Diodoruſ ſapientie dialectice profeſſor luſoria queſtione nō ꝓtinuſ ad interrogationeſ Stilboniſ diſſoluta. Nulliſ euidentibuſ cauſiſ obiere dū calciant̄ matutino duo Ceſareſ. Pretor. & Pretura Populi Romani functuſ Dictatoriſ Ceſariſ pater. hic Piſiſ exanimatuſ ille Rome Q. Fabiuſ Maximuſ in Conſulatu ſuo pridie Kal. Ianu. in cuiuſ locum. M. Orelliuſ pauciſſimaꝝ horarū Conſolatū petiit. Item. C. Vulcaciuſ Gurgeſ Senator: omneſ adeo ſani atq; tempeſtiuie ut de progrediendo cogitarent. Q. Emiliuſ Lepiduſ iā egredienſ incuſſo pollice limini cubiculi. C. Afidiuſ cū egreſſuſ in Senatū iret: offēſo pede in comitio. Legatuſ quoq; qui Rhodioꝝ cauſā in Senatu magna cū admiratione orauerat: in limine Curie protinuſ expirauit progredi uolenſ Cn. Bebiuſ Phāphiluſ Prefectura & ipſe functoſ cū a puero queſiſſet horaſ. A Pompeiuſ in Capitolio cum deuſ ſalutaſſe. M. Iuuentiuſ Thalna Conſul cum ſacrificaret. C. Ceruiliuſ

Panſa cum ſtaret in foro ad Tabernā hora diei ſecūda in . P. Panſam fratrē innixu. Bebiuſ iudex dum uadimoniū differri iubet. M. Terentiuſ Corax dum tabellaſ ſcribit in foro. Nec non & proximo anno dū Conſulari uiro in aurem dicit Equeſ Romanuſ ante Apollinem eboreum qui eſt in foro Auguſti. Super omneſ. C. Iuliuſ medicuſ dum inungit Specillum per oculum trahenſ. A. Manliuſ Torquatuſ Conſulariſ cum in cena placentam appeteret. L. Dutiuſ medicuſ Valla dū mulſi potionē haurit Ap. Saufeiuſ cum a balneo reuerſuſ mulſum bibiſſet: ouumq; ſorberet. P. Quintiuſ Scapula apud Aquiliū Gallū cenaret. Decimuſ Saufeiuſ Scriba cum domi ſue prāderet. Corneliuſ Galluſ Pretoriuſ: & Q. Heteriuſ Equeſ Romāoſ in Venere obiere Et quoſ noſtra annotauit etaſ duo Equeſtriſ ordiniſ in eodem Pantomimo mythico forma precellente. Operaſiſſima tamē ſecuritaſ mortiſ in. M. Ofilio Hylaro ab antiquiſ traditur. Comediaꝝ hiſtrione: cum populo admodum placuiſſet natali die ſuo: conuiuiumq; haberet edita cena calidam potionē in pultario popoſcit: ſimulq; ꝑſonā eiuſ diei acceptam intuenſ coronā e capite ſuo in eā tranſtulit: tali habitu rigēſ nullo ſententie: donec accubantium proximuſ tepeſcere potionem ammoneret. Hec felicia exempla. At contra miſeriarum innumera. L. Domitiuſ clariſſime gentiſ apud Maſſiliam uictuſ. Corfini captuſ ab eodē Ceſare ueneno poto propter tediū uite: poſtq̃ biberat: omni opere ut uiueret. annixuſ eſt. Inuenitur in actiſ Feliciſ Ruſſei aurigeiam igne illato in rogum eiuſ unum e fauentibuſ ieciſſe ſeſe friuolum dictu ne hoc glorie artificiſ daretur: aduerſiſ ſtudiiſ copia odorum corruptum criminantibuſ. Cum ante non multo Quintuſ Emiliuſ Lepiduſ nobiliſſime ſtirpiſ quem euenti anxietate diximuſ mortuū flamme ui e rogo eiectuſ recondi propter odorē nō potuiſſet: iuxta ſarmentiſ aliiſ nuduſ crematuſ eſt.

CAP. LVI. De Sepultura.

Pſum cremare apud Romanoſ non fuit ueteriſ inſtituti. terra condebātur. At poſtq̃ longinquiſ belliſ obrutoſ erui cognouere: tunc inſtitutum. & tñ multifarie priſcoſ ſeruauere rituſ. ſicut in Cornelia domo. Nemo ante Syllam Dictatorē traditur eſſe crematuſ. Idq; eum uoluiſſe ueritū talionem eruto. C. Marii cadauere. Sepultuſ uero intelligitur quoquomodo condituſ. Humatuſ uero humo contectuſ.

CAP. LVII. De Anima ſiue de manibuſ.

Oſt ſepulturam alie Manium ambageſ. Omnibuſ a ſuprema die eadē que ante primum. nec magiſ a morte ſenſuſ ulluſ aut corpori aut anime q̃ ante natalem. Eadem enim uanitaſ in futurum etiā. ſe propagat. & in mortiſ quoq; tempora ipa ſibi uita mentitur. aliaſ immortalitatē anime: aliaſ tranſfigurationem aliaſ ſenſum inferiſ dando & Maneſ colendo: deumq; faciendo qui iam etiam homo eſſe deſierit. Ceu ullo modo ſpirandi ratio homini a ceteriſ animalibuſ diſtet. Aut non diuturniora in uita multa reperiantur: quibuſ nemo ſimilem diuinat immortalitatem. Quod aūt corpuſ anime proſequit̄ materiam? ubi cogitatio illi? quomodo uiſuſ? audituſq;? aut qui tangit? qui uſuſ eiuſ? aut quod ſine hiſ bonum? Que deinde ſedeſ? quantaue multitudo tot ſeculiſ animarum? uelut umbrarum. Puerilium iſta deliramentoꝝ. Auideq; nuq̃ deſinere mortalitatiſ commenta ſunt. Similiſ & de aſſeruandiſ corporibuſ hominum ac reuiuiſcendiſ promiſſa a Democrito uanitaſ q nō reuixit ipſe que malū iſta demētia eſt: iterari uitam mortemq;? Que genitiſ quieſ unq̃: ſi in ſublimi ſenſuſ anime manet inter inferoſ umbre? Perdit ꝓfecto iſta dulcedo credulitaſq; precipuū nature bonū mortē. ac duplicat obitū ſi dolorē etiam poſt futuri eſtimationem inuenit. Etenim ſi dulce uiuere. cui poteſt eſſe. uixiſſe? At quanto faciliuſ certiuſq; ſibi queq; credere ac ſpecimen ſecuritatiſ antegenitali ſumere experimento?

CAP. LVIII. Quæ primo quiſ inuenerit in uita.

Onſentaneũ uidetur priuſq̃ digrediamur a natura hominũ: indicare que cuiuſq; ſcientia inuenta ſunt. Emere ac uendere inſtituit Liberpater. Idem Diadema Regum inſigne & triumphum inuenit. Cereſ frumenta cum antea glande ueſcerẽtur. Eadẽ molere & conficere. In Attica Italia & Sicilia: ob id dea iudicata Eadẽ prima legeſ dedit. Vt alii putauere Rhadamanthuſ. Litteraſ ſemp arbitror Aſſyriaſ fuiſſe. Sed alii apud Egyptioſ a Mercurio ut Geliuſ. Alii apud Syroſ repertaſ uolunt. Vtiq; in Greciam attuliſſe e phoenice Cadmum ſedecim numero .α.β.Γ.δ.ε.κ.ι.λ. μ.ν.ο.π.ρ.σ.τ.ψ. Quibuſ Troiano bello Palamedem adieciſſe quattuor hac figura.ζ.θ.φ.χ. Totidem poſt eum Simonidem medicum.ῡ.ζ.κ.ω. Quaꝝ omnium uiſ in noſtriſ recognoſcitur Ariſtoteleſ decẽetocto priſcaſ fuiſſe.α.β.Γ.δ.ε.ζ.κ.λ. μ.ν.ο.π.ξ.C.τ.ῡ.ψ. Et duaſ ab Epicharmo additaſ.θ.χ.q̃ a Palamede mauult. Anticlideſ in Egypto inueniſſe quendã nomine Menona tradidit: quindecĩ anniſ ãte Phoroneum antiquiſſimum Grecie Regem: idq; monumẽtiſ approbare conatur. E diuerſo Epigeneſ apud Babylonioſ ſeptingentoꝝ uiginti annoꝝ obſeruationeſ ſydeꝝ coctilibuſ laterculiſ inſcriptaſ docet: grauiſ autor in primiſ. Qui minimũ Beroſuſ & Crito demuſ quadringentoꝝ octoginta annoꝝ: ex quo apparet eternoſ litterarum uſuſ. In latiũ eaſ attulernnt Pelaſgi. Laterariaſ ac domoſ conſtituerunt primi Eurialoſ & Hyperbioſ fratreſ Athenis: antea ſpecuſ erant pro domibuſ. Gelio Doxiuſ Celii filiuſ Lutei edificii inuentor placet: exemplo ſumpto ab hirundinum nidiſ. Oppidum Cecropſ a ſe appellauit Cecropiam: que nũc eſt arx Atheniſ. Aliqui Argoſ a Phoroneo Rege ante conditum uolunt. Quidam & Sicyonem. Egyptii multo ante apud ipſoſ Dioſpolin. Tegulaſ inuenit Cinyra Agriope filiuſ & metalla eriſ: utrumq; in inſula Cypro. Item forcipem. Marculum. uectem. incudem. Puteuſ Danauſ ex Egipto aduectuſ in Greciã que uocabatur Argidipſion. Lapidicinaſ Cadmuſ Thebiſ. Archeophraſiuſ in Phoenice. Traſon muroſ. Turreſ: ut Ariſtoteleſ. Cyclopeſ. Phoniceſ ut Theophraſtuſ. Egiptii textilia. Inficere lanaſ ſordibuſ Lydi. Fuſoſ in lanificio Cloſter filiuſ Arachne. Linũ & retia arachne. Fulloniã artem Nitiaſ Magarenſiſ. Sutrinã Boetiuſ. Medicinam Egiptii apud ipſuſ uolunt repertã. Alii per Arabum. Babiloniſ & Apolliniſ filium. Herbariam & medicamẽtariã a Chirone Saturni & Phyllire filio. Eſcon. flare & temperare Ariſtoteleſ Lydũ ſchyten monſtraſſe Theophraſtuſ Delam Phrygem putat. Erariam fabricam alii Chalybaſ: alii Cyclopaſ. Ferrum Heſioduſ in Creta eoſ qui uocati ſunt Dactyli Idei. Argentum inuenit Erichthoniuſ Athenienſiſ: ut alii Ceacuſ. Auri metalla & conflaturam Cadmuſ Phoenix ad Pangeum montem. Vt alii Thoaſ & Eacliſ in Panchaia aut Sol Oceani filiuſ. cui Geliuſ medicine quoq; inuẽtionem ex melle aſſignat. Plumbũ ex Caſſiteride inſula primuſ apportauit Midacrituſ. Fabricam ferream inuenere Cyclopeſ. Figulinaſ Chorebuſ Athenienſiſ. In iiſ orbem Anacharſiſ Scytheſ: ut Alii Hypbioſ Corinthiuſ. Fabricam materiariam Dedaluſ: & in ea Serram Aſciam Perpendiculum. Terebram. Glutinum. Lithocolliam. Normam autem & Libellam & Tornũ & Clauem Theodoruſ Samiuſ. Menſuraſ & pondera Phidon Argiuuſ. Aut Palemedeſ ut maluit Geliuſ. Ignem e ſilice Pyrodeſ Ciliciſ filiuſ. At eundẽ aſſeruare in ferula Prometheuſ. Vehiculum cum quattuor rotiſ: Phrygeſ Mercaturaſ peni. Culturaſ uitium & arborum Emolphuſ Athenienſiſ. Vinum aqua miſceri Staphiluſ Sitheni filiuſ. Oleum & Trapetaſ. Ariſteuſ Athenienſiſ. Idem mella. Bouem & aratrum

Brigeſ Athenienſiſ. ut alii Triptolemuſ. Regiam ciuitatem Egyptii. Popularẽ Attici. Poſt Theſeum Tyrannuſ primuſ fuit Phalariſ Agrigẽti. Seruitium inuenere Lacedemonii. Iudicium capitiſ iu Areopago primũ actum eſt. Prelium Afri contra Egyptioſ primi fecere fuſtibuſ quoſ uocant Phalangaſ. Clipeoſ inuenerunt Proetuſ & Acrituſ inter ſe bellanteſ. Siue Chalcuſ Athamantiſ filiuſ. Loricam Mydiaſ Meſſeniuſ. Galeam : Gladium : Haſtam Lacedemonii. Ocreaſ & Criſtaſ Careſ. Arcum & Sagittam Scythem Iouiſ filium. Alii ſagittaſ Perſen Perſei filiũ inueniſſe. Lanceaſ Etoloſ. Iaculum cũ amento ferunt inueniſſe. Etolum Martiſ filium. Haſtaſ uelitareſ Tyrrhenum: Pilumq;. Pentheſileam Amazonem Securim. Piſeom Venabula. Et in tormentiſ Scorpionem Cretaſ. Catapultã Syroſ. Phoenicaſ Baliſtã & Fũdam. Eneam tubam Piſeum Tyrrhenum Teſtudineſ Artemonem Clazomenium. Equum qui nunc Arieſ appellatur: in muralibuſ machiniſ Epyum ad Troiam. Equo uehi Bellorophontem. Frenoſ & ſtrata equoꝝ Peletronium. pugnare ex equo Theſſaloſ qui Centauri appellati ſunt: habitanteſ ſecundũ Pelium montẽ. Bigaſ primum iunxit Phrygum natio. Quadrigaſ Erichthoniuſ. Ordinem exercituſ: Signi dationem: Teſſeraſ: uigiliaſ: inuenit Palamedeſ Troiano bello. Specularẽ ſignificationẽ eodem bello Sinon. Induciaſ Lycaon. Federa Theſeuſ. Auguria ex auibuſ Caraſ a quo Caria appellata. Adiecit ex ceteriſ aĩmalibuſ Orpheuſ. Aruſpiciũ Delphuſ Igniſpicia Amphiarauſ. Auſpicia auium Tyreſiaſ Thebanuſ. Interpretationem oſtentorum & ſomnioꝝ Amphictyon. Aſtrologiam Atlaſ Libye filiuſ. Vt alii: Egyptii. Vt alii: Aſſyrii. Spheram in ea Mileſiuſ Anaximander. Ventoꝝ rationem Eoluſ Helleniſ filiuſ. Muſicam Amphion. Fiſtulam Pan. Monaulum Mercuriuſ. Obliquam tibiam Mydaſ in Phrygia. Geminaſ tibiaſ Marſyaſ. In eadem gente Lidioſ Moduloſ Amphion. Dorioſ Thamiraſ Thrax. Phrygioſ Marſiaſ Phryx. Citharam Amphion: Vt alii Orpheuſ. Vt alii Linuſ Septem chordiſ additiſ Terpander. Octauam Simonideſ addidit. Nonã Timotheuſ. Cithara ſine uoce cecinit. Thamyraſ p̓uſ. Cũ cantu Amphion. Vt alii Linuſ Cithara edita carmina compoſuit Terpander. Cum tibiiſ canere uoce Troezeniuſ Dardanuſ inſtituit. Saltationem armatam Cureteſ docuere. pyrrhicen pyrrhuſ. utranq; in Creta. Verſum Heroicum phitio oraculo debemuſ. De poematum origine magna queſtio eſt. ante Troianum bellũ ꝓbantur fuiſſe. Proſam orationem condere Pherecydeſ Syriuſ inſtitnit tempore Cyri Regiſ. Hiſtoriam Cadmuſ Mileſiuſ: Ludoſ Gynnicoſ in Arcadia Lycaon. Funebreſ Acaſtuſ in Iolcho. poſt eum Theſeuſ in Iſthmo. Herculeſ Olympie Athleticam. Pythuſ pilam luſoriam. Gygeſ Lydiuſ picturam in Egypto. In Grecia uero Pyrrhuſ Dedali cognatuſ ut Ariſtoteli placet. Vt Theophraſto polygnotuſ Athenienſiſ. Nauẽ primuſ in Greciam ex Egypto Danauſ aduexit. ante ratibuſ nauigabatur inuentiſ in mari Rubro inter inſulaſ a Rege Erythra. Reperiuntur qui Myſoſ & Troianuſ prioreſ excogitaſſe in Helleſponto putent: cum tranſirent aduerſuſ Thracaſ. Etiam nunc in Britannico oceano utileſ corio circũſute fiunt. In Nilo ex papyro & ſcirpo & arundine. Longa naue Iaſonem primum nauigaſſe Philoſtephanuſ autor ẽ. Egeſiaſ Pharrhalum. Cteſiaſ Samyram. Saphanuſ Semyramin. Archimachuſ Egeonem Biremem Damaſtheneſ Erythreoſ feciſſe. Triremem Thucidideſ Amoclen Corinthium. Quadriremem Ariſtoteleſ Carthaginenſeſ. Quinqueremem inſtituit Neſichthon Salaminiuſ. Sex ordinum Zenazoraſ Syracuſiuſ. Ab ea ad deciremem Neſigiton. Alexandrũ magnum ferunt inſtituiſſe ad duodecim ordineſ. Philoſtephanuſ Ptolemeum Soterem. ad quindecim. Demetrium Antigoni ad .xxx. Ptolomeum

Philadelphum ad.xl. Ptolemeum Philopatorem qui Triphon cognominatuſ eſt ad l. Onerariam Hippuſ Tyriuſ inuenit. Lembum Cyrenenſeſ. Cymbam Phoeniceſ Celocem Rhodii. Cerciram Cyprii. Sydeꝝ obſeruationē in nauigando Phoeniceſ. Remū Cope Latitudinem eiuſ plate. Vela Icaruſ. Malum & antemnam Dedaluſ. Hippagum Salaminii. Aut ut pericleſ: Athenienſeſ Tectaſ longaſ Taſii. Antea ex prora tantum & pupi pugnabatur. Roſtra addidit Piſeuſ. Tyrrheni anchoram. Eupalamiuſ eandem bidentem. Anacharſiſ harpagonaſ. Et manuſ Pericleſ Athenienſiſ Amminicula gubernandi Tiphyſ. Claſſe princepſ depugnauit Minoſ. Animal occidit primuſ Hyperbiuſ Martiſ filiuſ. Prometheuſ bouem. Gentiū conſenſuſ tacituſ p̄muſ omnium conſpiranit ut Ionum litteriſ uterentur. Veterſ Grecaſ fuiſſe eaſdem pene que nunc Latine iudicio erit Delphica tabula antiqui eriſ quæ eſt hodie in palatio dono principum Minerue dicata in Bibliotheca cum inſcriptione tali. ρανσΐκρατισ τίσαμερον αθηραΐοσ αρεθηκερ. Sequenſ gentim conſenſuſ in tonſoribuſ fuit: ſed Romanuſ tardior. In Italiam ex Sicilia uenere poſt Romam conditam anno quadringenteſimoquinquaginteſimoquarto: adducente. P. Ticinio. Mena: ut autor eſt. Varro ante intonſi fuere. Primuſ omnium radi cotidie inſtituit Africanuſ. Sequēſ Diuuſ Auguſtuſ cultriſ ſemper uſuſ eſt. Tertiuſ conſenſuſ fuit in horaꝝ obſeruatione iam hic oratione accedenſ. Quando & a quo in Grecia reperte diximuſ in ſecundo uolumine. Seriuſ etiam hoc Rome contigit. Duodecim tabuliſ ortuſ tantū & occaſu nominatur. Poſt aliquot annoſ adiectuſ eſt & meridieſ Accenſo Couſulum id ꝓnuntiante cū e Curia inter Roſtra & Græcoſtaſin proſpexiſſet ſolem. A columna Enea ad carcerem inclinato ſydere ſupremā ꝓnūciauit. Sed hoc ſereniſ tantum diebuſ uſq; ad primū Punicum bellum. Princepſ Romaniſ ſolarium horologiū ſtatuiſſe ante.xii. annoſ q̄ cum Pyrrho bellatum eſt ad edem Quirini. L. Papyriuſ Curſor cum eam dedicaret a patre ſuo uotam a Fabio Veſtali proditur. Sed neq; facti horologii rationem. uel artificiſ ſignificat. nec unde tranſlatum eſt: aut apud quem ſcriptum id inuenerit. M. Varro primum ſtatutum in publico ſecundum roſtra in columna tradit bello Punico primo a. M. Vallerio Meſſalla Conſule Catina capta in Sicilia. deportatum inde poſt. xxx. annoſ q̄ de Papyriano horologio traditur. Anno urbiſ quadringenteſimoſeptuaginteſimoſeptimo. Nec congruebant ad horaſ eiuſ linee. Paruerunt tamen ei anniſ undecentum. donec. Q. Martiuſ Phillippuſ qui cum L. Paulo fuit Cenſor diligentiuſ ordinatum iuxta poſuit. Idq; munuſ inter Cenſoria opera gratiſſime eſt acceptum Etiam num tamē nubilo incerte fuere hore uſq; ad proximum luſtrum Tunc Scipio Naſica Collega Lenati primuſ aqua diuiſit horaſ eque noctiū ac dieꝝ. Idq; horologiū ſub tecto dicauit: āno urbiſ. d. lxxxxv. tā diu Po. Ro. indiſcreta lux fuit. Nūc reuertamur ad reliqua animalia p̄mūq; terreſtria.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER SEPTIMVS DE HOMINE ET REBVS AB HOMINE INVENTIS FINIT. INCIPIT OCTAVVS DE ANIMALIVM TERRESTRIVM GENERIBVS FOELICITER.

CAP.I. De Elephantiſ.

D reliqua tranſeamuſ animalia: & primum terreſtria Maximū eſt Elephaſ: proximumq; humaniſ ſenſibuſ. Quippe intellectuſ illiſ ſermoniſ patrii. Et in primiſ obedientia. Officioꝝq; que didicere: memoria. Amoriſ & glorie uoluptaſ. Immo uero que etiam in homine rara probitaſ. prudentia. equitaſ. Religio quoq; Syderum ſoliſq; ac lune ueneratio. Autoreſ ſunt: in Mauritanie ſaltibuſ ad quendam amnem cui nomē eſt Anulo niteſcente luna noua gregeſ eorum deſcendere: ibiq; ſe purificanteſ ſolemniter aqua circunſpergi. atq; ita ſalutato ſydere in ſiluaſ reuerti uitolorum fatigatoſ pre ſe ferenteſ. Aliene quoq; regioniſ intellectu creduntur maria tranſituri non ante naueſ conſcendere: ꝗ inuitati rectoriſ iureiurande de reditu. uiſiq; ſunt feſſi egritudine: quando & illaſ moleſ infeſtāt morbi per herbaſ ſupini in celum iacenteſ: ueluti tellure precibuſ alligata. Nam quod ad docilitatem attinet: Regem adorant. Genua ſubmittunt. Coronaſ porrigunt. Indicat nobilioreſ magnitudo Minoreſ appellant nothoſ.

CAP.II. Quando primum iuncti elephanti.

Ome iuncti primum ſubiere currū Pompeii Magni Africo triumpho. quod priuſ India uicta triumphante Liberopatre memoratur. Prociliuſ negat potuiſſe Pompeii triumpho iunctoſ egredi porta. Germanici Cæſariſ munere gladiatorio quoſdam inconditoſ motuſ edidere: ſaltantium modo. Vulgare erat per auraſ arma iacere: non auferentibuſ uentiſ. atq; inter ſe gladiatarioſ congreſſuſ edere: aut laſciuiente pernicitate colludere. Poſtea & per funeſ inceſſere. Lecticaſ etiam ferēteſ quaterni ſingulaſ puerperaſ imitanteſ. pleniſq; hominum tricliniiſ accubitu: iere per lectoſ ita libratiſ ueſtigiiſ: ne quiſ potantium attingeretur.

CAP.III. De docilitate elephantorum.

Eertum eſt unū tardioriſ ingenii in accipiendiſ que tradebantur: ſepiuſ caſtigatum uerberibuſ eadem illa meditantem noctu repertum. Mirum maxime. & aduerſiſ quidem funibuſ ſubiere. Sed regredi magiſ utiq; proniſ. Mutianuſ ter Cōſul autor eſt: aliquem ex iiſ & litterarum ductuſ Grecarū didiciſſe. ſolitumq; perſcribere eiuſ lingue uerbiſ. Ipſe egio hec ſcripſi. & ſpolia celtica dicaui. Itemq; ſe uidēte Puteoliſ cum aduecti denaue egredi cogerent̄: territoſ ſpatio procul pontiſ a continente porrecti: ut ſeſe longinquitatiſ eſtimatione fallerēt: auerſoſ retroſſuſ iſſe. Predā ipſi in ſe expetendam ſciunt ſolā eſſe in armiſ ſuiſ: que Iuba cornua appellat. Herodotuſ tanto antiquior: & conſueto meliuſ denteſ. Quamobrem deciduoſ caſu aliquo uel ſenecta: defodiunt. Hoc ſolum ebur eſt Ceteꝝ in iiſ quoq; quod corpuſ intexit: uilitaſ oſſea. quanq̄ nuper oſſa etiam in laminaſ ſecari cepere penuria. etenim rara āplitudo iam dentium preterq̄ ex India reperitur. Cætera in noſtro orbe ceſſere luxurie. Dentium candore intelligitur iuuenta. Circa hoſ belli cura ſumma. Alteriuſ mucroni parcunt: ne ſit preliiſ hebeſ alteriuſ operario uſu fodiunt radiceſ. Impellunt moleſ. Circunuentiq; a uenantibuſ primoſ conſtituunt: quibuſ ſint munimini: ne tāti preliū putetur. Poſtea feſſi: impactoſ arbori frangunt. Predaq; ſe redimunt. Mirum in pleriſq; animalium ſcire quare petantur. Sed & per cuncta quid caueant.

CAP.IIII. De clementia elephantorum.

Lephaſ hōine obuio forte in ſolitudine & ſimpliciter oberrante clemēſ placiduſq; etiam demonſtrare uiam traditur. Idem ueſtigio hominiſ animaduerſo: priuſquā homine intremiſcere. inſidiarum metu. Subſiſtere ab olfactu. Circunſpectare. Iraſ proflare. Nec calcare: ſed erutum proximo tradere. Illum ſequenti. nuntio tali uſq;

ad extremum. Túc agmen circunagi: & reuerti: aciemq; dirigi. Adeo omnium odori durare uirus illud maiore ex parte: ne nudorum quidem pedum. Sic & Tigris etiam feris ceteris truculẽta: atq; ipsa Elephanti quoq; ſpernens ueſtigia: homine uiſo trãferre dicitur protinus catulos. Quonam modo agnito? ubi ante conſpectu illo quẽ timet? etenim tales ſiluas minime frequentari certũ eſt. Sane mirantur ipſam ueſtigi raritatem. Sed unde ſciunt timendos eſſe? immo uero cur uel ipſius conſpectũ paueãt tanto uiribus magnitudine uelocitate preſtantiores? Nimirum hec eſt natura rerum hec potentia eius ſeuiſſimas ferarũ maximasq; que nunq̃ uidiſſent: quod debeãt timere ſtatim intelligere cur ſit timendum.

CAP. V. De intellectu & memoria elephantoꝝ.

Lephanti gregatim ſemper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natu. Cogit etate proximus. Amnem tranſituri: minimos premittunt. ne maiorum ingreſſu atterente alueum creſcat gurgitis altitudo. Antipater autor eſt duos Antiocho regi in bellicis uſibus celebres etiã cognominibus fuiſſe. etenim nouere ea. Certe Cato cum imperatorum nomina annalibus diſcriberet: eum qui fortiſſime preliatus eſſet in punica acie Sutrum tradidit uocatũ: altero dente mutilato: Antiocho uadum fluminis experienti: renuit Aiax: alioqui dux agminis ſemper. Tum pronunciatum eius fore principatum qui tranſiſſet. auſumq; Patroclum: ob id faleris argenteis quo maxime gaudent: & reliquo omni primatu donauit. Ille qui notabatur: inedia mortem ignominie pretulit. Mirus nanq; pudor eſt. Victusq; uocem fugit uictoris. Terram ac uerbenas porrigit. Pudore nunq̃ niſi in abdito coeunt. mas quinquennis femina decennis. Initur autem biennio; quinis ut ferunt cuiusq; anni diebus. nec amplius. Sexto perfunduntur amne: non ante reduces ad agmen. Nec adulteria nouere Nullaue propter feminas inter ſe prelia. ceteris animalibus pernicioſa Nec quia deſit illis amoris uis: nanq; traditur unus amaſſe quandam in Egypto corollas uendentem. Ac nequis uulgariter electam putet: miretur gratã Ariſtophani celeberrimo in arte Grammatica. Alius Menandrum Syracuſanum incipientis iuuente in exercitu Ptolemei. deſiderium eius quotiens non uideret: inedia teſtatus. Et unguentariam q̄dam dilectam Iuba tradit. Omnium amoris fuere argumenta gaudium a conſpectu blandicieq;. incondite Stipes quas populus dediſſet ſeruate. & in ſinum effuſe. Nec mirum eſſe amorem: quibus ſit memoria. Idem nanq; tradit agnitum in ſenecta multos poſt annos qui rector in iuuenta fuiſſet Idem diuinationẽ quandam iuſticie. Cum Bocchus Rex. xxx. Elephantis totidem in quos ſeuirent ſtipitibus alligatos obieciſſet: procurſantibus inter eos qui laceſſerent: non potuiſſe effici ut crudelitatis aliene miniſterio fungerentur.

CAP. VI. Quando primũ in Italia uiſi elephanti.

Lephantos Italia primum uidit. Pyrrhi Regis bello. & boues Lucas appellauit in Lucanis uiſos anno urbis quadringenteſimoſeptuageſimoſecundo. Roma aũt in triumpho ſeptem annis ad ſuperiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingenteſimoſecũdo uictoria. L. Metelli Pontificis in Sicilia de penis captos. Cxlii. fuere traiecti ratibus: quas doliorum conſertis ordinibus impoſuerant. Verrius eos pugnaſſe in cyrco interfectosq; iaculis tradit penuria conſilii. qm̄ neq; ali placuiſſet neq; donari Regibus. L. Piſo inductos duntaxat in cyrcum. atq; ut contemptus eorum increſceret ab operariis haſtas prepilatas habentibus per cyrcum totum actos Nec quid dein de iis factum ſit: autores explicant: qui non putant interfectos.

CAP. VII. De pugniſ elephantorum Rome.

Lara eſt uniuſ e Romaniſ dimicatio aduerſuſ Elephantum: cum Annibal captiuoſ noſtroſ dimicare inter ſe coegiſſet. Nanq; unum qui ſupererat: obiecit elephanto. & illũ dimitti pactuſ ſi interemiſſet. Soluſ ergo in harena congreſſuſ magno penorũ dolore confecit. Annibal cum famam eiuſ dimicationiſ contemptum allaturã beluiſ intelligeret: equiteſ miſit: qui abeũtem interficerent. Proboſcidẽ eoꝝ facillime amputari Pyrrhi preliorum experimentiſ patuit. Rome pugnaſſe Feneſtella tradit primum omnium in circo Claudii Pulchri edilitate curruli. M. Antonio. A. Poſthumio Coñſſ. anno urbiſ trecenteſimoquinquageſimoquinto. Item poſt annoſ .xx. Lucullorum edilitate curruli aduerſuſ tauroſ. Pompeii quoq; altero Conſulatu dedicatione templi Veneriſ Victriciſ pugnauere in cyrco .xx. aut ut quidam tradunt xvii. Getuliſ ex aduerſo iaculantibuſ. mirabili uniuſ dimicatione qui pedibuſ cõfoſſiſ repſit genibuſ in Cateruaſ: arrepta ſcuta iacienſ in ſublime: que decidentia uolubilitate ſpectantibuſ uoluptati erant in orbem circũacta. uelut arte non furore belue iacerentur. Magnum & in altero miraculum fuit uno ictu occiſo: Pilum autem ſub oculo adactum in uitalia capitiſ uenerat: Vniuerſi eruptionem temptauere non ſine uexatione populi circundatiſ clauſtriſ ferreiſ. Qua decauſa Ceſar Dictator poſtea ſimile ſpectaculũ editeruſ Eurippiſ arenã circundedit: quoſ Nero princepſ ſuſtulit: equiti loca addenſ. Sed Pompeiani amiſſa fuge ſpe miſericordiam uulgi inenarrabili habitu querenteſ ſupplicauere: quadam ſeſe lamentatione cõploranteſ: tanto populi dolore: ut oblituſ Imperatoriſ ac munificẽtie honoriſue exquiſite flenſ uniuerſuſ cõſurgeret. diraſq; Pompeio quaſ ille mox luit: penaſ imprecaret. Pugnauere & ceſari Dictatori tertio Cõſulatu eiuſ. xx. cõtra pediteſ qngentoſ. Iterũq; totidẽ turriti cũ ſexageniſ propugnatoribuſ: eodem quo prioreſ numero peditum: & pari equitum e diuerſo dimicante. Poſtea ſinguliſ principibuſ Claudio & Neroni in conſumatione gladiatorum. Ipſiuſ animaliſ tanta narratur clemẽtia cõtra minuſ ualida. ut in grege pecudum occurrentia manu dimoueat: nequid obterat imprudenſ. Nec niſi laceſſiti noceant. ideoq; gregatim ſemper ambulent. Minime ex omnibuſ ſoliuagi. Equitatu circunuecti infirmoſ aut feſſoſ uulneratoſue in medium agmen recipiũt. ac uelut imperio aut ratione per uiceſ ſubeunt. Capti celerrime mitificantur hordei ſucco.

CAP. VIII. Quomodo elephanti capiantur.

Apiuntur autem in India unum ex domitiſ agente rectore qui deprehenſum ſolitarium abactumue a grege uerberat ferum. Quo fagitato tranſcẽdit in eũ nẽc ſecuſ ac priorẽ regit. Africa foueiſ capit: í quaſ deerrante aliquo: protinuſ ceteri congerunt ramoſ/ moleſ deuoluunt: aggereſ conſtruunt: Omniq; ui conantur extrahere. Antea domitandi gratia regiſ equitatu cogebant in conuallem manufactam & longo tractu fallacem: Cuiuſ incluſoſ ripiſ foſſiſq; fame domabant: Argumentum erat ramuſ homine porrigente clementer acceptuſ. Nunc dentium cauſa. Pedeſ eoꝝ iaculantur alioqui molliſſimoſ. Troglodite contermini Ethiopie qui hoc ſolo uenatu aluntur. arboreſ propinquaſ itineri eorum conſcendunt: Inde totiuſ agminiſ nouiſſimum ſpeculati: extremaſ in cluneſ deſiliunt: Leua apprehenditur cauda: Pedeſ ſtipantur in ſiniſtro femine. Ita pendenſ: alterum poplitem dextra cedit: ac preacuta bipenni hoc crure tardato profugienſ: alteriuſ poplitiſ neruoſ ferit: cuncta preceleri pernicitate per agenſ. Alii tutiore genere: ſed magiſ fallaci intentoſ ingenteſ arcuſ defigũt humi longiuſ. Hoſ precipui uiribuſ iuueneſ cõtinent. Alii cõnixi pari conatu tendunt: ac p̃tereuntibuſ ſagittarũ uenabula infigũt: mox ſaguiniſ ueſtigiiſ ſequũtur

CAP. VIIII. Quomodo elephanti domantur.

Lephantorum generiſ femine multo pauidioreſ. Domantur autem rabidi fame
& uerberibuſ: elephātiſ aliſ admotiſ qui tumultuantē cathenis coerceant. Aliaſ
circa coituſ maxime efferantur. & ſtabula Indorum dentibuſ ſternunt. Qua propter
arcent eoſ coitu. feminaꝝq; pecuaria ſeparant : que haud alio modo ꝗ armentorum
habent. Domiti militant: & turreſ armatorum in dorſiſ ferunt: magnaq; ex ꝑte ori-
entiſ bella conficiunt. Proſternunt acieſ. proterunt armatoſ. Iidem minimo ſuiſ ſtri-
dore terrentur. Vulneratiq; & territi retro ſemper cedunt. haud minore partiū ſuaꝝ.
pernicie. Indicū Afri pauent: nec cōtueri audent. Nā & maior Indiciſ magnitudo eſt

CAP. X. De partu elephantorum reliquaq; eoꝝ natura.

Ecem anniſ geſtare in utero uulguſ exiſtimat. Ariſtoteleſ biennio. nec ampliuſ
ꝗ ſinguloſ ſemel gignere: pluresq; uiuere ducētiſ āniſ. & quoſdā trecentiſ. Iuuēta
eorum ſexageſimo incipit. Gaudent amnibuſ maxime. Et circa fluuioſ uagantur: cū
alioqui nare propter magnitudinem corporiſ non poſſint. Iidem frigoriſ impatienteſ
Maximum hoc malum. inflationemq; & profluuium alui: nec alia morborum genera
ſentiunt. Olei potu, tela que corpori eorum inheſerant : decidere inuenio. A ſudore
autem faciliuſ adhereſcere. Et terram ediſſe iiſ tabificum eſt: niſi ſepiuſ mandāt: De-
uorant autem & lapideſ. Truncoſ quidem gratiſſimo in cibatu habent. Palmaſ excel-
ſioreſ fronte proſternunt: ac ita iacentium abſumūt fructum. Mandunt ore: Spirāt
& bibunt: odoranturq; haud improprie appellata manu. Animalium maxime odere
murem. & ſi pabulum in preſepio poſitum attingi ab eo uidere: faſtidiunt. Cruciatum
in potu maximum ſentiunt hauſta hirudine quam ſanguiſugam uulgo cepiſſe appel-
lari aduerto. Hec ubi in ipſo ani canali ſe fixit: intollerando afficit dolore. Duriſſi-
mum dorſo terguſ. Ventreſ molleſ. Setarum nullum tegumentum. Ne in cauda qdā
preſidium abigendo tedio muſcarum. Nanq; id & tanta uaſtitaſ ſentit. Sed cācellata
cutiſ & inuitanſ id genuſ animalium odore: Ergo cum extenti recepere examina: ar-
tatiſ in rugaſ repente cancelliſ comprehenſaſ enecant. Hoc iiſ pro cauda pro iuba: ꝓ
uillo eſt. Dentibuſ ingenſ preciū. & deorum ſimulacriſ lautiſſima ex iiſ materia Inuēit
luxuria commendationem: & aliam expetit in callo manuſ uim ſaporiſ. haud alia de-
cauſa credo ꝗ quia ipſum ebur ſibi mandere uidetur. Magnitudo dentium uidetur
quidem in templiſ precipua. Sed tamen in extremiſ Africe: qua confiniſ Ethiopie eſt:
poſtium uicem in domiciliiſ prebere: Sepeſq; in iiſ & pecorum ſtabuliſ propaliſ elphā-
torū dentibuſ fieri Polybiuſ tradidit autore Gaulusa Regulo.

Ex elephantoꝝ dentibꝫ poſtes & ſe-
pes fieri.

CAP. XI. Vbi Elephanti naſcantur
& de diſcordia eoꝝ atq; Solertia.

Lephanteſ fert Africa ultra ſiluicaſ ſolitudineſ: & in Mauritania. Ferūt Ethi-
opeſ & Troglodyte: ut dictū eſt. Sed maximoſ India. Bellāteſq; cū iiſ perpetua
diſcordia draconeſ tante magnitudiniſ & ipſoſ ut circunflexu facili ambiant ; nexuq;
nodi perſtringāt. Commoritura dimicatio: uictuſq; corruēſ complexum elidit pōdere
Mira animalium pro ſe cuiq; precipuaq; ſolertia eſt. ut iiſ una ſcandendi in tantam
altitudinem difficultaſ. Draco itaq; cum iter ad pabula ſpeculatur. Ab excelſa ſe ar-
bore inicit. Scit ille imparem ſibi luctatum contra nexuſ. Itaq; arborum aut rupi-
um attritum querit. Cauent hoc draconeſ. obidq; greſſuſ primum alligant cauda.
Reſoluūt illi nodoſ manu. At hi in ipſa nare caput condunt. pariterq; ſpiritum pre-
cludunt. & molliſſimaſ lancinant parteſ. Idem obuii deprehenſi in aduerſoſ erigunt ſe
oculoſq; maxīe petūt. Ita fit ut pleꝝq; ceci ac fame & meroriſ tabe confecti repiantē.

Quam quiſ aliam tãte diſcordie cauſam attulerit: niſi nature ſpectaculum ſibi ac paria componentiſ. Eſt & alia dimicationiſ huiuſ fama. Elephantiſ frigidiſſimum eſſe ſanguinem. ob id eſtu torrente precipue a draconibuſ expeti. Quamobrem in amneſ merſoſ inſidiari bibentibuſ artatiſq; illigata manu in aurem morſum defigere: quoniã iſ tantum locuſ defendi non poſſit manu. Draconeſ eſſe tantoſ ut totum ſanguinem capiant. Itaq; Elephantoſ ab iiſ ebibi: ſicatoſq; concidere. & draconeſ inebriatoſ opprimi commoriq;.

CAP. XII. De Draconibuſ.

Enerat draconeſ Ethiopia Indiciſ pareſ uicenum cubitorum. Id modo mirum. unde criſtatoſ iuba crediderit. Aſachei uocantur Ethiopeſ: apud quoſ maxime naſcantur. Narratur in maritimiſ eorum quaternoſ quinoſq; inter ſe cratium modo implexoſ erectiſ capitibuſ uelificanteſ ad meliora pabula Arabie uehi fluctibuſ.

CAP. XIII. De Serpentibuſ maximiſ & Boiſ.

Egaſtheneſ ſcribit in India ſerpenteſ in tantam magnitudinem adoleſcere: ut ſolidoſ hauriant ceruoſ. tauroſq; Metroduruſ circa Rhindacum amnen in Põto ut ſuperuolanteſ q̃uiſ alte perniciterq; aliteſ hauſtu raptaſ abſorbeant. Nota eſt ĩ puniciſ belliſ ad flumen Bagradam a Regulo Imperatore baliſtiſ tormentiſq; ut oppidum aliquod expugnata ſerpenſ centum uiginti pedum longitudiniſ. Pelliſ eiuſ maxilleque uſq; ad bellum Numantinom durauere Rome in templo. Faciunt iiſ fidem in italia appellate Boe in tantam magnitudinem exeunteſ ut Diuo Claudio Principe occiſe in Vaticano ſoliduſ in aluo ſpectatuſ ſit infanſ. Aluntur primo bubuli lactiſ ſucco. unde nomen traxere. Ceterorum animalium que modo conuecta undiq; Italie contigere ſepiuſ: formaſ maſ nihil attinet ſtrupuloſe referre.

CAP. XIIII. De Schyticiſ animalibuſ & Septentrionalibuſ.

Vrus.

Aucíſſima Scythia gignit inopia fructuum. Pauca contermina illi Germania Inſignia tamen boum ferarum genera: iubatoſ Biſonteſ. excellentiq; & ui & uelocitate uroſ: quibuſ imperitum uulguſ babulorum nomen imponit: cum id gignat Africa uituli potiuſ ceruice quam ſimilitudine. Septentrio fert & equorũ gregeſ ferorum. ſicut aſinorum Aſia & Africa. Preterea Alcen ni proceritaſ aurium & ceruiciſ diſtinguat: iumento ſimilem. Item natam in Scadinauia inſula: nec unq̃ uiſam in hoc orbe: multiſ tamen narratam Machlin haud diſſimilem illi. & nullo ſuffragium flexu Ideoq; non cubantem & accliuem arbori in ſomno. eaq; inciſa ad inſidiaſ capi. Aliaſ uelocitatiſ memorate. Labrum ei ſuperiuſ pregrande. ob id retrograditur in paſcendo ne in priora tendenſ inuoluatur. Tradunt in Menia feram que Bonaſuſ uocetur eqna iuba: cetera tauro ſimilem cornibuſ ita in ſe inflexiſ: ut non ſint utilia pugne: qua propter fuga ſibi auxiliari. reddentem ea fimum interdum & trium iugerum longitudine: cuiuſ contactuſ ſequenteſ ut igniſ aliquiſ comburat. Mirum Pardoſ Pantheraſ Leoneſ & ſimilia condito in corporiſ uaginaſ unguium mucrone ne refringantur habetenturq; ingredi. auerſiſq; falculiſ currere: nec niſi appetendo protendere.

Machlis aĩal cui nullus crurũ flexus suffragatur.

CAP. XV. De Leonibuſ.

Eoni precipua generoſitaſ tunc cum colla armoſq; ueſtiunt iube. id enim etate contigit e leone conceptiſ. Quoſ uero Pardi generauere: ſemp inſigni hoc carẽt Simile mõ femine. Magna hiſ libido coituſ: & ob hoc maribuſ ira. Africa hec maxĩe ſpectat in opia aquarum ad paucoſ amneſ congregãtibuſ ſe feriſ. Ideo multiformeſ ibi animalium ptuſ uarie feminiſ cuiuſq; generiſ mareſ aut ui aut uoluptate miſcente unde etiam uulgare Grecie dictum ſemper aliquid noui Africam afferre. Odore pdi

Africa quid noui afferre semper

coitū ſentit in adultera Leo: totaq; ui cōſurgit in penam. Idcirco aut culpa flumine abluit᷑ aut longiuſ comitatur. Semel autem edi partum lacerato unguiū acie utero in enixu uulgū credidiſſe uideo. Ariſtoteleſ diuerſa tradit uir quē in hiſ magna ſecuturuſ in parte prefandum reor. Alexandro Magno Rege inflammato cupidine animaliū naturaſ noſcendi: delegataq; commentatione Ariſtoteli ſummo in omni ſcientia uiro aliquot milia hominum in totiuſ Aſie Grecieq; tractu parere iuſſa omnium quoſ uenatuſ aucupia piſcatuſq; alebant. Quibuſq; uiuaria: armēta: aluearia: piſcine auiaria in cura erant: nequid uſq̄ genitum ignoretur ab eo. Quoſ percontando. L. ferme uolumina illa preclara de animalibuſ condidit. Que a me collecta in artū cū iiſ que ignorauerat: queſo ut legenteſ boni conſulant: in uniuerſiſ rerum nature operibuſ medioq; clariſſimi Regum omnium deſiderio cura noſtra breuiter peregrinanteſ. Iſ ergo tradit Leenā p̃mo fetu parere qnq; catuloſ. ac ꝑ annoſ ſinguloſ uno minuſ: ab uno ſterileſcere. Informeſ minimaſq; carneſ magnitudine muſtelarum eſſe initio Semeſtreſ uix ingredi poſſe. nec niſi bimeſtreſ moueri. In Europa autem inter Acheloum tantum & Neſum amneſ leoneſ eſſe: ſed lōge uiribuſ preſtantioreſ iiſ quoſ Africa aut Syria gignant. Leonum duo genera. Compactile & breue criſpioribuſ iubiſ. hoſ pauidioreſ eſſe: q̄ longo ſimpliciq; uillo. eoſ contemptoreſ uulnurum. Vrinam mareſ crure ſublato reddere: ut caneſ. Grauem odore: nec minuſ halitum. Raroſ in potu. Veſci alterinſ diebuſ. A ſaturitate interī triduo cibiſ carere. Que poſſint in mandēdo ſolida deuorare. nec capiente aluo coniectiſ in fauceſ unguibuſ extrahere: aut ſi fugiendū in ſacietate ſit. Vitam iiſ longam docet: argumento ꝙ pleriq; dentibuſ defecti reperiantur. Polybiuſ Emiliani comeſ in ſenecta hominem appeti ab hiiſ refert: Quoniam ad perſequendaſ feraſ uireſ nō ſuppetant. Tunc obſidere Africe urbeſ. eaq; decauſa crucifixoſ uidiſſe ſe cum Scipione. quia ceteri metu pene ſimiliſ abſterrerent᷑ eadem noxa. Leoni tantum ex feriſ clementia in ſuppliceſ. Proſtratiſ parcit. & ubi ſeuit: in uiroſ priuſq̄ in feminaſ fremit. Infanteſ nō niſi in magna fame. Credit Libia intellectum proueniri ad eoſ precum. Captiuam certe Getulie reducem audiui multorum in ſiluiſ impetum a ſe mitigatum alloquio auſe ſe dicere feminam profugam nfirmam ſupplicem animaliſ omnium generoſiſſimi. ceteriſq; impetrantiſ. indignam eiuſ gloria predam. Varia circa hec opinio ex ingenio cuiuſq; uel caſu: mulceri alloquiiſ feraſ. Quippe iam ſerpenteſ extrahi cantu. cogiq; in penam. uerum falſumue ſit: uita decreuerit. Leonum animi index cauda. ſicut & equorum aureſ. nanq; & haſ notaſ generoſiſſimo cuiq; natura tribuit. Immota ergo placido. clemenſ blandienti: quod rarum eſt. crebrior enim iracundia eiuſ. In principio terra uerberatur. Incremento terga ceu quodam incitamento flagellantur. Viſ ſumma in pectore. Ex omni uulnere ſiue ungue impreſſo ſiue dente: ater profluit ſanguiſ. Iidim ſatiati innoxii ſunt. Generoſitaſ in periculiſ maxime deprehenditur: nō in illo tantūmodo ꝙ ſpernenſ tela diu ſe terrore ſolo tuet᷑: ac uelut cogi teſtatur. Cogiturq; nō tanq̄ periculo coactuſ: ſed tanq̄ amentia iratuſ. Illa nobilior animi ſignificatio q̄libet magna canum & uenantium urgentente ui: cōtemptim reſtitanſq; cedit in campiſ & ubi uideri poteſt idem ubi uirgulta ſiluaſq; penetrauerit: acerrimo curſu fertur: uelut deputanſ abſcōſione turpitudinem. Dum ſequitur: inſilit ſaltu. quo in fuga non utitur. Vulneratuſ obſeruatione mira percuſſorem nouit. & in q̄talibet multitudine appetit. Eum uero q tela quidem miſerit: ſed tamen non uulnerauerit: correptum raptatumq; ſternit nec uulnerat. Cum pro catuliſ fera dimicat: oculorum aciem traditur defigere in terram: ne uenabula expaueſcat. Ceterum doliſ carent & ſuſpicione. nec limiſ intuentur oculiſ

Leenarum partus.

Leoni in ſupplices inesse clemētiam

Signa noſcendi leonis animi

Leonis generoſitas.

aſpiciq; ſimili modo nolunt. Creditum eſt a moriente humum morderi lachrymāq; leto dari atq; hoc tale tamq; ſeuum animal rotarum orbeſ circumacti : curruſq; inaneſ. & gallinaceorum criſte cantuſq; etiam magiſ terrent. Sed maxime igneſ. Egritudinem faſtidii tantum ſentit: in qua medetur ei contumelia: in rabiem agente annexarum laſciuia ſimiarum. Guſtatuſ deinde ſanguiſ in remedio eſt.

Varię Rome leonū pugnæ.

Leonum ſimul pugnam plurium Rome Princepſ dedit. Sceuola publii filiuſ in Curuli ædilitate. Centū autē iubatorum primuſ omnium. L. Sylla: qui poſtea Dictator fuit in Pretura. poſt eū Pompeiuſ Magnuſ in cyrco. habuit iubatorum. ccc. xv. Cæſar Dictator quadrigentoſ. Capere eoſ ardui erat quōdam operiſ: foueiſq; maxime. Principatu Claudii caſuſ rationem docuit pudendam pene taliſ fere nomine: paſtoriſ Getuli ſago contra ingruentiſ impetum obiecto. Quod ſpectaculum in arenam protinuſ tranſlatum eſt: uix credibili modo torpeſcente tanta illa feritate: q̄uiſ leui iniectu operto capite: ita ut deuinciat̄: non repugnanſ. Videlicet omniſ uiſ conſtat in oculiſ. Quo minuſ mirum ſit a Lyſymacho Alexandri iuſſu ſimul incluſo ſtrangulatum leonem.

M. Antonius domitos leones iugo subdidit.

Iugo ſubdidit eoſ: primuſq; Rome ad currum iunxit. M. Antoniuſ & quidem ciuili bello: cum dimicatum eſſet in Pharſalicis campiſ non ſine oſtento quodā tempore illo generoſoſ ſpirituſ iugum ſubire prodigio ſignificante. Nam q̄ ita uectuſ eſt cū Mima Cytheride ſupra monſtra etiam illarum calamitatum fuit.

Hanno poenus.

Primuſ autem hominum Leonē manu tractare auſuſ & oſtendere manſuefactum Hanno e clariſſimiſ Poenorum traditur: Damnatuſq; illo argumento quoniam nihil non perſuaſuruſ uir tam artificiſ ingenii uidebatur: Et male credi libertaſ ei: cui in tantum ceſſiſſet etiam feritaſ. Sūt uero & fortuita eorum quoq; clementie exempla.

Mentor syracusanus.

Mentor Syracuſanuſ in Syria leone obuio ſuppliciter uoluntate attonituſ pauore cum refugiēti undiq; fera opponeret ſeſe: & ueſtigia lamberet adulanti ſimiliſ: animaduertit in pede eiuſ tumorem uulnuſq;: & extracto ſurculo liberauit cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur Syracuſiſ.

Clementię leonū varia exempla.

Helpis.

Simili modo Helpiſ Samiuſ natione in Africam delatuſ naue: iuxta littuſ conſpecto leone hiatu minaci arborem fuga petit Liberopatre inuocato: quoniam tum precipuuſ uotorum locuſ eſt: cum ſpei nulluſ eſt: Sed neq; profugienti cum potuiſſet: fera inſtiterat: & procumbenſ ad arborem hiatu quo terruerat: miſerationē querebat. Oſ morſu auidiore adheſerat dentibuſ: cruciabatq; inedia. Tum pena in ipſiſ eiuſ teliſ ſuſpectantem ac uelut mutiſ precibuſ orantem dum fortuitu fidenſ nō eſt contra feram: Multoq; diutiuſ miraculo quam metu ceſſatum eſt: digreſſuſ tandē euellit prebenti: & q̄ maxime opuſ eſt accōmodanti. Traduntq; quamdiu nauiſ ea in littore ſtetit retuliſſe gratiam uenatuſ aggerendo. Qua decauſa Liberopatri templū in Samo Helpiſ ſacrauit quod ab eo facto greci σωτιροσ μεωσ διορνσορ: idem ſaluatoriſ templum Dionyſii appellauere. Miremur poſtea ueſtigia hominum intelligi a feriſ cum etiam auxilia ab uno animalium ſperent. Cur enim non ad alia iere? aut unde medicaſ manuſ homīſ ſciunt? niſi forte uiſ malorum etiam feraſ omnia experiri cogit.

CAP. XVI. De Panthera.

Clementię pantherę ex^{m}.

Que memorandum & de Panthera tradit Demetriuſ Phyſicuſ. iacentem in media uia hominiſ deſiderio repente apparuiſſe patri cuiuſdā Philiniſ aſſectatoriſ ſapientie: illum pauore cepiſſe regredi. Feram uero circumuolutari non dubie blādientem ſeſeq; conflictantem merorore qui etiam in Panthera intelligi poſſet. Feta erat: Catuliſ procul in foueam delapſiſ. Primū ergo mirationi fuit: non expaueſcere: proximum ei curam intendere. ſecutuſq; qua trahebat ueſtem unguium leni iniectu.

ut cauſam doloriſ intellexit: ſimulq; ſalutiſ ſue mercedem; exemit catuloſ eaq; cum iiſ proſequente. uſq; extra ſolitudineſ deductuſ leta atq; geſtiente: ut facile appareret gratiam referre. & nihil inuicem imputare. quod etiam in homine rarum eſt. Hec fidem etiam Democrito afferũt qui Thoantem in Arcadia ſeruatũ a dracone narrat. Eum nutrierat puer dilectum admodum. pauenſq; ſerpentiſ naturam. & magnitudinẽ metueuſ: in ſolitudineſ tulerat. In quibuſ circunueto latronum inſidiiſ agnitoq; uoce ſubuenit. Namq; de infantibuſ ferarum lacte nutritiſ cum eſſent expoſiti: produnt ſicut de conditoribuſ noſtriſ a Lupa: magnitudini fatorm accepta feri equiuſ quã ferarum naturę arbitror. Panthera & Tigriſ macularum uarietate prope ſolę beſtiarum ſpectantur. Ceteriſ unuſ: ac ſuuſ cuiq; generi color eſt. Leonum tantum in Syria niger. Pantheriſ in candido breueſ macularum oculi. Ferunt colore earum mire ſolicitari quadrupedeſ cunctaſ ſed capitiſ toruitate terreri. Quamobrẽ occultato eo reliqua dulcedine inuitataſ corripiunt. Sunt qui tradant in armo iiſ ſimilem lune eſſe maculam creſcentem in orbeſ & cauantem pari mõ cornua. Nunc Variaſ & pardoſ qui mareſ ſunt: appellãt in eo om̃i genere Creberrimo in Africa Syriaq;: Quidã ab iiſ pantheraſ ſolo candore diſcernunt. nec adhuc aliam differentiam inueni. Senatuſ conſultũ fuit uetuſ: ne liceret Africanaſ in Italiam aduehere. Contra hec tulit ad populum. CN Aufidiuſ Tribunuſ plebiſ: permiſitq; Cyrcentium gracia importare Primuſ autem Scauruſ edilitate ſua Variaſ. CL. uniuerſaſ miſit. Deinde Pompeiuſ Magnuſ quadringentaſ decem. Diuuſ Aguſtuſ quadringentaſ. xx. Idem. Q. Tuberone Fabio Maximo Conſſ. iiii. Nõ. Maii Theatri Marcelli dedicatione Tigrin primuſ omnium Rome oſtendit in Cauea manſuefactam. Diuuſ uero Claudiuſ ſimul quattuor.

Thoantē a dracone quē aluerat seruatum.

Conditores vrbis a lupa nutritos.

Color panthere & tigris et in quo panthera a pardis differat.

Augustus primus Tigrim rome ostendit.

CAP. XVII. De Tigridiſ ſ natura de Cameliſ et eorum natura et cameleo pardali.

Igrin Hircani & Indę ferunt animal uelocitatiſ tremende & maxime cognite dum capitur. Totuſ eiuſ fetuſ qui ſemper numeroſuſ eſt: ab inſidiante rapitur equo q̃ maxime pernici atq; in recentem ſubinde tranſfertur: at ubi uacuum cubile repperit fera (maribuſ enim cura nõ eſt ſoboliſ) fertur precepſ odore ueſtiganſ. Raptor appropinquante fremitu abiicit unum ex catuliſ: Tollit illa morſu & pondere etiam ocior acta remeat: iterumq; conſequitur & ſubinde: donec in nauim regreſſo irrita feritaſ ſeuit in littore. Cameloſ inter armenta paſcit orienſ quorum duo genera Bactrie & Arabie. differunt ꝙ illi bina habent tubera in dorſo: hi ſingula: & ĩ pectore alterum cui incumbant. Dentium ſuperiore ordine ut boueſ carent in utroque genere. Omneſ autẽ iumẽtorum in iiſ terriſ dorſo funguntur: atq; etiam equitatu in preliiſ. uelocitaſ inter equoſ. Sed ſua cuiq; menſura: ſicuti uireſ nec ultra aſſuetũ procedit ſpacium: nec pluſ inſtituto onere recipit. Odium aduerſbſ equoſ gerunt naturale. Sitim & quatriduo tolerant. Implentur cum bibendi occaſio eſt & in preteritum & in futurum: obturbata cõculcatione priuſ aqua: aliter potu non gaudẽt. Viuunt quinquageniſ anniſ: Quidam & centeniſ. ueneriſ quoq; rabiem & ipſi ſentiunt. Caſtrandi genuſ etiam feminaſ que bello preparentur inuentum eſt. Fortioreſ ita fiunt coitu negato. Horum aliqua ſimilitudo in duo tranſfertur animalia: Nabiu. Ethiopeſ uocant: collo ſimilem equo: pedibuſ & cruribuſ boui: camelo capite: albiſ maculiſ rutilũ colorẽ diſtinguentibuſ: unde appellata Camelo Pardaliſ. Dictatoriſ Cæſariſ Cyrcenſibuſ ludiſ primũ uiſa Rome: ex eo ſubinde cernitur aſpectu magiſ q̃ feritate conſpicua. quare etiam ouiſ fere nomem inuenit.

Trigridis velocitas.

Camelorũ nã & gnã.

Cameli odio hñt equos.

Nabin.

CAP.XVIII. De Chao & Cepho.

Ompeii magni primum ludi oſtenderunt Chaum: quem Calliraphium uocabāt effigie lupi: Pardorum maculiſ. Idem ex Ethiopia quaſ uocant Cephoſ. quaꝝ pedeſ poſterioreſ pedibuſ humaniſ & cruribuſ: prioreſ manibuſ fuere ſimileſ hoc animal poſtea Roma non uidit.

CAP.XVIIII. De Rhinocerote.

Iſdem ludiſ & Rhinoceroſ uniuſ in nare cornu qualiſ ſepe uiſuſ. Alter hic genituſ hoſtiſ Elephanto: cornu ad ſaxa limato preparat ſe pugne. In dimicatione aluum maxime petenſ quam ſcit eſſe molliorem. Longitudo ei par. Crura multa breuiora. Color Buxeuſ.

CAP.XX. De Lyncibuſ & Sphingibuſ:
Pegaſiſ. Crocotiſ. Cercopiteciſ: Bobuſ nidiciſ:
Monocerote: Leucocrota & aliiſ.

Yncaſ uulgo frequenteſ & ſpingaſ: fuſco pilo: mām̄iſ ī pectore geminiſ Ethiopia generat: multaq; alia monſtro ſimilia. Pennatoſ equoſ & cornibuſ armatoſ quoſ Pegaſoſ uocant. Crocutaſ: uelut ex cane lupoq; conceptuſ: omnia dentibuſ frāgenteſ: protinuſq; deuorata conficienteſ uentre. Cercopithecoſ nigriſ capitibuſ pilo aſini: & diſſimileſ ceteriſ uoce. Indicoſ boueſ unicorneſ tricorneſq;. Leucrocutam perniciſſimā feram: aſini fere magnitudine: clunibuſ ceruiniſ: Collo cauda pectore leoniſ: capite Melium: biſulca ungula: ore ad aureſ uſq; reſciſſo. dentiū lociſ oſſe perpetuo: Hanc feram humanaſ uoceſ tradunt imitari. Apud eoſ & que uocatur Ealæ magnitudine equi fluuiatiliſ: Cauda Elepanti: Colore nigra uel fulua: Maxillaſ apri Maiora cubitalibuſ cornua habenſ mobilia: que alterna in pugna ſiſtit: uariatq; in feſta aut obliqua: utcunq; ratio monſtrauit. Sed atrociſſimoſ habet tauroſ ſilueſtreſ: maioreſ agreſtibuſ: uelocitate ante omneſ: Colore fuluoſ: oculiſ ceruleiſ: Pilo in cōtrarium uerſo. rictu ad aureſ dehiſcente: Iuxta cornua mobilia: Tergoriſ duricia ſiliciſ: omne reſpuenſ uulnuſ: Feraſ omneſ uenantur: ipſi non aliter q̄ foueiſ capti feritate ſemper intereunt. Apud eoſdem naſci Cteſiaſ ſcribit: q̄ Manticoram appellat triplici dentium ordine pectinatim coeunti: Facie & auriculiſ hominiſ: oculiſ glauciſ colore ſanguineo: corpore leoniſ: Cauda ſcorpioniſ modo ſpicula infigentem: Vociſ ut ſi miſceatur fiſtule & tube cōcentuſ: Velocitatiſ magne: humani corporiſ uel precipue appetētem. In India & boueſ ſolidiſ unguliſ unicorneſ: & feram nomine Axin. hinnuli pelle: pluribuſ candidioribuſq; maculiſ ſacrorum Liberipatriſ. Orſei Indi Simiaſ cadenteſ toto corpore uenantur. Aſperrimam autem feram Monocerotem reliquo corpore equo ſimilem: Capite ceruo: Pedibuſ Elephanto: Cauda apro: Mugitu graui: uno cornu nigro media fronte cubitorrum duum eminente: Hanc feram uiuam negant capi. Apud heſperioſ Ethiopaſ fōſ eſt Nigriſ: ut pleriq; exiſtimauere Nili caput argumenta que diximiſ: perſuadent. Iuxta hunc fera appllatur Cathoblepaſ modica alioqui: ceteriſq; membriſ inerſ: caput tantum pregraue egre ferenſ: id deiectum ſemper in terram: Aliaſ internitio humani generiſ omnibuſ qui oculoſ eiuſ uidere: confeſtim exſpirantibuſ. Eadem & Baſiliſci ſerpentiſ eſt uiſ. Cyrenaica hunc generat prouintia. xii. nō ampliuſ digitorum magnitudine. Candida in capite macula ut quodam diademate inſigni: Sibulo omneſ fugat ſerpenteſ. Nec flexu multiplici nec ut reliquæ corpuſ impellit: Sed celſuſ & erectuſ in medio incedenſ: Necat fruticeſ non contactaſ modo: uerum & afflataſ: Exurit herbaſ: Rumpit ſaxa: Taliſ uiſ malo eſt: Creditum quondam ex equo occiſo haſta & per eam ſubeunte ui: nō equitē

Linx.

Pegaſus equus allatus.

Crocuta ex Cane et lupo Concepta.

Cercopithecus.

Bos unicornis & tri Cornis.

Leu Crocuta.

Eale:

Tauri ſilueſtres atrocissimi.

Cteſia diuerſis aīaliū ꝑtib; Compoſita.

Boues ſolidis ungulis & unicornes.

Axis.

Monoceros.

Cathoblepas aīal uenenoſiſſimum quod oculis tm̄ hoīem necat.

modo: ſed equū quoq; abſumptum. Huic tale monſtro (ſepe. n. enectum concupiuere regeſ uidere) Muſtelarum uiruſ exitio eſt. adeo nature nihil placuit eſſe ſine pari. Interficiunt eoſ cauerniſ facile cognitiſ: Sola tabe: Necāt illi ſimul odore: moriūtq; & nature pugnam conficiunt.

CAP. XXI. De Lupiſ.

Ed in Italia quoq; creditur luporum uiſuſ eſſe noxiuſ uocemq; homini quē prioreſ contemplentur: adimere ad preſenſ. Inerteſ hoſ paruoſq; Africa & Egyptuſ gignūt. Aſperoſ truceſq; frigidior plaga. Homineſ in lupoſ uerti: rurſuſq; reſtitui ſibi: falſum eſſe confidenter exiſtimare debemuſ. aut credere omnia que fabuloſa tot ſeculiſ comperimuſ. Vnde tamen iſta uulgo infixa ſit fama in tantum ut in maledictiſ uerſipelleſ habeant: indicabitur Euantheſ inter autoreſ Grecie non ſpretuſ tradit Archadaſ ſcribere ex gente Antei cuiuſdā ſorte familia electum. ad ſtagnū quoddam regioniſ eiuſ duci: ueſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare: atq; abire in deſerta: transfigurariq; in lupum; & cum ceteriſ eiuſdem generiſ congregari per annoſ nouē Quo in tempore ſi homine ſe abſtinuerit: reuerti ad idem ſtagnum: & cum tranauerit effigiem recipere ad priſtinum habitum addito nouem annorum ſenio. Addit quoq; Fabiuſ eandem recipere ueſtem. Mirum eſt q̄ procedat Greca credulitaſ. Nullum tā impudenſ mendatium eſt: ut teſte careat. Itaq; Copaſ qui Olympionica ſcripſit: narrat Demenetum Pharrhaſium in ſacrificio quod Arcadeſ Ioui Lyceo humana etiam cum hoſtia faciebant: immolati pueri exta deguſtaſſe & in lupum ſe conuertiſſe Eundem decimo āno reſtitutum athletice reſtitiſſe in pugilatu: uictoremq; uictoria Olympia reuerſum. Quin & caude huiuſ animaliſ creditur uulgo ineſſe amatorium uiruſ exiguo in uillo. eumq; qui capiatur: abiicere. Nec idem pollere: niſi inuenti direptum. Dieſ quibuſ coeant: toto anno non ampliuſ. xii. Eundem in fame ueſci terra. Inter auguria ad dexteram commeantium preciſo itinere ſi pleno id ore fecerit Nullum omnium preſtantiuſ. Sūt in eo genere qui ceruarii uocantur: qualem e Gallia in Pompeii magni arena ſpectatum diximuſ. Huic quamuiſ in fame mandenti ſi reſpexit: obliuionem cibi ſurrepe aiunt. digreſſumq; querere aliud.

Hoies an in lupos verti & restitui possint.

Virus in Cauda lupi inveniri ad amorem.

CAP. XXII. De Serpentibuſ.

Vod ad ſerpenteſ attinet: uulgatum eſt: coloreſ earum pleraſq; terraſ habere in quaſ occultentur. Innumera eſſe genera. Ceraſtiſ corpore eminere. Cornicula ſepe quadrigemina quorum motu reliquo corpore occultato ſollicitent ad ſe aueſ. Geminum caput Amphesibene: hoc eſt & ad caput & ad caudam: tanquam parū eſſet uno ore fundi uenenum. Aliiſ ſquamam eſſe: Aliiſ picturaſ. Omnibuſ exitiale uiruſ. Iaculum ex arborum ramiſ uibrari. nec pedibuſ pauendaſ tantum ſerpenteſ: ſed & miſſili uolare tormento. Colla aſpidum intumeſcere nullo ictuſ remedio: preterquam ſi confeſtim parteſ contacte amputentur: Vnuſ huic tam peſtifero animali ſenſuſ uel potiuſ affectuſ eſt. Coniuga ferme uagātur: nec niſi cum cōpare uita eſt. Itaq; alterutra interempta: incredibiliſ alteri ultioniſ cura. Perſequitur interfectorem. unumq; eum in quantolibet populi agmine noticia quadam infeſtat. Perrumpit omneſ difficultateſ. Permeat ſpacia. nec niſi amnibuſ arcetur aut preceleri fuga. Non eſt fateri rerum natura largiuſ mala aut remedia genuerit. Iam primum hebeteſ oculoſ huic malo dedit eoſq; non in fronte. nec ex aduerſo cernere: ſed in temporibuſ. Itaq; extitatur. ſed ſepiuſ auditu quam uiſu.

CAP. XXIII. De Ichneumone.

Habet deinde inter[illegible]cinum bellū cum Ichneumone. Notum eſt animal hac gloria maxime in eadem natum Egypto. Mergit ſe limo ſepiuſ: ſiccatq; ſole. Mox ubi pluribuſ eodem modo ſe coriiſ loricauit in dimicationem peregit. In ea cauda ſe attollēſ: ictuſ irritoſ auerſuſ excipit: donec obliquo capite ſpeculatuſ inuadat in fauceſ. Nec hoc contentuſ. aliud haud mitiuſ debellat animal.

CAP. XXIIII. De Crocodilo. Scinco & hippopotamo.

Rocodilum habet Niluſ quadrupeſ malum: & terra pariter ac flumine infeſtū Vnum hoc animal terreſtre lingue uſu caret. Vnum ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum alias terribile: pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie. Magnitudine excedit plerunq; duodeuiginti cubita. Parit oua quanta anſereſ. Eaq; extra eum locum ſemper incubat: prediuinatiōe quadam ad quem ſummo auctu eo anno egreſſuruſ eſt Niluſ. nec aliud animal ex minori origine in maiorem creſcit magnitudinē. Et unguibuſ hic armatuſ eſt contra omneſ ictuſ cute inuicta. Dieſ in terra agit noctes in aqua. temporiſ utrunq; ratione. Hunc ſaturum cibo piſcium: & ſemper eſculento ore in littore ſomno datum: parua auiſ que Trochiloſ ibi uocatur Rex auiū in Italia inuitat ad hiandum pabuli ſui grata. oſ primum eiuſ adſultim repurganſ. mox denteſ & intuſ fauceſ quoq; ad hanc ſcabendi dulcedinem quam maxime hianteſ

Trochilos.

Ichneumon Crocodili hostis.

In qua uoluptate ſomno preſſum conſpicatuſ Ichneumon per eaſdem fauceſ ut telum aliquod immiſſum erodit aluum. Similiſ Crocodilo: ſed minor etiam Ichneumone eſt in Nilo natuſ Scincoſ: contra uenena precipuum antidotum. Item ad inflammādā uirorum uenerem.

Scinchos.

Delphini hostes Crocodili

Verum in Crocodilo maior erat peſtiſ quā ut uno eſſet eiuſ hoſte natura contenta. Itaq; & Delphini immeanteſ nilo quorum dorſo tanq̄ ad hunc uſū cultellata ineſt penna: abigenteſ eoſ preda: ac uelut in ſuo tantum amne regnanteſ alioqui impareſ uiribuſ: ipſi aſtu interimunt. Callent enim in hoc cuncta animalia. ſciuntq; non modo ſua commoda: uerum & hoſtium aduerſa. Norunt ſua tela. norunt occaſioneſ parteſq; diſſidentium in belliſ. In uētre molliſ eſt: tenuiſq; cutiſ Crocodilo. ideo ſe ut territi immergunt delphini: ſubeunteſq; aluū illam ſecant ſpina. Quin & genſ hominum eſt huic belue aduerſa in ipſo nilo: & in interiore habitanſ nitria ab inſula in qua habitat appellata.

Gens hoīum Crocodili hostis.

Menſura eorum parua. ſed preſentia animi in hoc tantum uſu mira. Terribiliſ hec contra fugaceſ belua eſt. fugax contra inſequenteſ. Sed aduerſum ire ſoli hi audent. quin etiā flumini innatant. Dorſoq; equitantium modo impoſiti hiantibuſ reſupino capite ad morſum, addita in oſ claua dextra ac leua teneteſ extrema eiuſ utrinq; ut freniſ in terram agunt captiuoſ ac uoce etiam ſola territoſ cogunt euomere recentia corpora ad ſepulturam. Itaq; ei uni inſule Crocodili non adnatant. Olfactuq; eiuſ generiſ hominum ut Pſyllorum ſerpenteſ fugāt. Hebeteſ oculoſ hoc animal dicitur habere in aqua. Extra acerrimi uiſuſ. Quattuorq; menſeſ hyemiſ inedia ſemꝑ tranſmittere in ſpecu. Quidam hoc unum quamdiu uiuat creſcere arbitrantur. Viuit autem longo tempore. Maior altitudine in eodem Nilo belua Hippopotamuſ editur. Vngulis biniſ qualeſ bubuſ. Dorſo equi. & iuba & hinnitu. Roſtro reſimo. Cauda tortuoſa & dentibuſ aprorum aduncis. ſed minuſ noxiuſ. Tergoriſ ad ſcuta galeaſq; impenetrabiliſ preterq̄ ſi humore madeat. Depaſcitur ſegeteſ deſtinatione ante ut ferunt. determinataſ in diem. & ex agro ferentibuſ ueſtigiiſ ne que reuertenti inſidie comparentur Primuſ eum & quiq; Crocodiloſ Rome edilitatiſ ſue ludiſ. M. Scauruſ temporario Euripo oſtendit.

Hippotamus.

Cuius p̄mus ōndit romę Crocodilos.

CAP. XXV. Quæ animalia quaſ medicinaſ oſtenduntur.

Hippopotamuſ in quadam medendi parte etiam magiſter exiſtit: aſſidua nāq; ſatieate obeſuſ exit in littuſ: recenteſ arundinum ceſuraſ ſpeculatuſ: atq; ubi acutiſſimum ꝓuidet ſtipitem imprimenſ corpuſ: uenam quandam in cute uulnerat: atq; ita profluuio ſāguiniſ morbidū aliaſ corpuſ exonerat: & plagā limo ruſſuſ obducit. Simile quiddam & uolucriſ in eadem Egypto monſtrauit que uocatur Ibiſ: roſtri aduncitate per eam partem ſe perluenſ: q̃ reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt. Nec hec ſola: multa animalibuſ reperta ſunt uſui futura & homini. Dictamum herbam extrahendiſ ſagittiſ cerui monſtrauere percuſſi eo telo. paſtuq; eiuſ herbe eiecto. Iidem percuſſi a phalangio quod eſt aranei genuſ aut aliquo ſimili: cancroſ edendo ſibi medētur. Eſt & ad ſerpentium ictuſ precipua qua ſe lacerti quotienſ cum hiſ conſeruere pugnam: uulnerati refouent. Chelidoniam uiſui ſaluberrimam hirūdineſ monſtrauere: uexatiſ pullorum oculiſ illa medenteſ. Teſtudo Cunilequam bubulam uocant: paſtu uireſ contra ſerpenteſ refouet. Muſtela ruta in anguium uenatu cū iiſ dimicatione cōſerta. Ciconia origano. Edera apri in morbiſ ſibi medentur. Et cancroſ ueſcendo maxime mari eiectoſ. Anguiſ hyberno ſitu membrana corporiſ obducta: feniculi ſucco impedimentum illud exuit: nitiduſq; uernat: Exuit autem a capite primum: nec celeriuſ q̃ uno die ac nocte replicāſ: ut extra fiat membrane quod fuerat intuſ. Idem hyberna latebra uiſu obſcurato: Marathro herbe ſeſe affricanſ oculoſ inungit ac refouet. Si uero ſquame obtorpuere: ſpiniſ iuniperi ſe ſcabit. Draco uernam nauſeā ſilueſtriſ lactuce ſucco reſtringit. Pantheraſ ꝑ carneſ fricataſ Aconito uenantur iidē barbari Occupat ilico fauceſ earum angor. Quare pardalianteſ id uenenum appellauere quidam. At fera contra hec excrementiſ hominiſ ſibi medetur. & aliaſ tam auida eoꝝ: ut. a paſtoribuſ ex induſtria in aliquo uaſe ſuſpenſa altiuſ q̃ ut queat ſaltu contingere iaculando petendoq; defigi & poſtremo expirare. alioqui uiuacitatiſ adeo lente: ut eiectiſ intaraneiſ diu pugnet. Elephaſ Chameleonte concolori frōte deuorato occurrit oleaſtro huic ueneno ſuo. Urſi cum Mandragore mala deguſtauere formicaſ lambūt. Ceruuſ herba Cynare uenenatiſ pabuliſ reſiſtit. Palumbeſ. gracule. merule. perdiceſ. lauri folio annuum faſtidium purgant. Columbe turtureſ. & gallinacei herba que uocatur Helxine. Anateſ anſereſ cetereq; aquatice herba Siderite. Grueſ & ſimileſ iunoc paluſtri. Coruuſ occiſo Chameleonte qui etiam uictori nocet: Lauro infeſtū uiruſ extinguit.

Dictami virtutes.

Muſtela utit̃ ruta c͠ venenum.

Hippopotamus.

Ibis.

Cerui telo p̃cussi ad dictamnũ confugiunt

Chelidonia utunt̃ hirundines ad oculos.

Ciconia origano sibi medetur.

Apri edera.

Anguis feniculi succo membrane impedimentũ exuit: & marathro oculis medet̃.

Inuncti aconito venant̃ pantheras.

CAP. XXVI. Pronoſtica animalium.

Ilia preterea. utpote cum plurimiſ animalibuſ eadem natura rerum celi quoq; obſeruatione & uentorum & hymbrium & tempeſtatū preſagia aliuſ alia dederit quod perſequi immenſum eſt. eque ſcilicet q̃ relquam cum ſinguliſ hominum ſocietatē Siquidem & pericula premonent. nō fibriſ modo extiſq;. circa quod magna mortalium portio heret. ſed alia quadem ſignificatione. Ruiniſ imminentibuſ muſculi premigrant. Aranei cum teliſ primi cadunt. Auguria quidem artem periculiſ fecere. Apud Romanoſ ſacerdotum collegiū uel maxime ſolemlne eſt. In Thracia lociſ rigentibuſ & uulpeſ animal alioqui ſolerti auditu: amneſ gelatoſ lacuſq; non niſi ad paſtuſ iture redituteq; tranſeunt. Obſeruatum eam aure ad glaciem appoſita conictare craſſitudinem gelu.

CAP. XXVII. Ciuitateſ & genteſ a minutiſ animalibuſ deletæ & ſuffoſſæ.

Ec minuſ clara exitii documenta ſunt etiam ex contemnendiſ animalibuſ. M. Varro autor eſt. a cuniculiſ ſuffoſſum in Hiſpania oppidum. A Talpiſ in

Cuniculos suffodisse oppidum.

Talpe. Rane. Locuste. Mures. Serpentes. Scorpiones. Scolopendri.

Teſſalia. Ab raniſ ciuitatem in Gallia pulſam. Ab locuſtiſ in Africa. Ex Gyaro Cycladum inſula Amycloſ a muribuſ fugatoſ. In Italia Amyclaſ a ſerpentibuſ deletaſ. Cytra Cynamulgoſ Ethiopaſ late deſerta regio eſt a ſcorpionibuſ & Solifugiſ gente ſublata. Et a Scolopendriſ abactoſ Otrerieres auctor eſt Theophraſtuſ. Sed ad reliqua ferarum genera tranſeamuſ.

CAP. XXVIII. De Hyena Crocuta: Manticora: fibriſ: lutriſ: & aſiniſ ſilueſtribuſ.

Hyena alternis annis mas sit alternis femina fit: de qua mirabilia tradunt.

h

Yeniſ ntranq; eſſe naturam: & alterniſ anniſ marē: alterniſ feminam fieri: parere ſine mare uulguſ credit: Ariſtoteleſ negat: Collū & iuba continuitate ſpine porrigitur: flectiq; niſi circunactu totiuſ corporiſ nequit. Multa preterea mira traduntur. Sed maxime ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimulare. Nomenq; alicuiuſ addiſcere quem euocatum foraſ laceret. Item uomitionem hominiſ imitari ad ſollicitandoſ caneſ: quoſ inuadat. Ab uno animali ſepulchra erui: inquiſitione corporum. Fņminam raro capi. Oculiſ mille eē uarietateſ colorūq; mutationeſ. Preterea umbre eiuſ contactu caneſ obmuteſcere. Et quibuſdam Magiciſ artibuſ omne animal qđ ter luſtrauerit: in neſtigio herere. Huiuſ generiſ coitu Leena Ethiopica parit Crocutam ſimiliter uoceſ imitantem hominum pecorumq;. Acieſ ei perputua in utraq; parte oriſ. Nulliſ gingiuiſ dente continuo que ne contrario occurſu hebetetur capſarum modo includitur. Homiuum ſermoneſ imitari & Manticoran in Ethiopia autor eſt Iuba. Hyene plurime gignuntur in Africa: Que & aſinorum ſilueſtrium multitudinem fundit. Mareſ in eo genere ſinguli feminarum gregibuſ imperitant. Timent libidiniſ emuloſ: Et ideo grauidaſ cuſtodiunt: Morſuq; natoſ mareſ caſtrant. Contra grauide latebraſ petunt & parere furto cupiunt: gaudentq; copia libidiniſ. Eaſdem parteſ ſibi ipſi Pōtici amputant fibri periculo urgente: ob hoc ſe peti gnari. Caſtoreum id uocant medici: aliaſ animal horrendi morſuſ. Arboreſ iuxta flumina ut ferro cedit. Hominiſ parte comprehenſa: non anteq̃ fracta concrepuerint oſſa: morſū reſoluit: Cauda piſcium iiſ cetera ſpecieſ Lutre. Vtrunq; aquaticum: utriq; mollior pluma piluſ.

Crocuta.

Manticora.

·gingiua·

Asini siluestres.

Fibri.

Castoreus.

CAP. XXVIIII. De Raniſ: & uituliſ mariniſ & Stellionibuſ.

Rane: Vituli marini: & Fibri plurimis sunt refecti medicaminibus.

Ane quoq; rubetæ: quarum & in terra & in humore uita: plurimiſ referte medicaminibuſ deponere ea cotidie ac reſumere paſtu dicuntur: uenena tantū: ſibi reſeruanteſ. Similiſ & uitulo marino uictuſ in mari ac terra. Simile Fibro & ingeniū Euomit fel ſuum: ad multa medicamenta utile. Item coagulum ad comitialeſ morboſ ob ea ſe peti prudenſ. Theophraſtuſ autor eſt: angueſ eo modo & ſtellioneſ ſenectutē exuere: eāq; protinuſ deuorare. preripienteſ comitiali morbo remedia. Eoſdem peſtiferoſ ferunt in Grecia. innocuoſ eſſe in Sicilia.

Angues & stelliões quõ exuant senectute.

CAP. XXX. De ceruiſ.

Eruiſ quoq; eſt ſua malignitaſ: quanq̃ placidiſſimo animalinm urgente ui canum ultro confugiunt ad hominem: Et in pariendo ſemitaſ minuſ cauent: humaniſ ueſtigiiſ tritaſ quam que ſecrete ac feriſ opportune. Conceptuſ earum poſt arcturi ſyduſ: Octoniſ menſibuſ ferunt partuſ: & interdum geminoſ. A conceptu ſeparant ſe: At mareſ relicti: rabie libidiniſ ſeuiunt: Fodiunt ſcrobeſ: Tunc roſtra eorum nigreſcunt: donec aliqui abluant hymbreſ. Femine autem ante partum purgantur herba quadam que Seſeliſ dicitur: faciliore ita utenteſ utero. a partu duaſ habent herbaſ que Aroſ & Seſeliſ appellantur. Paſte redeunt ad fetum. Illoſ imbui lactiſ primo nolunt ſucco quacunq; decauſa. Editoſ partuſ exercent curſu: & fugam

Selesis herba

Aros herba.

meditari docent. Ad prerupta ducunt: ſaltumq; demonſtrant. Iā mareſ ſoluti deſiderio libidiniſ auide petunt pabula. Vbi ſe prepingueſ ſenſere latebraſ querunt: fatenteſ incommodum pōduſ: & aliaſ ſemper in fuga aquieſcunt: ſtanteſq; reſpiciunt. Cū ꝓpe uentum eſt: rurſuſ fuge preſidia repetenteſ. Hoc fit inteſtini dolore tam infirmi ut ictu leui rumpatur intuſ. Fugiunt autem latratu canum audito. Aura ſemper ſecūda ut ueſtigia cum ipſiſ abeant. Mulcentur fiſtula paſtorali & cantu. Cū erexere aureſ acerrimi auditu: cum remiſere: ſurdi. Ceterum animal ſimplex: & omnium rerū miraculo ſtupenſ: in tantum ut equo aut bucula accedente propiuſ hominē iuxta uenātē non cernāt: aut ſi cernunt: arcum ipſum ſagittaſq; mirentur. Maria tranant gregatí nanteſ porrecto ordine: & capitata imponenteſ precedentium clunibuſ: uicibuſq; ad terga redeunteſ. Hoc maxime notatur a Cilicia Cyprum traiicientibuſ. Nec uident terraſ Sed in odore eoꝝ natant. Cornua mareſ habent: ſoliq; animaliū oībuſ anniſ ſtatuto ueriſ tempore amittunt. Ideo ſub ipſa die q̄ maxime inuia petunt. Latent amiſſiſ uelut inermeſ. Sed & ipſi bono ſuo inuidenteſ: Dextrum cornu negant inueniri; ceu medicamento aliquo preditum. Idq; mirabiliuſ fatendum eſt: cum & in uiuariiſ mutent omnibuſ anniſ: Defodi ab iiſ putant. Accenſiſ autem utriſlibet odore ſerpenteſ fugantur: & comitialeſ morbi deprehenduntur. Indicia quoq; etatiſ in illiſ gerunt ſinguliſ anniſ adiicientibuſ ramoſ uſq; ad ſexenneſ: Ab eo tempore ſimilia reuiuiſcunt. Nec poteſt etaſ diſcerni. Sed dentibuſ ſenecta declaratur. aut. n. paucoſ aut nullaſ habent: nec in cornibuſ imiſ ramoſ. alioqui. ante frontem prominere ſolitoſ iunioribuſ: Non decidunt caſtratiſ cornua: nec naſcuntur. Erumpunt autem renaſcentibuſ tuberibuſ primo aride cutiſ ſimilia. Eadē teneriſ increſcunt feruliſ arūdineaſ in panniculaſ molli plummata lanugine. Quamdiu carent iiſ. noctibuſ procedunt ad pabula. Increſcentia ſoliſ uapore durant: ad arborem ſubinde experienteſ. Vbi placuerit robur: in aperta prodeunt. Capti iam ſunt edera in cornibuſ uiridante ex attritu arborum. ut in aliquo ligno teneriſ dum experiuntur: innata. Fiunt aliquando ex candido colore qualem fuiſſe traditur. Q. Sertorii ceruam: quam eſſe fatidicam Hiſpanie gentibuſ perſuaſerat. Et iiſ cum ſerpēte pugna: Inueſtigant cauernaſ: nariumq; ſpiritu extrahunt renitēteſ. Ideo ſingulare abigendiſ ſerpentibuſ odor aduſto cornu ceruino. Contra morſuſ uero precipuum remediū ex coagulo hinnuli in utero occiſi. Vita ceruiſ in confeſſo longa: poſt centum annoſ aliquibuſ captiſ cum torqbuſ aureiſ: quoſ Alexander Magnuſ addiderat: adopertiſ iam cute in magna obeſitate. Febrium morboſ non ſentit hoc animal. Quin & medetur huic timori. Quaſdam noſ principeſ feminaſ ſcimuſ omnibuſ diebuſ matutiniſ carnem eam deguſtare ſolitaſ: & longo euo caruiſſe febribuſ. Quod ita demum exiſtimant ratum: ſi uulnere uno interierit.

Quatr Cerui mare tranatent.

Soli om̄ʒ aīalium Cerui ſingulis annis Cornua amittunt.

Caſtratis Ceruis Cornua nō decidunt.

Pugnant Cum ſerpentibus Cerui.

Poſt centū annos Capti Cerui Cū torquibus ab alexandro magno additis.

Febrē nō patitur Ceruus: ſʒ eius Caro medet̄ febri.

CAP. XXXI. De tragelapho: & Chameleonte.

a

St eadem ſpecie barba tantum & armorum uillo diſtanſ: quem Tragelaphon uocant: non alibi q̄ iuxta Phaſin amnem naſcenſ. Ceruoſ Africa propemodum ſola non gignit. At Chameleontem & ipſa: quamq̄ frequentiorem India. Figura & magnitudo erat lacerti: niſi crura eſſent recta & excelſiora. Latera uentri iūguntur ut piſcibuſ & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrun ut in paruo ſit haud abſimile ſuillo. Cauda prelonga in tenuitatē deſinēſ. & implicanſ ſe uiperiniſ orbibuſ. Vngueſ adūci Motuſ tardior ut teſtudini. Corpuſ aſperum ut Crocodilo. Oculi in receſſu cauo: tenui diſcrimine pregrandeſ: & corpori concoloreſ. Nunq̄ eoſ operit. Nec pupille motu: ſed totiuſ oculi uerſatione circumaſpicit. Ipſe celſuſ hianti ſemper ore. Soluſ

Tragelaphon.

b
Cameleon Qui nec Cibo nec potu nutritur ſʒ aere tm̄.

animalium nec cibo nec potu alitur: nec alio q̃ aeriſ alimento. Circa caprificoſ feruſ innoxiuſ alioqui. & coloriſ natura mirabilior: mutat namq; eũ ſubinde & oculiſ & cauda & toto corpore. Redditq; ſemper queucunq; proxime attingit: preter rubꝝ candidumq;: Defuncto pallor eſt. Caro in capite & maxilliſ: & ad commiſſuram caude admodum exigua: nec alicubi toto corpore. Sanguiſ in corde & circa oculaſ tantũ Viſcera·ſine ſplene. Hyberniſ menſibuſ latet ut lacerta.

CAP. XXXII. De Tarando & Lycaone: & Thoe.

Lycaon.
Thoes.
Tarandus.

Vtat coloreſ Scytharum Taranduſ nec aliud ex iiſ que pilo ueſtiuntur: niſi in Indiſ Lycaon cui iubata tradiť ceruix. Nam Thoeſ luporum id genuſ eſt proceruiſ longitudine: breuitate cruꝝ diſſimile: uelox ſaltu: uenatu uiuenſ: innocuũ homini. habitum nõ colorem mutant. Per hyemeſ hirti: eſtate nudi. Tarando magnitudo que boui eſt. Caput maiuſ ceruino. nec abſimile. Cornua ramoſa. ungula bifida uilluſ magnitudine urſoꝝ. Sed cũ libuit ſui coloriſ eſſe: aſino ſimiliſ eſt. Tergori tãta duricia: ut thoraceſ ex eo faciant. Colorem omnium arboꝝ fruticum florũ locorumq; reddit metuenſ in quibuſ latet: ideoq; raro capitur. Mirium eſſet habitum corpore tã multiplicem dari. mirabiliuſ & uillo.

CAP. XXXIII. De Hyſtrice.

Yſtriceſ generat India. & Africa ſpina contectaſ: ac Erinaceorum genere. ſed hyſtrici longioreſ aculei: & cum intendit cutem miſſileſ. Ora urgentium figit canum & paulo longiuſ iaculatur. Hyberniſ autem ſemenſibuſ condit. Que natura multiſ: & præcipue urſiſ.

CAP. XXXIIII. De Vrſiſ & fætibuſ eorum.

Orum coituſ hyemiſ initio. nec uulgari quadrupedũ more. ſed ambobuſ cubantibuſ complexiſq;. Deinde ſeceſſiuſ iu ſpecuſ ſeparatim in quibuſ pariũt triceſimo die. ac plurimum quinoſ. Hi ſunt candida informiſque caro paulo muribuſ maior ſine oculiſ ſine pilo. Vngueſ tantum prominent. Hanc lambendo paulatim figurant. Nec quicq̃ rariuſ homineſ q̃ parientem uidere urſam. Ideo mareſ quadrageniſ diebuſ latent. Femine quaterniſ menſibuſ. Specuſ ſi non habũre: ramorum fructicũq; cõgerie edificant impenetrabileſ hymbribuſ. molliq; fronde conſtratoſ. Primiſ diebuſ biſ ſepteniſ tam graui ſomno premũtur: ut ne uulneribuſ quidem excitari queant. Tũc mirum in modum uterno pingueſcunt. Illi ſunt adipeſ medicaminibuſ apti: contraq; defluuium capilli tenaceſ. Ab hiſ diebuſ reſidunt: ac priorum pedum ſuctu uiuunt. Fetuſ rigenteſ apprimendo pectori fouent: non alio incubitu q̃ oua uolucreſ. Mirũ dictu credit Theophraſtuſ per id tempuſ coctaſ quoq; urſorum carneſ ſi aſſeruentur increſcere. Cibi nulla tunc argumenta: nec niſi humoriſ minimum in aluo inueniri. Sanguiniſ exiguaſ circa corda tantum guttaſ. reliquo corpori nihil ineſſe. Prodeunt uere: ſed mareſ prepingueſ: Cuiuſ rei cauſa nõ prompta eſt. Quippe nec ſomno quidem ſaginatiſ preter quatuordecim dieſ: ut diximuſ. Exeunteſ herbam quandam Aron nomine laxandiſ inteſtiniſ alioqui concretiſ: deuorant. Circaq; ſurculoſ dentiũ predomanteſ ura. Oculi eorum hebetantur. Qua maxime cauſa fauoſ expetunt: ut conuulneratum ab apibuſ oſ leuet ſanguine grauedinem illam. Inualidiſſimum urſo caput: quod leoni fortiſſimum: Ideo urgente ui precipitaturi ſe ex aliqua rupe: manibuſ eo operto iaciuntur: ac ſepe in arena colaphiſ inflictiſ examinantur. Cerebro ueneficium eſſe Hiſpanie credunt: occiſorumq; in ſpectaculiſ capita cremant: teſtato quoniam potum in urſinam rabiem agat. Ingrediuntur & bipedeſ. Arborem auerſi diripiunt. Tauroſ ex ore cornibuſq; eorũ pedibuſ omnibuſ ſuſpenſi pondere fatigãt.

Adipes urſi ad retinendos defluentes Capillos optimi.

Cocte urſoꝝ carnes ſi ſeruent̃ creſcunt.

Caput urſis ĩualidiſſimũ.

nec alteri animaliũ in maleficia ſtultitia ſollertior: Annalibuſ notatũ eſt: M. Piſone. M. Meſſalla Coñſſ. ad. xiiii. kalendaſ octobriſ. Domitium Enobarbum Edilẽ Curulẽ urſoſ numidicoſ. c. & totidem uenatoreſ ethiopaſ in Cyrco dediſſe. Miror adiectum numidicoſ fuiſſe: cum in Africa urſoſ non gigni conſtet.

CAP. XXXV. De Muribuſ ponticiſ & alpiniſ & herinaceiſ.

Onduntur hyeme & Pontici mureſ dumtaxat alibi. Quorum palatum in guſtu ſagaciſſimum: autoreſ quonam modo intellexerint: miror. Conduntur & alpini: quibuſ magnitudo media eſt. Sed hi pabulo ante in ſpecuſ contecto: cum quidã narrent alternoſ: marem ac feminam ſupra ſe complexo faſce herbe ſupinoſ cauda mordicuſ apprehenſa inuicem detrahere ad ſpecum. Ideoq; illo tempore detrito eſſe dorſo Sunt hiſ pareſ & in Egypto: Similiter reſident in cluneſ. & in biniſ pedibuſ gradiũt prioribuſq; ut manibuſ utunt̃. Preparant hyemi & Herynaciiciboſ. ac uolũtati ſupra iacentia poma affixa ſpiniſ unum non ampliuſ teneteſ ore portant in cauaſ arboreſ. Iidem mutationem aquiloniſ in auſtrũ condenteſ ſe in cubile preſagiunt. Vbi uero ſenſere uenantem contracto ore pedibuſq; ac parte om̃i inferiore qua raram & innocuam habent lanuginem conuoluuntur in formã pile: nequid cõprehendi poſſit preter aculeoſ. In deſperatione uero urinam ex ſe reddunt tabificam: tergori ſuo ſpiniſq; noxiam. propter hoc ſe capi gnari. Quamobrẽ exinanita priuſ urina uenari arſ eſt. Et tum precipua doſ tergoriſ. Aliaſ corrupta fragiliſ putribuſ ſpiniſ atq; deciduiſ: etiam ſi uiuat ſubtractuſ fuga. ob id non niſi in nouiſſima ſpe maleficio illo perfunditur. Quippe & ipſi odere inſitum ueneficium. ita parcenteſ ſibi. terminũq; ſup̄mum operienteſ. ut ferme ante captiuitaſ occupet. Calide poſtea aque aſperſu reſoluitur pila. ap̄p̄henſuſq; pede altero e poſterioribuſ ſuſpendio ac fame necatur. Aliter non eſt occidere: & tergori parcere. Ipſum animal non uerentur pleriq; dicere uite hominum ſuperuacuũ eſſe ſi non ſint illi aculei. Fruſtra uellerũ mollicieſ in pecude mortalibuſ data. hac cute exſpoliuntur ueſteſ. Magnum frauſ: & ibi lucrum monopolium inuenit. De nulla re crebrioribuſ Senatuſ Conſultiſ nulloq; nõ principe adito querimoniiſ prouintialibuſ.

CAP. XXXVI. De Leontophono: lynce: Melibuſ. & Scyuriſ.

Rina & duobuſ aliiſ animalibuſ ratione mira eſt. Leontophonõ accepimuſ uocari paruum nec alí ubi naſcenſ q̃ ubi leo gignitur. Quo guſtato tanta illa uiſ ẽ ut ceteriſ quadrupedum imperitãſ ilico exſpiret. Ergo corpuſ eiuſ aduſtum aſpergũt aliiſ carnibuſ polente modo inſidianteſ fere. necantq; etiam cinare tam contraria eſt peſtiſ. Haud immerito igitur odit leo. uiſumq; frangit & citra morſum exanimat. Ille contra urinam ſpargit prudenſ hanc quoq; leoni exitialem. Lyncum humor ita reddituſ ubi gignunt̃: glaciatur: areſcitue in gemmaſ carbunculiſ ſimileſ & igneo colore fulgenteſ: Lyncurium uocataſ: atq; ob id ſucino a pleriſq; ita generari ꝓdito. Nouere hoc: ſciuntq; Lynceſ & inuidenteſ: urinam terra operiunt. eoq; celeriuſ ſolidatur. Illa alia ſolertia in metu Melibuſ: ſufflata cute diſtẽte ictuſ hominũ & morſuſ canum arcent. Preuident tempeſtatem & Scyuri: obturatiſq; qua ſpiraturuſ ẽ uẽtuſ cauerniſ: ex alia parte aperiunt foreſ de cetero. Ipſiſ uilloſior cauda ꝑ tegumento ẽ. Ergo in hyemeſ aliiſ prouiſum pabulum. Aliiſ pro cibo ſomnuſ.

Lyncũ humor in gemmas convertit.

Scyuri ꝑbent indiciũ future tempestatis

CAP. XXXVII. De Vipera & Cochleiſ: & lacertiſ.

Erpentium uipera ſola terra dicitur condi. Cetere arborum aut ſaxoꝝ cauiſ. & aliaſ uel annua fame durant. algore modo dempto. Omnia ſeceſſuſ tempore ueneno orba dormiunt. Simili mõ & Cochlee: ille quidem iteꝝ & eſtatibuſ adherẽteſ maxime ſaxiſ: ut etiam iniuria reſupinate auulſeq; nō tñ exeant. In balearibuſ uero inſuliſ cauatice appellate nō ꝓrepunt e cauiſ terre neq; herba uiuūt: ſed uue mō inter ſe coherent. Eſt & aliud genuſ minuſ uulgare. Adherent oꝑculo eiuſdē teſte ſe operienteſ: obrute terra ſemꝑ: He & circa maritimaſ tantū alpeſ quondā effoſſe: cepere iam erui & in Veliterno: oīm tñ laudatiſſime in Aſtypalea inſula. Lacerte inimiciſſimū genuſ cochleiſ. Negant̄ ſemeſtrē uitam excedere. Lacerti Arabie cubitaleſ. in India uero ĩ Niſa mōte. xxiiii. in lōgitudīe pedū colore fului aut punicei aut cerulei.

CAP. XXXVIII. De canibuſ.

X iiſ quoq; aīalibuſ que nobiſcū degūt: multa ſūt cognitu digna. Fideliſſimiq; āte oīa homini caneſ atq; equi. Et pugnaſſe aduerſuſ latroneſ canē ꝓ domino: accepimuſ: cōfectūq; plagiſ a corpore nō receſſiſſe uolucreſ & feraſ abigentē. Ab alio in Epiro agnitū in conuentu percuſſorē domini: laniatuq; & latratu adactū: ut cogeretur fateri ſceluſ. Garamantū Regē caneſ ducenti ab exilio reduxere: prælianteſ cōtra reſiſtenteſ. ꝓpter bella Colophonii: Itēq; caſtabalenſeſ cohorteſ canū habuere. Ee prime dimicabant in acie: nunq̃ detrectanteſ: Hec erant fidiſſima auxilia nec ſtipendiorū indiga. Caneſ defendere Cimbroſ ceſiſ dominiſ eoꝝ plauſtriſ impoſitiſ. Caniſ Iaſone Lycio ĩterfecto: cibū capere noluit: inediaq; cōſumptuſ eſt. Iſ uero cui nomē Hyrcani reddidit Durideſ accenſo regiſ Lyſimachi rogo: iniecit ſe flāme. Similiterq; Hyeroniſ regiſ: memorat & Pyrrū Geloniſ Tyranni canē Philiſtuſ. Memoratur & Nicomediſ Bythinie regiſ uxore eiuſ Cōſynge lacerata ꝓpter laſciuiorem cū marito iocū. Apud noſ Volcatiū Nobilē qui Ceſeliū iuſ ciuile docuit Aſturcōe e ſuburbano redeuntē cū aduesperauiſſet caniſ a graſſatore defendit. Item Celiū Senatorē egrum placentie ab armatiſ oppreſſum: Nec priuſ ille uulneratuſ eſt: q̃ cane interēpto. Sed ſuper omnia in noſtro euo actiſ Po. Ro. teſtatū Appio Iunio & . P. Silio Coñſſ. cū animaduerteretur ex cauſa Neroniſ Germanici filii in . T. Sabinum & ſeruitia eiuſ: uniuſ ex iiſ canem nec a carcere abigi potuiſſe: nec a corpore receſſiſſe: abiecto in gradibuſ gemitoriiſ meſtoſ edentem ululatuſ magna Po. Ro. corona circūſtante. ex qua cū quidā ei cibū obieciſſet: ad oſ defūcti tuliſſe. Innatauit idē in Tyberim cadauere abiecto ſuſtentare conatuſ: effuſa multitudine ad ſpectandā animaliſ fidē: Soli dominū nouere. & ignotū quoq; ſi repēte ueniat: intelligūt. Soli nomīa ſua: ſoli uocē domeſticā agnoſcunt. Itinera quāuiſ lōga meminere. Nec ulli p̄ter hominē mēoria maior. Impetuſ eoꝝ & ſeuicia mitigatur ab homine conſidente humi. Plurima alia in hiſ cotidie uita inuenit. Sed in uenatu ſolercia & ſagacitaſ precipua eſt. Scrutatur ueſtigia atq; perſequitur. Comitantē ad feram inquiſitorē loro retrahenſ: quāuiſ aquā tranſilienſ ſe occultaſſet q̃ ſignificāſ demōſtratio eſt cauda primū deinde roſtro. Ergo etiam ſenecta feſſoſ cecoſq; ac debileſ ſinu ferunt. uentoſ & odorē captāteſ. prodēteſq; roſtro cubilia. Etigribuſ eoſ Indi uolunt concipi. & ob id in ſiluiſ coituſ tempore alligant feminaſ. Primo & ſecundo fetu nimiſ feroceſ putant gigni. Tertio demū educāt Hoc idē e lupiſ galli: quorū gregeſ ſuū quiſq; doctorē e canibuſ & ducē habent. Illū in uenatu comitātur. illi parent. Nanq; inter ſe exercent etiā magiſteria. Certum eſt iuxta Nilum amnē currēteſ lambere: ne crocodiloꝝ auiditati occaſionē prebeāt. Indiam petenti Alexandro Magno: Rex Albanie dono dederat inuſitate magnitudiniſ unū. cuiuſ ſpecie delectatuſ iuſſit urſoſ: mox aproſ & deinde damaſ emitti contemptu immobili iacente. Eaq; ſegnicie tanti corporiſ offenſuſ Imꝑator generoſi ſpirituſ: eum interimi iuſſit. Nunciauit hoc fama regi. Itaq; alterū mittenſ addidit mandata. ne in paruiſ experiri uellet: ſed in leone elephantoue. duoſ ſibi fuiſſe. hoc interēpto p̄terea nullum fore. nec diſtulit Alexander leonēq; fractū protinnſ uidit. Poſtea elephātū iuſſit induci haud alio magiſ ſpectaculo letatuſ. horrentibuſ quippe per totum corpuſ uilliſ ingenti primū latratu intonuit: mox in ceruicē aſſultāſ contraq; beluā exurgēſ hinc & illinc artifici dimicatione: qua maxime opuſ eſſet infeſtanſ atq; euitanſ: donec aſſidua rotatū uertigine afflixit. ad caſū eiuſ tellure cōcuſſa. Canum generibuſ annui partuſ. Iuſta ad pariendū annua etaſ. Gerūt in utero ſaxageniſ diebuſ. Gignūt cecoſ & quo largiore alunt̄ lacte: eo tardiorē uiſum accipiūt. nō tñ unq̄ ultra. xxi. diē nec ante ſeptimū. Quidā tradūt ſi unuſ gignat̄ nono die cernere. Si gemini decimo. idēq; in ſinguloſ adici. totidēq; eſſe tarditatiſ ad lucē dieſ. Et ab ea que femina ſit ex primipara genita: citiuſ cerni. optimuſ in fætu qui nouiſſimuſ cernere incipit. aut quē primū fert in cubile feta. Rabieſ canū Syrio ardēte homini peſtifera ut diximuſ ita morſiſ letalaliſ aque metuſ. Quaꝓpter obuiā itur ꝑ. xxx. eoſ dieſ. Gallinaceo maxīe fimo: mixto canū cibiſ: aut ſi p̄uenerit morbuſ ueratro.

Canis sexaginta diebus in utero gerit
& Cecos parit Catulos.

CAP. XXXVIIII. Ad caniſ Rabidi morſum.

Dimorſum uero unicū remediū oraculo quodā nuꝑ repertū radix ſilueſtriſ roſe que Cynorhoda appellatur. Columella autor ē: ſi quadrageſimo die q̄ ſit natuſ caſtretur morſu cauda: ſummuſq; eiuſ articuluſ auferatur: ſequēti neruo exēpto nec caudā creſcere: nec caneſ rabidoſ fieri. Canē locutū ī ꝓdigiiſ quod equidē ānotauerī accepimuſ: & ſerpentē latraſſe: cū pulſuſ eſt Regno Tarquiniuſ.

Canem locutum.

Serpentē latrasse cū pulsus fuit e regno Tarquinius.

CAP. XL. De Natura equorum.

Idem Alexandro & equi magna raritaſ contigit. Bucephalan eū uocarunt: ſiue ab aſpectu toruo: ſiue ab inſigni taurini capitiſ armo impreſſi. Sedecim talentiſ ferunt ex Philonico Pharſali grege emptū etiā tū puero capto eiuſ decore. Neminē hic aliū q̄ Alexandrū regio inſtratuſ ornatu recepit in ſedē. alioſ paſſim reiicienſ. Idē in preliiſ memorate cuiuſdā ꝓhibetur opere. Thebarū oppugnatione uulneratuſ: in aliū tranſire Alexandrū nō paſſuſ. Multa preterea eiuſdē modi: propter que Rex defuncto ei duxit exequiaſ: urbēq; tumulo circūdedit nomine eiuſ. Nec Cæſariſ Dictatoriſ quenq̄ aliū recepiſſe dorſo equuſ tradit̄. Idemq; hominiſ ſimileſ pedeſ prioreſ habuiſſe. Hac effigie locatuſ ante Veneriſ genetriciſ edem. Fecit & diuuſ Auguſtuſ equo tumulū: de quo Germanici Ceſariſ carmē eſt. Agrigēti cōpluriū equoꝝ tumuli Pyramideſ habent. Equū adamatū a Semiramide uſq; ad coitū Iuba autor ē. Scythe q̄dē equitatuſ & equorū gloria ſtrepūt. Occiſo Regulo ex prouocatione dimicantē hoſtē cū ad ſpoliandū ueniſſet: ab equo eiuſ ictibuſ morſuq; confectū. Alium detracto oculoꝝ operimento & cognito cū matre coitu petiſſe prerupta: atq; exanimatū. Equā eadē ex cauſa in reatino agro laceratūq; pariter aurigā īuenimuſ. nāq; & cognationū intellectuſ in iiſ eſt. Itaq; in grege prioriſ anni ſorore libentiuſ etiā q̄ matre equa comitatur. Docilitaſ tāta eſt ut uniuerſuſ Sybaritani exercituſ equitatuſ ad Symphonie cātū ſaltatione q̄dā moueri ſolituſ inueniatur. Iidem preſagiūt pugnā. & amiſſoſ lugent dñoſ lachrymaſq; interdū deſiderio fūdūt. interfecto Nicomede Rege equuſ eiuſ inedia uitā finiuit. Philarchuſ refert Cētaretriū E Galatiſ inprelio occiſo Antiocho potitū equo eiuſ conſcendiſſe ouātē: at illū indignatione accēſū domitiſ freniſ ne regi poſſet p̄cipitē in abrupta iſſe: exanimatūq; una. Philiſtuſ a Dionyſio relictū in ceno herētē ut ſeſe euelliſſet ſecutū ueſtigia domini. examīe apū iube inherente: eoq; oſtento Tyrannidē a Dyoniſio occupatā. Ingenia eoꝝ inenarrabilia iaculanteſ obſequio experiūt̄: difficileſ conatuſ corpore ipſo nixuq; iuuātiū. Iam tela humi collecta equiti porrigūt. Nam in Cyrco ad curruſ uincti nō dubie intellectū

Bucephalas Alexandri equus.

De Julij Caesaris equo.

Equorum docilitas.

Philarchus.

adhortationiſ & glorie fatentẽ. Claudii Ceſariſ Seculariū ludorū Cyrcenſibuſ excuſſo in carceribuſ auriga albati equi curſu aciem occupauere primatū obtinuere. oppoſita effundẽteſ om̄ia que cõtra emuloſ debuiſſẽt: peritiſſimo auriga inſiſtente faciẽteſ: cū puderet hominū arteſ ab equiſ uinci: peracto legittimo curſu: ad metā ſtetere. Maiuſ augurīū circa priſcoſ Plebeiſ Cyrcenſibuſ excuſſo auriga: ita ut ſtaret in Capitoliū cucurriſſe equoſ: ſedẽq; ter luſtraſſe. Maximū uero eodẽ ꝑueniſſe habenaſ cū palma & corona effuſo Ratumẽna q̄ ibi uicerat: Vnde poſtea nomẽ porte ẽ. Sarmate lõginqua itinera acturi: inedia pridie ꝓparant eoſ: exiguū tātū potū impartienteſ atq; ita per cẽtena milia & q̄nq̄ginta cõtinuo curſu euntibuſ inſidẽt. Viuunt anniſ quidam quinq̄geniſ. Femine minore ſpacio. Eedẽ q̄nquennio finem creſcendi capiūt. Mareſ anno addito. Forma equoꝝ qualeſ maxime legi oporteat: pulcherrime q̄dẽ Virgilio uate abſoluta eſt. Sed & noſ diximuſ in libro de iaculatione equeſtri cõdito. & fere inter om̄eſ cõſtare uideo. Diuerſa aūt circo ratio queritur. itaq; cū bini in alio ſubigāt imperio nõ ante q̄nquenneſ ibi certamẽ accipiunt. Partū in eo genere undeniſ mẽſibuſ ferūt duodecimo gignūt. Coituſ uerno eq̄noctio bimo utrinq; uulgariſ. Sed a trimatu firmior ꝑtuſ. Generat maſ ad annoſ trigintatreſ. Vtpote cū a cyrco poſt uiceſimū annū mittātur ad ſobolẽ reparādā. Et ad q̄draginta duraſſe tradūt adiutū mõ in attollenda priore ꝑte corporiſ. Sed ad generandū pauciſ animaliū minor fertilitaſ. Quadecauſa ꝑ interualla admiſſure dātur. nec tñ q̄ndecim ĩtuſ eiuſdẽ anni ualet tolerare. Equaꝝ libido extinguitur iuba tonſa. Gignūt anniſ om̄ibuſ ad q̄drageſimum Vixiſſe equū ſeptuagintaq̄nq; annoſ ꝓditur. in hoc genere grauida ſtanſ parit: p̄terq; ceteraſ fetū diligit. Et ſane equiſ amoriſ innaſci ueneficiū: Hippomaneſ appellatū in fronte: Carice magnitudine: colore nigro: quod ſtatim edito partu deuorat feta: aut partū ad ubera nõ admittit: Siquiſ prereptū habeat. Olfactu in rabiẽ id genuſ agitẽ Amiſſa parente in grege armẽti: relique fete educāt orbū. Terram attingere ore triduo proxim q̄ ſit genituſ nagāt poſſe. Quo q̄ſ acrior: in bibẽdo ꝓfundioſ nareſ mergit Scythe ꝑ bella feminiſ uti malūt: quoniā urinā curſu nõ impedito reddāt. Conſtat in Luſitania circa Vlyxipponẽ opidū & Tagū amnem equaſ Fauonio flante obuerſaſ animalẽ cõciꝑe ſpiritū: idq; partū fieri: & gigni ꝑniciſſimū ita. ſed trienniū uite nõ excedere. in eadem Hiſpania Gallica genſ & Aſturia eſt equini generiſ. Hi ſunt quoſ Tibeldõeſ uocamuſ. Minori forma appellatoſ Aſturconeſ gignūt. Quibuſ nõ uulgariſ incurſu graduſ ſed molliſ alterno cruꝝ explicatu glomeratio. Vnde equiſ tollutĩ carꝑe incurſuſ traditur arte. Equo fere qui homini morbi p̄terq; ueſice cõuerſio. ſicut om̄ibuſ in genere ueterino.

Sarmataꝝ equi Centū & quinq̄ginta milia passuū Continuo ꝑagunt Cursu: Viuuntq; annis quinq̄genis.

Ad septimū usq; annū Crescit.

Ad trigesimū tertiū usq; annū generat equus.

Hippomanes ad amorẽ veneficiū nascitur in pullorum fronte.

Equas ĩ lusitania fauonio Concipere & equos parere ꝑnicissimos.

CAP. XLI. De Aſiniſ & muliſ & onagriſ.

Sinum quadringentiſ nūmiſ emptū. Q. Axio Senatori autor eſt. M. Varro. haud ſcio an omnium precio animalium uicto. opera ſine dubio geruli mirifica. Arando quoq;. ſed mulaꝝ maxĩe progeneratione. Patria etiā ſpectatur in iiſ. Arcadibuſ in Achaia. In Italia Reatiniſ. Ipſum animal frigoriſ maxĩe impatiẽſ. ideo non generatur in Ponto. Nec equinoctio uerno: & cetera pecua admittitur: ſed ſolſtitio. Mareſ in remiſſiõe operiſ deterioreſ. Partuſ a triceſino mẽſe ociſſimuſ: Sed a trimatu legittimuſ. Totidẽ q̄d eque & iiſdẽ mẽſibuſ: & ſimili mõ. Sed incõtinenſ uteruſ urinam genitalẽ reddit: ni cogatur in curſū uerberibuſ a coitu. Raro gemĩoſ parit. Paritura lucẽ fugit: & tenebraſ querit: ne cõſpiciatur ab homine. gignit tota uita: que eſt ei ad triceſimū annū. partuſ caritaſ ſūma. Sed aquarū tedium maiuſ. per igneſ ad fetuſ tendūt: Ee item ſi riuuſ minimuſ interſit horrẽt: ita ut pedeſ omnino caueāt tingere.

Asinū Quadringentis nummis emptū.

Mula frigoris impatiens.

Ad trigesimū usq; annū gignit mula

Ad $\overset{\text{mū}}{\text{xxx}}$ · uiuit annum.

nec niſi aſſuetoſ potāt fonteſ qui ſūt in pecuariiſ: atq; ita ut ſicco tramite ad potū eāt. Nec ponteſ tranſeūt p̄ raritatē plancaꝝ tranſlucētibuſ fluuiiſ. Mirūq; dictu ſitiunt & ſi mutent᷑ aque: ut bibāt cogende exorandeue ſūt. Nec niſi ſpatioſe incubāt. aliaſ atterunt᷑. Varia nāq; ſomnio uiſa cōcipiūt ictu pedū crebro. qui niſi p̄ iane emicuerit repulſu durioriſ materie clauditatē ilico affert. Queſtuſ ex iiſ opima predia exuperat Notum in Celtiberia ſingulaſ q̄draginta milia nūmoꝝ enixaſ: mulaꝝ maxime partu. Aurium referre in iiſ & palpebraꝝ piloſ aiunt. Quāuiſ enī unicolor reliquo corpore: totidē tn̄ coloreſ quot ibi fuere: reddit. Pulloſ eaꝝ epulari Mecenaſ inſtituit: Multum eo tempore prelatoſ onagriſ. Poſt eū interiit autoritaſ ſaporiſ. Sed aſino moriente uiſo celerrime id genuſ deficit ex aſino & equa muluſ gignitur mēſe. xiii. aīmal uiribuſ in labore eximiū. Ad taleſ partuſ equaſ neq; q̄drimiſ minoreſ: neq; decennibos maioreſ legūt. arceriq; utrūq; genuſ ab altero narrant: niſi in infantia eiuſ generiſ q̄d ineant lacte hauſto. Quapropter ſubreptoſ ſtatī pulloſ in tenebriſ equarū uberi aſinarumue equuleoſ admouent. Gignit᷑ aūt mula ex equo & aſina: ſed effreniſ & tarditatiſ indomite. Lenta oīa eſſe uetuliſ. Cōceptū ex equo ſecutuſ aſini coituſ: ab ortu perimit. Nō item aſini equuſ. Feminaſ a partu optime ſeptīo dic impleri obſeruatū eſt. Mareſ fatigatoſ meliuſ implere. Que non priuſ quam denteſ quoſ pullinoſ appellant iaciat conceperit ſteriliſ intelligitur: Et que non primo initu generare ceperit. Equo & aſina mareſ genitoſ antiqui bimuloſ uocabant. contraque muloſ quoſ aſini & eque generarent. Obſeruatum ex duobuſ diuerſiſ generibuſ nata tertii generiſ fieri. & neutri parentum eſſe ſimilia. Eaq; ipſa que ita nata ſunt: non gignere in omni animalium genere. Idcirco mulaſ non parere. Eſt in annalibuſ noſtriſ: peperiſſe ſepe Verum prudigii loco habitum. Theophraſtuſ uulgo parere in Cappadocia tradit. Sed eſſe id animal ibi ſui generiſ. Mulę calcitratuſ inhibetur uini crebriore potu. In pluriū Grecoꝝ eſt monumētiſ cū equa muli coitu natū: quē uocauerūt himulū idest paruū mulū. Generantur ex equa & onagriſ manſuefactiſ mule ueloceſ in curſu duricia eximia pedū. Verum rugoſo corpore: indomito animo. Sed generoſo onagro & aſina genituſ: omēſ antecellit. Onagri ī Phrygia & Lycaonia precipui. pulliſ eoꝝ ceu preſtantibuſ ſapore Africa gloriat᷑: quoſ Laliſioneſ appellant. Mulū octoginta anniſ uixiſſe Athenienſiū monumētiſ apparet: eo gauiſi cū templū in arce facerent: quod derelictuſ ſenecta cadētia iumēta comitatu niſuq; exhortaret᷑. Decretū fecere: ne frumentarii negotiatoreſ ab incerniculiſ eum arcerent.

CAP. XLII. De Bobuſ.

Obuſ Indiciſ cameloꝝ altitudo traditur. cornua in latitudine quaternoꝝ pedū. In noſtro orbe Epiroticiſ lauſ magna a Pyrrhi ut ferūt: iā inde Regiſ cura id conſecutiſ nō eſſe ante q̄drimatū ad partuſ uocandoſ. Pregrandeſ itaq; fuere. hodieq; reliquie ſtirpiū durant. At nunc ānicule ad fecūditatē poſcunt᷑. Toleranciuſ tn̄ bime. Tauri generationē q̄drimi implent. Et ſinguliſ denaſ eodē anno tradūt. Si aūt a coitu in dexteram ptē abeant tauri: generatoſ mareſ eſſe. ſi in leuā: feminaſ. Conceptio uno initu peragitur. Quod ſi forte pererrauit. uiceſimo poſt die marē femina repetit. pariunt menſe decimo. Quicq̄d āte genitū inutile eſt. Sūt autoreſ ipſa tēplente decimū menſē die parere: nunc raro geminoſ. Coituſ a Delpini exortu ad pridie nonaſ Ianuarii diebuſ triginta. aliquibuſ & Autumno. Gentibuſ quidem que lacte uiuunt: ita fetibuſ diſpenſatiſ: ut omni tempore anni ſuperſit id alimentū. Tauri nō ſepiuſ q̄ biſ die ineunt. Boueſ animaliū ſoli & retro ambulāteſ paſcūtur. Apud Garamantaſ q̄dem haud aliter. Vita feminiſ q̄ndecim anniſ lōgiſſima. maribuſ uiginti. Robur in q̄matu.

planca

Mulas q̄ uiderunt ſomnio concipere.

Aſinos & equas nō immiſceri niſi eius gn̄is cui immiſcet᷑ lacte hauſto.

Aīal ex diuſis gn̄ib; conceptū nō concipit neq; parit.

equā ex mulo concipere

Ex onagris equa parit mulas ueloces in curſu.

octoginta annos uixiſſe mulum.

Cornua quator pedū in latitudine.

Signū an mas uel femina ſit concept.

.x.° menſe parit.

Bis tn̄ taurus in die init

Vita bouum

Lauatione calide aque tradũtur pingueſcere: & ſiquiſ inciſa cute ſpiritũ harundine in uiſcera adigat. nõ degenereſ exiſtimari etiam minuſ laudato aſpectu. Plurimũ lactiſ alpiniſ. Quibuſ minimũ corporiſ pluſ laboriſ capite nõ ceruice iunctiſ. Syliaciſ nõ ſũt palearia: ſed gibber in dorſo. Carici quoq; in parte Aſie fedi uiſu tubere ſuper armoſ a ceruicibuſ eminẽte laxatiſ cornibuſ excellẽteſ in opere narrantˀ. Ceteri nigri coloriſ candidiue ad laborẽ damnãtur. Tauriſ minora q̃ bubuſ cornua: tenuioraq;. Domitura boũ in trimatu. Poſtea ſera. Ante prematura. Optime cũ domito iuuencuſ imbuitur Sociũ enim laboriſ agriq; culture habemuſ hoc animal: tãta apud prioreſ cura: ut ſit inter exempla damnatuſ apud pretorẽ Rome die dicta qui cõcubino procaci rure omaſũ ediſſe ſe negante occiderat bouem. actuſq; in exiliũ eſt tanq̃ colono ſuo interempto. Tauruſ in aſpectu generoſitaſ torua frõte: auribuſ ſetoſiſ. Cornibuſ in ꝓcictu dimicationẽ poſcentibuſ. Sed tota cominatio prioribuſ in pedibuſ. ſtat ira gliſcente alternoſ replicãſ. ſpargenſq; in altũ arenã. & ſoluſ aĩaliũ eo ſtimulo ardeſcit. uidimuſ ex imꝑio dimicanteſ. & ideo ſe demõſtratoſ rotari cornibuſ. Cadẽteſ excipi: iteꝝq; reſurgere modo iacẽteſ ex humo tolli. Bigarũq; etiã curru citato uelut aurigaſ inſiſtere Theſſalorũ gẽtiſ inuentũ eſt: equo iuxta quadrupedãte cornu intorta ceruice tauroſ necare. Primo id ſpectaculum dedit Rome Ceſar Dictator. Hinc uictime optime: & laudatiſſima deoꝝ placatio. huic tantũ animali omĩũ quibuſ ꝓcerior cauda nõ ſtatim nato eſt conſumate ut ceteriſ mẽſure. Creſcit uni donec ad ueſtigia ima perueniat. Quãobrẽ uictimaꝝ probatio in uitulo ut articulũ ſuffraginiſ cõtingat. breuiore nõ litant. hoc quoq; notatũ: uituluſ ad araſ humeriſ hominũ illatoſ nõ fere litare. Sicut nec claudicãte: nec aliena hoſtia deoſ placari. nec trahẽte ſe ab ariſ. Eſt frequenſ in prodigiiſ priſcorum bouem locutũ: quo nuntiato Senatum ſub Diuo haberi ſolitum.

CAP. XLIII. De Api Boue.

Os in Egypto etiã numiniſ uice colitur. Apin uocant ĩſigni ei in dextro latere candicãte macula. Cornibuſ lune aſſimili creſcere incipientiſ. Nodaſ ſub lingua quẽ Canthaꝝ appellãt. Nõ eſt faſ eũ certoſ uite excedere annoſ. Merſũq; in ſacerdotũ fonte enecãt. queſituri luctu & aliũ quẽ ſubſtituant: & donec inuenerĩt: merẽt deraſiſ etiã capitibuſ. Nec tñ unq̃ diu queritˀ. Inuẽtuſ deducitur a ſacerdotibuſ Memphin. Sũt delubra ei gemina: que uocãt Thalamuſ. Auguria populoꝝ. Alterũ ĩtraſſe letũ eſt. In altero dira portẽdit. Reſpõſa ꝓuatiſ dat e manu cõſulentiũ cibũ capiẽdo. Germãici Ceſariſ manuſ auerſatuſ ẽ: haud multo poſt extincti. Cetero ſecretuſ: cũ ſe ꝓrũpit in cetuſ incedit ſubmoto ſtrepitu lictoꝝ iuſſu. grexq; pueroꝝ comitatur carmen honori eiuſ canentiũ. Intelligere uidetur & adorari uelle. Hi gregeſ repẽte lymphati futura precinũt. Femina boſ ei ſemel anno oſtẽditur: ſuiſ & ipſa inſignibuſ quã q̃ aliiſ: ſemꝑq; eodẽ die & inueniri eam & extingui tradũt. Memphi eſt locuſ in Nilo quẽ a figura uocãt Phialam. omnibuſ anniſ ibi aureã pateram argenteãq; mergenteſ diebuſ quoſ habent nataleſ Apiſ. Septẽ hi ſũt. Mirumq; neminẽ per eoſ a Crocodiliſ attingi. Octauo poſt horam diei ſextam redire belue ueritatem.

CAP. XLIIII. De Natura pecorum.

Agna & pecori gratia uel in placamentiſ deoꝝ uel in uſu uellerũ. Vt boueſ uictũ hominũ excolunt: ita corpoꝝ tutela pecori debetˀ. Generatio bimiſ: utrinq; ad nouenoſ annoſ. Quibuſdã & ad decẽ. Primipariſ minoreſ fetuſ. Coituſ omĩbuſ ad Arcturi occaſum: id eſt a tertio Iduſ Maiaſ ad Aquile occaſum id eſt in decimã kalendaſ Auguſti. Gerunt partũ diebuſ centumquinquagita. Poſtea concepti inualidi. Socordeſ uocabãt antiqui: poſt id tempuſ natoſ. Multi hybernoſ agnoſ p̃ferũt uerniſ quoniam magiſ interſit anteſolſtitiū q̃ ante brumā firmoſ eſſe; Solumq; hoc animal utiliter bruma naſci. Arieti naturale agnoſ faſtidire. Senectā ouiū conſectari. Et ipe melior ſenecta illiſ quoq; & utilior. Ferocia eiuſ cohibet̃ cornu iuxta aurē terebrato Dextero teſte preligato feminaſ generat. Leuo mareſ. Tonitrua ſolitariuſ ouibuſ ab ortuſ inferūt. Remediū eſt cōgregare eaſ ut cetu iuuētur. Aquilōiſ flatu mareſ cōcipi dicūt. Auſtri feminaſ. Atq; in eo genere arietū maxīe ſpectātur ora. qa cuiuſ coloriſ ſublinguiſ habuere uenaſ: eiuſ & lanicū ī fetu eſt. uariūq; ſi pluréſ fuere. Et mutatio aquaꝝ potuſq; uariat. Ouiū ſūma genera duo: Tectū & Colonicū. Illud molliuſ. hoc in paſcuiſ delicatiuſ. Quippe cū tectū rubiſ ueſcat̃. Operimēta eiſ ex Arabiciſ p̄cipua Lana aūt laudatiſſīa Apulica. & que ī Italia Greci pecoriſ appellat̃ Italica. Tertiū locū Mileſie oueſ obtinēt. Apule breueſ uillo. nec niſi pēnuliſ celebreſ. Circa Tarētū Canuſiūq; ſūmā nobilitatē habent. In Aſia uero eodē genere Laodicee. Alba Circūpadaniſ nulla prefertur. Nec libre cētenoſ nūmoſ ad hoc eui exceſſit ulla. oueſ non ubiq; tondent̃. durat quibuſdā in lociſ uellendimoſ. Caloꝝ plura genera: ꝗppe cū deſint etiam nomina eiſ. quaſ natiuaſ appellant aliquod modiſ.

CAP. XLV. De Generibuſ lanarum & ueſtium.

Iſpania nigri uelleriſ precipuaſ habet. Pollentia iuxta alpeſ. Canuſia rutili: q̃ſ Erythraſ uocāt. itē Betica ut Canuſiū. Fuluaſ Tarētū: & ſue pulliginiſ. Succidiſ oīibuſ uſuſ medicatuſ. Iſtrie Liburnieq; pilo ꝓpior q̃ lane. pexiſ aliena ueſtibuſ & q̃ ſola arſ ſcotulato textu cōmendat. in Luſitania. Similiſ circa piſcinaſ prouintie Narbonenſiſ. Similiſ & in Egypto: ex qua ueſtiſ detrita uſu tingitur. Rurſuſq; euo durat. Eſt & hirte filo craſſo in tapetiſ antiquiſſima gratia. Iam certe priſcoſ iiſ uſoſ Homeruſ autor eſt. Aliter hoſ galli pingūt. Aliter parthorum genteſ. Lane & per ſe coacte ueſtem faciūt. Et ſi addat̃ acetū: etiā ferro reſiſtūt. immo uero etiā ignibuſ nouiſſimo ſui purgamēto. Quippe alieniſ polluentiū extracte indumētiſ uſu ueneunt; Galliaꝝ ut arbitror inuēto. Certe gallicis hodie nominibuſ diſcernuntur. Nec facile dixerim q̃ id etate ceperit. Antiquiſ enim Toruſ e ſtramēto erat. qualiter nūc etiā in caſtriſ gauſape. Patriſ mei memoria cepere amphimala noſtra: ſicut uilloſa etiā uentralia. nā tunica laticlaui in modū gauſape texti nunc primū incipit. Lanarum nigre nullum colorē bibunt. de reliquaꝝ infectu ſuiſ lociſ dicemuſ: in conchyliiſ mariſ: aut herbaꝝ natura. Lanā cū colo & fuſo Tanaquiliſ: que eadē . C. Cecilia uocataſ eſt in templo. M. Anci duraſſe autor eſt. M. Varro factāq; ab ea togā Regiā ungulatā in ede furtune qua Seruiuſ Tulliuſ fuerat uſuſ. Inde factū ut nubenteſ uirgineſ comitaretur coluſ compta & fuſuſ cū ſtamine. Ea prima texuit rectā tunicā qua ſimul cū toga pura tyroneſ induuntur noueq; nupte. Vngulata ueſtiſ primo lautiſſimiſ fuit Vnde ſorriculata defluxit. Togaſ rallaſ Phrygianaſq; Diui Auguſti nouiſſimiſ tēporibuſ cepiſſe: ſcribit Feneſtella. Crebre papauerate antiquiorē habēt originē. Iā ſub Lucilio Poeta in Torquato notate. Pretexte apud Etruſcoſ originē inuenere. Trabeiſ uſoſ accipio Regeſ. Pictaſ ueſteſ iam apud Homerū fuiſſe. Vnde triūphaleſ nate. Acu facere Idei Phrygeſ inuenerunt. indeq; Phrygioneſ appellati ſunt. Aurū intexere in eadē Aſia inuenit Attaluſ Rex. Vnde nomē Attaliciſ. Coloreſ diuerſoſ picture intexere Babylon maxīe celebrauit: & nomen impoſuit. Plurimiſ uero liciſ texere: que polymita appellāt Alexādria īſtituit. Scutuliſ diuidere Gallia. Metelluſ Scipioni triclinaria Babylonia ſeſtertiū octuaginta milibuſ ueniſſe iam tunc ponit in capitalibuſ criminibuſ. que Neroni Principi quadringentiſ milibuſ ſeſtertium nuper ſtetere. Seruii Tullii Pretexte: quibuſ ſignum fortune ab eo dicate coopertum erat durauere ad Seiani exitum. Mirúq; fuit nec defluxiſſe eaſ: neq; Teredonu marcaſ ſenſiſſe anniſ quingētiſ ſexaginta. Vidimuſ iā uiuētiū uellera purpura cocco cōcbylio ſeſquipedalibuſ libriſ īfecta uelut illa ſic naſci cogēte luxuria. In ipſa oue ſatiſ generoſitatiſ oſtendit̃ breuitate cruꝝ: uentriſ ueſtitu. Quibuſ nuduſ eſſet: Apicaſ uocabāt damnabātq;: Syrie cubitaleſ ouiū caude. plurimūq; in ea ꝑte lanicii. Caſtrari agnoſ niſi quinquemeſtreſ: prematurum exiſtimant.

CAP. XLVI. De Muſmonio.

St & in Hiſpania & maxime Corſica nō abſimile pecori genuſ Muſmonū: caprino uillo q̄ pecoriſ uelleri ꝓpiuſ. Quoꝝ e genere & ouibuſ natoſ priſci Vmbroſ uocauerūt. Infirmiſſimū pecori caput: quāobrem auerſū a ſole paſci cogēdum Quā ſtultiſſima animaliū lanata. qua timuere ingredi: unū cornu raptū ſequūt̃. uita lōgiſſima anniſ decē. In Ethiopia tredecim. Capriſ in eodē loco undecimo. In reliquo orbe plurimum octo. Vtrunq; genuſ intra quartum coitum impletur.

CAP. XLVII. De Capriſ & generatione earum.

Apre pariunt & quaternoſ. Sed raro admodū. Ferūt quinq; mēſibuſ ut oueſ. Capre pinguedine ſterileſcunt. Trime minuſ utiliter generant: & in ſenecta nec ultra q̄driēniū. Incipiūt ſeptio mēſe & adbuc lactēteſ. Mutilū in utroq; ſexu utiliuſ Primuſ in die coituſ nō īplet: ſequenſ efficacior: ac deinde. concipiūt nouēbrio menſe ut Martio pariant turgeſcētibuſ uirgultiſ. Aliquādo annicule. Semꝑ bime in trimatu inutileſ. Pariūt octoniſ anniſ. abortuſ frigori obnoxiuſ. Oculuſ capre ſuffuſoſ iunci punctu ſanguine exonerant. Caper rubi. Solertiam aīaliſ eiuſ Mutianuſ uiſam ſibi prodidit. In ponte pretenui duabuſ obuiiſ e diuerſo: cū circūactū anguſtie nō capēt nec reciprocationē lōgitudo in exilitate ceca torrēte rapido minaciter ſubterfluente: alteram decubuiſſe: atq; ita alterā ꝓculcate ſuꝑgreſſā. Mareſ q̄ maxime ſimoſ: longiſ auribuſ infractiſq; armiſ q̄ uiloſiſſimoſ probāt. Feminaꝝ generoſitatiſ in ſigne lacinie corporibuſ e ceruice bine dependēteſ. Nō omnibuſ cornua: ſed q̄buſ ſunt: in iiſ & indicia annoꝝ per incremēta nodorū. Mutiliſ lactiſ maior ubertaſ. Auribuſ eaſ ſpirare nō naribuſ nec unq̄ febri carere archelauſ autor eſt. ideoq; fortaſſiſ ꝙ anima iiſ aīalibuſ q̄ ouibuſ ardētior: calidioreſq; cōcubituſ. Tradūt & noctu nō minuſ cernere quā interdiu. & ideo caprinū iecur ſi ueſcatur reſtitui ueſpertinā aciē iiſ quoſ nyctilopaſ uocant. in Cilicia circaq; Syriā uillo tonſili ueſtiunt̃. Capraſ in occaſum decliui ſole in paſcuiſ negant cōtueri inter ſeſe. ſed aduerſaſ iacere. Reliquiſ autē boriſ aduerſaſ & inter ſe cognatioreſ. Dependet oīm mento uilluſ quē aruncū uocant. hoc ſi quiſ apprebēſam ex grege unā trahat: cetere ſtupēteſ ſpectant. id etiā euenire cū quandam herbā aliqua ex eiſ momorderit. Morſuſ eaꝝ arbori exitialiſ. Oliuā lambendo quoq; ſterilem faciunt: eaq; ex cauſa Minerue immolantur.

CAP. XLVIII. De Suibuſ & eorum natura.

Villi pecoriſ admiſſura a Fauonio ad equinoctiū uernū. Etaſ octauo menſe. Quibuſdā in lociſ & quarto uſq; ad octauū annū. Partuſ biſ in anno. Tempuſ utero quattuor mēſiū. Numeruſ eſt fecunditati ad uicenoſ. Sed educare nequeūt tam multoſ. Diebuſ decē circa brumā ſtatim dentatoſ naſci Nigidiuſ autor eſt. Implentur uno coitu: qui & geminatur ꝓpter facilitatē. Abortiēdi remediū: ne pͥma ſubactiōe: neq; ante flaccidaſ aureſ coituſ fiat. Mareſ nō ultra trimatū generant. Femine ſenectute feſſe: cubanteſ coeūt. Comeſſe fetū iiſ: nō eſt ꝓdigiū. Suiſ fetuſ ſacrificio die q̄nto puruſ eſt. Pecoriſ die ſeptimo bouiſ triceſimo. Coruncaniuſ Ruminaliſ hoſtiaſ donec bidenteſ fierent: puraſ negauit. Suem oculo amiſſo putāt cito extingui. Alioqui uita ad quindecĩ annoſ. Quibuſdã uicenoſ. Veꝝ efferant̃. Et aliaſ obnoxiũ genuſ morbiſ angine maxĩe & ſtrume. Index ſuiſ inualide cruor in radice ſete dorſo euulſe. Caput obliquũ in inceſſu. Penuriã lactiſ ꝑpingueſ ſentiũt: & primo fetu minuſ ſũt numeroſe. In luto uolutatio generi grata. In torta cauda. id etiã notatũ faciliuſ iacere in dextrũ ꝙ in leuũ detortã. Pingueſcũt ſexaginta diebuſ ſed magiſ tridui inedia: ſaginatiõe orſa. Animaliũ hoc brutũ maxĩe. Animãq; ei pro ſale datã nõ inlepide exiſtimabat̃ Compertoſ agnita uoce ſuarii furto abactoſ: merſoq; nauigio ĩclinatione lateriſ uniuſ remeaſſe. Quin & duceſ in urbe foꝝ Nundinariũ domoſq; petere diſcunt. Et feri ſapiũt ueſtigia. palude cõfundere. urina fugã leuare. Caſtrant̃ femine: ſic quoq; uti & cameli poſt bidui inediã ſuſpẽſe perniſ prioribuſ: uulua reciſa. Celeriuſ ita pingueſcũt Adhibetur & arſ iecori feminaꝝ; ſicut anſerũ. Inuentũ. M. Apiti fico carica ſaginatiſ ac ſatie necatiſ repẽte mulſi potu dato. Neq; alio ex aĩali numeroſior materia ganee quinꝙginta prope ſaporeſ. cũ ceteriſ ſinguli. Hinc Cẽſoriaꝝ legũ pagine. ĩterdictaq; ceniſ abdomina. glãdia. teſticuli: uulue. Sincipita: uerrina. ut iam Publii Mimorum Poete cena poſtꝙ ſeruitutẽ exuerat: nulla memoretur ſine abdomine. Etiã uocabulo ſuminiſ ab eo impoſito. Placuere autem & feri ueſice. M. Catoniſ Cenſoriſ orationeſ Aprinũ exprobrant callũ. In treſ tñ ꝑteſ diuiſo apro: in medio ponebat̃ lũboſ apͥnoſ appellata. Solidũ aprũ Romanorum primoſ in epuliſ appoſuit. P. Seruiliuſ Rulluſ pater eiuſ Rulli qui Ciceroniſ Cõſulatu: legẽ agrariã ꝓmulgauit: tã ꝓpinqua origo: nunc cotidiane rei eſt. & hoc annaleſ notarũt. hoꝝ ſcilicet ad emendationem morum quibuſ notata qdẽ eſſet cena. ſed ĩprincipio bini terniq; pariter mandebantur apri.

CAP. XLVIIII. De Viuariiſ.

Iuaria eoꝝ ceteroꝝq; ſilueſtriũ primuſ togati generiſ inuenit Fuluiuſ Lippinuſ qui in Tarquinẽſi feraſ paſcere inſtituit. Nec diu imitatoreſ defuere. L. Luculluſ &. Q. Hortenſiuſ. Sueſ fere ſemel anno gignũt. Maribuſ in coitu plurima aſperitaſ. tũc ĩter ſe dimicã: indurranteſ attritu arborũ coſtaſ lutoq; ſe tergorãteſ. femĩe in partu aſperioreſ. Et fere ſimiliter in omni genere beſtiaꝝ. Apriſ maribuſ non niſi anniculiſ generatio. in India cubitaleſ dentiũ flexuſ. gemini ex roſtro: totidẽ a frõte ceu ituliſ cornua exeũt. piluſ ereo ſimiliſ agreſtibuſ: ceteriſ niger. at in Arabia ſuillũ genuſ nõ uiuit in ullo genere.

CAP. L. De Semiferiſ animalibuſ.

Que faciliſ mixtura cũ fero qualiter natoſ antiq bibridaſ uocabãt ſeu ſemiferoſ Ad homineſ quoq;: ut in. C. Antoniũ Ciceroniſ in Cõſulatu Collegã appellatiõe tranſlata. Nõ in ſuibuſ aũt tantũ: ſed in oĩbuſ aĩalibuſ: cuiuſcũq; generiſ ullum eſt placidũ eiuſdẽ generiſ inuenitur & ferũ. utpote cũ hominũ etiã ſilueſtriũ tot genera predicta ſint. Capre tñ in plurimaſ ſimilitudineſ tranſfigurant̃. Sũt capre. Sũt rupicapre. Snnt ibiceſ pernicitatiſ mirande: ꝙꝙm onerato capite: uaſtiſ cornibuſ: gladiorumq; uaginiſ. In hec ſe librant ut tormento aliquo rotari. In petriſ potiſſimum: & e monte aliquo in aliũ tranſilire cupiẽteſ. atq; recurſu pernici quo libuerit: exultant. Sunt & Origeſ Soli a quibuſdã dicti: contrario pilo ueſtiti & ad caput uerſo. Sũt & Dame & Pigargi. & Strepſiceroteſ. multaq; alia haud diſſimilia. Sed illa alpeſ. hec tranſ marini ſituſ mittunt.

CAP. LI. De Simiiſ & earum natura.

Imiarum quoq; genera hominiſ figure proxima: caudiſ inter ſe diſtinguuntur. Mira ſolertia e uiſco inũgi oculoſ calcariq; imitatiõe nenãtiũ tradũt̃. Mutianuſ & latrunculiſ luſiſſe fictiſ cera. nuceſ uiſu diſtinguere. Luna caua triſteſ eſſe. Quibuſ in eo genere cauda ſit: nouã exultatiunem adoriri. Nam defectũ ſyderum & cetere pauent quadrupedeſ. Simiaꝝ generi precipua erga fetum affectio. Geſtant catuloſ quoſ manſuefacte intra domoſ peperere. omnibuſ demonſtrant. tractariq; gaudent. tractatu gratulationem intelligẽteſ. Itaq; magna ex parte complectendo enecant. Efferatior eſt Cynocephaliſ natura. ſicut mitiſſima Satyriſ. Callitribeſ toto pene aſpectu differunt. Barba eſt in facie. Cauda late diffuſa primori parte. Hoc animal negatur uiuere in alio q̃ in Etiopie quo gignitur celo.

CAP. LII. De leporibuſ.

T leporum plura ſunt genera. In alpibuſ candidi. Quibuſ hyberniſ menſibuſ ꝓ cibatu niuem credunt eſſe. Certe liqueſcente ea rutileſcunt anniſ omnibuſ. Et eſt animal intolerandi rigoriſ alumnum. Leporum generiſ ſunt & quoſ Hiſpania cuniculoſ appellat: fecunditatiſ innumere. famemq; Balearibuſ inſuliſ populatiſ meſſibuſ afferenſ. Fetuſ uentre exectoſ: uel uberibuſ ablatoſ: non repurgatiſ interaneiſ gratiſſimo in cibatu habent Lauriceſ uocant: Certum eſt Balearicoſ aduerſuſ prouentum eorum auxilium militare a diuo Auguſto petiſſe. Magna propter uenatum eorum Viuerriſ gratia eſt. Iniciunt eaſ in ſpecuſ qui ſunt multiforeſ in terra unde & nomen aíali: atq; ita electoſ ſuꝑne capiũt. Archelauſ autor eſt: quot ſint corporiſ cauerne ad excrementa lepori: totidem annoſ eſſe etatiſ. Variuſ certe numeruſ reperitur. Idem utranq; uim ſinguliſ ineſſe. ac ſine mare eque gignere. Benigna circa hoc natura. innocua & eſculenta animalia fecunda generauit. Lepuſ omnium prede naſcenſ ſoluſ preter Daſypodem ſuperfetat. aliud educanſ: aliud in utero piliſ ueſtitum: aliud implume: aliud inchoata gerenſ parte. Nec non & ueſteſ leporino pilo facere temtatũ eſt: Tactu non perinde molli & in cute propter breuitatem pili dilabi.

CAP. LIII. De dammiſ.

Amme manſueſcunt raro cũ fere dici iure non poſſint. Complura nanq; ſunt nec placida nec fera: ſed medie inter utrũq; nature. Vt in uolucribuſ hirundineſ. Apeſ in campo. In mari Delphini.

CAP. LIIII. De Muribuſ & Gliribuſ.

Vo in genere multi & hoſ inculaſ domuſ poſuere mureſ. haud ſpernendum in oſtentiſ etiam publiciſ animal. Arroſiſ Lauini clipeiſ argenteiſ Marſicũ portendere bellum. Carboni Imperatori apud Cluſium faſciiſ quibuſ in calceatu utebatur: exitium. Plura eorũ genera. In Cyrenaica regione. Alia lata fronte. Alii acuta. Alii herinaceoꝝ genere pungentibuſ piliſ. Theophraſtuſ autor eſt in Gyaro inſula cum inculaſ fugauerunt: ferrũ quoq; roſiſſe. Conſtat id ꝗ iacturam quãdã & ad chalybaſ fecere in ferrariiſ officiniſ. aurariiſ quoq; in metalliſ. Ob hoc aluoſ eoꝝ excidi. ſemꝑ q; furtum id deprehendi: tantam eſſe dulcedinem furandi. Venuiſſe murem. cc. nũmiſ Caſſilinum obſidente Annibale. eũq; qui uendiderat fame interiſſe: emptorem uixiſſe annaleſ tradunt. Cum candidi prouenere: letũ faciunt oſtentũ. Nam ſoricum occẽtu diriſſimiſ auſpiciiſ annaleſ refertoſ habemuſ. Soriceſ & ipſoſ hyeme condi: autor eſt Nigidiuſ. ſicut glireſ: quoſ Cenſorie legiſ Principeſ. Q. Scauruſ & M. in Conſulatu non alio modo ceniſ ademere q̃ conchylia: aut alio ex orbe conuectaſ aueſ. Semiferũ & ipſum animal. Cui uiuaria in doliiſ idem qui apriſ inſtituit. Qua in re notatum nõ congregari niſi populareſ eiuſdẽ ſilue. & ſi miſceantur alienigine: niſi amne uel mõte diſcreti interire dimicando. Genitoreſ ſuoſ feſſoſ ſenecta alunt inſigni pietate. Seniũ finitur hyberna quiete. Conditi enim & hi cubant. Ruſuſ eſtate iuueneſcunt. Simili & muſteliſ quiete.

CAP. LV. Quæ Animalia quibus locis non ſint.

Ic mirum naturam nõ ſolum alia aliis dediſſe terris animalia: ſed in eodẽ quoq; ſitu quedam aliquibus locis negaſſe. In Meſia ſilua Italie nõ niſi in parte reperiuntur hi glires. In cilicia dorcades non tranſeunt montis Syris uicinos. Onagri mõtẽ qui Cappadociam a Cilicia diuidit. In Helleſponto in alienos fines non cõmeãt cerui Et circa Arginuſam Elaphum montem non excedunt Auribus etiam in monte fiſſis. In Pordo ſelene inſula in uicinitam muſtelle non tranſeunt. In Boetia Leucadia illate ſolum ipſum fugiũt. Quod iuxta in Orthomeno tota ſubruunt arua talpe. Quorum e pellibus cubicularia uidimus ſtragula. Adeo ne religio quidem a portentis ſubmouet delicias. In Ithaca lepores illati moriuntur extremis quidem in littoribus. In Ebuſo in littoribus cuniculi: qui ſcatent iuxta Hiſpaniam Balearibuſq;. Cyrenis mute fuere rane: illatiſe continente uocalibus. durat genus earum. Mute ſunt etiã cicade in Seripho inſula. Eedem alio tranſlate canunt. Quod accidere & in lacu Theſſalie Sicendo tradunt. In Italia muribus araneiq; uenenatus eſt morſus. Eoſdem ulterior Apennina regio non habet. Iidem ubicunſ ſint: orbitã ſi tranſiere. moriuntur. In Olympo Macedonie monte nõ ſunt lupi. Nec in Creta inſula. Vbi quidẽ nec uulpes urſiue aut omnino ullum maleficium animal: preter Phalangium. Aranei id genus de quo dicemus ſuo loco: Mirabilius in eadẽ inſula ceruos preter q̃ in Cydoneatarum regione non eſſe. Item apros & attagenas & herinaceos. In Africa autem nec apros nec ceruos: nec capreas: nec urſos.

CAP. LVI. Que aduenis noceant.

Am quedam animalia innoxia indigenis: aduenas interemunt. Sicut ſerpentes parui in Myrrhinte quos terra naſci proditur. Item in Syria angues circa Euphratis maxime ripas dormientes Syros non attingunt. Aut etiam ſi calcati momordere: nõ ſentiuntur maleficia. Alios cuiuſcunq; gentis infeſti auide & cũ cruciatu exanimantes. Quam obrem & Syri non necant eos. Contra in Latenio Carie monte Ariſtoteles tradit a ſcorpionibus hoſpites non ledi. indigenas interimi. Sed reliquorũ quoq; animalium & preterea terreſtrium dicemus genera.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER OCTAVVS DE TERRESTRIVM ANIMALIVM GENERIBVS FINIT: INCIPIT LIBER NONVS DE AQVATILIBVS FELICITER.

CAP. I. De Aquatilium natura.

Nimalium que terreſtria appellauimus: hominum quadam conſortione degentium: indicata natura eſt. Ex reliquis minimas eſſe uolucres conuenit. Quamobrem prius equorum amnium: ſtangnorumq; dicentur.

CAP. II. Quare maxima in mari animala.

Vnt autem complura in iis maiora etiam terreſtribus. Cauſa euidens: humoris luxuria. Alia ſors alitum: quibus uita pendentibus. in mari autẽ: tã late ſupino molliq;: ac fertili: accremento accipiente cauſas genitales: ſublimi: ſemperq; pariente natura: pleraq; etiã mõſtrifica reperiũt: perplexis: & in ſemet aliter: atq; aliter: nũc flatu nūc fluctu conuolutiſ ſeminibuſ: atq; principiiſ. ut uera fiat uulgi opinio: q̄cq̄d naſcatur in parte nature ulla: & in mari eſſe. Preterq; multa: que nuſq̄ alibi. Rerum quidem: non ſolum animalium ſimulacra. ineſſe licet intelligere: intuentibuſ: uuam: gladium: ſerraſ: Cucumin uero: & colore: & odore ſimilem: quo minuſ miremur equoꝝ capita in tam paruiſ eminere cocleiſ.

CAP. III. De Indici mariſ beluiſ.

Lurima autem & maxima animalia in indico mari. ex quibuſ Balene: quaternū iugerum. Priſceſ: ducenum cubitoꝝ. Quippe ubi Locuſte q̄terna cubita impleāt Anguille quoq; ī Gange āne: tricenoſ pedeſ. ſed ī mari belue circa ſolſticia maxīe uiſuntur. Tunc illic ruunt turbidineſ: tūc hymbreſ: tunc deiecte montiū iugiſ procelle: ab imo uertunt maria. pulſataſq; ex profundo beluaſ cum fluctibuſ uoluūt. Et aliaſ tanta Tynnoꝝ multitudie: ut magni Alexandri claſſiſ haud alio mō: q̄ hoſtium acie obuia: contrariū agmen aduerſa fronte direxerit. aliter ſparſiſ nō erat euadere: qui non uoce: nō ſonitu: non ictu: ſed fragore terrent̄. nec niſi ruina turbātur. Gadara appellatur Rubri mariſ poeninſula ingenſ. Huiuſ obiectu uaſtuſ efficitur ſinuſ. xii. dieꝝ: & noctiū remigio enauigatoſ Ptolemeo regi: q̄ndo nulliuſ aure recepit afflatu Huiuſ loci quiete precipua: ad immobilem magnitudinē belue adoleſcunt. Gedroſii q Arabin amnem accolūt: Alexandri Magni Claſſium Prefecto prodiderūt: in domibuſ foreſ maxilliſ beluarum facere. Oſſibuſ tecta contignare. ex quibuſ multa q̄dragenū cubitoꝝ longitudiniſ reperta. Exeunt a pecori ſimileſ belue ibi in terram. paſteq; radiceſ fruticū: remeant Et quedā equoꝝ: aſinoꝝ: tauroꝝ: capitibuſ: que depaſcūtur ſata. Maximum animal in Indico mari Priſciſ & Balena eſt.

CAP. IIII. Que in oceano quoq; maxima.

N Gallico oceano Phyſeter: ingentiſ colūne modo ſe attollenſ. altiorq; nauiū ueliſ: diluuiem quandam eructanſ. In Gaditano oceano: Arbor in tantū uaſtiſ diſpanſa ramiſ: ut ex ea cauſa fretū nunq̄ intraſſe credatur. Apparēt & Rote appellate a ſimilitudine: quaterniſ diſtincte radiiſ. Modioloſ earum oculiſ duobuſ utrinq; claudentibuſ.

CAP. V. De Tritonum: Nereidum: & Elephantorum marinorum figuriſ.

Yberio Principi nunciauit Vlyſipponenſiū legatio ob id miſſa: uiſum auditūq; quodam in ſpecu: concha canetem Tritonem: qua noſcit̄ forma. Et Nereidū falſa opinio non eſt: ſquamiſ modo hiſpido corpore etiam in quo humanam effigiem habent nanq; hec in eodem ſpectata littore eſt. Cuiuſ morientiſ etiam gānitū triſtē accole audiuere lōge. Et diuo Auguſto Legatuſ Gallie compluriſ in littore apparere exanimeſ Nereidaſ ſcripſit. Autoreſ habeo: in equeſtri ordine ſplendenteſ: uiſū ab iiſ ī Gaditano oceano: marinum hominē toto corpore abſoluta ſimilitudine. aſcendere eū nauigia: nocturniſ horiſ: ſtatimq; degrauari quaſ inſederit parteſ: & ſi diutiuſ permaneat: etiam mergi. Tyberio p̄ncipe contra littuſ inſulaꝝ Lundunēſiſ ꝓuintie: trecētaſ ampliuſ beluaſ reciprocanſ deſtituit Oceanuſ: mire uarietatiſ & magnitudiniſ. Nec paucioreſ in Santonū littore: interq; reliquaſ: elephanteſ & arieteſ: candore tm̄ cornibuſ aſſimilatiſ. Nereidaſ uero multaſ. Turraneuſ uero prodidit: expulſam beluā in Gaditana littora: cuiuſ inter duaſ pinnaſ ultime caude cubita ſexdecim fuiſſe. Dēteſ eiuſdem. c.xx. Maximi dodrantiū mēſura: mīmi ſemipedū. Belue cui dicebat̄ expoſita fuiſſe. Andromeda: oſſa Rome apportata ex oppido Iudee Ioppe: oſtēdit inter reliq̄ miracula in edilitate ſua. M. Stauruſ: longitudine pedum quadraginta: altitudine coſtarum Indicoſ elephanteſ excedente: ſpine craſſitudine ſeſquipedali.

CAP. VI. De Balenis & orcis.

Alene & innoſtra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumã cóſpici eaſ tradunt. Condi autẽ eſtatiſ temporibuſ in quodã ſinu placido: & capaci mire gaudenteſ ibi parere. Hoc ſcire Orcaſ: infeſtam iiſ beluam. & cuiuſ imago nulla repreſentatione exprimi poſſit alia: q̃ carniſ immenſe: dentibuſ truculẽte. Inrumpũt ergo in ſecreta. ac uituloſ eaꝝ: aut fetuſ: uel etiã num grauidaſ lacerãt morſu: ícurſuq; ceu liburnicarum roſtriſ fodiunt. Ille ad flexum immobileſ: ad repugnandum inerteſ & pondere ſuo onerate. Tunt quidẽ & utero graueſ: pariendiue peniſ inualide: auxilium nouere in altum perfugere. & ſe toto defendere Oceano contra Orce occurrere laborant: ſeſeq; opponere: & cauciũ anguſtiiſ trucidare. In uada urgere. ſaxiſ illidere. Spectantur ea prelia: ceu mari ipſo ſibi irato: nulliſ in ſinu uentiſ: fluctuſ uero ad anbelituſ ictuſq; quanti nullo turbine uoluuntur. Orca & in portu Oſtienſi uiſa eſt: oppugnata a Claudio principe. Venerat tũc: exedificãte eo portũ inuitata naufragiiſ: tergorum aduectorum e Gallia. Satianſq; ſe per cõpluréſ dieſ: alueum in nado ſulcauerat: accumulata fluctibuſ in tantũ ut circũagi nullo modo poſſet: & dũ ſagenã perſequitur: in littuſ fluctibuſ ꝓpulſa: eminente dorſo multum ſuper aquaſ carine uice inuerſe. Protendi iuſſit Ceſar plagaſ multipliceſ inter ora portuſ. Profectuſq; ipſe cũ pretorianiſ cobortibuſ: Populo Ro. ſpectaculũ prebuit. lanceaſ congerente milite e nauigiiſ aſſultantibuſ. quoꝝ unũ mergi uidimuſ: reflatu belue oppletũ unda.

CAP. VII. An Spirent piſceſ dormiant ue.

Ra Balene babent in frontibuſ. Ideoq; ſumma aqua annatanteſ in ſublime nimboſ efflãt. Spirant aũt cõfeſſione omniũ & paucíſſĩa alia í mari: que íternorum uiſcerũ pulmonem babent: quoniam ſine eo nullum animal ſpirare putatur. Nec piſciũ branchiaſ babẽteſ anbelitũ reddere: ac per uiceſ recipere: exiſtimãt: quoꝝ bec opinio eſt. nec multa alia genera etiam branchiiſ carẽtia. In qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem uideo. & multiſ perſuaſiſſe doctrine indaginibuſ. Nec me protinuſ buic opinioni eorum accedere: baud diſſimulo: quoniã & pulmonum uice aliiſ poſſunt alia ſpirabilia ineſſe uiſcera: ita uolẽte natura. Sicut & pro ſanguine ẽ multiſ aliuſ bumor. In aquaſ quidem penetrare bunc uitalem balitũ quiſ miretur: qui etiam reddi ab iiſ eum cernat? Et in terraſ: tanto quoq; ſpiſſiorem nature partẽ: penetrare; argumento animalium que ſemper defoſſa uiuunt: ceu talpe? Accedit apud me certe efficax id: ut credam omnia in aquiſ ſpirare. nature ſue ſorte. Primum ſepe annotata piſciũ eſtiuo calore quedam anbelatio. & alia tranquillo: uelut oſcitatio. Ipſorũ quoq; qui ſunt in aduerſa opinione de ſomno piſciũ confeſſio. Quiſ enim ſine reſpiratione ſomno locuſ? Preterea bullantium aquarum ſufflatio: luneq; effectu: conchaꝝ quoq; corpora augeſcentia. Super omnia eſt: ꝙ eſſe auditũ & adoratũ piſcibuſ non erit dubiũ: ex aeriſ utrunq; materia. Odorem enim non aliud q̃ infectum aera intelligi poſſe. Quãobrem de iiſ oppinetur ut cuiq; libitum erit. Branchie nõ ſũt Baleniſ. nec Delpbiniſ. bec duo genera fiſtuliſ ſpirant: que ad pulmonem pertinent. Baleniſ a frõte. Delpbiniſ a dorſo Et uituli marini: quoſ uocant Pbocaſ ſpirant ac Dormiunt in terra. Item teſtudineſ. de quibuſ mox plura.

CAP. VIII. De Delphinis.

Elociſſimum omnium animaliũ: non ſolum marinorum: eſt Delpbinuſ. ſed ocior uolucre. acrior telo. ac niſi multũ infra roſtꝝ oſ illi foret: medio pene in uentre nulluſ piſcium celeritatem eiuſ euaderet. Sed affert moram prouidẽtia nature. quia niſi reſupini atq; conuerſi: non corripiunt. que cauſa precipue uelocitatē eoꝝ oſtēdit nam cum fame cōcitati fugientē in uada ima perſecuti piſcē: diutiuſ ſpiritū cōtinuere ut arcu emiſſi: ad reſpirandum emicant. tantaq; ui exiliunt: ut plerunq; uela nauium tranſuolent. Iuncti agunt uera cōiugia. Pariūt catuloſ decimo menſe: eſtiuo temꝑe. Interdum & binoſ. nutriunt uberibuſ ſicut Balena. Atq; etiam geſtant fetuſ infantia infirmoſ. Quin & adultoſ diu comitāt: magna erga ꝑtū caritate. Adoleſcūt celeriter. Decem anniſ putantur ad ſummam magnitudinem uenire. Viuunt & triceniſ. quod cognitum: preciſa cauda in experimentum. Abduntur triceniſ diebuſ circa caniſ ortū. occultantq; incognito modo. quod eo magiſ miꝝ eſt: ſi ſpirare in aqua nequeūt. Solēt in terrā erumpere certa decauſa. Nec ſtatim tullure tacta: moriunt̄. Multoq; ociuſ fiſtula obturata. Lingua ē iiſ: contra naturam aq̄tiliū: mobiliſ breuiſ. atq; lata. haud differenſ ſuille. Pro uoce: gemituſ: humano ſimiliſ. Dorſū repandū. Roſtꝝ ſimū. Qua decauſa nomen Simoniſ om̄eſ miro mō agnoſcūt. malūtq; ita appellari. Delphinuſ nō tantū hominiſ amicū aīal: ueꝝ & muſica arte mulcetur. ſymphonie cantu & precipue hydrauli ſono. Hominē nō expaueſcit ut alienū. Obuiā nauigiiſ uenit. Alludit exultanſ. Certat etiam & quamuiſ plena ꝑterit uela. Diuo aūt Auguſto principe: Lucrinū lacū inuectuſ pauperiſ cuiuſdam puerū ex Baiano: Puteoloſ in ludū litterarum itantē: cū meridiano immoranſ: appellatum eū Simoniſ nomīe ſepiuſ fragmētiſ paniſ: quē obiter ferebat: allexiſſet: miro amore dilexit. Pigeret referre ni reſ Mecenatiſ: & Flauiani: & Flauii Alfii: multoꝝq; eſſet litteriſ m ādata: quocūq; diei temꝑe inclamatuſ a puero: q̄uiſ occultuſ atq; abdituſ: ex imo aduolabat: paſtuſq; ē manu: ꝑbebat aſcenſuro dorſū. penne aculeuſ uelut uagina condenſ: receptūq;: puteoluſ per magnū equor: in ludum ferebat. ſimili modo reuehenſ: pluribuſ anniſ donec morbo extincto puero: ſubinde ad conſuetū locum uentitanſ triſtiſ & merēti ſimiliſ: Ipſe quoq;: quod nemo dubitaret: deſiderio exſpirauit. Alioſ īter hoſ annoſ in Africo littore Hipponiſ Diaruti: ſimili modo ex hominiſ manibuſ ueſcenſ: prebenſq; ſe tractandū: & alludenſ nantibuſ: impoſitoſq; portanſ: unguento perunctuſ a Flauiano procōſule africe: & ſopituſ ut apparuit odoriſ nouitate: fluctuatuſq; ſimiliſ exanimi: caruit hominū conuerſatione: ut iniuria fugatuſ per aliquot menſeſ. Mox reuerſuſ in eodem miraculo fuit. Iniurie poteſtatum in hoſpitaleſ ad uiſendum uenientium Hipponenſeſ in eiuſ necem compulerūt. Ante hec ſimilia de puero in Ialiſo urbe memorantur: cuiuſ amore ſpectatuſ longo tēpore dū abeuntē in littuſ auide ſequitur: in arenā inuectuſ expirauit. Puerum Alexander Magnuſ Babylonie Neptunni ſacerdotio prefecit: amorē illum numiniſ propitii fuiſſe interpretatuſ. In eadem urbe Ialiſo Hegeſidemuſ ſcribit & alium puerum Hermian nomine ſimiliter maria perequitātem: cū repentine ꝓcelle fluctibuſ exanimatuſ eſſet: relatum Delphinūq; cauſam leti fatentem: non reuerſum in maria: atq; in ſicco expiraſſe. Hoc idem & Naupacti accidiſſe Theophraſtuſ tradit Nec moduſ exemplorū. Eadem Amphilochii & Tarentini de pueriſ: delphiniſq; narrant. Que faciunt ut credatur: Arionem quoq; Citharedice artiſ: interficere nautiſ in mari parantibuſ: ad intercipiendoſ eiuſ queſtuſ: eblanditū: ut priuſ caneret Cithara: congregatiſ cantu delphiniſ: cum ſe ieciſſet in mari: exceptum ab uno: atq; tenarū in littuſ perfectum. Eſt prouintie Narbonenſiſ & in Nemuſienſi agro ſtagnū Laterna appellatum: ubi cum homine delphini ſocietate piſcantur. Innumera uiſ Mugilū Statuto tempore anguſtiſ faucibuſ ſtagni in mare erumpit obſeruata eſtuſ reciꝓcatione. Quadecuſa pretendi non queunt recia æq; molem ponderiſ nullo modo tolleratura: etiam ſi non ſollertia inſidietur tempori. Simili ratione in altum protinuſ tendunt. qd̄ uicino gurgite efficitur. locumq; ſolum pandendiſ retibuſ habilem effugere feſtinant. Quod ubi animaduertere piſcanteſ: Concurrit aũt multitudo temporiſ haud ignara: & magiſ etiam uoluptatiſ huiuſ auida: totuſq; populoſ e littore quãto poteſt clamore conuocat Simonem ad ſpectaculi euentum. Celeriter Delphini exaudiunt deſideria aquilonum flatu uocme proſequente. Auſtro uero tardiuſ ex aduerſo referẽte. Sed tum quoq; in prouiſo in auxiliũ aduolant. propere apparet acieſ que protinuſ diſponitur in loco: ubi cõiecta eſt pugna: opponenteſ ſeſe ab alto trepidoſq; ĩ uada urgẽt: Tum piſcatoreſ circundant recia furciſq; ſubleuant. Mugilum nihilominuſ uelocitaſ tranſilit. at illoſ excipiũt delphini. & occidiſſe ad preſenſ contenti: ciboſ in uictoriam differunt. Opere prelium feruet. includiq; retibuſ ſe fortiſſime urgenteſ gaudent. ac ne fugam idipſum hoſtiũ ſtimulet inter nauigia & recia natãteſue homineſ ita ſenſim elabuntur ut exituſ nõ appareat: Saltu. quod eſt aliaſ blandiſſimũ iiſ: nulluſ conatur euadere: ni ſummittantur ſibi recia. Egreſſi protinuſ ante uallum preliantur. Ita peracta captura quoſ interemere diripiunt. Sed enixioriſ opere q̃ in uniuſ diei premium ut conſcii ſibi operiuntur in poſterum. Nec piſcibuſ tantum: ſed intrita paniſ ac uino ſatiantur. Que de eodem genere piſcandi in Latio ſinu Conſul Mutianuſ tradit: hoc differunt: ꝙ ultro neq; inclamati preſto ſint: parteſq; e manibuſ accipiãt. & ſuũ queq; piſcanteſ e delphiniſ ſocium habeant: quamuiſ noctu & ad faceſ. Ipſiſ quoq; inter ſe publica eſt ſocietaſ. Capto a Rege Carie alligatoq; in portu delphino ingenſ reliquoꝝ conuenit multitudo: meſticia quadam qua poſſet intelligi miſerationem petenſ. donec dimitti Rex eum iuſſit. Quin & paruoſ ſemper aliquiſ grandior comitatur ut cuſtoſ. Conſpectiq; ſunt iam defunctũ portanteſ ne laceraretur a beluiſ.

CAP. VIIII. De Torſionibuſ.

Elphinorum ſimilitudinem habent: qui uocantur torſioneſ. Diſtant & triſticia quidem aſpectuſ: Abeſt enim illa laſciuia: maxime tamen roſtriſ canicularũ malificentia aſſimilati.

CAP. X. De Teſtudinibuſ: & quomodo capiantur.

Eſtudineſ tante magnitudiniſ Indicum mare emittit: ut ſingularum ſuperficie habitabileſ caſaſ integant: atq; inter inſulaſ rubri p̃cipue mariſ iiſ nauigẽt cymbiſ. Capiunt̃ multiſ quidẽ modiſ ſed maxime euecte in ſumma pelagi ante meridiano tempore blandite. eminente toto dorſo per tranquilla fluitanteſ. Que uoluptaſ liberi ſpirandi in tantum fallit oblitaſ ſui: ut ſoliſ uapore ſiccato cortice non queant mergi. inuiteq; fluitent: opportune uenantiũ prede: Fertur & paſtũ egreſſaſ noctu: auideq; ſaturataſ laſſari. atq; ut remeauerint matutino: ſũma in aqua obdormiſcere: Id ꝓdi ſtertentium ſonitu. tumq; leuiter capi Annatare. n. ſinguliſ ternoſ. A duobuſ in dorſũ uerti. A tertio laqueum inici ſupine. Atq; ita ad terram a pluribuſ trahi. In Phoenicio mari haud ulla difficultate capiuntur. ultroque ueniunt ſtatuto tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine. Denteſ non ſunt teſtudini. ſed roſtri margĩeſ acuti: ſuperna parte inferiorem claudente pyxidum modo. In mari conchyliſ uiuũt tanta oriſ duricia ut lapideſ comminuant. In terram egreſſe in herbiſ pariunt oua auiũ ouiſ ſimilia ad centena numero eaq; defoſſa extra aquaſ & cooperta terra ac pauita pectore & cõplanata incubant noctibuſ. Educant fetuſ annuo ſpacio. Quidã oculiſ ſpectando quoq; oua ab iiſ foueri putant. Feminaſ coitum fugere donec maſ feſtucã aliquam imponant auerſe. Troglodyte cornigeraſ habẽt: ut ĩ lyra adnexiſ cornibuſ latiſ: ſed mobilibuſ quorum in natando remigio ſe adiuuant. Celciũ id genuſ uocatur eximie teſtudiniſ: ſed rare. nanque quaſi ſcopoli preacuti Chelonophaguſ terrent

Troglodyte autem ad quoſ annatant: ut ſacraſ adorant. Sunt & terreſtreſ que ob id in operibuſ Cherſine uocantur: In Africe deſertiſ: qua ꝑte maxime ſitientibuſ areniſ ſqualent. roſcido ut credit̄ humore uiuētes. neq; aliud ibi animal ꝑuenit. Teſtudinū putamina ſecare in lamíaſ: lectoſq; & repoſitoria iiſ ueſtire. C. Aruiliuſ pollio īſtituit prodigi & ſagaciſ ad luxurie inſtrumenta ingenii.

CAP. XI. Digeſtio aquatilium.

Quatilium tegumenta plura ſunt. Alia corio & piliſ tegunt̄. ut Vituli. & Hippopotami. Alia corio tantū: ut Delphini. Cortice ut teſtudineſ. Silicū duricia ut Oſtree & Conche. Cruſtiſ ut Locuſte. Cruſtiſ & ſpiniſ: ut Echini. Squamiſ ut piſceſ. Aſpera cute ut Squatina. qua lignū & ebora poliūtur. Molli ut Murene. Alia nulla ut Polypi. Que pilo ueſtiūtur aīal pariunt: ut Priſtiſ: Balena Vituluſ.

CAP. XII. De Vitulo marino.

Ic parit in terra pecudum more. Secundo partuſ reddit initu. Canum modo coheret & parit nunq̄ geminiſ plureſ. Educat mammiſ fetū. Non ante duodecimū diem deducit in mare ex eo ſubinde aſſuefacienſ. Interficiuntur difficulter niſi capite eliſo. Ipſiſ in ſono mugituſ. unde nomē Vituli acceperunt. tenent diſciplinā. Voceq; pariter & uiſu populum ſalutant condito fremitu. Nomine uocati reſpondent nullum animal premitur grauiore ſomno. penniſ quibuſ in mari utunt̄: humi quoq; uice pedū ſerpūt. Pelleſ eoꝝ etiam detractaſ corpori ſenſum equoꝝ retinere tradūt ſempq; eſtu mariſ recedēte inhorreſcere. Preterea dextere pēne uim ſoporiferam ineſſe. ſomnoſq; allicere ſubditam capiti.

CAP. XIII. De Delphino & Vipera pilo carentibuſ: & de nominibuſ ac natura quorūdam piſcium.

Ilo carentiū duo omnino animal pariūt: Delphiniſ ac Vipera. piſcium ſpecieſ ſunt. lxxiiii. Preter cruſtiſ intecta que ſūt. xxx. De ſinguliſ aliaſ dicemuſ nūc. n. nature tractātur in ſignū. precipua magnitudine Thynni. Inuenimuſ talenta. xxv. pependiſſe eiuſdem caude latitudinē duo cubita & palmū. Fiunt & in quibuſdā amnibuſ haud minoreſ. Siluruſ in Nilo. Eſoſ in Rheno. Attiluſ in Pado inertia pingueſcenſ ad mille aliquando libraſ cathenato captuſ hamo: nec niſi boum iugiſ extractuſ. At qui hunc minimuſ appellatuſ Clupea Venā quandā eiuſ in faucibuſ mira cupidine appetenſ morſu exanimat. Siluruſ graſſatur ubicūq; eſt omne animal appetēſ: equoſ innatanteſ ſepe demergenſ. Precipue in Meno Germanie amne propter Liſ boum. Et in Danubio. mari extrahitur Porculo marino ſimillimuſ. Et in Boriſthene memoratur p̄cipua magnitudo. nulliſ oſſibuſ ſpiniſue interſitiſ carne predulci. In Gange Indie Plataniſtaſ uocant. roſtro delphini & cauda magnitudine autem. xv. cubitoꝝ In eodem eſſe. Statiuſ Seboſuſ haud modico miraculo affert uermeſ branchiſ biniſ. lx. cubitorum ceruleoſ, Qui nomen a facie traxerunt. Iiſ tantaſ eſſe uireſ ut elephantoſ ad potum uenienteſ mordicuſ comprehenſa mannu eoꝝ abſtrahant. Thinni mareſ ſub uentre non habent pinnam. Intrant e magno mari Pontum uerno tempore gregatí nec alibi fetificant. Cordyla appellatur partuſ qui fetaſ redeunteſ in mare autumno comitatur. Limoſe uero a luto pelamideſ incipiunt uocari. Et cum ānuum exceſſere tempuſ Tynni. Hi membratim ceſi ceruice & abdomine commendantur. Atq; edulo recenti dumtaxat. & tum quoq; graui ructu. Cetera parte pleniſ pulpamentiſ ſale aſſeruantur. Melandria uocantur queruiſ aſſuliſ ſimillima. Viliſſima ex iiſ que caude proxima quia pingui carēt. probatiſſima ea que faucibuſ. At in alio piſce circa caudam exercitatiſſima. pelamideſ in alica cocte: particulatīq; conſecte in genera ciboꝝ diſpartiũtur. Piſcium genuſ omne precipua celeritate adoleſcit. maxime in Ponto: Cauſa multitudo amnium dulceſ inferentium aquaſ. Amiã uocant cuiuſ incrementum ſinguliſ diebuſ intelligitur. Cũ Thinniſ hec & Pelamideſ in pontũ ad dulciora pabula intrant gregatim: cũ ſuiſ queq; ducibuſ. & primi omniũ Scombri. Quibuſ & in aquiſ ſulphureuſ color. Extra qui ceteriſ. Hiſpanie cetariaſ hi replent: Thynniſ non cõmeantibuſ. Sed in Pontum nulla intrat beſtia piſcibuſ malefica: preter uituloſ. & paruoſ delphinoſ. Thynni dextera ripa intrant. exeũt leua. Id accidere exiſtimatur quia dextro oculo pluſ cernãt: utroq; hebete natura. Eſt ĩ Euripo Thraciſ Boſphori quo Propontiſ Euxino iungitur in ipſiſ Europam Aſiamq; ſeparantiſ freti anguſtiiſ: ſaxum miri candoriſ a uado ad ſũma perluceſ iuxta Chalcedonẽ in latere Aſie. Huiuſ aſpectu repenti territi ſemper aduerſuſ Byzantii promontoriũ ex ea cauſa appellatum Auricornu: precipiti petunt agmine: Itaq; omniſ captura Byzantii eſt. Magna Chalcedoniſ penuria. Mille paſſibuſ medii interfluẽtiſ Euripi. Operiũtur aũt Aquiloniſ flatum ut ſecundo fluctu exeant e ponto. Nec niſi intranteſ pontũ Byzantii capiuntur. Bruma non uagant̃. Vbicunq; deprehenſi uſq; ad equinoctium ibi hybernant. Iidem ſepe nauigia ueliſ euntia comitanteſ mira quadam dulcedine ꝑ aliquot horaꝝ ſpatia & paſſuum milia a gubernaculiſ nõ ſeparantur. ne tridẽte quidem in eoſ ſepiuſ iacto territi. Quidam eoſ qui hoc e Thynniſ faciunt: Pompiloſ uocant. Multi in propontide eſtuant. pontũ nõ intrant. Itẽ Solee: cũ Rhombi intrent. Nec Sepia eſt: cum Lolligo reperiatur. Saxatilium Turduſ & Merula deſunt: ſicut Conchylia cum Oſtree abundent. omnia autem hybernat in egeo. Intrantium pontum ſoli non remeant Trichie. Greciſ. n. pleriſq; nominibuſ uti par erit: quãdo aliiſ atq; aliiſ eoſdẽ diuerſi appellauere tractuſ. Sed hi ſoli in Iſtrum amnem ſubeũt. & ex eo ſubterraneiſ eiuſ ueniſ in Hadriaticũ mare defluũt. Itaq; & illic deſcendenteſ nec unq̃ ſubeunteſ e mari uiſuntur. Thynnoꝝ captura eſt a Vergiliarum exortu ad Arcturi occaſũ. Reliquo tempore hyberno latent in gurgitibuſ imiſ: niſi tempore aliquo euocati: aut pleniluniiſ. Pingueſcunt & in tantũ: ut dehiſcant. Vita longiſſima iiſ biennio. Animal eſt paruũ Scorpioniſ effigie: aranei magnitudine. hoc ſe & Thynno & ei qui Gladiuſ uocatur crebro delphini magnitudinẽ excedenti: ſub pinna effigit aculeo. tantoq; infeſtat dolore: ut naueſ ſepenumero exiliant.. quod & aliaſ faciũt: aliorũ uim timẽteſ mugileſ maxime tam p̃cipue uelocitatiſ ut tranſuerſa nauigia interim ſuperiactent.

CAP. XIIII. De Auguriiſ & diuerſitate piſciũ.

Vnt & piſcibuſ preſtita in hac ꝑte nature auguria. Sicculo bello ambulante in littore Auguſto: piſciſ e mari ad pedeſ eiuſ exliit. Quo argumẽto Vateſ reſpõdere Neptũnũ patrẽ adoptare eũ ſibi: Sex Põpeio repudiato. Tanta erat naualiſ rei gloria. ſub pedibuſ Ceſariſ futuroſ: qui maria tempore illo tenerẽt. piſcũ femine maioreſ q̃ mareſ. In quodã genere omnino nõ ſunt mareſ: ſicut in Erythiniſ & Chromibuſ. om̃eſ enim ouiſ grauide capiũtur. Vagant̃ gregati fere cuiuſq; generiſ ſquamoſi. Capiuntur ante ſoliſ ortum. Tnnc maxime piſcium fallitur uiſuſ. Noctibuſ quidem illuſtribuſ eque q̃ die cernũt. Aiunt & ſi iteratur gurgeſ intereſſe capture. Itaq; plureſ ſecundo tractu trahi q̃ primo. Guſtu olei maxime: deinde modiſ hymbribuſ gaudent alunturq;. Quippe & arũdineſ q̃uiſ in palude prognate non tamen ſine hymbre adoleſcunt. & aliaſ ubicunq;. piſceſ in eadem aqua aſſidui ſi non affluat: exanimantur. pregelidam hyemem omneſ ſentiunt. ſed maxime qui lapidem in capite habere exiſtimãtur: ut Lupi Coracini: Sciena Pagri. Cũ aſpere hyemeſ fuere: multi ceci capiunt̃ Itaq; iiſ menſibuſ iacent ſpelunciſ conditi: ſicut in genere terreſtriũ retulimuſ. Maxĩe

Hippuruſ & Coracinuſ hyeme non capti: preterq̄ eſtatiſ diebuſ paucíſ. & iiſdē ſemper Item Murena & Orphuſ. Congri. Prete. & ſaxatileſ omneſ. Terra quidem hoc eſt uado mariſ excauato condi per hyemeſ Torpedinē piſcem & Soleā tradunt. Quidā rurſuſ eſtuſ impatientia mediiſ feruoribuſ ſexageniſ diebuſ latent: ut Glaucuſ Aſelli Orate. Fluuiatilium Siluruſ Canicule exortu ſyderatur. & aliaſ ſemꝑ fulgure ſopit᷑ Hoc in mari accidere Cyprio putant. & alioqui totū mare ſentit exortū eiuſ ſyderiſ. qđ maxime in Boſphore apparet. alge enim & piſceſ ſuꝑferuntur: om̄ia ab imo uerſa.

CAP. XV. De Natura Mugiliſ: Accipenſeriſ: Lupi: Aſelli: Scari: & aliquoꝝ alioꝝ piſcium.

Vgilum natura ridetur: In metu capite abſconditoſ totoſ ſe occultari credentiū. Hiſdem tamē tanta falicitaſ: ut in Phoenice & Narbonenſi prouintia coituſ temꝑe e uiuariiſ marem linea lōgiuqua per oſ ad branchiaſ religata emiſſum in mare eademq; linea retractū femine ſequantur ad littuſ. rurſūq; feminā mareſ ꝑtuſ tēpore. Apud antiquoſ piſciū nobiliſſimuſ habituſ Accipenſer unuſ omniū ſquamiſ ad oſ uerſiſ contraq; natando meat. Nullo nunc in honore eſt, Quod quidem miror: cū ſit raruſ inuentu. Quidā eum Elopē uocant. Poſtea p̄cipuā autoritatē fuiſſe Lupo & Aſelliſ Nepoſ Corneliuſ & Laberiuſ poeta Mimorum tradidere. Luporum laudatiſſimi qui appellantur Lanati a candore molliciaq; carniſ. Aſelloꝝ duo genera. Collyri minoreſ & Brachi: qui non niſi in alto capiuntur. ideoq; prelati prioribuſ. At in Lupiſ in amne capti preferuntur. Nnnc principatuſ Scaro datur: qui ſoluſ piſciū dicitur ruminare. herbiſq; ueſci: non aliiſ piſcibuſ. Carpathio maxime mari frequēſ. Promontoriū Troadiſ lectum ſponte nunq̄ tranſit. Inde aduectoſ Tyberio Claudio Principe Optatuſ Elipertiuſ Prefectuſ claſſiſ inter Oſtienſem & Campanie oram ſparſoſ diſſeminauit. Quinquennio fere cura eſt adhibita ut capti redderent᷑ mari. Poſtea frequenteſ inueniuntur Italie in littore: nō ante ibi capti. Admouitq; ſibi gula ſaporeſ piſcibuſ ſatiſ & nouum incolam mari dedit. ne quiſ peregrinaſ aueſ Rome parere miret᷑. Proxima eſt hiſ menſa generiſ dūtaxat muſtelarum. quaſ mirum dictu inter Alpeſ lacuſ quoq; Retie Brigantinuſ emulaſ mureniſ generat.

CAP. XVI. De Mullo: Coracino: Salpa: Zeo: Salmone: & de Branchiiſ piſcium.

X reliqua nobilitate & gratia maxīa ē & copia Mulliſ. ſicut magnitudo modica Binaſq; libraſ pōderiſ raro admodum exuperant. nec in uiuariiſ piſciniſq; creſcūt. Septentrionaliſ tantū hoſ & proxima occidentiſ parte non gignit Oceanuſ. Ceterum genera eoꝝ plura. Nam & alga ueſcūtur. & oſtreiſ. & limo. & aliornm piſcium carne & barba gemina inſigniūtur inferiori labro. Lutariū ex iiſ uiliſſimi generiſ appellāt. Hunc ſemper comitatur Sarguſ nomine aliuſ piſciſ: & cenum fodiente eo: excitatum deuorat pabulū. Net littoralibuſ gratia. Laudatiſſimi conchylium ſapiunt. Nomen hiſ Feneſtella a colore mulleoꝝ calciamētoꝝ datū putant. Pariunt ter anno. hiſ certe totienſ fetura apparet. Mullum expirantem uerſicolori quadā & numeroſa uarietate ſpectari procereſ gule narrant: Rubentium ſquamarum multiplici mutatione. Palleſcentem utiq; ſi uitro ſpectetur incluſuſ. M. Apitiuſ ad omne luxuſ ingenium natuſ in ſociorum garo: nam eo quoq; reſ cognomen inuenit necari eoſ precellenſ putauit atq; e iecore eorum allecem excogitare prouocauit. id enī eſt faciliuſ dixiſſe q̄ quiſuicerit Aſiniuſ Celer e Conſularibuſ: hoc piſce prodiguſ Claudio Principe unū mercatuſ. vii. nummū. Nulluſq; reputatione aufert tranſuerſum animum ad contemplationem eorū qui in conqueſtione luxuſ coquoſ emi ſinguloſ pluriſq̄ equoſ querebantur. Adhuc coci triumphorum preciiſ parantur. & cocorum piſceſ. nulluſq; prope iam mortaliſ æſtimatur pluriſq̃ qui peritiſſime cenſum domini mergit. Mollum octoginta librarũ in mari rubro captũ Liciniuſ Mutianuſ prodidit: Quanti mercaturi cum luxuria ſub urbaniſ littoribuſ? Inuentum eſt & hoc nature: ut alii alibi piſceſ principatũ obtineãt. Coracinuſ in Egypto. Zeaſ idem Faber appellatuſ Gadibuſ. Circa Ebuſum Salpa obſcenuſ alibi: & q nuſq̃ ꝑcoqui poſſit: niſi ferula uerberatuſ in Aquitania Salmo fluuitatiſ mariniſ om̃ibuſ prefertur. Piſcium alii branchiaſ multiplиceſ habẽt. alii ſimpliceſ alii dupliceſ. iiſ aquã emittunt acceptam in ore. Senectutiſ indicum ſquamarũ duricia que nõ ſũt om̃ibuſ ſimileſ. Duo lacuſ Italie in radicibuſ Alpium Lariuſ & Verbanuſ appellãtur: in quibuſ piſceſ om̃ibuſ anniſ Vergiliarum ortu exiſtunt ſquamiſ cõſpicui crebriſ atq; p̄acutiſ clauoꝝ caligariũ effigie: nec ampliuſ q̃ circa eũ menſem uiſuntur.

CAP. XVII. De. Exocoeto: Muribuſ: Polypiſ: & Mureniſ.

IraturArcadia ſuum Exocoetum appellatũ ab eo ꝙ ĩ ſiccum ſomni cauſa exeat. Circa Clitorium uocaliſ hic traditur. & ſine branchiiſ. Idem aliquibuſ Adoniſ dictuſ exiſtimatur. Exeunt in terram & qui marini Mureſ uocantur. & Polypi. & Murene: Quin & in Indie fluminibuſ certũ genuſ piſciũ: ac deinde reſilit. nã ſtagna & amneſ tranſeunt. Pleriſq; euidenſ ratio eſt: ut tuto fetuſ edant. quia nõ ſint ibi: qui deuorent partuſ fluctuſq; minuſ ſeuiant. Haſ intelligi ab iiſ cauſaſ: ſeruariq; tempoꝝ uiceſ magiſ miretur: ſiquiſ reputet quoto cuiq; hominũ noſci uberrimam eſſe capturam ſole tranſeunte piſcium ſignum.

CAP. XVIII. Digeſtio piſcium in figuraſ corporum.

Arinorum alii ſunt plani ut Rhõbi: Solee: Paſſereſ qui ab Rhombiſ ſitu tantũ corporum differũt. dexter enim reſupinatuſ eſt illiſ: Paſſeri leuuſ. Alii longi: ut Murena Conger Ideo pennarum quoq; fiunt diſcrimina: que pedum uice date ſunt piſcibuſ nulliſ ſupra quattuor. Quibuſdam terne. quibuſdam bine. aliquibuſ nulle. In fucinu tantum lacu piſciſ eſt: qui octoniſ penniſ natat. Bine omnino longiſ: ut Lombriciſ: ut Anguilliſ & Congriſ. Nulle ut mureniſ: quibuſ nec branchie. Nec omnia flexuoſo corporum impulſu ita mari utuntur: ut ſerpenteſ terra. In ſicco quoq; repũt. Ideo etiam uiuaciora talia. Et e planiſ aliqua non habent pennaſ: ut Paſtinace. ipſa enim latitudine natant. Et qui mollia appellantur ut Polypi: quoniam pedeſ illiſ pennarum uicem preſtant.

CAP. XVIIII. De Anguilliſ.

Nguille octoniſ uiuũt anniſ. Durant & ſine aquiſ ſeniſ diebuſ Aquilone ſpirante Auſtro pancioribuſ At hyemẽ eedẽ in exigua aqua nõ tolerant. neq; in turbida Ideo circa Vergiliaſ maxime capiuntur: fluminibuſ tum precipue turbidiſ. Paſcunẽ noctibuſ. Exanimeſ piſcium ſole non fluitant. Lacuſ eſt Italie Benacuſ in Veronenſi agro: Mintium amnẽ traſmittenſ: ad cuiuſ emerſuſ annuo tempore octobri fere mẽſe autumnali ſydere ut palam eſt Hyematu lacu fluctibuſ glomerate uoluũtur in tãtũ mirabili multudine: ut in excipuliſ eiuſ fluminiſ ob hoc ipſum fabricatiſ ſingulorum milium globi reperiantur.

CAP. XX. De Murene natura.

Vrena quocunq; tempore parit: cũ ceteri piſceſ ſtato pariant. Oua eiuſ citiſſĩe creſcũnt. In ſicco littore elapſaſ uulguſ coitu ſerpẽtiũ impleri putat. Ariſtoteleſ Myrinum uocat marem qui generat. Diſcrimen eſſe ꝙ Murena uaria & infirma ſit. Myrinuſ unicolor & robuſtuſ: denteſq; extra oſ habeat. In Gallia ſeptentrionali: Mureniſ omnibuſ dextera in maxilla ſeptene macule ad formam ſeptentrioniſ aureo colore fulgent dumtaxat uiuentibuſ: pariterq; cum anima extinguuntur. Inuenit in hoc animali documenta ſeuicie Vediuſ Pollio Equeſ Romanuſ ex amiciſ diui Auguſti uiuariiſ eorum immergenſ damnata mácipia: tanq̄ ad hoc feriſ terraꝝ nó ſufficiétibuſ. Sed quia in alio genere totum pariter hominem diſtrahi ſpectare nó poterat. Ferút aceti guſtu precipue eaſ in rabiem agi. Tenuiſſimú iiſ terguſ: Contra anguilliſ craſſiuſ. Eoq; uerberari ſolitoſ tradit Verriuſ pretextatoſ. & ob id dicit multam iiſ non inſtitutam.

CAP. XXII. De Planiſ piſcibuſ.

Lanorum piſcium alterum geneſ: quod pro ſpina Cartilaginē habet. ut Raie: Paſtinate: Squatíe: Torpedo & quoſ Bouiſ Lamie Aquile Rane nominibuſ Greci appellant Quo in numero ſunt Squili quoq; q̄uiſ nó plani. Hec grece in uniuerſú Selache appellauit Ariſtoteleſ primuſ hoc nomine eiſ impoſito. noſ diſtinguere nó poſſumuſ niſi Cartilaginea appellare libeat. Omnia autum carnoſiora ſunt talia. & ſupina ueſcuntur. ut in delphiniſ diximuſ. Et cum ceteri piſceſ oua pariant hoc genuſ ſolum ut ea que Coete appellant animal parit: excepto quam Ranam uocant.

CAP. XXIII. De Echeneide mirabiliq; eiuſ natura.

St paruuſ admodú piſciſ aſſuetuſ petriſ Echeneiſ appellatuſ. hoc cariniſ adherēte naueſ tardiuſ ire creduntur. inde nomine impoſito. Quamobcauſam amatoriiſ quoq; ueneficiiſ infamiſ eſt & iudiciorum ac litiú mora. que crimina una laude pēſat fluxuſ grauidarum utero ſiſtenſ. partuſq; continenſ ad puerperiú. Tamen in ciboſ nó admittitur. Pedeſ eum habere arbitratur Ariſtoteleſ: ita poſita pennaꝝ ſimilitudine. Mutianuſ Muricem eſſe latiorem Purpura neq; aſpero neq; rotundo ore neq; in anguloſ prodeunte roſtro. ſed ſimplice concha utroq; latere ſeſe colligente. quibuſ inherentibuſ plenā uentiſ ſtetiſſe nauem portantem nuncioſ a Periandro: ut caſtrarentur nobileſ pueri. Conchaſ que id preſtiterint: apud Gnidiorum Venerem coli. Trebiuſ niger pedalem eſſe & craſſitudine quinq; digitoꝝ naueſ morari. Preterea hāc eſſe uim eiuſ aſſeruati in ſale ut aurum quod deciderit in altiſſimoſ puteoſ admetuſ extrahat.

CAP. XXIIII. De Varietate nature piſcium.

Vtant piſceſ colorem. Candide hyeme Mene. & fiunt eſtate nigrioreſ. Mutat & phyciſ reliquo tempore candida: uere uaria. Eadem piſcium ſola nidificat ex alga atq; in nido parit. Volat hyrundo ſane per q̄ſimiliſ uolucri hyrundini.

CA. XXV. De Miluo & dracone marino & cornuta.

Tem miluuſ ſubit in ſumma maria. Piſciſ eſt ex argumento appellatuſ Lucerna linguaq; ignea per oſ exerta tranquilliſ noctibuſ relucet. Attullit Cornuta e mari ſeſquipedalia fere cornua: que ab iiſ nomē traxit. Rurſuſ Draco marinuſ captuſ atq; miſſuſ in arenam cauernam: ſibi roſtro mira celeritate excauat.

CAP. XXVI. De Piſcibuſ Sanguine carentibuſ.

Iſcium ſanguine carent de quibuſ dicemuſ. Sunt autem tria genera. In primiſq; que mollia appellant̄. Deinde cótecta cruſtiſ tenuibuſ. Poſtremo teſtiſ incluſa duriſ. Mullia ſunt Lolligo. Sepia. Polypi: & cetera generiſ eiuſ. Iſ caput inter pedeſ & uentrem. Pediculi octoni oīibuſ. Sepie & Lolligini pedeſ duo Ex iiſ longiſſimi & aſperi quibuſ ad ora admouent ciboſ. & in fluctibuſ ſe uelut anchoriſ ſtabiliunt. Ceteri autem Cirri: quibuſ uenantur.

CAP. XXVII. De Loligine: Polypo: Sepiiſ: & Nauplio.

Olligo etiā uolitat extra aquam ſe efferēſ. Quod & pectúculi faciunt ſagitte modo Sepiarum generiſ mareſ uarii & nigrioreſ: cóſtātiaeq; maioriſ. Percuſſe tridente femine auxiliantur. At femina icto mare: fugit. Ambo autem ubi ſenſere ſe apprebendi: effuſo atramento quod pro ſanguine iiſ eſt infuſcata aqua abſcõduntur. Polyporum multa genera. Terreni maioreſ ꝗ pelagici. Omnia brachiiſ ut pedibuſ ac manibuſ utuntur Cauda uero que eſt biſulca & acuta: in coitu. Eſt Polypiſ fiſtula ĩ dorſo qua tramittunt mare Eādeq; mõ in dexteram partẽ: modo ĩ ſiniſtrã trãſferũt. Natant obliqui in caput: qđ predurũ eſt: ſufflatione uiuentibuſ. Ceterũ per brachia uelut acetabuliſ diſperſiſ: eobauſto quodamodo cui adhereſcũt: tenẽt ſupini: ut auelli nequeant. Vada non apprebendũt. Et grandibuſ minor tenacitaſ. Soli mollium in ſiccũ exeunt: dumtaxat aſperũ. Lenitatem odore. Veſcunt̃ conchylioꝝ carne. quoꝝ conchaſ complexu crinium frangunt. Itaq; preiacentibuſ teſtiſ cubile eoꝝ deprebenditur. Et cũ alioqui brutum babeatur animal: ut quod ad manum bominiſ adnatet: in re quodammodo familiari callet. Omnia in domũ comportat: Deinde putamina roſa carne egerit. Adnatanteſq; piſciculoſ ad ea uenatur. Colorem mutat ad ſimilitudinem loci. & maxime in metu. Ipſum brachia ſua rodere: falſa opinio eſt: id enim a congriſ euenit ei. Sed renaſci: ſicut Colcotiſ & lacertiſ caudaſ baud falſum. Inter p̃cipua aũt miracula eſt: qui uocatur Nautiloſ: ab aliiſ Põpiloſ. Supinuſ in ſumma equoꝝ ꝑuenit ita ſe paulatim ſubrigenſ: ut emiſſa omni per fiſtulam aqua uelut exoneratuſ ſentina facile nauiget. Poſtea prima duo brachia retorquenſ membranã inter illa mire tenuitatiſ extendit. qua uelificante in auraſ ceteriſ ſubremiganſ brachiiſ media ſe cauda ut gubernaculo dirigit. Ita uadit alto liburnicaꝝ ludenſ imagine. Siquid pauoriſ interueniat: bauſta ſe mergenſ aqua. Polyporum generiſ eſt Onigena dicta. graui capitiſ odore: ob boc maxime Mureniſ eam conſectantibuſ. Polypi biniſ menſibuſ cõdũt. Vltra bimatũ non uiuũt. Pereunt aũt tabe ſemper. Femine celeriuſ: & fere a partu. Non ſunt pretereũda. q̄. L. Lucullo Proconſule Betice comperta de polypiſ: que Trebiuſ Niger e comitibuſ eiuſ prodidit. Auidiſſimoſ eſſe concharũ: Illaſ ad tactum cõprimi: precidenteſ brachia eoꝝ: ultroq; eſcam ex predante capere. Carent conche uiſu: omniq; ſenſu alio ꝗ cibi & periculi. Inſidiantur ergo polypi aptiſ: impoſitoq; lapillo extra corpuſ ne palpitatur eiciãtur. ita ſecuri graſſant̃: extrabũtq; carneſ. Ille ſe cõtrabunt: ſed fruſtra diſcuneate. Tanta ſolertia animalium bebetiſſimiſ quoq; eſt. Preterea negat ullũ atrociuſ eſſe animal ad conficiendũ bominẽ in aqua. Luctatur enim cõplexu: & ſorbet acetabuliſ: ac numeroſo ſuctu detrabit eũ. In naufragoſ urinantiſue impetũ capit. Sed ſi inuertat̃ elangueſcit. Vix. n. exporrigunt ſe reſupinati. mire omnibuſ mariniſ expetentibuſ odorẽ quoq; eoꝝ: quadecauſa & naſſiſ illinunt̃. Cetera que idem retulit: mõſtro propiora poſſunt uideri. Carteie in cetariiſ aſſuetuſ quidã Polypuſ exire e mari in lacuſ eoꝝ apertoſ. atq; ibi ſalſamẽta populari. cõuertit in ſe cuſtodum indignationẽ: aſſiduitate furti immodici. Sepeſ erant obiecte: ſed baſ tranſcendebat per arborẽ: nec deprebendi potuit niſi canum ſagacitate. Ii redeuntem circũuaſere noctu concitiq; cuſtodeſ expauere nouitatẽ. Primũ omnium magnitudo inaudita erat. deinde coloſ muria obliti: odore diri. quiſ ibi polypum ſperaſſet? aut ita cognoſceret? Cum monſtro dimicare ſibi uidebantur. nanq; & afflatu terribili caneſ agebat: nunc extremiſ crinibuſ flagellatoſ: nunc robuſtioribuſ brachiiſ clauaꝝ modo incuſſoſ. Egreq; multiſ tridentibuſ cõfici potuit. Oſtendere Lucullo caput eiuſ dolii magnitudine amphorarum qndecim capax. Atq; ut ipſiuſ Trebii uerbiſ utar: barbaſ quaſ uix utroq; brachio complecti eſſet: clauarum modo toroſaſ. lõgaſ pedum. xxx. Acetabuliſ ſiue caliculiſ urnalibuſ peluium modo. Denteſ magnitudini reſpondenteſ. Reliquie aſſeruate miraculo pepẽdere pondo ſeptingẽtoꝝ Sepiaſ quoq; & Lolligineſ

Concharũ naturã.

eiuſdẽ magnitudinis expulſas in littus illud idem autor eſt. In noſtro mari Lolligines quinum cubitorum capiunt̃. Sepie binũ. Neq; his bimatu longior uita. Nauigeram ſimilitudinem & aliã in Propontide uiſam ſibi prodidit Mutianus. Conchã eſſe Acatu modo carinatã inflexa pupe: prora roſtrata In hanc condi Nauplium animal Sepie ſimile ludendi ſocietate ſola. Duobus hoc generibus fieri. Tranquillo enim uectorem dimiſſis palmulis ferre ut remis. Si uero flatus inuitẽt. eaſdẽ ĩ uſu gubernaculi porrigi pandiq; conchaꝝ ſinus aura: Huius uoluptatẽ eſſe ut ferat. illiuſq; ut regat. ſimulq; eã deſcendere incluſo ſinu: fluctu hauſto: territam uiſu forte triſti. Id enim ut conſtet rumore nauigantium humana calamitas in cauſa eſt.

De Cancris.

CAP. XXVIII. De locuſtis et natura eaꝝ.

Ocuſte cruſta fragili muniunt̃. In eo genere qđ caret ſanguine. Latẽt mẽſibus quinis. Similiter cancri qui eodẽ tempore occultant̃. Et ambo ueris principio ſenectutem anguium more exuunt renouatiõe tergoꝝ. Cetero in undis natãt. Locuſte reptantiũ modo fluitant. Si nullus ingruat metus recto meatu cornibus: que ſũt propria rotũditate prepilata: ad latera porrectis: Iiſdẽ erectis in pauore oblique ĩ latera procedunt. Cornibus inter ſe dimicant. Vnũ hoc animaliũ niſi uiuum feruenti aqua incoquatur: fluida carne non habet callũ. Viuunt petroſis in locis. Cancri mollibus Hyeme aprica littora ſectantur. Eſtate inopaca gurgitum recedunt. Omnia eius generis hyeme leduntur: Autumno & Vere pingueſcunt: Et plenilunio magis: quia nocte ſidus tepido fulgore mitificatur.

CA. XXVIIII. De cancris & generibus ac natura eorum.

Ancroꝝ genera Carabi Aſtaci. Paguri. Heracleotici. Leones. & alia ignobiliora Carabi a ceteris cãcris cauda diſtant. In Phoenice Hippoe uocãtur tãte uelocitatis ut cõſequi non ſit Cancris uita longa. pedes octoni. oẽs in obliquo flexi. Femine primus pes duplex: mari ſimplex. Preterea bina brachia dẽticulatis forcipibus. ſuꝑior pars in primoribus iis mouetur inferiori immobili. Dextrum brachiũ omnibus maius. Vniuerſi aliquando congregantur: os ponti euincere nõ ualent quamobrem egreſſi circũeũt. apparetq; tritũ iter. Pinno teres uocatur minimus ex omni genere. ideo opportunus iniurie. Huic ſolertia inaniũ oſtrearũ teſtis ſe tondere. & cum acreuerit migrare incapaciores. Cancri in pauore etiam retrorſum pari uelocitate redeunt. Dimicant inter ſe ut arietes aduerſis cornibus incurſantes: Contra ſerpentiũ ictus medẽt̃ Sole cancri ſignum tranſeũte & ipſoꝝ cũ exanimati ſint corpus transfigurari in ſcorpiones narratur in ſicco. Ex eodem genere ſunt Echini in quibus ſpine pro pedibus. Ingredi eſt iis in orbem uolui. Itaq; de tritis ſepe aculeis inueniuntur. Ex iis Echinometre appellantur: quoꝝ ſpine longiſſime. caliceis minimi. nec omnibus idem ruffus & uitreus color. Circa Toronem candidi naſcuntur. Spina parua. Oua omniũ amara quina numero. Ora in medio corpore in terram uerſa. Tradũt ſeuiciã maris preſagire eos correptiſq; operiri lapillis: mobilitatem pondere ſtabiliẽtes. nolunt. n. uolutatiõe ſpinas atterere. Quod ubi uidere nautici: ſtatĩ pluribus anchoris nauigia infrenant.

CAP. XXX. De Cochleis aquatilibus & terreſtribus.

N eodem genere ſunt cohlee aq̃tiles terreſtreſq; exerentes ſe domicilio. binaq; ceu cornua ꝓtendẽtes cõtrahẽteſq; oculis carent. ideoq; corniculis p̃tẽptant iter.

CAP. XXXI. De pectine piſce: eiuſq; coloribus differẽtiis & figuris.

Ectines in mari ex eodem genere habentur. Reconditi & ipſi in magnis frigoribus. ac magnis eſtibus. Vngueſq; uelut igne lucẽtes in tenebris etiam in ore mandentium.

CAP. XXXII. De Muricibuſ & conchaꝝ generibuſ.

Irmioriſ iam teſte muriceſ & concharum genera in quibuſ magna ludentiſ nature uarietaſ tot coloꝝ differentie: tot figure. planiſ. & concauiſ. longiſ. lunatiſ. in orbem circũactiſ. dimidio orbe ceſiſ. In dorſũ elatiſ leuibuſ. rugatiſ. dẽticulatiſ ſtriatiſ uertice mitratim intorto. margine in mucronẽ emiſſo. foriſ effuſo. intuſ replicato. Iã diſtinctione uirgulata. crinita criſpa: cuniculatĩ. pectinatim: ĩbricatĩ undata: cãcellatĩ reticulata in obliquũ ĩ rectũ expãſa: dẽſata: porrecta ſinuata breui nodo ligatiſ: toto latere cõnexiſ: ad plauſũ apertiſ ac buccinã recuruiſ. Nauigãt ex iiſ Nerite p̃bẽteſq; concauam ſibi partem & alteram aure apponenteſ: per ſumma equorum uelificant. Saliunt pectineſ & extra uolitant: ſeq; & ipſi carinant.

CAP. XXXIII. De diuitiiſ. Mariniſ uentri damnoſiſ.

Ed quid hec tam parua cõmemoro: cũ populatio morum atq; luxuria nõ aliũde maior q̃ e conchaꝝ genere proueniat? Iam quidem ex tota reꝝ natura damnoſiſſimum uentri mare eſt. tot modiſ tot menſiſ. tot piſcium ſaporibuſ quibuſ precia capientium periculo fiunt. Sed quot hec portio eſt reputantibuſ purpuraſ. conchilia. margaritaſ? paꝝ ſcilicet fuerat ungulaſ condi maria niſi manibuſ auribuſ: capite toto corpore a feminiſ iuxta uiriſq; geſtarent. Quid mari cũ ueſtibuſ? Quid undiſ fluctibuſq; cũ uellere? Non recte recipit hec noſ rerum natura niſi nuduſ. Eſto. ſit tanta uentri cũ eo ſocietaſ. ꝗd tergori? Paꝝ eſt niſi qui ueſcimur. periculiſ etiã neſtiamur. Adeo per totũ corpuſ anima hominiſ queſita maxime placent.

CAP. X XXIIII. Quomodo naſcuntur & ubi & quomodo inueniuntur Margarite.

Rincipium ergo culmenq; omniũ reꝝ precii margarite tenent. Indicuſ maxime haſ mittit Oceanuſ. Inter illaſ beluaſ taleſ tantaſq; quaſ diximuſ. per tot maria uenienteſ tam longo terraꝝ tractu e tantiſ ſoliſ ardoribuſ atq; indiciſ quoq; inſuliſ. petuntur & admodũ pauciſ. Fertiliſſima ẽ Taprobane & Toroiſ ut diximuſ in circuitu mundi. Item Perimula promontoriũ Indie Precipue aũt laudantur circa Arabiã in Perſico ſinu mariſ Rubri. Origo aũt atq; genitura Conche ẽ haud multũ Oſtrearũ conchiſ differenſ. Haſ ubi genitaliſ anni ſtimulauerit hora pandenteſ ſeſe quadã oſcitatione. impleri roſcido conceptu tradunt. grauidaſ poſtea eniti partũq; conchaꝝ eſſe Margaritaſ: pro qualitate roriſ accepti. Si puruſ influxerit: candorem conſpici. Si uero turbiduſ & fetũ ſordeſcere: Eundẽ pallere celo minãte conceptum. ex eo quippe conſtare: celiq; eiſ maiorem ſocietatem eſſe q̃ mariſ. Inde nubilũ trahit colorem. aut ꝓ claritate matutina ſerenum. Si tempeſtiue ſatientur grãdeſcere & partuſ. Si fulgeret cõprimi conchaſ. ac pro ieiunii modo minui. Si uero & tonuerit: pauidaſ ac repente cõpreſſaſ que uocant Phyſemata: efficere ſpeciem: uerum inani inflatam: ſine corpe. Hoſ eſſe concharum ab ortuſ Sani quidem partuſ: multiplici conſtãt cute. non imꝓprie callũ ut exiſtimari corporiſ poſſit. Itaq; & purgãtur a peritiſ Miror ipſo tm̃ eaſ celo gaudere. Sole rubeſcere candoremq; perdere ut corpuſ humanũ. Quare precipuum coſtodiunt pelago altiuſ merſe: q̃ ut penetrent radii. Flaueſcunt tamen & ille ſenecta. rugiſq; torpeſcunt. Nec niſi in iuuenta conſtat ille: qui queritur uigor. Craſſeſcunt etiã in ſenecta. Conchiſq; adhereſcunt nec iiſ auelli queunt: niſi lima. Quibuſ una tantũ eſt facieſ & ab ea rotunditaſ auerſiſ planicieſ ob id Tympania nominant. Coherenteſ uidemuſ in Conchiſ hac dote unguenta circunferentibuſ. Ceterũ in aqua molliſ unio exemptuſ protinuſ dureſcit. Concha ipſa cũ mãnum uidet: cõprimit ſeſe: operitq; opeſ ſuaſ. gnara propter illaſ ſe peti. Manumq; ſi preueniat acie ſua abſcidit.

nulla iuſtiore pena: & aliiſ munita ſuppliciiſ. Quippe inter ſcopuloſ parſ maior iuenit̃ Sed in alto quoq; comittantur marinis canibuſ. Nec tamẽ aureſ feminaꝝ arcentur. Quidam tradunt ſicut apibuſ. ita concharum examinibuſ ſingulaſ magnitudine & uetuſtate precipuaſ eſſe ueluti duceſ: mire ad cauendũ ſolertie. Haſ urinantiũ cura peti. Illiſ captiſ facile ceteraſ palanteſ retibuſ includi. Multo deinde obrutaſ ſale in uaſiſ fictilibnſ eroſa carne omni nucleoſ quoſdã corporũ hoc eſt unioneſ decidere in ima. Vſu atteri nõ dubiũ eſt. Coloremq; indiligentia mutari. Doſ omniſ in candore. magnitudine orbe leuiore. pondere baud promptiſ rebuſ intantũ ut nulli duo reperiant̃ indiſcreti. Vnde nomen Vnionũ Romane ſcilicet impoſuere delicie. Nã apud Grecoſ nõ eſt. Nec apud Barbaroſ inuentoreſ eiuſ aliud q̃ Margarite. Et in candore ipſo magna differẽtia. Clarior in rubro mari repertuſ. Indicuſ ſpeculariũ lapidũ ſquamaſ aſſimilat. aliaſ magnitudine precellenſ. Sũma lauſ coloriſ eſt exaluminatoſ uocari. Et procerioribuſ ſua gratia eſt Eleucoſ appellãt faſtigiata lõgitudine. Alabaſtroꝝ figura in pleniore orbe deſinenteſ. Hoſ digitiſ ſuſpẽdere. & binoſ ac ternoſ auribuſ feminaꝝ gloria eſt. Subeunt luxurie eiuſ nomina & tedia exquiſita perditione portantium Siquidẽ cũ id fecere Crotalia appellãt: ceu ſono quoq; gaudeãt: & colliſu ipſo margaritarum. affectantq; iam & pauperrſ lectiorẽ femine: in publico unionẽ eſſe dictitãteſ Quin & pedibuſ nec crepidarum tantũ obſtraguliſ. ſed totiſ ſocculiſ addunt. Neq; enĩ geſtare iam margaritaſ: niſi calcent: ac per unioneſ etiã ambulent: ſatiſ eſt. In noſtro mari reperiri ſolebant. crebriuſ circa Buſphorum Thratiũ: ruffi ac parui in conchiſ quaſ Myaſ appellant. At in Acarnania que uocatur Pinna gignit quo apparet non uno conche genere naſci. Nanq; & Iuba tradit Arabiciſ conchã eſſe ſimilem pectini inſecto: hirſutam echinoꝝ modo. Ipſum unionem in carne ipſa eſſe grandini ſimilem. Conche nõ taleſ ad noſ afferunt̃. Nec in Acarnania ante laudati reperiunt̃: enormeſ & feri: coloriſq; marmorei. Melioreſ circa Actium. Sed & ii parui. & in Mauritanie maritimiſ Alexãder Polybiſtor. & Sudineſ. Seneſcere eoſ putant. colorẽq; exſpirare. Eorum corpuſ ſolidum eſſe manifeſtũ eſt: ꝙ nullo lapſu frangunt̃. Non aũt ſemꝑ in media carne reperiuntur. ſed aliiſ atq; aliiſ lociſ. Vidimuſq; iam extremiſ etiã marginibuſ uelut e concha exeunteſ. Et in quibuſdam quaternoſ: quinoſq;. Ponduſ ad hoc eui ſemuntie pauci ſinguliſ ſcrupuliſ exceſſere. In Britannia paruoſ atq; decoloreſ naſci certũ eſt: quoniam diuuſ Iuliuſ Thoracem quem Veneri genetrici in tẽplo eiuſ dicauit: ex Britanniciſ Margaritiſ factũ uoluerit intelligi. Lolliam Paulinã: que fuit Caii Principiſ Matrona ne ſerio quidẽ aut ſollemni cerimoniaꝝ aliquo apparatu Sed mediocrium etiã ſponſalium cæna uidi Smaragdiſ margaritiſq; optã. alterno textu fulgentibuſ toto capite crinibuſ Spira auribuſ: collo monilibuſ digitiſq;. que ſumma quadringentieſ ſeſterciũ colligebat. Ipſam confeſtim paratam nuncupationẽ tabuliſ probare. Nec dona ꝓdigi Principiſ fuerant. ſed auite opeſ ꝓuinciarum ſcilicet ſpoliiſ parte. Hic eſt rapinaꝝ exituſ. Hoc fuit quare. M. Lulliuſ infamatuſ Regum muneribuſ ĩ toto oriente interdicta amicicia a Caio Ceſare Auguſti filio uenenũ biberet ut neptiſ eiuſ quadringeſieſ ſeſtertium operta ſpectaretur ad lucernaſ. Computet nunc aliquiſ ex alia parte: q̃tum Curiuſ aut Fabriciuſ in triumphiſ tulerint: & imaginetur eorum fercula. & ex alteera parte Lolliam unã Imperii mulierculã accubãtẽ non illoſ curru detractoſ q̃ in hoc uiciſſe malit? Non hec ſumma luxurie exempla ſũt Duo fuere maximi unioneſ per omne euũ Vtrũq; poſſedit Cleopatra Egypti Reginarum nouiſſima per manuſ orientiſ Regũ ſibi traditoſ. Hec cũ exquiſitiſ tottidie Antoniuſ ſaginaretur epuliſ: ſuperbo ſimul ac procaci faſtu ut Regina meritrix lauticiã eiuſ omnem apparatumq; obtrectanſ. querente eo quid aſtrui magnificentie poſſit: reſpondit: una ſe cena cencieſ ſeſtertiũ abſumpturã. Cupiebat diſcere Antoniuſ ſed fieri poſſe nõ arbitrabatur. Ergo ſponſionibuſ factiſ: poſtero die quo iudiciũ agebatur: magnificam aliaſ cenã. ne dieſ periret. ſed cotidianã Antonio appoſuit irridẽti cõputationemq; expoſtulanti. At illa corrollariũ id eſſe. conſumpturamq; ſe ea ĩ cena taxationem confirmanſ: ſolãq; ſecentieſ ſeſtertium cenaturam: inferri menſã ſecundam iuſſit. Ex precepto miniſtri unum tm̃ uaſ ante eam poſuere aceti: cuiuſ aſperitaſ uiſq; in tabem margaritaſ reſoluit. gerebatq; auribuſ tũ maxĩe ſingulare illud & uere unicũ nature opuſ. Itaq; ſpectante Antonio quidã eſſet actura: detractum alteꝝ merſit: ac liquefactũ abſorbuit. Iniecit alteri manum. L. Plancuſ iudex ſpõſioniſ eiuſ: eũ quoq; paranti ſimili mõ abſumere. Victumq; Antonium ꝓnũciauit: homine irato. Comitetẽ fama unioniſ eiuſ parẽ facta illa tante queſtioniſ uictrice. Regina diſſectum ut eſſet ĩ utriſq; Veneriſ auribuſ Rome in Pantheo. dimidia eoꝝ cena. Non ferẽt tamẽ hãc palmam. ſpoliabuntq; etiã luxurie gloria. Prior id fecerat Rome in unionibuſ magne taxationiſ Clodiuſ Tragedi Eſopi filiuſ relictuſ ab eo in ampliſ opibuſ hereſ ne triũphatu ſuo nimiſ ſuperbiat Antoniuſ pene hiſtrioni comparatuſ. Et quidem nulla ſpõſione ad hoc productuſ: quo id magiſ regium erat. ſed ut experiretur in gloria palati quid ſaperent Margarite. Atq; ut mire placuere ne ſoluſ hoc ſciret: ſinguloſ unioneſ conuiuiſ ad ſorbendum dedit. Rome in ꝓmiſcuum ac frequentem uſũ ueniſſe: Alexãdria inditionem redacta: primum autẽ cepiſſe circa Syllana tempora minutaſ & uileſ Feneſtella tradit. manifeſto errore. cum Eliuſ ſtilo iugurtino bello unionũ nomen impoſitum maxime grandibuſ Margaritiſ prodat. Et hoc tñ eterne prope poſſeſſioniſ eſt ſequitur heredem. In mancipatum uenit. ut predium aliquod.

CAP. XXXV. De natura Purpure & Muriciſ.

Onchylia & purpuraſ omniſ ora atterit. quibuſ eadẽ mater luxuria paria pene etiam Margaritiſ precia fecit. Purpure uiuunt anniſ plurimũ ſepteniſ. Latent ſicut muriceſ circa caniſ ortum triceniſ diebuſ. Congregantẽ uerno tempore. mutuoq; attritu lentorem cuiuſdã cere ſaliuãt. Simili modo & muriceſ. Sed purpure florẽ illũ tinguendiſ expetitum ueſtibuſ in mediiſ habent faucibuſ. Liquoriſ hic minimi eſt in candida uena. Vnde precioſuſ ille bibitur nigrantiſ roſe colore ſublucenſ. Reliquum corpuſ ſterile. Viuaſ capere contendunt: quia cũ uita ſua ſuccum illum euomunt. Et maioribuſ quidem purpuriſ detracta concha auferunt. minoreſ cũ teranitiſ frangunt. ita demũ rorẽ eũ excipiẽteſ Tyrii. Precipuuſ hic Aſie In Enynge Africe. & Getulo littore Oceani. In Laconica Erope. Hinc faſceſ ſecureſq; Romane uiam faciunt. Idemq; pro maieſtate in pueritia eſt. Diſtinguit ab equite curiam. Diiſ aduocatẽ placandiſ. omnẽq; ueſtem illuminat. In triumphali miſcetur auro. quapropter excuſata & purpure ſit inſania. Sed unde Conchyliiſ precia? Quiſ uiruſ graue in ſucco: color auſteruſ in glauco & iraſcenti ſimiliſ mari. Lingua purpure longitudine digitali: q̃ paſcitẽ perforando reliqua conchilia: tãta duricia aculeo eſt. Aqua dulci enecantur. & ſicubi flumini immerguntur. alioqui capte diebuſ quinquageniſ uiuunt ſaliua ſua. Conche omneſ celerrime creſcũt. Precipue purpure. Anno magnitudinem implent. Quod ſi hactenuſ tranſcurrat expoſitio: fraudatã ſe protinuſ luxuria credat. Noſ indiligẽtie damnet. Quamobrem ꝑſequemur etiã officinaſ: ut tanq̃ in uictu frugum noſcitur ratio: ſic omneſ qui iſtiſ gaudent: premio uite ſue calleant. Concharum ad pupuraſ & conchylia eadem qdẽ eſt materia. ſed diſtat temperamento. Duo ſũt genera. Buccinũ minor concha. ad ſimilitudinem eiuſ Buccini quo ſonuſ editur. unde & cauſa nomini rotunditate oriſ in margine inciſa. Alterum Purpura uocatur caliculatim ꝑcurrente roſtro. & caliculi latere introrſuſ tabulato qua proferat᷑ lingua. Preterea clauatū eſt ad turbidinē uſq;: aculeiſ in orbem ſepteniſ fere. Qui nō ſūt Buccino. Sed utriſq; orbeſ totidem quot habent| annoſ. Buccinum non niſi petriſ adheret. Circaq; ſcopuloſ legitur. Purpure nomine alio Pelagie nocantur.

CAP. XXXVI. Purpuræ genera & quomodo capiantur.

Arum genera plura pabulo & ſolo diſcreta. Lutenſe putrilimo. Et Algēſe enutritum alga uiliſſimum. Vtriſq; meliuſ Tenienſe in Tenei mariſ ora collectū. Hoc quoq; tñ etiā num leuiuſ atq; dilutiuſ. Calculoſe appellant᷑ a calculo mariſ mire apto Conchyliiſ & longe optimo Purpuriſ. Dialutēſe. id ē uario ſoli genere paſtum. Capiunt᷑ aūt Purpure paruuliſ rariſq; conchiſ textu ueluti naſſiſ in alto iactiſ. Inē iiſ eſca Cluſileſ mordaceſq; cōchaꝝ q̄leſ uidemuſ. haſ ſēiniceſ. ſed redditaſ mari auido hiatu reuiuiſcēteſ. appetūt eaſ purpure porrectiſq; linguiſ īfeſtāt. At ille aculeo extimulate claudūt ſeſe. cōprimūtq; mordētia. ita pendēteſ auiditate ſua purpure tolluntur.

CAP. XXXVII. Quo tempore purpure capiantur & de præparatione Succi eaꝝ.

Api eaſ poſt caniſ ortum aut ante uernū tempuſ utiliſſimū: quoniā cū fetificauere fluxoſ habent ſuccoſ. Sed id tinguentum officine ignorant. tum ſumma uertatur in eo. Eximitur poſtea uena: q̄ diximuſ. Cui addi ſalē neceſſariū. ſextarioſ uerme in libraſ cētenaſ. Macerari triduo iuſtū. quippe maior uiſ tanto q̄nto recētior. Feruere in plumbo. ſinguliſq; aque amphoriſ centenaſ atq; quinq̄genaſ medicaminiſ libraſ equari. ac modico uapore torreri. & ideo lōginque fornaciſ cuniculo. Ita deſpumatiſ ſubinde carnibuſ quaſ heſiſſe uaniſ neceſſe eſt: decimo ferme die liquatiſ cortina uelluſ elicriatū mergit᷑ in experimentū. Et donec ſpei ſatiſfiat uritur liquor. Rubeuſ color nigrante deterior. Quiniſ lana potat horiſ. Rurſuſq; mergit᷑ carminata: donec om̄em ebibat ſaniē. Buccinū per ſe dānatur quoniā fucū remittit. Pelagio admodum alligatur. nimieq; eiuſ nigricie dat auſteritatē illā nitorēq; qui querit᷑ cocci. Ita permixtiſ uiribuſ: alteꝝ altero excitatur. aut aſtringitur. Sūma medicaminū in libraſ: uelleꝝ Buccino ducente: Pelagio. cxi. Ita fit Amethiſti coloſ eximiuſ ille. At Tyriuſ Pelagio primū ſatiatur immatura uiridiq; cortina. mox ꝑmutatur in Buccina. Lauſ ei ſumma in colorē ſanguiniſ concreti nigricanſ aſpectu. Idemq; ſuſpectu refulgenſ. Vnde & Homero purpureuſ dicitur ſanguiſ.

CA. XXXVIII. Romæ quando primum purpure uſuſ.

Vrpure uſum Rome ſemper fuiſſe uideo. ſed Romulo in trabea. Nam toga pretexta & latiore clauo Tollū Hoſtiliū e Regibuſ primū uſum. Etruſciſ deuictiſ ſatiſ conſtat. Nepoſ Corneliuſ qui Diui Auguſti principatu obiit: Me inquit iuuene uiolacea purpura uigebat: cuiuſ libra denariſ centum uieniabat. Nec multo poſt rubra tarentina. Huic ſucceſſit dibapha tyria. que in libraſ denariſ mille nō poterat emi. Hac Lentuluſ Spinter Ediliſ curuliſ primuſ in pretexta uſuſ improbatur qua purpura quiſ non iam inquit triclinairia facit? Spinter Ediliſ fuit orbiſ condite anno. dcc. Cicerone Coñſſ. Dibapha tunc dicebat᷑: que biſ tincta eſſet: ueluti magnifico impendio. Qualiter nūc om̄eſ pene cōmodioreſ purpure tingunt᷑. In conchiliata ueſte Cetera eadem ſine Buccino. preterq; iuſ temparature. Eque pro indiuiſo humani potuſ excremento: Dimidia & medicamina addūtur. Sic gignitur laudatuſ ille pallor ſaturitate fraudata. tantoq; dilucidior quanto magiſ uellera eſuriunt.

CAP. XXXVIIII. De preciiſ purpurarum.

Precia medicamento ſunt quidem pro fertilitate littorum uiliora. Non tñ uſq̄ Pelagi libraſ quinquagenoſ nummoſ excedere: & Buccini centenoſ ſciant: qui iſta mercantur immenſo. Sed alia ſũt. nec habẽt finẽ uitia. iuuatq; ludere impẽdio. & luſuſ geminare miſcendo iteꝝ: & ipſa adulterare adulteria nature. ſicut teſtudineſ tinguere. argentũ auro confundere: ut electra fiant addere iiſ era: ut corinthia.

CAP. XL. De Tingendo Amethiſto: Tyrio & Cocco.

On eſt ſatiſ abſtuliſſe gemme nomẽ Amethiſtũ rurſum abſolutuſ inebriatẽ tyrio: ut ſit ex utroq; nomẽ improbũ ſimulq; luxuria duplex. Et cũ cõfecere cõchilia tranſire meliuſ in Tyriũ putant. Penitentia hoc primũ debet ſueniſſe artifice mutãte quod damnabat. Inde ratio eſt nata. Votũ quoq; factũ euitio portentoſiſ ingeniiſ. & gemina demõſtrata uia luxurie: ut color aliuſ operiretẽ alio. Suauior ita fieri leuiorq; dictuſ. quin & terrena miſcere. Coccoq; tinctum Tyrio tinguere ut fieret Byſſinum. Coccũ Galatiæ rubenſ gramen: ut dicemuſ in terreſtribuſ: aut circa Emiritã Luſitanie: in maxima laude eſt. Verum ut ſimul peragantur nobilia pigmenta: anniculo gramini languiduſ ſucuſ. Idem a quadrimo euaniduſ: Ita nec recenti uireſ: neq; ſeneſcenti. Abunde tractata eſt ratio: qua ſe uirorum luxa feminarumq; forma credit ampliſſima fieri.

CAP. XLI. De Pinna & pinno tere: & Torpedine: eorumq; natura.

Oncharum geneſiſ & pinna eſt. Naſcitur in limoſiſ ſubrecta ſemp: nec unq̄ ſine comite quẽ Pinnoterẽ uocant alii pĩnophilacẽ: id ẽ Squilla parua. alibi cãcer dapiſ aſſectator. Pandit ſe Pinna luminibuſ orbum corpuſ intuſ minutiſ piſcibuſ p̄bẽſ. Aſſultant alii protinuſ. & ubi licentia audatia creuit: implent eam. Hoc tempuſ ſpeculatuſ Index morſu leui ſignificat. Illa ore compreſſo quicquid incluſit: exanimat. partemq; ſocio tribuit. Quo magiſ miror quoſdam exiſtimaſſe aquatilibuſ nullum ineſſe ſenſum. Nouit torpedo uim ſuam ipſa non turpenſ merſaq; in limo ſe occultat. Piſceſ qui ſecuri nataneſ obturpuere corripienſ. Huiuſ iecori teneritaſ nulla p̄ferẽ. Nec minor ſolertia Rane que in mari Piſcatrix uocatur. eminẽtia ſub oculiſ corniculа turbato limo exerit: aſſultanteſ piſciculoſ pertraheſ: donec tam prope accedant ut aſſiliat Simili mõ Squatina & Rhombuſ additi pinnaſ exertaſ mouẽt ſpecie uermiculoꝝ. Itẽq; que uocatur Raia. Nã Paſtinaca latrocinatur ex occulto tranſſeũteſ radio quod telum eſt ei figenſ. Argumenta ſollertie huiuſ quod tardiſſimi piſcium hi mugilem uelociſſimũ omnium habenteſ in uentre reperiuntur.

CAP. XLI De Scolopendriſ & uulpibuſ marinis & Glaucio.

Colopendre terreſtribuſ ſimileſ quaſ Centipedeſ uocant hamo deuorato omnia interanea euomunt donec hamum egerant: deinde reſorbent. At uulpeſ marine ſimili in periculo glutiunt ampliuſ uſq; ad infirma linee que facile p̄rodant. Glauciuſ qui & Glaniſ uocatur auerſuſ mordet hamoſ: nec deuorat: ſed eſca ſpoliat.

CAP. XLIII. De Ariete piſce.

Raſſatur Arieſ ut latro. & nunc grandiorum nauium in ſalo ſtantium: occultatuſ umbra: ſiquem nandi uoluptaſ iuuitet: expectat. Nunc elato extra aquam capite: piſcantiũ cymbaſ ſpeculatur. ocultuſq; adnatãſ: mergit. Equidem & iiſ ſenſum ineſſe arbitror: qui nec animaliuem: neq; fruticũ: ſed tertiã ex utroq; naturam habent: Vrticiſ dico & Spongiiſ.

CAP. XLIIII. De Vrticiſ.

Rtice noctu uagantur: noctuq; mutantur. carnoſe frondiſ. Iiſ natura ut carne ueſcantur. Viſ pruritu mordax eademq; que terreſtriſ urtice. Contrahit ergo ſe quammaxime rigenſ. ac ꝑnatãte piſciculo frõdẽ ſuã ſpargit. Complectenſq; deuorat. aliaſ marcenti ſimiliſ. & iactari ſe paſſa fluctu alge uice contractoſ piſceſ: attrituq; petre ſcalpenteſ pruritũ inuadit. Eadẽ noctu pectineſ & Echinoſ perquirit. Dum admoueri ſibi manũ ſentit: colorẽ mutat. & cõtrahit̃. Tacta uredinẽ mittit. paulũq; ſi fuerit niterualli: abſconditur. Ora ei in radiceſ eſſe traduntur. Excrementa per ſumma tenui fiſtula reddi.

CA. XLV. De Spongiiſ: & eaꝝ generibuſ & natura.

Pongiaꝝ tria genera accipimuſſpiſſũ ac predurũ. & aſpeꝝ. Tragoſ id uocatur Spiſſum & molliuſ. magiſ tenue denſũq; ex quo penicilli: Achilleũ. Naſcũtur omneſ in petriſ. Alunt̃ conchiſ piſce: limo. Intellectũ ĩeſſe iiſ apparet: quia ubi auulſorem ſenſere: cõtracte multo difficiliuſ abſtrahũt̃. Hoc idem fluctu pulſãte faciunt. Viuere eſca manifeſto conche minute in iiſ reperte: oſtendũt. Circa Toronem ueſci illiſ auulſaſ etiã aiunt. Et ex relictiſ radicibuſ recreſcere. In petriſ cruoriſ quoq; inheret color Africiſ p̃cipue que generantur in Syrtibuſ. Maxime fiunt Mance. Sed molliſſime circa Lyciã. In profũdo aũt nec uentoſo: mollioreſ. In helleſpõto aſpere. Et denſe circa maleã. Putreſcũt in apriciſ lociſ. ideo optime in gurgitibuſ uiuẽtibuſ idẽq; madẽtibuſ. nigricãſ color. Adherẽt nec parte nec tote: interſũt. n. fiſtule quedã inaneſ quaterne fere aut quine ꝑ quaſ paſci exiſtimãt̃. Sũt & alie: ſed ſup̃ne cõcrete. Et ſubeſſe mẽbrana quedam radicibuſ earum intelligitur uiuere conſtat longo tẽpore. Peſſimũ omniũ genuſ eſt earũ que Aplyſie uocãtur: quia erui nõ poſſunt. in quibuſ maxime ſunt fiſtule. & reliqua denſitaſ ſpiſſa.

CAP. XLVI. De Caniculiſ marinis & earum natura.

Aniculaꝝ maxime multitudo circa eaſ urinanteſ graui periculo infeſtat. Ipſi ferũt & nubẽ quandã craſſeſcẽre ſuꝑ capita animaliũ planoꝝ piſciũ ſimilẽ premẽtẽ eoſ. arcentẽq; a reciprocãdo. & ob id ſtiloſ p̃acutoſ lineiſ annexoſ habere ſeſe qa niſi perfoſſe ita nõ recedãt. caliginiſ & pauoriſ ut arbitror opere. Nubẽ. n. & nebulã cuiuſ nomine id malũ appellãt: inter animalia illa haud ultra cõperit quiſq̃. At cum caniculiſ atrox dimicatio. Inguina & calceſ omnẽq; cãdorẽ corpoꝝ appetũt. Saluſ una in aduerſaſ eũdi. ultroq; terrẽdi. pauet. n. hominẽ eque ac terret. Et fronſ equa in gurgite. Vt ad ſũma aque uentũ ẽ: ibi periculũ anceps. adẽpta ratione cõtra eũdi dũ conet̃ emergere. Et ſaluſ omĩſ in ſociiſ. Funẽ illi religatũ ab humeriſ eiuſ trahũt. Hunc dimicanſ ut ſit periculi ſignũ. leua quatit. Dextera app̃henſo ſtilo in pugna ẽ. Modicuſ aliaſ tractuſ. Vt ꝓpe carinã uentũ eſt: niſi p̃celeri ui repente rapiãt: abſumi ſpectãt. Ac ſepe iã ſubducti: e manibuſ auferunt̃: ſi nõ trahentiũ ope cõglobato corpore in pile modũ ipſi ſe adiuuere. protendũt quidẽ tridẽteſ illi. Sed mõſtri ſolercia eſt nauigiũ ſubeũdi. atq; ita e cuto p̃liandi Omniſ ergo cura ad ſpeculandum hoc malũ inſumit̃. Certiſſima eſt ſecuritaſ uidiſſe planoſ piſceſ. quia nunq̃ ſũt ubi malefice beſtie. Quadecauſa urinanteſ ſacroſ appellant. eoſ.

CAP. XLVII. De Aĩalibuſ que Silicea teſta: ſine ullo ſẽſu includũtur.

Cilicea teſta incluſiſ fatendum eſt nullum eſſe ſenſũ. ut Oſtreiſ. Multiſ eadem natura que frutici ut Olothyriſ Pulmonibuſ: Stelliſ. Adeoq; nihil nõ gignitur in mari ut cauponaꝝ etiã eſtiua animalia ꝑnici moleſta ſaltu: aut que capilluſ maxĩe celat: exiſtant. & circũglobata eſce ſepe extrahant̃. Que cauſa ſomniũ piſciũ in mari noctibuſ ĩfeſtare exiſtiat̃. Quibuſdã uero ipſiſ ĩnaſcũt̃: quo ĩ nũero Chalciſ accipit̃.

CAP. XLVIII. De Venenatiſ marinis.

Nec uenena ceſſāt dira ut in Lepore: qui in Indico mari etiā tactu peſtilēſ: uomitū diſſolutionēq; ſtomachi ꝑtinus creat. In noſtro offa īformiſ: colore tm̄ lepori ſimiliſ. In Indiſ & magnitudine & pilo duriore. Tantū uiuuſ ibi capit̄. Eq; peſtifeꝝ animal Araneuſ ſpine in dorſo aculeo noxiuſ. Sed nullū uſq̃ execrabiliuſ q̃ radiuſ: ſuꝑ caudā eminēſ Trigoniſ: q̃ noſtri Paſtinacā appellāt. Quin cōchylii magnitudine arboreſ infixuſ radici necat. Arma ut telū perforat & ferri & ueneni malo.

CAP. XL VIIII. De Morbiſ piſcium.

Orboſ uniuerſa genera piſciū ut cetera aīalia etiā fera: non accipimuſ ſentire. Veꝝ egrotare ſinguloſ manifeſtū facit aliquorum macieſ: cū in eodem genere prepingueſ alii capiantur.

CAP. L. Quonam modo generent piſceſ.

Onā mō generēt: deſideriū & admiratio hominū differri nō patit̄. Piſceſ attritu uētriū coeūt: tāta celeritate ut uiſū fallāt. Delphini & reliq̃ cete ſimili mō & paulo diutiuſ. Femina piſciſ coituſ tēpore marē ſequit̄: uētrē eiuſ roſtro pulſāſ. Sub partu mareſ feminā ſimiliter oua ueſcēteſ eaꝝ. Nec ſatiſ eſt generationi per ſe coituſ niſi editiſ ouiſ inter ſe uerſādo mareſ & femine uitale aſperſerint uiruſ. Nō om̄ibuſ id contingit ouiſ in tanta multitudine alioquin replerentur maria & ſtagna cū ſinguli uteri innumerabilia concipiant.

CAP. LI. Qui piſceſ oua pariāt: & de generatiōe eoꝝ.

Iſcium oua ī mari creſcūt. Quedā ſūma celeritate ut Murenaꝝ. Quedā paulo tardiuſ. Plani piſciū: quibuſ cauda nō obeſt: aculeiq; ut teſtudineſ & Raie in coitu ſuꝑueniūt. Polypi crine uno femine naribuſ adnexo. Sepie & Lolligīeſ linguiſ cōponēteſ inter ſe brachia: & in cōtrariū nāteſ. & pariūt ore: Sed Polypi in terram uerſo capite coeūt. Reliq̃ molliū tergiſ ut caneſ. Itē locuſte & ſquille. cācri ore. Rāe ſuꝑueniūt: prioribuſ pedibuſ alaſ femīe mare apꝓhēdēte: poſterioribuſ cluneſ. pariūt minīaſ carneſ nigraſ quaſ Gyrinoſ uocāt. oculiſ tm̄ & cauda inſigneſ mox pedeſ figurant̄. cauda findēte ſe in poſterioreſ. Miꝝq; ſemeſtri uita reſoluūt̄ in limū nullo cernēte. & rurſuſ uerniſ aquiſ renaſcūt̄ que fuere nate: perinde occulta ratiōe cū oībuſ anniſ id eueniat. Et Mytuli & Pectīeſ ſpōte nature in arenoſiſ ꝓueniūt. Que durioriſ teſte ſūt: ut Muriceſ Purpure ſaliuario lētore. Sicut aceſcēte humore Culiceſ. Apue ſpuma mariſ incaleſcēte: cū admiſſuſ ē hymber. Que uero ſiliceo tegmine operiūtur. ut Oſtrea putreſcēte limo. Aut ſpuma circa nauigia diutiuſ ſtāte defixoſq; paloſ & lignū maxīe. Nuꝑ cōpertū ī oſtreariiſ humorē iiſ fetificū lactiſ mō effluere Anguille atterūt ſe ſcopoliſ. ea ſtrigmēta uiueſcūt. Nec alia eſt eaꝝ ꝓcreatio. piſciū diuerſa genera nō coeūt preter Squatinā & Ranā: ex quibuſ naſcitur priori parte Rane ſimiliſ: & nomē ex utroq; compoſitū apud Grecoſ trahit. Quedā teꝑe anni gignūt̄: & in humore ut in terra. Vere Pectineſ: Limaceſ Hirūdineſ. eodē tempore euaneſcūt. piſciū aūt Lupuſ & Trichiaſ biſ anno parit. Et ſaxatileſ om̄eſ. Mulli ter: ut Chalciſ. Cyprinuſ. Exien. Scorpioneſ biſ ac Sargi Vere & autūno. Ex planiſ Squatina ſola Autūno: occaſu Vergiliaꝝ. Plurimi piſciū tribuſ menſibuſ. Aprili: Maio: Iunio. Salpe Autūno. Spari. torpedo. Squali: circa equinoctiū. Molleſ uere Sepia omnibuſ mēſibuſ. oua eiuſ glutino atramēti ad ſpetiē uue coherētia maſculuſ proſequit̄ afflatu. aliaſ ſterileſcūt. Polypi hyeme coeūt. Pariūt uere oua tortili uibrata pāpino. tāta fecūditate: ut multitudinē ouoꝝ occiſi nō recipiant cauo capitiſ: que pregnāteſ tulere. Ea excludūt qnq̃geſimo die. E quibuſ multa ꝓpter numerum intercidunt. Locuſte & reliq̃ tenuioriſ cruſte. ponūt oua ſupra oua: atq; ita incubāt

Polypuſ femĩa modo in ouiſ ſedet: mõ cauernã cancellato brachioꝝ implexu claudit. Sepia in terreno parit: inter arundineſ aut ſicubi enata alga. Excludit qntodecimo die. Lolligineſ in alto conſerta oua edunt ut Sepie. Purpure Muriceſ: eiuſ deniq; generiſ uere pariunt. Echini oua pleniluniiſ habẽt hyme. Et Coclee hyberno tempe naſcunt̃. Torpedo octogenoſ fetuſ habẽſ inuenit̃. Ea que intra ſe parit oua ꝑmollia in aliũ locum uteri transferẽſ. atq; ibi excludẽſ. Simili modo. om̃ia que cartilaginea appellauimuſ: Ita fit ut ſola piſciũ & animal pariãt: & oua cõcipiãt. Siluruſ maſ ſoluſ omniũ edita cuſtodit oua. ſepe & quinq̃genis diebuſ ne abſumãtur ab aliiſ. Cetere femine in triduo excludunt ſi maſ attigit. Acuſ ſiue Belone unuſ piſciũ dehiſcẽte ꝓpter multitudinẽ utero parit. A partu caleſcit uulnuſ: quod & in cecis ſerpentibuſ tradunt. Muſ marinuſ in terraſ ſcrobe effoſſa parit oua. & ruſuſ obruit terra. Triceſimo die refoſſa aperit. fetumq; in aquam ducit.

CAP. LII. De Vuluiſ piſcium.

Rythini & Chane uuluaſ habere traduntur. Qui Trochoſ appellatur a greciſ ipſe ſe inire.

CAP. LIII. De longiſſima uita piſcium.

Quatilium omniũ fetuſ inter initia uiſu carent. Eui piſciũ memorandũ nuper exemplũ accepimuſ. Pauliſipum uilla ẽ Cãpanie haud procul Neapoli. In ea in Cæſeriſ piſciniſ Apolliõe Vedio: coniectũ piſcem: ſexageſimũ poſt annũ expiraſſe ſcribit Anneuſ Seneca. Duobuſ aliiſ equalibuſ eiuſ ex eodem genere etiã tunc uiuẽtibuſ. Que mentio piſcinarum admonet ut paulo plura dicamuſ hac de re. priuſ quam digrediamur ab aquatilibuſ.

CAP. LIIII. De oſtreaꝝ uiuariiſ & quiſ ea primuſ inuenit.

Strearum uiuaria primuſ omniũ Sergiuſ Orata inuenit in Baiano: etate. L. Craſſi Oratoriſ: Ante Marſicũ bellũ. nec gule cauſa: ſed auaricie: magna uectigalia tali ex ingenio ſuo precipienſ. Vt qui primuſ penſileſ inuenit balineaſ ita mangonizataſ uillaſ ſubinde uẽdẽdo. Iſ primuſ optimũ ſaporẽ oſtreiſ lucriniſ adiudicauit. quãdo eadem aquatilia genera aliubi atq; aliubi meliora: Sicut lupi piſceſ in Tyberi amne inter duoſ põteſ. Rombuſ Rauenne. Murena in Sicilia Elopſ Rhodi. & alia genera ſimiliter: ne culinarum cenſura peragatur. Nondum Britannica ſeruiebant littora: cũ Orata Lucrina nobilitabat. Poſtea uiſum tanti in extrema Italia petere Brunduſiũ Oſtreaſ ac uelitiſ. Sed inter duoſ ſaporeſ nuꝑ excogitatũ famem longe aduectioniſ a Brũduſio compaſcere in Lucrino. Eadẽ etate prior Luciniuſ Murena reliqrũ piſciũ uiuaria inuenit. Cuiuſ deinde exemplũ nobilitaſ ſecuta eſt. Philippuſ Hortenſiuſ Luculluſ. exciſo etiã monte iuxta Neapolin maiore impendio q̃ uillam edificauerat: Euripum & maria admiſit. Quadecauſa Magnuſ Pompeiuſ Xerxem togatũ eũ appellabat. Quadraginta ipſiuſ piſcine. M. defũcto illo uenıere piſceſ.

CA. LV. Quiſ primuſ murenaꝝ uiuaria fecerit.

Vrenaꝝ uiuariũ priuati excogitauit Chirruſ ante alioſ: qui ceniſ triũphalibuſ Cæſariſ Dictatoriſ ſex mila numero murenaꝝ mutua appendit. Nã permutare quidẽ precio noluit: alia ue merce. Huiſ uillam inter q̃ modicũ. xl. piſcine uẽdiderũt. Inuaſit deinde ſinguloꝝ piſciũ amor. Apud Bauloſ in parte Baiana: piſcinam habuit Hortenſiuſ Orator in qua Murenã adeo dilexit: ut exanimatã fleſſe credatur. In eadem uilla Antonia Druſi Murene quam diligebat in aureſ addidit: cuiuſ propter famam nonnulli Bauloſ uidere concupiuerint.

CAP. LVI. De Cochleaꝝ uiuariiſ: & quiſ primuſ ea inſtituerit.

. VIIII ·

Coclearū uiuaria inſtituit: Fuluiuſ Lupinuſ in Tarquinīēſi paulo ante ciuile bellū quod cū Pompeio Magno actū ē: diſtinctiſ quidē generibuſ eaꝝ ſeperatim ut eſſent albe que in Reatino agro naſcūtur. Separatī Illirice: quibuſ magnitudo precipua. Africane: quibuſ fecunditaſ. Solitane: quibuſ nobilitaſ. Quin & ſaginā eaꝝ cōmentuſ eſt. Sapa & farre aliiſq; generibuſ: ut Coclee quoq; altileſ ganeā implerēt. Cuiuſ artiſ gloria ꝙ in eam magnitudinem perducta ſit: ut octoginta quadranteſ caperent ſingularum caliceſ autor eſt. M. Varro.

CAP. LVII. De piſcibuſ terreniſ.

Iſcium genera & iam num a Theophraſto mira ꝓduntur circa Babyloniſ rigua decedētibuſ fluuiiſ in cauernaſ aquaſ habenteſ remanere. Quoſdā inde exire ad pabula pennuliſ gradiēteſ crebro caude motu. contraq; uenātiſ refugere in ſuaſ cauernaſ. & in iiſ obuerſoſ ſtare. Capita eoꝝ eſſe Rane marine ſimilia. Reliquaſ ꝑteſ Gobioꝝ. Branchiaſ ut ceteriſ piſcibuſ. Circa Heracleā & Toronem & Lycū amnem eſſe multifaria. In Ponto unū genuſ eſſe: q̄d extremaſ fluminū aquaſ ſectēt. cauernaſq; ſibi faciat ī terra. atq; in iiſ uiuat etiam recīpciſ amnibuſ ſiccato littore. Effodi ergo. motu demū corporum uiuere eoſ approbāt. Circa Heracleam eandem eodemq; Lyco amne decedēte ouiſ relictiſ ī limo generari piſceſ qui ad pabula petēda palpitent exiguiſ branchiiſ. Quod fieri nō indigo humoriſ. Propter quod & Anguillaſ diutiuſ uiuere exemptaſ aquiſ. Oua aūt in ſicco maturari: ut teſtudinū. Eadē in pōti regione apprehēdi in glacie piſciū quoſdā maxime Gobioneſ nō niſi patinarū calore uitalem motū fatenteſ. In iiſ quidem tametſi mirabiliſ: eſt aliqua ratio. Idē tradit in Paphlagonia effodi piſceſ gratiſſimoſ cibiſ terrenoſ altiſ ſcrobibuſ in hiſ lociſ ubi nulle reſtagnēt aque. Miratᷣq; & ipſe gigni ſine coitu. Humoriſ quidem uim aliquā ineſſe quā puteiſ arbitratᷣ cū nonnulli reperiātur piſceſ. Quicq̄d eſt hoc certe minuſ admirabilē Talparum facit uitam ſubterranei animaliſ niſi forte uermium terrenorum & iiſ piſcibuſ natura eſt.

CAP. LVIII. De Muſculiſ Nili.

Erum oīibuſ iiſ fidē Nili inūdatio affert: omnia excedentē miracula. Quippe deturgente eo Muſculi reperiantᷣ inchoato opere genitaliſ aque terreq;. iā ꝑte corporiſ uiuenteſ nouiſſima effigie: etiam num terrena.

CAP. LVIIII. De Anthia piſce quomodo capiatur.

Ec de Anthia piſce ſileri conuenit. quod pleroſq; aduerto credidiſſe: apud Chelidoniaſ inſulaſ: quaſ diximuſ Aſie ſcopuloſ in mari ante ꝓmontoriū ſitaſ. Ibi frequenſ hic piſciſ. & celeriter capitur uno genere: paruo nauigio & cōcolori ueſte: eadēq; hora per aliquot dieſ cōtinuoſ piſcator enauigat certo ſpatio: eſcamq; proiicit quidq̄d ex eo mutetᷣ: ſuſpecta frauſ prede eſt. Cauēſq; q̄d timuit. cū id ſepe factū ē: unuſ aliquando conſuetudine inuitatuſ Anthiaſ eſcam appetit. Notatᷣ hic intentione diligēti: ut autor ſpei: cōciliatorq; capture. neq; enī ē difficile cū per aliquot dieſ ſoluſ accedere audeat: tandem & aliquoſ inuenit. paulatim comitatior. Poſtremo gregeſ adducit innūeroſ. iā uetuſtiſſimiſ q̄buſq; aſſuetiſ piſcatorē agnoſcere: & cibū e manu rapere. Tum ille paulū ultra digitoſ in eſca iaculatuſ hamū ſinguloſ inuolat uerius ꝗ̄ capit: ab umbra nauiſ breui conatu abſ̄ēſ ita ne ceteri ſentiāt alio intuſ excipiēte cētōibuſ raptū: ne palpitatio ulla aut ſonuſ ceteroſ abigat. Cōciliatorē noſſe ad hoc prodeſt ne capiatᷣ. parcit piſcator fugituro in reliquū gregē. Ferūt diſcordē ſocium duci ſocii inſidiatum pulchre noto: cepiſſe malefica uolūtate. Agnitum in macello a ſocio cuiuſ iniuria erat: & dati damni formula exedicto condemnatum. Addit Mutianuſ eſtimata lite decem liberiſ. Idem Anthie cū unum hamo teneri uiderint. ſpiniſ quaſ in dorſo ſerrataſ habent lineā ſecare tradunt̄: eo qui tenet̄ extendente: ut precidi poſſit. At inter Sargoſ ipſe qui tenetur ad ſcopuloſ lineam terit.

CAP. LX. De Stelliſ mariniſ.

Reter hæc claroſ ſapiētia autoreſ uideo mirari Stellam in mari. Ea figura eſt parua admodū caro intuſ: extra duriore callo. Huic tā igneum feruorem eſſe tradunt: ut omīa in mari cōtacta adurat. Omnē cibū ſtatim peragat. Quibuſ ſit hoc cognitū experimentiſ: haud facile dixerim.

CAP. LXI. De Dactyliſ eoꝝq; miraculiſ.

Vlto mirabiliuſ dixerim id cuiuſ experiendi cotidie occaſio ē. Cōchaꝝ e genere ſunt Dactyli ab humanoꝝ unguiū ſimilitudine appellati. Iiſ natura ītenebriſ remoto lumine: alio fulgore clarere. & quāto magiſ humorē habeant. Lucere in ora mandentium. Lucere in manibuſ. atq; etiam in ſolo. ac ueſte decidentibuſ guttiſ. ut proculdubio pateat: ſucci illam naturam eſſe: quam miremur etiam in corpore.

CAP. LXII. De Inimicitiiſ atq; amiciciiſ inter ſe aquatiliū.

Vnt & inimiciciarum atq; cōcordie miracula. Mugil & Lupuſ mutuo odio flagrant. Conger & Murena: caudaſ inter ſe prerodenteſ. Polypum intantum Locuſta pauet: ut ſi iuxta uiderit: omnino moriat̄. Locuſtā Conger. Rurſuſ Polypū Cōgri lacerant. Nigidiuſ autor ē: prerodere caudam Mugili Lupū. eoſdemq; ſtatiſ menſibuſ cōcordeſ eſſe. Om̄eſ autē uiuere: q̄buſ caude ſic amputent̄. At e contrario amicitie exempla ſunt: preter illoſ de quoꝝ diximuſ ſocietate. Balene muſculuſ quādoq; ꝑgraui ſuꝑcilioꝝ pondore: obrutiſ eiuſ oculiſ: infeſtantia magnitudinē uada prenatanſ demonſtrat. oculorūq; uice fungitur. Hinc uolucrū nature dicentur.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER NONVS DE AQVATILIBVS FINIT. INCIPIT LIBER DECIMVS DE VOLVCRVM GENERIBVS FOELICITER.

CAP. I. De Strutio Camelo.

Equitur natura auiū: quaꝝ grandiſſimi & pene beſtiaꝝ generiſ Strutiocameli. Africi uel Ethiopici altitudinē eq̄tiſ inſidētiſ equo: excedūt celeritate uincūt. ad hoc demū datiſ penniſ ut currētem adiuuēt. Cetero nō ſūt uolucreſ. nec a terra tollunt̄. Vngule iiſ ceruiniſ ſimileſ: quibuſ dimicant. biſulce cōprehendendiſ lapidibuſ utileſ: quoſ in fuga cōtra ſequēteſ ingerūt pedibuſ. Cōcoquēdi ſine delectu deuorata mira natura. Sed nō minuſ ſtoliditaſ: in tanta reliqui corporiſ altitudine cū colla frutice occultauerīt: latere ſeſe exiſtimātiū. Prēia ex iiſ oua propter amplitudinē pro quibuſdā habita uaſiſ. Conoſq; bellicoſ & galeaſ adornanteſ penn

CAP. II. De Phenice aue: & natura eiuſ mirabili.

Thiopeſ atq; Indi diſcoloreſ maxīe: & īenarrabileſ ferūt aueſ. et ante oēſ nobilē Arabie Phoenicē. haud ſcio an fabuloſe unū in toto orbe. nec uiſū magnopere Aquile narrat̄ magnitudīe: auri fulgore circa colla. cetera purpureuſ. Ceruleā roſeiſ caudā penniſ diſtingentibuſ. Criſtiſ faciem. caputq; plumeo apice honeſtate. Primuſ atq; diligentiſſimoſ togatorū de eo prodidit Māiliuſ Senator ille maxīuſ nobiliſ doctriniſ: doctore nullo. Autor eſt neminē extitiſſe q̄ uiderit ueſcentē. Sacꝝ in Arabia Soli ēe. Viuere anniſ ſexcentiſ ſexaginta. Seneſcētē Caſia: turiſq; ſurculiſ cōſtruere nidum. replere odoribuſ. & ſuperemori. Ex oſſibuſ deinde ac medulliſ naſci primo ceu uermiculum. Inde fieri pullum. Principioq; iuſta funeri priori reddere. & totum deferre nidū ꝓpe Panchaiā in Soliſ urbē: & in ara ibi deponere. Cū huiuſ alitiſ uita magni cōuerſionē anni fieri prodit idē Maniliuſ. Iterūq; ſignificatiōeſ tempeſtatum & ſyderū eodē reuerti. Hoc aūt circa meridiē īcipere: quo die ſignū Arietiſ Sol intrauerit. Et fuiſſe eiuſ cōuerſioniſ annū ꝓdēte ſe. P. Licinio. M. Cornelio Coſſ. cc. xv. Corneliuſ Valerianuſ Phenicē deuolauiſſe in Egyptū tradit. Q. Plautio. Sex. Papinio Coſſ. Allatūq; eſſe in urbē Claudii Priucipiſ Cenſura: anno orbiſ. dccc. Et in Comitio ꝓpoſitum. quod actiſ teſtatum eſt. ſed que falſa eſſe nemo dubitarit.

CAP. III. De Aquiliſ & generibuſ ac natura earū & quādo legionū ſigna eſſe ceperint.

X iiſ quaſ nouimuſ: Aq̄le maxīuſ honoſ: maxīa & uiſ. Sex eaꝝ genera. Melenætoſ a Greciſ dicta. eadēq; in Valeria: minima magnitudine. uiribuſ precipua colore nigricāſ. Sola aquilaꝝ fetuſ ſuoſ alit. Cetere ut dicemuſ fugāt. Sola ſine clangore. ſine murmuratiōe. Conuerſat̄ aūt in mōtibuſ. Secūdi generiſ Pygarguſ in oppidiſ & in campiſ albicante cauda. Tertii Morphoſ ꝗ Homeruſ & Percnon uocat: aliqui & Plancū & Anatariā. Secūda magnitudine & ui. huicq; uita circa lacuſ. phoemonoe Appolliniſ dicta filia: Dēteſ ei eſſe ꝓdidit. mute aliaſ carentiq; lingua. Eandēq; aquilaꝝ nigerrimā: ꝓminētiore cauda. cōſenſit & Boetiuſ. Ingeniū ē ei teſtudīeſ raptaſ frāgere e ſublimi iaciēdo: que ſorſ interemit poetā Eſchylū: predictā ſatiſ ut ferūt: eiuſ diei ruinā ſecura celi fide cauētē. Item q̄rti generiſ eſt Percepteruſ. eadem morat̄ ꝑ lacuſ. Vulturina ſpecie. aliſ minimiſ. reliq̄ſ magnitudine ātecellēſ. ſed ībelliſ & degener. utpote ꝗ uerberet coruuſ. Eadē ieiune ſemꝑ auiditatiſ. & querule murmurationiſ. Sola aquilaꝝ exaīa fert corpora. Cetere cū occidere: cōſidūt. Hec facit ut quintū genuſ Gneſiō uocet̄ uelut ueꝝ ſolūq; īcorrupte originiſ: media magnitudine: colore ſubrutilo. raꝝ cōſpectu. Supeſt Halietuſ: clariſſima oculoꝝ acie. librāſ ex alto ſeſe. uiſoq; in mari piſce: p̄cepſ in eū ruēſ. & diſcuſſiſ poctore aq̄ſ. rapiēſ. Illa ꝗ tertiā diximuſ: circa ſtagna aq̄ticaſ aueſ appetit: mergēteſ ſe ſubinde: donec ſopitaſ laſſataſq; rapiat. ſpectāda dimicatio: aue ad perfugia littoꝝ tendēte: maxīe ſi cōdēſa arundo ſit. Aquila in deiectu abigēte alia. & cū appetit in lacuſ cadēte. umbrāq; ſuā nanti ſub aqua a littore oſtendēte. Rurſuſ aue in diuerſa. & ubi minīe ſe credat ſpectari: emergēte. Hec cauſa eſt gregatim auibuſ natādi: quia plureſ ſimul nō infeſtāt̄ reſperſu pennaꝝ hoſtē occecanteſ. Sepe & aq̄le ipſe nō tollerāteſ pōduſ apprehēſū: una mergūtur. Halietuſ tantū implumeſ etiā num pulloſ ſuoſ ꝑcutiēſ ſubinde cogit aduerſoſ intueri ſoliſ radioſ. & ſi cōniuentem flentēq; animaduertit: precipitat e nido uelut adulterinum & degenerem. Illū cuiuſ acieſ firma contraſteterit: educat. Halieti ſuū genuſ nō babēt: ſed ex diuerſo aquilaꝝ coitu naſcūt̄. Id q̄dē quod ex iiſ natū ē: in Oſſifragiſ genuſ habet. e quibuſ uultureſ progenerant̄ minoreſ. Et ex iiſ magni q omnino nō generāt. Quidā adiiciunt genuſ Aquile ꝗ Barbatā uocāt. Thuſci uero Oſſifragam. Tribuſ primiſ & q̄nto Aquilaꝝ generi Medificatur nido lapiſ Aetiteſ: quē aliqui dixere Gagiten: ad multa remedia utiliſ. nihil igne deperdenſ. Eſt autem lapiſ iſte pregnāſ: intuſ cū quatiaſ: alio uelut in utero ſonāte. ſed uiſ illa medica: non niſi in nido direptiſ. Nidificat in petriſ & arboribuſ: Pariunt oua terna. Excludunt pulloſ binoſ. Viſi ſūt & treſ aliquādo. Alterū expellūt: tedio nutriendi. Quippe eo tempore ipſiſ cibū negauit natura ꝓſpiciēſ ne omniū feraꝝ fetuſ raperent̄. Vngueſ quoq; eaꝝ inuertunt̄ diebuſ iiſ. Albeſcunt media penne. ut merito ꝑtuſ ſuoſ oderint.

Sed eiectoſ ab iiſ: cognatū genuſ Oſſifragi excipiūt & educant cū ſuiſ. Veꝝ adultoſ quoqꝫ perſequit̃ parenſ: & longe fugat: emuloſ ſcilicet rapine. Et alioqui unum par Aquilaꝝ magno ad populādū tractu ut ſatiet̃: indiget. Determināt ergo ſpacia: nec in ꝓximo predant̃. Rapta nō ꝓtinuſ ferūt: ſed primo deponūt. experteqꝫ ponduſ tūc demū abeūt. Oppetūt nō ſenio nec egritudine: ſed fame intātū ſupiore accreſcente roſtro ut aduncitaſ aperiri nō queat. A meridiano aūt tēpore operāt̃. & uolāt prioribuſ horiſ diei donec impleātur hominū cōuētu fora ignaue ſedēt. Aqlaꝝ penne mixtaſ reliquaꝝ alitū pēnaſ deuorāt. Negant unq̃ ſolā hāc alitē fulmine exaíatam. Ideo armigerā Iouiſ cōſuetudo iudicauit. Romaniſ eā legiōibuſ. C. Mariuſ in ſcđo Conſulatu ſuo ꝓprie dicauit. Erat & antea prima cū quattuor aliiſ Lupiſ Minotauriſ Equiſ Apriſ: que ſinguloſ ordíeſ anteibāt. Pauciſ ante anniſ ſola in aciē portari ceperat. Reliqua in caſtriſ relinquebātur. Mariuſ in totū ea abdicauit. Ex eo notatū nō fere apud legiōeſ unq̃ hybernatū eſſe in caſtriſ ubi Aquilaꝝ nō ſit iugū. Primo & ſecundo generi nō minoꝝ tm̄ quadrupedū rapina: ſed etiā cū ceruiſ prelia. Multū puluerē uolutatu collectū inſidēſ cornibuſ excutit in oculoſ: penniſ ora uerberanſ: donec precipitet in rupeſ. Nec unuſ hoſtiſ illi ſatiſ eſt. Acrior eſt cū dracone pugna. multoqꝫ magiſ ācepſ etiā ſi ī aere. Oua hic cōſectat̃ Aqle auiditate malefica. At illa ob hoc ubicūqꝫ uiſū. Ille multiplici nexu alaſ ligat: ita ſe íplicāſ ut ſimul decidat Eſt ꝑcelebriſ apđ Seſtō urbē Aqle gloria educatā a uirgine retuliſſe gratiā: aueſ primo mox deinde uenatuſ aggerentē. Defuncta poſtremo in rogū accenſū eiuſ iniecíſſe ſeſe. & ſimul cōflagraſſe. Quā ob cauſā incole: qđ uocāt Heroum: in eo loco fecere. appellatū Iouiſ & uirginiſ: quoniam illi deo aleſ aſcribitur.

CAP. IIII. De Vulturibuſ.

Vlturū preualēt nigri. Nidoſ nemo attigit. ideo etiā fuere qui putarent: illoſ ex aduerſo orbe aduolare falſo nidificāt.n. in excelſiſſimiſ rupibuſ: Fetuſ qdē ſepe cernunt̃ fere bini: Vmbriciuſ Aruſpicū in noſtro euo peritiſſimuſ parere tradit oua tredecim. Vno ex iiſ reliqua oua nidūqꝫ luſtrare. mox abucere. Triduo autem ante aut biduo uolare eoſ ubi cadauera futura ſunt.

CAP. V. De Sanquale Aue.

Anq̄lē auē atqꝫ Immuſulū Augureſ Romāi magne queſtiōi habēt. Immuſulū aliqui Vulturiſ pullū arbitrant̃ eſſe. & Sanq̄lē Oſſifragā. Maſſuriuſ Sanq̄lē Oſſifragā dicit eſſe. Immuſulū aūt pullū Aquile: priuſq̃ albicet cauda. Quidam poſt Mutiū Augurem uiſoſ non eſſe Rome confirmauere. Ego quod uerisimiliuſ eſt: in deſidia rerum omniū non arbitror agnitoſ.

CAP. VI. De Accipitrum generibuſ.

Ccipitꝝ genera ſedecim inuēimuſ. Ex iiſ Circon claudū altero pede ꝓſperrimi augurii nuptialibuſ negotiiſ & pecuarie rei. Triorchē a numero teſtiū: cui principatum in Auguriiſ Phoemonoe dedit. Buteonem hunc appellnat Romani. Familia etiā ex eo cognominata cū proſpero auſpicio in duciſ naui ſediſſet. Eſaloa Greci uocāt: qui ſoluſ om̄i tempore apparet. Ceteri hyeme abeūt. Diſtinctio geneꝝ ex auidate. Alii nō niſi ex terra rapiūt auē. Alii nō niſi circa arboreſ uolitantē. Alii ſedentē in ſublimi. Aliqui uolantē in aperto. Itaqꝫ & colūbe nouere ex iiſ pericula. uiſoqꝫ cōſidūt: uel ſubuolāt: cōtra naturā eiuſ auxilianteſ ſibi. In íſula Africe cerno in Oceano. Accipitreſ totiuſ Maſſilie humi fetificāt. Nec alibi naſcūt̃: illiſ aſſueti gentibuſ. In Thracie ꝑte ſuper Amphipolin homineſ atqꝫ accipitreſ ſocietate quadā aucupantur. Hi ex ſiluiſ & arūdinetiſ excitant aueſ. Illi ſuperuolanteſ deprimunt.

Rurſuſ captaſ aucupeſ diuidũt cũ iiſ. Traditũ eſt: miſſaſ in ſublime ibi excipere eoſ. Et cũ tempuſ ſit capture: clãgore ac uolatuſ genere inuitare ad occaſionẽ. Simile quiddã Lupi apud Meotin paludẽ faciũt. nã niſi ꝑtẽ a piſcãtibuſ ſuã accepere: expãſa eoꝝ recia lacerãt. accipitreſ auiũ nõ edũt corda. Nocturnuſ accipiter Cymĩdiſ uocatur. raruſ etiã in ſiluiſ. interdiu minuſ cernenſ. Bellum interneciuum gerit cum Aquila. coherenteſq; ſepe prehenduntur.

CAP. VII. De Cocyce:

Ocyx ex Accipitre uidetur fieri: tempe anni figurã mutãſ quoniã tũc nõ apparent reliqui: niſi ꝑ q̃ paucis diebuſ. Ipſeq; modico tẽpore eſtatiſ uiſuſ: nõ cernit᷑ poſtea. Eſt aũt neq; adũciſ unguibuſ ſoluſ accipitrũ. nec capite ſimiliſ illiſ. neq; alio q̃ colore. At rictu colũbi potiuſ. Quin abſumit᷑ ab accipitre: ſi qñ una apparuere. ſola omniũ auiſ a ſuo genere interẽpta. Mutat aũt & uocẽ. Procedit uere. Occultat᷑ canicule ortu. ſempq; parit in alieniſ nidiſ. maxĩe palũbiũ: maiori ex ꝑte ſingula oua. qđ nulla alia auiſ. raro bina. Cauſa ſubiiciendi pulloſ putat᷑: ꝙ ſciat ſe inuiſã cũctiſ auibuſ. nã minuta quoq; infeſtãt. Ita nõ fore tutã generi ſuo ſtirpẽ opinat᷑: ni fefellerit. Quare nullũ facit nidũ. alioqui trepidũ aĩal. Educat ergo ſubditum adulterato feta nixu. Ille auiduſ ex natura preripit ciboſ reliquiſ pulliſ. Itaq; pingueſcit. & nitiduſ in ſe nutricẽ cõuertit. Illa gaudet eiuſ ſpecie. miratq; ſeſe ipſã: ꝙ talẽ pepererit. Suoſ cõparatiõe eiuſ dãnat: ut alienoſ. abſumitq; etiã ſe inſpectãte: patit᷑. donec corripit ipſã quoq; iã uolãdi potẽſ. Nulla tũ auiũ ſuauitate carniſ comparatur illi.

CAP. VIII. De Miluiſ eoꝝq; natura.

Ilui ex eodẽ accipitꝝ genere: magnitudine differunt. Notatũ in iiſ rapaciſſimã & famelicã ſemꝑ alitẽ: nihil eſculẽti rapere unq̃ ex funerũ ferculiſ. Hec olympie ex ara. Ac ne ferentiũ quidẽ manibuſ niſi lugubri municipioꝝ immolantiũ oſtẽto Iidẽ uidẽt᷑ artẽ gubernãdi docuiſſe caude flexibuſ in celo mõſtrante natura qđ opuſ eſſet in ꝓfundo. Milui & ipſi hyberniſ menſibuſ latent: nõ tamen ante hirundineſ abeunteſ. Traduntur autem & ſolſticiiſ affici podagra.

CAP. VIIII. Digeſtio auium per genera.

Olucrũ pͥma diſtinctio pedibuſ maxĩe cõſtat. aut. n. adũcoſ ungueſ habẽt. aut digitoſ. aut palmipedũ in genere ſũt. uti anſereſ. & aquatice fere aueſ. Adũcoſ ungueſ habentia: carne tantũ ueſcuntur ex parte magna.

CAP. X De Inauſpicatiſ auibuſ Cornice: Coruiſ & Bubonẽ: eoꝝq; natura.

Orniceſ & alio pabulo Atq; duriciã nuciſ roſtro repugnãtẽ uolãteſ in altum in ſaxa tegulaſue iaciũt iteꝝ ac ſepiuſ: donec quaſſatã ꝑfringere queãt. Ipſa aleſ eſt inauſpicate garrulitatiſ: aquibuſdã tñ laudata. Ab arcturi ſydere ad hyrũdinum aduẽtum notat᷑: eam in Minerue luciſ templiſq; raro alicubi omnino non aſpici. ſicut Atheniſ. Preterea ſola hec etiã uolãteſ pulloſ aliq̃diu paſcit. In auſpicatiſſima fetuſ tempore: hoc eſt poſt ſolſticiũ. Cetere om̃eſ ex eodẽ genere pellũt nidiſ pulloſ ac uolare cogũt. Sicut & corui. qui & ipſi nõ carne tantũ alunt᷑: ſed robuſtoſ quoq; fetuſ ſuoſ fugãt longiuſ. Itaq; paruiſ in uiciſ nõ pluſ bina coniugia ſũt: Circa Cranonem quidẽ Theſſalie ſingula ꝑpetuo: Genitoreſ ſoboli loco cedũt. Diuerſa ĩ hac & ſupradicta alite quedam. Corui ante ſolſticiũ generant. Item egreſcũt ſexageniſ diebuſ: ſiti maxĩe. anteq̃ fici coquãt᷑ Autũno. Cornix ab eo tẽpore corripit᷑ morbo. Corui pariũt cũ pluriũ quinoſ. Ore eoſ parere aut coire uulguſ arbitrat᷑. Ideoq; grauidaſ ſi ederint coruinũ ouũ: per oſ partũ reddere. atq; in totũ difficulter parere: ſi tecto inferantur. Ariſtoteleſ negat. Non Hercule magiſ q̃ in Egypto Ibim. Sed illam exoſculationẽ que ſepe cernitur: qualẽ in colũbiſ eſſe. Corui in auſpiciiſ ſoli uidẽtur intellectum habere ſignificationum ſuarum: nam cum Medie hoſpiteſ occiſi ſũt om̃eſ e Peloponeſo & Attica regione uolauerunt. Peſſima eorum ſignificatio cun glutiũt uocem uelut ſtrangulati. Vncoſ ungueſ & nocturne aueſ habent: ut noctue Bubo. Vlule. Omnium horum hebeteſ interdiu oculi. Bubo funebriſ & maxĩe abominatuſ publiciſ precipue auſpiciiſ. Deſerta incolit: nec tantum deſolata: ſed dira etiam. & inaccessa. Noctiſ monſtrũ. nec cantu aliquo uocali: ſed gemitu. Itaq; in urbibuſ: aut omnino in lace uiſuſ. dirum oſtentum eſt. Priuatorum domibuſ inſidentem plurimũ ſcio non fuiſſe feralem. Volat nunq̃ quolibet: ſed tranſuerſuſ aufertur. Capitolii cellã ipſam intrauit. Sex. Papellio Iſtro. L. Pedanio Conſſ. propter quod noniſ Martiiſ Vrbſ loſtrata eſt eo anno.

CAP. XI. De Incendiaria aue inauſpicata.

Nauſpicata eſt & incendiaria auiſ: propter quam ſepenumero luſtratam Vrbẽ in annalibuſ inuenimuſ. ſicut. L. Caſſio. C. Mario Conſſ. Quo anno & Bubõe uiſo luſtrata eſt. Que ſit auiſ ea: nec reperitur: nec traditur. Quidam ita interp̃tant̃ incendiariam eſſe: quecunq; apparuerit carbonem ferenſ ex ariſ uel altaribuſ. Alii Spinturnicem eam uocant. Sed hec ipſa que eſſet inter aueſ: qui ſe ſcire diceret: non inueni.

CAP. XII. De Cluuina aue.

Luuinam quoq; auem ab antiquiſ nominatam: animaduerto ignorari. Quidã Clamatoriam dicunt. Labeo Prohibitoriam. Et apud Nigidiũ Subiſ appellat̃ auiſ: que aquilarum oua frangit.

CAP. XIII. Quaſdã aueſ defeciſſe.

Vnt preterea cõplura genera depicta in Etruſca diſciplina: ſeculiſ nõ uiſa: que nunc defeciſſe mirum eſt: cum abundent etiam que gula humana populat̃.

CAP. XIIII. De Auibuſ nocturniſ.

Xternorum de auguriiſ peritiſſime ſcripſiſſe Illapſaſ nomine putatur. Iſ tradit Noctuam Bubonem Picum arboreſ cauantẽ Trogonem Cornicem a cauda de ouo exire: quoniam pondere capitum peruerſa oua poſteriorem partem corporum fouendam matri applicent.

CAP. XV. De Noctuiſ.

Octuarum contra aueſ ſollerſ dimicatio. Maiore circundate multitudine reſupine pedibuſ repugnant. collecteq; in arcũ roſtro & unguibuſ tote tegunt̃. Auxiliatur Accipiter collegio quodam nature. bellumq; partit̃. Noctuaſ ſexageniſ diebuſ hyemiſ cubare: & nouẽ uoceſ habere tradit Nigidiuſ:

CAP. XVI. De Pico Martio.

Vnt & parue aueſ uncorum unguium ut Picuſ Martiuſ cognomine inſigneſ & in auſpiciiſ magne. Quo in genere arboꝝ cauatoreſ ſcandenteſ in ſubrectũ Felium modo. Illi uero & ſupini percuſſi corticiſ ſonopabulum ſubeſſe intelligunt. Pulloſ in cauiſ educant auium ſoli. Adactuſ caverniſ eorum a paſtore cuneuſ: admota quadam herba ab iiſ: elabi creditur uulgo. Trebiuſ autor eſt: clauum uel cuneum adactum quanta ui libeat in arboreſ in quibuſ nidum habeat: ſtatim exilire: cũ crepitu arboriſ. Cum inſederit clauo aut cuneo. Ipſi principaleſ Latio ſunt in auguriiſ: a Rege qui nomen huic aui dedit. Vnum eoꝝ preſcitum tranſire non queo. In capite Pretoriſ Vrbani. L. Tuberoniſ in foro iura pro tribunali reddentiſ ſedit ita placide ut manu apprehenderetur. Reſpõdere uateſ: exitium imperio portẽdi: ſi dimitteret̃

At ſi exanimaretur Pretori. Et ille auē ꝓtinuſ cōcerpſit. Nec multo poſt impleuit prodigium. Veſcuntur & glande in hoc genere: pomiſq; multe: ſed que carne tantū non uiuunt. Excepto Miluo. quod ipſum in auguriiſ dirum eſt.

CAP. XVII. De Habentibuſ ungueſ uncoſ & digitoſ.

Ncoſ ungueſ habenteſ omnino non congregantur: & ſibi queq; predant̄. Sunt autem om̄eſ fere altiuole: preter nocturnaſ: & magiſ maioreſ. Omnibuſ quibuſ ale grandeſ. corpuſ exiguum. Ambulant difficulter. In petriſ raro conſiſtunt: curuatura unguiū prohibente. Nunc de ſecūdo ordine dicamuſ quod in duaſ diuidit̄ ſpecieſ Oſcineſ & Aliteſ. Illarum generi cantuſ oriſ: hiſ magnitudo differentiam dedit.

CAP. XVIII. De Pauonibuſ & quiſ primuſ eoſ comederit.

Taq; p̄cedet ordine om̄eſ reliq̃ſ. In hiſ pauonū genuſ: cū forma tū intellectu eiuſ & gloria. Gemmāteſ Laudatuſ expādit coloreſ: aduerſo maxime ſole: quia ſic fulgentiuſ radiant. Simul umbre quoſdam repercuſſuſ ceteriſ qui in opaco clariuſ micant conchata querit cauda. Omneſq; in aceruum cōtrahit pennaꝝ quoſ ſpectari gaudet oculoſ. Idem cauda annuiſ uicibuſ amiſſa cum foliiſ arborum donec renaſcat̄ iterum cum flore pudibunduſ ac merenſ querit latebram. Viuit anniſ. xxv. Coloreſ incipit fundere in trimatu. Ab autoribuſ non glorioſum tantum animal traditur: ſed & maliuolum. ſicut Anſerum uerecundum. quoniam haſ quoq; quidā addiderūt notaſ in hiſ: haud probataſ mihi. Pauonē cibi gratia Rome primuſ occidit Orator Hortenſiuſ a Dialicii cena Sacerdotii. Saginare pͥmuſ inſtituit circa nouiſſimum Piraticū bellū. M. Aufidiuſ Lurco. exq; eo queſtu redditu ſiſ ſeſtertiū ſexagena milia habuit.

CAP. XVIIII. De Galliſ & quomodo
caſtrentur: & Gallinaceo locuto.

Roxime gloriam ſentiunt & hi noſtri uigileſ nocturni quoſ excitandiſ in opa mortalibuſ: rumpendoq; ſomno natura genuit. Norūt ſydera: & ternaſ diſtinguūt horaſ interdiu cantu. Cum ſole eunt cubitum. Quartaq; caſtrenſi uigilia ad curaſ laboremque reuocant. Nec ſoliſ ortum incautiſ patiuntur obrepere. Diemq; uenientem nūciant cantu. Ipſum uero cantum plauſu lateꝝ. Imperitant ſuo generi. Et regnum in quacumq; ſunt domo exercent. Dimicatione paritur hoc quoq; inter ipſoſ. uelut ideo tela agnata cruribuſ ſuiſ intelligenteſ. Nec finiſ ſepe commoriētibuſ Quod in palma contingit: ſtatim in uictoria canunt. Seq; ipſi principeſ teſtantur. Victuſ occultatur ſilenſ. egreq; ſeruitiū patitur. Et plebſ tamē eque ſuperba gradit̄ ardua ceruice. criſtiſ celſa. Celumq; ſolum uolucrum aſpicit crebro. In ſublime quoq; caudam falcatam erigenſ. Itaq; terrori ſunt etiam leonibuſ generoſiſſimiſ ferarum. Iam ex hiſ quidam ad bella tantum & prelia aſſidua naſcuntur. quibuſ etiam patriaſ nobilitarunt. Rhodum. ac Tanagram. Secūduſ eſt honoſ habituſ Meliciſ & Chalcidiciſ. ut plane digni aliti: tantum honoriſ prebeat Romana purpura. Horum ſunt tripudia ſolliſtima. Hi magiſtratuſ noſtroſ quotidie regunt. domuſq; ipſi ſuaſ claudūt aut reſerant. Hi faſceſ Romanoſ impellunt. aut retinent. Iubent acieſ aut ꝓhibent Victoriarum omniſ toto orbe partarum auſpiceſ. Hi maxime terrarum Imperio imperitant. Ex iiſ etiā fibre ſunt. que haud aliter q̃ optime uictime diiſ grate. habēt oſtenta ex ſe & prepoſteri eorum ueſpertiniq; cantuſ. Nanq; totiſ noctibuſ canēdo Boetiiſ nobilem illam aduerſuſ lacedemonioſ preſagiuere uictoriam: ita cōiecta interpretatione: quoniam uicta aleſ illa non caneret. Deſinunt canere caſtrati. Quod duobuſ fit modiſ. lumbiſ aduſtiſ candente ferro. aut imiſ cruribuſ. Mox ulcere oblito figulina creta: Faciliuſ ita pingueſcunt. Pergami omnibuſ anniſ ſpectaculū galloꝝ publice editur ceu gladiatorum. Inuenitur in annalibuſ in Ariminenſi agro. M. Lepido. Q. Catulo Cōſſ. in uilla Galerii locutū gallinaceū ſemel qđ equidē ſciam.

CAP. XX. De Anſeribuſ & quiſ iecur anſerinum comederit: & de Adipe anſerū comagenorum.

St & anſeri uigil cura Capitolio teſtata defenſo: per id tempuſ canum ſilentio proditiſ rebuſ. Quam obcauſā cibaria anſerum Cenſoreſ in primiſ locant. Quin & fama amoriſ: Argiſ delecta forma pueri nomine Oleni: & Glauceſ Ptolemeo regi cithara canentiſ. quam eodem tempore & Arieſ amaſſe proditur. Poteſt & ſapientie uideri intellectuſ iiſ eſſe. Ita comeſ perpetuo adheſiſſe Lacydi philoſopho dicitur: nuſq̄ ab eo: non in publico: non in balneiſ non noctu non interdiu digreſſū. Noſtri ſapientioreſ qui eoſ iecoriſ bonitate nouere. Fartilibuſ in magnam amplitudinem creſcit. Exemptum quoq; lacte muſga augetur. Nec ſine cauſa in queſtione ē. Quiſ primuſ tantum bonum inuenerit. Scipio an Metelluſ uir Conſulariſ an M. Seſſeiuſ eadem etate Equeſ Romanuſ. Sed quod cōſtat Meſſalinuſ Cotta Meſſale oratoriſ filiuſ. palmaſ pedum ex iiſ torrore: atq; patiniſ cum gallinaceorum criſtiſ condire repperit. Tribuetur enim a me culiniſ cuiuſq; palma cum fide. Mirum in hac alite: ex Thuriniſ Romam pedibuſ uenere. feſſi proferunt̃ ad primoſ. ita ceteri ſtipatiōe naturali propellunt eoſ. Candidorum alterum uectigal in pluma. Velluntur q̄buſdā lociſ biſ anno. rurſuſ plumigeri ueſtiuntur. molliorq; que corpori q̄ proxima. Et e Germania laudatiſſima. Candidi ibi. uerum minoreſ. ganze uocantur. Precium plume eorum in libraſ denarii quini. Et inde crimina plerumq; auxiliarum Prefectiſ a figili ſtatiōe ad hec aucupia dimiſſiſ cohortibuſ totiſ. Eoq; delicie proceſſere ut ſine hoc inſtrumento durare iam ne uirorum quidē ceruiceſ poſſint. Aliud reperit Syrie parſ que Comagene uocatur. adipem eorum in uaſe ereo cum Cinnamo niue multa obrutum: ac rigore gelido maceratum. ad uſum preclari medicaminiſ: quod ab gente dicitur Commagenum. Anſerum generiſ ſunt Penelopeſ. & quibuſ lautioreſ epulaſ non nouit Britannia Chenalopeceſ fere anſereſ minoreſ. Decet & Erythrotaonaſ ſuuſ nitor: abſolutaq; nigricia. in ſuperciliiſ cocci rubor. Alterum eorum genuſ Vulturum magnitudinem excedit. quorum & colorem reddit. nec ulla auiſ excepto Struciocamelo maiuſ corpore implenſ onduſ. in tantum aucta ut in terra quoq; immobiliſ prebēdat̃. Gignunt eoſ Alpeſ. & ſeptentrionaliſ regio. In auiariiſ saporē perdunt. Moriuntur contumatia ſpiritu reuocato. Proxime eiſ ſunt: quaſ Hiſpania aueſ tardaſ appellat. Greci Otidaſ: damnataſ in cibiſ. emiſſa enim oſſibuſ medulla: odoriſ tedium extemplo ſequitur.

CAP. XXI. De Gruibuſ eaꝝq; natura.

Nduciaſ habet genſ Pygmeorum abceſſu Gruum ut diximuſ: cū iiſ dimicantiū Immenſuſ eſt tractuſ quo ueniunt ſi quiſ reputet a mari eo. Quando ꝓficiſcunt̃ conſentiunt. Volant ad proſpiciendum alte. Ducem quem ſequantur: eligunt. In extremo agmine per uiceſ qui acclament diſpoſitoſ habent. & qui gregem uoce continneant. Excubiaſ habent nocturniſ temporibuſ: lapillū pede ſuſtinenteſ: qui laſſatiſ ſomno decidenſ indiligentiam ſono coarguat. Cetere dormiunt capite ſubter alam condito alterniſ pedibuſ inſiſtenteſ. Dux erecto prouidet collo ac predicit. E eedē manſuefacte laſciuiunt. gyroſq; quoſdā indecoro curſu uel ſingule peragunt. Certū eſt Pontum tranſuolaturaſ: Primum omnium anguſtiaſ petere inter duo ꝓmūtoria Criu metopum & Caramben. Mox Saburra ſtabiliri. cum medium tranſierint: abiiciſ lapilloſ e pedibuſ. Cum attigerint continentē; & e gutture arenam. Corneliuſ Nepo

. x .

qui Diui Auguſti Principatu obiit: cum ſcriberet Turdoſ pauloante ceptoſ ſaginari: addidit Ciconiaſ magiſ placere q̃ Grueſ: cum hec nunc aleſ inter primaſ expetatur. Illam nemo uelit tetigiſſe.

CAP. XXII. De Ciconiiſ & natura earum.

Iconie quonam e loco ueniant: aut quo ſe referant: incompertum adhuc eſt. E longinquo uenire non dubium. eodem quo Grueſ modo. Illaſ hyemiſ: haſ eſtatiſ aduenaſ. Abiture cõgregant᷑ in loco certo. comitateq; ſic ut nulla ſui generiſ relinquat᷑ niſi captiua & ſerua: ceu lege predicta die recedunt. Nemo uidit agmen diſcedentium: cum diſceſſurum appareat. nec uenire: ſed ueniſſe: cernimuſ. utrumq; nocturniſ fit temporibuſ. & quamuiſ ultra citraue peruolent: nunq̃ tamen aduenisſe uſq̃ niſi noctu exiſtimantur. Pithoniſ comen uocant in Aſia. patentibuſ campiſ. ubi congregate inter ſe cõmurmurant. Eam deniq; que nouiſſima aduenit lacerant. atq; ita abeunt. Notatum poſt iduſ Auguſtaſ non temere uiſaſ ibi. Sunt qui ciconiiſ non ineſſe linguaſ confirment. Honoſ iiſ ſerpentiũ exitio tantuſ: ut in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe: Eadem legibuſ pena qne in homicidaſ.

CAP. XXIII. De Cõmeatu anſerũ & olorum.

Imili anſereſ quoq; & oloreſ ratione comeant. Sed horum uolatuſ cernit᷑. liburnicarum more roſtrato impetu ferunt᷑ faciliuſ ita findenteſ aera q̃ ſi recta frõte impellerent a tergo ſenſim dilatante ſe cuneo porrigitur agmen. largeq; impellenti prebetur aure: Colla imponunt p̄cedentibuſ. Feſſoſ duceſ ad terga recipiunt. Ciconie nidoſ eoſdem repetunt. Genitricum ſenectã inuicem educant. Olorum morte narrat᷑ flebiliſ cãtuſ: falſiſ ut arbitror aliquot experimẽtiſ. idẽ mutua carne ueſcũtur inter ſe Verum hec commeantium per maria: terraſq; peregrinatio nõ patit᷑ deferri minoreſ quoq; quibuſ eſt natura ſimiliſ. Vtrũq; enim ſupradictaſ magnitudo & uireſ corpoꝝ inuitare uideri poſſunt.

CAP. XXIIII. De Coturnicibuſ & natura eaꝝ.

Oturniceſ etiam ſemper ante ueniunt q̃ grueſ. Parua auiſ. & cum ad noſ uenit terreſtriſ potiuſ q̃ ſublimiſ. Aduolant & ee ſimili modo non ſine periculo nauigantium cum appropinquare terriſ. Quippeueliſ ſepe incidũt. & hoc ſemper noctu merguntq; nauigia. Iter eſt iiſ per hoſpitia certa. Auſtro non uolant. humido ſcilicet & grauiore uento. Aura tamen uehi uolunt. propter ponduſ corporum. uireſq; puaſ Hinc uolantium illa conqueſtio labore expreſſa. Aquilone ergo maxime uolant Ortygometra duce. Primam earum terre appropinquantem accipiter rapit. & ſemp hinc remeanteſ comitatum ſollicitant.

CAP. XXV. De Glottidiſ natura:
& Cenchramo: & otide ſiue Aſione.

Beuntq; una per ſua ſigna Glottiſ & Otuſ & Cenchramuſ. Glottiſ per longam exerit linguam unde ei nomen. Hanc in initio blandita peregrinatione auide prouectam. Penitẽtia in uolatu cum labore ſcilicet ſubit. Reuerti incomitata piget. & ſequi. nec unq̃ pluſ uno die peragit. In proximo hoſpitio deſerit. Verũ inuenitur alia antecedente anno relicta. Simili mdo in ſinguloſ dieſ. Cenchramuſ perſeuerãtior feſtinat etiam peruenire ad expetitaſ ſibi terraſ. Itaq; noctibuſ iſ eaſ excitat: admonetq; itineriſ. Otuſ Bubone minor eſt: Noctuiſ maior auribuſ plumeiſ eminentibuſ unde & nomen illi: Quidam latine Aſionem uocant. Imitatrix aliaſ auiſ ac paraſita: & quodam genere ſaltatrix. Capitur haud difficulter ut noctue: Intenta in aliquo: circumeunte alio. Quod ſi uentuſ agmen aduerſo flatu ceperit inhibere: põduſculiſ lapidum apprehenſiſ: aut gutture arena repleto ſtabilitite uolant. Cuturnicibuſ ueneni ſemen gratiſſimuſ cibuſ. Quamobcauſam eaſ damnauere menſiſ. Simul que Comitialem propter morbum deſpui ſuetum: quem ſole animalium ſentiunt: preter hominem.

CAP. XXVI. De Hirundinibuſ: & natura earum.

Beunt & hirundineſ hyberniſ mēſibuſ ſola carne ueſcēſ auiſ. ex iiſ que ad uncoſ ungueſ non habent: ſed iu uicina abeunt Africoſ ſecute montium receſſuſ: Inuenteq; iam ſunt ibi nude atq; deplumeſ. Thebarū tecta ſubire negantur. quoniā urbſ illa ſepiuſ capta ſit. Nec Bizeciſ in Thracia propter ſcelera Therei. Cecina Volaterranuſ equeſtriſ ordiniſ quadrigarum dominuſ comprehenſaſ in urbem ſecum afferenſ uictorie nunciaſ amiciſ mittebat. In eundem nidum remeanteſ illito uictorie colore. Tradit & Fabiuſ Pictor in annalibuſ ſuiſ: cū obſideretur preſidiū Romanū a Liguſtiniſ hirundinem a pulliſ ad ſe cum epiſtula allatam: ut lino ad pedem eiuſ alligato nodiſ ſignificaret: quoto die aduen iente auxilio: eruptio fieri deberet.

CAP. XXVII. De Meruliſ: turdiſ: & Sturniſ.

Beunt & Merule Turdiq; & Sturni: ſimili modo in uicina. Sed ii plumam non amittunt. nec occultantur: niſi ſpe cibi: quo hibernum pabulum petant. Itaq; in Germania hyeme maxime Turdi cernuntur. Vere Turtur occultatur: pennaſq; amittit. Abeunt & palumbeſ quonam: & in iiſ incertum. Sturnorum generi ꝓprium cateruatim uolare. & quodam pile orbe circumagi omnibuſ in medium agmen tendentibuſ. Volucrū ſoli Hirundini. flexuoſi uolatuſ. uelox celeritaſ. quibuſ ex cauſiſ neq; rapine ceterarum alitum obnoxia eſt. Eadem demum ſola auium non niſi in uolatu paſcitur.

CAP. XXVIII. Que auiū perenneſ: que Semeſtreſ que trimeſtreſ.

Emporum magna differntia auibuſ. Perenneſ ut Columbe. Semeſtreſ ut Hirundineſ. Trimeſtreſ ut Turdi. & turtureſ: & que cū fetum eduxere: abeūt ut Galguli. Vpupe.

CAP. XXVIIII. De Auibuſ Menoniſ & Meleagridibuſ.

Vtoreſ ſunt: omnibuſ anniſ aduolare Ilium ex Ethiopia aueſ: & confligere ad Memnoniſ ſepulchrū: quaſ ob id memnonidaſ uocant. Hoc idem quinto quoq; anno facere eaſ in Ethiopia circa Regiā Memnoniſ exploratū ſibi Cremutiuſ tradit. Simili modo pugnat Meliagrideſ in Boetia Africe hoc eſt Gallinarū genuſ gibbeꝝ: uariiſ ſparſum plumiſ: Que nouiſſime ſunt perigrinarum auium in menſaſ recepte: propter nigratum uiruſ. Verum Meleagri tumuluſ nobileſ eaſ fecit.

CAP. XXX. De Auibuſ Seleucidibuſ.

Eleucideſ aueſ uocantur: quarum aduentum ab Ioue precibuſ impetrant Caſii montiſ incole: frugeſ eorum locuſtiſ uaſtantibuſ. Nec unde ueniant quo ue abeant compertum nunq̄ conſpectiſ: niſi cum preſido eaꝝ indigetur.

CAP. XXXI. De Ibi.

Nuocant & Egyptii Ibeſ ſuaſ contra ſerpentium aduentum. Et Cyrenaici Achoren deū muſcarum multitudine peſtilētiā afferente. que protinuſ intereūt q̄ litatum eſt illi deo.

CAP. XXXII. De Noctuiſ.

Ed in ſeceſſu auium & noctue paucıſ diebuſ latere traduntur. Quarum genuſ in Creta inſula non eſt. Et etiam ſi qua inuecta ſit: emoritur. Nā hec quoq; mira nature differentia. Alia aliiſ lociſ negat: tamq̄ genera frugum fruticumue: ſic & animalium: non naſci: tranſlatitiorumq; inuecta mori. Mirum quidem eſt illud uniuſ generiſ aliti aduerſum. Que nam eſt iſ nature inuidiá? aut qui terrarum dicati auibuſ termini?

CAP. XXXIII. Que aueſ: quibuſ in lociſ nō ſint: & que mutent colorem & uocē.

Hoduſ Aquilam non habet. Tranſpadana Italia iuxta alpeſ: Larium lacum appellat amenum arbuſto agrum: ad quem Ciconioe non tranſmeant. Sicuti nec octauū circa lapidem ab eo: immenſa alioqui finitimo Inſubrū tractu examina gracchulorum monedularum cui ſoli aui furacitaſ auri argentiq; precipua mire eſt. Picuſ martiuſ in Tarentino agro negatur eſſe. Nuper & adhuc tamē rara ab Apoennino ad urbem uerſuſ cerni cepere piccarum genera que longa inſigneſ cauda Varie appellātur. Proprium iiſ caluеſcere omnibuſ anniſ cum ſeritur rapa. Perdiceſ non tranſuolant Boetie fineſ in Attica. Nec ulla auiſ in Ponto inſula in qua ſepultuſ eſt Achilleſ: infeſtat ſacratam ei edem. In Fidenate agro: iuxta orbem Ciconie nec pulloſ: nec nidum faciunt. At in agrun Valaterranum Palumbiū uiſ e mari quot anniſ aduolat. Rome in edem Herculiſ in foro Boario nec muſce nec caneſ intrāt. Multa preterea ſimilia: que prudenſ ſubinde omitto: in ſinguliſ generibuſ: faſtidio parcenſ. Quippe cum Theophraſtuſ tradat inuectitiaſ eſſe in Aſia etiā columbaſ: & Pauoneſ & Ceruoſ. Et in Cyrenaica uocaleſ Ranaſ. Alia admiratio circa Oſcineſ. fere mutāt colorem uocemq; tempore anni. ac repente fiūt alie. Quod in grandiore alitū genere Grueſ tantum. E ení ſenectute nigreſcunt. Merula ex nigra ruffeſcit. Canit eſtate hyeme balbucit. Circa ſolſtitiun muta. Roſtꝝ quoq; anniculiſ in ebur tranſfigurat: dumtaxat maribuſ. Turdiſ color eſtate circa collú uariuſ. hyeme cōcolor.

CAP. XXXIIII. De Luſciniiſ.

Vſciniiſ diebuſ ac noctibuſ continuiſ quindecim garruluſ ſine intermiſſu cātuſ denſante ſe frondium germine non in nouiſſimum digna miratu aue. Primum tanta uox tam paruo in corpoſculo. tam pertinax ſpirituſ. Deinde in una perfecta muſice ſcientia modulatuſ editur ſonuſ. & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum nunc uariatur inflexo. nunc diſtinguitur conciſo. copulatur intorto. promittitur. reuocatur. infuſcatur: ex inopinato. Interdum & ſecum ipſa murmurat. plenuſ grauiſ. acutuſ. creber. extentuſ. ubi uiſum eſt uibranſ. ſummuſ. mediuſ. imoſ. breuiterq; omnia tam paruuliſ in faucibuſ: que tot exqueſitiſ tibiarum tormentiſ arſ hominum excogitauit. Vt non ſit dubium hanc ſuauitatem premonſtratam efficaci auſpicio cum in ore Steſichori cecinit infantiſ. Ac ne quiſ dubitet arteſ eſſe plureſ: ſinguliſ ſunt cantuſ: & non iidem omnibuſ. ſed ſuuſ cuiq;. certant inter ſe. palamq; animoſa coutentio eſt. Victa: morte finit ſepe uitam: ſpiritu priuſ deficiente quam cantu. Meditantur alie iunioreſ. uerſuſq; quoſ imitentur accipiunt. Audit diſcipula intētiōe magna: & reddit. uicibuſq; reticent. Intelligitur emendate correctio. & in docente quedam reprehenſio. Ergo ſeruorum illiſ precia ſunt. & quidem ampliora q̄ quibuſ olim armigeri parabantur. candidam ſcio inconditam alioqui quod eſt prope inuſitatum: ueniſſe que Agrippine Claudi Principiſ coniugi dono daretur. Viſum iam ſepe iuſſaſ canere cepiſſe. & cum ſymphonia alternaſſe. ſicut homineſ repertoſ qui ſonum earum addita in tranſuerſaſ labiaſ fronde arūdinea quaſi foramine inſpirātiſ lingue: ut parua aliqua appoſita mora indiſcreta redderēt ſimilitudine. Sed ee tãte: tãq; artificeſ argutie a. xv. diebuſ paulatim deſinunt: nec ut fatigataſ poſſiſ dicere aut ſatiataſ. mox eſtu aucto: in totum alia uox fit: nec modulata aut uaria. Mutat᷑ & color. Poſtremo hyeme ipſa non cernitur. Linguiſ earum tenuitaſ illa prima nō eſt que ceteriſ auibuſ. Pariunt. uere primo. cum plurimum ſena oua.

CAP. XXXV. De ficeduliſ & pleriſq; aliiſ auibuſ.

Lia ratio Ficeduliſ. nam formam ſimul coloremq; mutant: hoc nomen nō niſi autumno habent. poſtea Melancoryphi uocantur. Sic & Erythacuſ hyeme idem Phoenicuruſ eſtate. Mutat & Vpupa ut tradit Eſchyluſ poeta. obſcena aliaſ paſtu auiſ: criſta uiſenda plicatilacontrahenſ eam ſubrigenſq; per longitudinē capitiſ Oenante quidem etiam ſtatoſ latebre dieſ habet: ex oriente Syrio occultata: ob occaſu eiuſdem prodit. Quod miremur ipſiſ diebuſ utrunq;. Chlorion quoq; qui totuſ eſt luteuſ: hyeme non uiſuſ circa ſolſticia procedit.

CAP. XXXVI. De Meruliſ albiſ & tempore auium geniture.

Erule circa Cyllenem Arcadie: nec uſq̃ alibi candide naſcuntur. Ibiſ circa Peluſium tantum nigra eſt: ceteriſ omnibuſ lociſ candida. Oſcineſ preter exceptaſ non temere fetuſ faciunt ante equinoctium uernum: aut poſt autumnale. Ante ſolſtitium autem; dubioſ. poſt ſolſtitium uitaleſ.

CAP. XXXVII. De Halcyonibuſ & Gauiiſ: & Mergiſ: & eoꝝ natura.

Oq; maxime ſunt inſigneſ halcyoneſ. Dieſ eaꝝ partuſ qui maria quoq; nauigāt nouere. Ipſa auiſ paulo amplior paſſere: colore cyaneo ex parte maiore tantū purpureiſ & candidiſ admixtiſ penniſ: collo gracili ac procero. Alterum genuſ earum magnitudine diſtinguitur & cantu. Minoreſ in arundinetiſ canunt. Halcyonem uidere rariſſimum eſt: nec niſi Vergiliarum occaſu. & circa ſolſtitia brumamue naue aliquando circumuolata: ſtatim in latebraſ abeuntem. Fetificant bruma. qui dieſ halcyonideſ uocantur. placido mari per eoſ & nauigabili Siculo maxime. In reliquiſ partibuſ eſt quidem mitiuſ pelaguſ. Siculum utiq; tractabile. Faciunt autem ſeptem ante brumam diebuſ nidoſ. Et totidē ſequentibuſ pariunt. Nidi earum: admirationē habent: pile figura paululum eminenti. ore per q̃ anguſto. grandium ſpongiarum ſimilitudine. Ferro intercidi non queunt. Frangunt᷑q; ictu ualido: ut ſpuma arida mariſ. Nec unde confingantur inuenitur. putant ex ſpiniſ aculeatiſ. piſcibuſ enim uiuunt. Subeunt & in amneſ. pariunt oua quina. Gauie in petriſ nidificant. Mergi in arboribuſ. pariunt plurimum terna. Sed Gauie eſtate. Mergi incipiente uere. Halcyonū nidi figura reliquaꝝ quoq; ſollertie noſ admonet. Neq; alia ꝑte ingenia auium magiſ admiranda.

CAP. XXXVIIII. De Nidificatione hirundinum: & Argathylide & Cinnamulgo: perdicumq; & aliarum auium ſolertia in ouiſ tranſferendiſ.

Irundineſ luto conſtruunt. ſtramento roborant. Si quando inopia eſt luti madefactum multa aqua penniſ pulueren ſpargunt. Ipſum uero nidum mollibuſ. plumiſ flocciſq; conſternunt tepefaciendiſ ouiſ ſimul ne duruſ ſit infantibuſ pulliſ. In fetu ſumma equitate alternant cibum. Notabili mundicia egerunt excrementa pullorum. Adulcioreſq; circumagi docent. & foraſ ſaturitatem emittere. Alteꝝ genuſ hirundinum eſt roſticarū & agreſtium. que raro in domibuſ: diuerſoſ figura ſed eadē materia confingūt nidoſ.totoſ ſupinoſ faucibuſ porrectiſ in anguſtum utero capaci. Mirum qua pericia occultandiſ babileſ pulliſ & ſubſternendiſ molleſ. In Egypti Heracleotico oſtio: molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt: ſtadii fere uniuſ ſpatio. quod bumano opere perfici non poſſet. In eadem Egypto iuxta oppidum Copton inſula eſt ſacra Iſidi: quam ne laceret amniſ idem muniunt opere incipientibuſ uerniſ diebuſ palea & ſtramento roſtro firmanteſ continuatiſ per triduum noctibuſ: tanto labore ut multaſ in opere emori conſtet eaq; milicia illiſ cum anno redit ſemper. Tertium eſt earum genuſ quę ripaſ excauāt atq; ita in terra uetificant. Harum pulli ad cinerem ambuſti mortifero fauciū malo multiſq; aliiſ morbiſ bumani corporiſ medentur. Non faciunt he nidoſ. Migrantq; multiſ diebuſ ante ſi futurum eſt: ut auctuſ amniſ attingat. In genere Viteriparum eſt cui niduſ ex muſco arido: ita abſoluta perficitur pila ut inueniri non poſſit adituſ Argatyliſ appellatur. Eadem figura ex lino intexenſ. Picorum quidam ſuſpenditur in ſurculo primiſ in ramiſ cyathi modo ut nulla quadrupeſ poſſit accedere. Galguloſ quidem ipſoſ dependenteſ pedibuſ ſomnum capere confirmant: quia tutioreſ ita ſe ſperant. Iam publicum quidem omnium eſt: tabulata ramorum ſuſtinendo nido prouide eligere. Cameraq; ab bymbri aut fronde protegere denſa. In Arabia Cinnamulguſ auiſ appellatur cinnami ſurculiſ nidificat. Plumbatiſ igitur eoſ & ſagittiſ decuciūt īdigine: merciſ gratia. In Scythiſ auiſ magnitudīe Otidiſ binoſ parit in leporina pelle: ſemꝑ in cacuminibuſ ramorum ſuſpenſa. Pice cum diligentiuſ uiſum ab bomine nidum ſenſere: oua tranſgerunt alio. Hoc in iiſ auibuſ: quarum digiti nõ ſint accomodati complectendiſ tranſferendiſq; ouiſ miro traditur modo. Nanq; ſurculo ſuꝑ bina oua impoſito: ac ferrumīato alui glutino ſubdita ceruice medio equa utrīq; libra deportant alio. Nec uero iiſ mīor ſollertia: que cunabula in terra faciūt corꝑiſ grauitate probibete ſublime petere. Meropſ uocatur genitoreſ ſuoſ reconditoſ paſcēſ pallido intuſ colore pennarum. ſuperne cyaneo. priori ſubrutilo. nidificat in ſpecu: ſex pedum defoſſa altitudine. Perdiceſ ſpina & frutice ſit muniunt receptaculum: ut contra feraſ abunde uallentur. Ouiſ ſtragulum molle puluere contumulant. nec in quo loco peperere: incubāt. neue cui frequentior conuerſatio ſit ſuſpecta: tranſferūt alio. Ille quidem & maritoſ ſuoſ fallunt: quoniam intemperantia libidiniſ frangunt earum oua: ne cubando detineantur. Tunc inter ſe dimicant mareſ deſiderio feminarum. Victum aiunt uenerem pati. Id quidem & coturniceſ. Troguſ inquit & gallinaceoſ aliq̄ndo. Perdiceſ uero a domitiſ feroſ & nouoſ baud uictoſ iniri ꝓmiſcue Capiuntur quoq; pugnacitate eiuſdem libidiniſ contra aucupiſ indicem exeunte in prelium duce totiuſ gregiſ. Capto eo procedit alter. ac ſubinde ſinguli. Rurſuſ circa conceptum femine capiuntur contra aucupem femina exeunte: ut rixando abigat eum. Nec in animali alio par opuſ libidiniſ. Si contra mareſ ſteterint femine: aura ab iiſ flante pregnanteſ fiunt. Hianteſ autem exerta lingua per id tempuſ eſtuant. concipiuntq; ſuperuolantium afflatu. Sepe uoce tantum audita maſculi. Adeoq; uincit libido & iam fetuſ caritatē: ut illa furtim & in occulto incubāſ cum ſit femina aucupe accedente ad marem recanat. reuocetq;. & ultro prebeat ſe libidine. Rabie quidam tanta feruntur: ut in capite aucupantium ſepe cece metu ſedeant. Si ad nidū iſ ceperit accedere: procurrit ad pedeſ eiuſ feta pregrauem aut delumbem ſeſe ſimulāſ Subitoq; in procurſu aut breui aliquo uolatu cadit fracta aut ala aut pedibuſ. Aut peocurrit iterum iamiam prebenſuꝝ effigienſ. ſpe fruſtranſ: donec indiuerſū abducat a nidiſ. Eadem iam pauore libera ac materna uocante cura in ſulco reſupina gleba ſe terre pedibuſ apprehenſa operit. Perdicũ uita ad ſexdecĩ annoſ durare exiſtimãt.

CAP.XL. De Columbiſ & natura ac moribuſ eaꝝ.

B iiſ columbarum geſta ſpectantur maxime ſimili ratione. Moreſ inde. ſed pudicicia illiſ prima. Et neutri nota adulteria. Coniugii fidem non uiolant. communemq; ſeruant domum. Niſi celebſ aut uidua domum non relinquit. & imperioſoſ mareſ ſubinde etiam iniquoſ ferunt. Quippe ſuſpitio eſt adulterii: quamuiſ natura non ſit. Tunc plenũ querela guttur. ſeuiq; roſtro ictuſ. mox in ſatiſfactiõe exoſculatio. & circa ueneriſ preceſ crebiſ pedum orbibuſ adulatio. Amor utriq; ſoboliſ equaliſ. Sepe & ex hac cauſa caſtigatio. pigriuſ intrante femina ad pulloſ. Parturienti ſolatia & miniſteria ex mare. Pulliſ primo ſalſiorem terram collectã gutture in ora inſpuunt. preparanteſ tempeſtiuitatem cibo. Propriũ generiſ eiuſ & turturum cum bibant colla non reſupinare Large bibere iumentorum modo.

CAP.XLI. De Palumbibuſ: & uita earum: ac columbaꝝ: & turturum.

Iuere palumbeſ ad triceſimum annum aliquaſ ad .xl. Ariſtoteleſ autor eſt. Vno tamen incommodo unguium. eodem & argumento ſenecte. qui citra perniciẽ reciduntur. Cantuſ omnibuſ ſimiliſ atq; idem. terno conficitur uerſu: p̄terq̃ in clauſule gemitu. hyeme mutiſ: uere uocalibuſ. Nigidiuſ putat cum oua incubant ſub tecto nominata: palumbem relinquere nidoſ. Pariunt autem poſt ſolſtitia. Columbe & turtureſ octoniſ anniſ uiuunt.

CAP.XLII. De Paſſeribuſ: & cognitione columbarum.

Ontra paſſeri minimum uite: cui ſalacitaſ par. Mareſ negantur anno diutiuſ durare. Argumento quia nulla ueriſ initio appareat nigritudo in roſtro: que ab eſtate incipit. Feminiſ longiuſculum ſpatium. Verum columbiſ ineſt quidam glorie intellectuſ: Noſſe credaſ ſuoſ coloreſ. uarietatẽq; diſpoſitã: que etiã ex uolatu creduntur plaudere in celo: uarieq; ſulcare. Qua in oſtentatione ut uicte prebentur Accipitri: implicatiſ ſtrepitu penniſ: qui non niſi ipſiſ alarum humeriſ eliditur. alioqui ſolito uolatu multum uelociorem: Speculatur occultuſ fronde latro. & gaudentem in ipſa gloria rapit.

CAP.XLIII. De Tinunculo: & rurſuſ mira quedam de columbiſ.

B id cum iiſ habenda eſt auiſ: que Tinunculuſ uocatur. Defendit enim illaſ terretq; accipitreſ naturali potentia. Intantum ut uiſum uocemq; eiuſ fugiant. Hac decauſa precipuuſ columbiſ amor eorum. Feruntq; ſi in quattuor anguliſ defodiantur: in olliſ nouiſ oblitiſ: non mutare ſedem columbaſ. Quod auro inſectiſ alarum articuliſ, queſiuere aliqui: non aliter innoxiiſ uulneribuſ: multiuaga alioqui aue. Eſt enim arſ illiſ inter ſe blandiri. & corrumpere aliaſ. furtoq; comitatioreſ reuerti. Quin & internuntie in rebuſ magniſ fuere: & epiſtolaſ adnexaſ eaꝝ pedibuſ obſidione Mutinenſi in caſtra Conſulum pertulere. D. Bruto mittente. Quid uallũ & uigilum obſidio: atq; etiam retia amne pretenta profuere Antonio: per celum eunte nuntio? Et harum amore inſaniunt multi. ac ſuper tecta exedificant turreſ iiſ: Nobilitatemq; ſingularum & origineſ narrant uetere iam exẽplo. Axiuſ. Laxiuſ equeſ Romanuſ ante bellum ciuile Pompeianum denariiſ q̃drīngentiſ ſingula paria uendicauit; ut. M. Varro tradit. Quin & patriã nabilitauere: in Cãpania grãdiſſie prouenire exiſtimate. Harum uolatuſ in reputationem ceterarum quoq; uolucrum noſ impellit.

CAP.XLIIII.De Volatu:& inceſſu auium.

Mnibuſ animalibuſ reliquiſ certuſ & uniuſmodi:& in ſuo cuiq; genere inceſſuſ eſt. Aueſ ſole uario meatu feruntur:& in terra:& in aere. ambulant. Alique ut Corniceſ Saliũt alie ut Paſſereſ: Merule. Corrũt:ut Perdiceſ. Ruſticule. ante ſe pedeſ iaciunt: ut Ciconie & Grueſ. Expandunt aliaſ pendenteſq; raro interuallo quatiunt Alie crebriuſ. ſed & primaſ dumtaxat pennaſ. Alie & tota latera pandunt. Quedam uero maiore ex parte compreſſiſ uolant. Percuſſoq; ſemel alique & gemino ictu aere feruntur uelut incluſum eum prementeſ. Iaculantur ſeſe in ſublime. In rectum In pronum. Impingui puteſ aliquaſ. Aut rurſuſ ab alto cadere baſ. Illaſ ſalire. Anateſ ſole queq; ſunt eiuſdem generiſ in ſublime protinuſ ſeſe tollunt. atq; e ueſtigio celum petunt.& boc etiã ex aqua. Itaq; in foueaſ quibuſ feraſ uenamur: delapſe: ſole euadũt Vultur & fere grauioreſ niſi ex procurſu aut altiore tumulo immiſſe non euolant. Cauda reguntur alie. Circunſpectant alie. Flectuntq; colla. Nonnulle ueſcuntur ea que rapuere pedibuſ. Sine uoce nõ uolant multe. Aut e contrario ſemp in uolatu ſilent. Subrecte. prone oblique in latera. in ora. Quedam & reſupine feruntur. ut ſi pariter cernantur: plura genera nõ in eadem natura meare uideantur.

CAP.XLV.De Apodibuſ auibuſ.

Lurimum u olãt que Apodeſ uocantur quia careant uſu pedũ. Ab aliiſ Cypſeli appellantur . Hirundinum ſpecie. Nidificant in ſcopuliſ. He ſunt que toto mari cernuntur. Nec unq̃ tam longo naueſ tamq; continuo curſu recedunt a terra: ut non cum uolitent eaſ Apodeſ. Cetera genera reſidunt:& ſiſtunt. Hiſ quieſ niſi in nido nulla. aut pendent: aut iacent. Et ingenia eque uaria. ad paſtum maxime.

CAP.XLVI.De caprimulgiſ & plateiſ.

Aprimulgi appellantur grandioreſ. merule aſpectu. fureſ nocturni. interdiu enim uiſu carent. Intrant paſtorum ſtabula caprarumq; uberibuſ aduolant ſuctum propter lactiſ. qua iniuria uber emoritur. Capriſq; cecitaſ quaſ ita mulſere oboritur. Platea nominatur aduolanſ ad eaſ: que ſi in mari mergunt:& capita illaꝝ morſu corripienſ: donec capturam extorqueat. Eadem cum deuoratiſ ſe impleuit conchiſ: calore uentriſ coctaſ euomit. atq; ita ex iiſ eſculenta legit teſtaſ excreanſ.

CAP.XLVII.De Gallinaꝝ religione.

Illaribuſ galliniſ & religio ineſt. Inhorreſcunt edito ouo. Excutiuntq; ſeſe. Et circumacte purificant. aut feſtuca aliqua ſeſe & oua luſtrant.

CAP.XLVIII.De Carduele ipſiuſq; nature.

Inime auium Cardueleſ imperata faciunt. nec uoce tantum: ſed pedibuſ & ore pro manibuſ. Eſt que boum mugituſ imitetur in Arelatenſi agro tauruſ appellata alioqui parua. Eſt que equorum quoq; binnituſ Anthuſ nomine: berbe pabulo aduentu eorum pulſa imitatur ad hunc modum ulciſcenſ.

CAP.XLIX.De Pſitaciſ eorumq; natura.

Vper omnia bumanaſ uoceſ reddunt Pſitaci: & quidem ſermocinanteſ. India auem banc mittit. Sitacen uocant: uiridem toto corpore: torque tantũ miniato in ceruice diſtinctam. Imperatoreſ ſalutat. & que accipit uerba: pronuntiat. In uino precipue laſciua. Capiti eiuſ duricia eadem que roſtro. Hec cum loqui diſcit: ferreo uerberatur radio. Nõ ſentit aliter ictuſ. Cum deuolat: roſtro ſe excipit. illi innitit᷑. leuioremq; ſe ita pedum infirmitati facit. Minor nobilitaſ quia non ex longinquo uenit. ſed expreſſior loquacitaſ certo generi picarũ eſt. Adamãt uerba que loqũtur.

Nec diſcunt tantum : ſed diligunt. meditanteſque intra ſemet cura atq; cogitation intentionem non occultant. Conſtat emori uictaſ difficultate uerbi. Ac niſi ſubinde eadem audiant : memoria falli. Querenteſque mirum in modum hylarari ſi interime audierint id uerbum. Nec uulgariſ iiſ forma : quamuiſ non ſpectanda. Satiſ illiſ decoriſ in ſpecie ſermoniſ humani eſt. Verum addiſcere aliaſ negant poſſe : quam quæ ex genere earum ſunt : que glande ueſcuntur. Et inter eaſ faciliuſ quibuſ quini ſunt digiti in pedibuſ. At ne eaſ quidem ipſaſ primiſ duobuſ uite anniſ. Latior iiſ eſt lingua omnibuſ in ſuo cuique genere : que ſermonem imitantur humanum : quanquam id pene in omnibuſ contingit. Agrippina coniunx Claudii Cæſariſ turdum habuit : quod nunquam ante : imitantem ſermoneſ hominum : cum hec proderem. Habebant & Cæſareſ iuueneſ item ſturnum. Luſciniaſ Greco : atque Latino ſermone docileſ. Preterea meditanteſ in diem : & aſſidue noua loquenteſ longiore etiam contextu. Docentur ſecreto : & ubi nulla alia uox miſceatur : aſſidente qui crebro dicat ea : que condita uelit addiſci : aliquo blandiente.

CAP. Quinquageſimum. De coruorũ mirabili intelligentia.

Eddatur & coruiſ ſua gratia : indignatione quoque Populi Romani atteſtata non ſolum conſcia : Tyberio Principe ex fetu ſupra Caſtorum edem genituſ pulluſ in oppoſitam ſutrinam deuolauit : etiam religione commendatuſ officine domino. Iſ mature ſermoni aſſuefactuſ : omnibuſ matutiniſ euolanſ in roſtra : in forum uerſuſ Tyberium : deinde Germanicum & Druſum Cæſareſ nominatim : Mox tranſeuntem Populum Romanum ſalutabat. Poſtea ad tabernam remeanſ : plurium annornm aſſiduo officio merituſ. Hunc ſiue emulatione incitatuſ Manceps proxime ſutrine : ſiue iracundia ſubita ut uoluit uideri : excrementiſ eiuſ poſita calceiſ macula exanimauit. tanta Plebei conſternatione ut primo pulſuſ ex ea regione : mox & interemptuſ ſit : funuſque innumeriſ aliti celebratum exequiiſ. Conſtratum lectum ſuper Ethyopum duorum humeroſ precedente tibicine : & coroniſ omnium generum ad rogum uſq; q conſtructuſ dextra uie Appie ad ſecundum lapidem in campo ridiculi appellato fuit. Adeo ſatiſ iuſta cauſa Populo Romano uiſa eſt exequiarum ingenium auiſ aut ſupplicii de ciue Romano in ea urbe : in qua multorum Principum nemo deduxerat funuſ. Scipioniſ uero Emeliani poſt Carthaginem Numantiamque deletaſ ab eo : nemo uindicauerat mortem. Hoc geſtum M. Seruilio. C. Ceſtio Conſſ. ad. v. kalend. Apriliſ. Nunc quoque erat in Vrbe Roma hec prodente me equitiſ Romani Cornix e Betica primum colore mira admodum nigro. Deinde plura contexta uerba exprimenſ : & alia atque alia crebro addiſcenſ. Nec non : & recenſ fama crateri Monocerotiſ cognomine in Troecena regione Aſie coruorum opera uenantiſ. Eo quod deuehebat in ſiluaſ eoſ inſidenteſ humeriſ : atqui coruiculoſ illi ueſtigabant : agebantque. eo perducta conſuetudine ut exeuntem ſic comitarentur & feri. Tradendum putauere memorie quidam uiſum per ſitim lapideſ congerentem inſiculam monumenti in qua pluuia aqua durabat : ſed que attingi non poſſet ita deſcendere pauentem expreſſiſſe tali congerie : que potuero ſufficeret.

CA. Quinquageſimumprimũ De Diomedeiſ auibuſ.

Ec Diomedeaſ preteribo aueſ. Iuba Cataractaſ uocat? Et eiſ eſſe denteſ oculoſque igneo colore. Cetero candidaſ tradenſ. duoſ ſemper iiſ duceſ. Alterum ducere agmē. alterū cogere. Scrobeſ excauere roſtro. inde crate conſternere & opire terra que ante fuerit egeſta. In iiſ fetificare. Foreſ binaſ omnium ſcrobibuſ. Orientē ſpectare: quibuſ exeant in paſcua. occaſum quibuſ redeant. Aluum exonoraturaſ ſubuolare ſemper. & contrario flatu. He in ſolo loco totiuſ orbiſ uiſuntur: in inſula quā diximuſ nobilem Diomediſ tumulo atque delubro cōtra Apulie oram: Fulicaꝝ ſimileſ Aduenaſ barbaroſ clangore infeſtant. Greciſ tantū adulantur: miro diſcrimine. uelut generi Diomediſ hoc tribuenteſ. Edēq; eiuſ cotidie pleno gutture madentibuſ penniſ perluunt: atque purificant. Vnde origo fabule Diomediſ ſocioſ in earum effigieſ mutatoſ.

CAP. Quinquageſimumſcđm.
Que animalia nihil diſcant.

On omittendū ē cū de ingeniiſ diſſerimuſ: e uolucribuſ Hirūdineſ eſſe indocileſ. Et e terreſtribuſ Mureſ: cū Elephāti iuſſa faciāt. Leoneſ iugū ſubeāt. In mari uituli: totq; piſcium genera miteſcant.

CAP. Quinquageſimūtertiū. De
potu auium: & de Porphyrione.

Ibunt aueſ ſuctu ceteræ. Sed ex iiſ: quibuſ longa ſunt colla intermittenteſ capite reſupinato: ueluti infundenteſ ſibi. Porphyrio ſoluſ morſu bibit. Idem ex proprio genere omnem cibum aqua ſubinde tingenſ. Deinde pede ad roſtrū ueluti manu afferenſ. Laudatiſſimi in Commagene. Roſtra iiſ & prelonga crura rugent.

CAP. LIIII. De Nematopode: &
Onocrotalo: & peregriniſ auibuſ.

Ec quidem & Hematopodi multo minori. quanquam eadem crurum altitudine. Naſcitur in Egypto. Inſiſtit terniſ digitiſ. Precipue ei pabulum muſce. Vita in Italia pauciſ diebuſ. Grauioreſ omneſ fruge ueſcuntur. Altiuole carne tantum. Inter aquaticaſ mergi ſoliti ſunt deuorare que cetere reddunt Olorum ſimilitudinem Onocrotali habent: nec diſtare exiſtimarentur omnino: niſi faucibuſ ipſiſ ineſſet alteriuſ uteri genuſ. Huc omnia inexplebile animal congerit. Mira ut ſit capacitaſ. mox perfecta rapina. Senſum inde in oſ reddita inferam in aluum ruminantiſ modo defert. Gallia hoſ ſeptentrionaliſ proxima Oceano mittit. In hircinio Germanie ſaltu inuſitata genera alitum accepimuſ: quarum plume ignium modo conluceant noctibuſ. In ceteriſ nihil preter nobilitatem longinquitate factam: memorandum occurrit.

CA. LV. De Phaſianiſ: Numidiciſ:
Phenicopteriſ: Atageniſ: & aliarum
auium nominibuſ atq; naturiſ.

Halarideſ in Seleucia Parthorum & in Aſia aquaticarum laudatiſſime. Rurſuſ Phaſiane in Colchiſ geminaſ ex pluma aureſ ſubmittunt: ſubriguntque. Numidice in parte Africe Numidia. omneſque iam in Italia. Phoenicopteri linguā precipui ſaporiſ eſſe Apiciuſ docuit nepotum omnium altiſſimuſ gurgeſ. Atagem maxime Ioniuſ celebrat: uocaliſ aliaſ: captuſ uero obmuteſcenſ. Quondam exiſtimatuſ inter raraſ aueſ. Iam & in Gallia Hiſpanique capitur. & etiam ubi & Phalacrocoraceſ aueſ balearum inſularum peculiareſ. Sicut alpium Phirrhocorax luteo roſtro niger: & precipuo ſapore. Lagopuſ pedeſ leporino uillo ei nomen hoc dedere

Cetero candide columbarum magnitudine. Non extra terram in qua naſcitur: eam ueſci facile. quando nec uiua manſueſcit. & corpuſ occiſe ſtatim marceſcit. Et alia nomine eodem a Cotunicibuſ magnitudine tantuum differẽſ croceo tincto cibiſ gratiſſĩa. Viſam in Alpibuſ ab ſe peculiarem Egypti Ibin Megnaciuſ Columnuſ Prefectuſ eaꝝ prodidit. Venere in Italiam Bodriacenſeſ belliſ ciuilibuſ tranſpadum externe & nonne aueſ. ita enim adhuc uocantur Turdorum ſpecie paulum infra Colũbaſ magnitudine. ſapore grate. Baleareſ inſule nobiliorem etiam ſupradicto Porphyrionem mittunt. Ibi & Buteo Accipitrum generiſ in bonore menſuram eſt, Item Vipioneſ: Sic enim uocant minorem gruem.

CAP. LVI. De Quibuſdam nouiſ auibuſ & fabuloſiſ.

Egaſoſ equino capite uolucreſ & Griphaſ auritoſ aduncitate roſtri fabuloſoſ reor. Illoſ in Scythia. Hoſ in ethiopia. Equidem & Tragopanadem: quam plureſ affirmant maiorem aquila cornua in temporibuſ curuata habentem ferruginei coloriſ tantum capite pheniceo. Nec Sireniſ impetrauerit fidem: licet affirmet Dino Clytarchi celetrari auroriſ pater in India eſſe. Mulcerique earum cantu: quoſ grauatoſ ſomno lacerent. Qui credit iſta & Melampodi profecto aureſ lambendo dediſſe intellectum auium ſermoniſ Draconeſ non abnuet. Vel que Democrituſ tradit nominando aueſ: quarum confuſo ſanguine ſerpenſ gignatur: quem quiſquiſ ederit intellecturuſ ſit alitum colloquia. Queque de una aue Galerita priuatim commemorat: etiam ſine iiſ immenſa uite ambage circa auguria. Nominantur ab homero Scopeſ auium genuſ neque harum Satyricoſ motuſ cum inſident pleriſque memoratoſ: facile conceperim mente. neque ipſe iam aueſ naſcuntur: quamobrem de confeſſiſ diſſeruiſſe preſtiterit.

CAP. LVII. De Saginandiſ gallinaſ & de augariiſ.

Allinaſ ſaginare Deliati cepere. Vnde peſtiſ exorta opimaſ aueſ & ſuopte corpore unctaſ deuorandi. Hoc primum antiquiſ cenarum interdictiſ exceptum inuenio iam lege. C. Fannii Conſuliſ undecim anniſ ante tertium Punicum bellum ne quid uolucrum proponeretur preter unam gallinam que non eſſet altiliſ. quod deinde caput tranſlatum per omneſ legeſ ambulauit. Inuentumque diuerticulum eſt in fraude earum gallinaceoſ quoq; paſcendi lacte addito cibiſ. Multo ita gratioreſ approbantur. Femine quidem non omneſ ad ſaginam eliguntur. nec niſi in ceruice pingui cure. Poſtea culinarum arteſ ut duneſ ſpectentur: ut diuidantur in tergona ut a pede uno dilatate repoſitoria occupent. Dedere & parthi cociſ ſuoſ moreſ. nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet. hic clune alibi pectore tantum laudatiſ. Auiaria primuſ inſtituit: incluſiſ omnium generum auibuſ. M. Leliuſ Strabo brunduſii equeſtriſ ordiniſ. Ex eo cepimuſ carcere animalia coercere. quibuſ natura celum aſſignauerat.

CAP. LVIII. De Eſopi Patina

Axime tamen inſigniſ eſt in hac memoria Clodii Eſopi Tragici hiſtrioniſ patina ſexaginta ſeſterciiſ taxata: In qua poſuit aueſ cantu aliquo aut humano ſermone uocaleſ nummiſ ſex ſingulaſ coemptaſ. nulla alia inductuſ ſuauitate niſi ut in iiſ imitationem hominiſ manderet. ne queſtuſ quidem ſuoſ reueritus illoſ opimoſ

& uoce meritoſ. dignuſ prorſuſ filio a quo diximuſ deuorataſ Margaritaſ. Non ſic tamen ut uerũ fatear: facile inter duoſ iudiciũ turpidiniſ: niſi quod minuſ eſt ſummaſ rerum nature opeſ: q̄m hominum linguaſ cenaſſe.

CAP. LVIIII. De quarundam auium generationibuſ & natura.

Eneratio auium ſimplex uidetur eſſe: cum & ipſa ſua habeat miracula: quoniã & quadrupedeſ oua gignunt. Chameleonteſ. Lacerte. & que diximuſ inter ſerpenteſ. Pennatoꝝ autem infecunda ſunt que aduncoſ habent ungueſ generi. Nulla ex iiſ ſupra quaterna edit oua. Tribuit hoc auium generi natura ut fecũdioreſ eſſent fugaceſ earum quam forteſ. Plurima pariunt Strutio cameli. Galline: Perdiceſ ſali. Coituſ auibuſ duobuſ modiſ. femina humi confidente: ut in galliniſ. aut ſtante ut in gruibuſ.

CAP. Sexageſimum: De ouiſ animalium.

Vorum alia ſunt candida: ut colnmbiſ: perdicibuſ. Alia pallida: ut aquaticiſ. alia punctiſ diſtincta ut Meleagridum. Alia rubri coloriſ ut phaſianiſ. cenchridiſ. Intuſ autem omne ouum uolucrum bicolor. aquaticiſ lutei pluſ q̄m albi. Idq; ipſum magiſ liuidum q̄ ceteriſ. Piſcinm unuſ color in quo nil candidi. Auium oua ex calore fragilia. Serpentiũ ex frigore lenta. Piſcium ex liquore mollia. Aquatiliũ rotunda. Reliqua fere faſtigio cacuminata. Exeunt a rotundiſſima ſui parte. dum pariuntur molli putamine. Sed protinuſ dureſcente: quibuſcunq; emergunt portionibuſ. que oblonga ſint oua: gratioriſ ſaporiſ putat Oratiuſ Flaccuſ. Feminam edunt: que rotundiora gignuntur. Reliqua marem. Vmbilicuſ ouiſ a cacumine ineſt: ceu gutta eminenſ in putamine.

CAP. LXI. De tempore & genere incubatuſ auium & coitu.

Vedam omni tempore coeunt ut galline: & pareunt: preterq̄m duobuſ menſibnſ. hyemiſ brumalibuſ. Ex iiſ iuueuce plura q̄m uetereſ: ſed minora. Et in eodem fetu prima & nouiſſima. Eſt autem tanta fecunditaſ: ut alique & ſexagena pariant. alique cottidie alique biſ die. alique intantũ ut effete moriantur. Hadriniſ lauſ maxima. Columbe decieſ anno pariunt. quedam & undecieſ. In Egypto etiam brumali menſe. Hirundineſ: & Merule & Palumbi: & Turtureſ: biſ anno pariunt. Cetere aueſ fere ſemel. Turdi in cacuminibuſ arborum luto nidificanteſ penne contextu in ſeceſſu generant. A coitu decem diebuſ oua matureſcunt in utero. Vexare autem galline & columbe penna euulſa: aliaue ſimili iniuria diutiuſ. Omnibuſ ouiſ medio uitelli parua ineſt uelut ſangoinea gutta quod eſſe cor auium exiſtimant. Primum in omni corpore id gigni oppinanteſ. In oua certa eſt gutta: ea ſalit: palpitatq;. Ipſum animal ex albo liquore oui corporatur. Cibuſ eiuſ in luteo eſt. omnibuſ intuſ caput maiuſ toto corpore. oculi compreſſi capite maioreſ. Increſcente pullo: Candor in medium fertitur: luteum circumfunditur. Viceſimo die ſi moueatur ouum. Iam uiuentiſ intra putamen uox auditur. Ab eodem tempore plumeſcit. Ita poſituſ: ut caput ſupra dextrum pedem habeat. dexteram uero alam ſupra caput. uitelluſ paulatim deficit. Aueſ omneſ in pedeſ naſcuntur contra quam reliqua animalia. Quedam galline omnia gemina oua pariunt. & geminoſ interdum excludunt: ut Corneliuſ Celſuſ autor eſt. alterum maiorem. Alioqui negant omnino geminoſ excludi. Pluſ uicenaquina incubanda ſubiici uetant. Parere a bruma incipiunt. optima fetura āte uernum equinoctium. Poſt ſolſtitium nata non implent magnitudinem iuſtam. tantoq; minuſ quanto ſeriuſ peruenere.

CA. LXII. De uitiiſ & remediiſ incubantium.

Va incubari infra decem dieſ edita utiliſſimum. Vetera aut recentiora infecūda Subici impari numero debent. Quarto die poſtquam cepere incubari ſi contra lumen cacumine ouorum apprehenſo una manu puruſ & uniuſmodi perluceat color ſterilia exiſtimāt eſſe proque eiſ alia ſubſtituenda. Et in aqua eſt experimentum inane fluitat. Itaq; fidentia: hoc ē plena: ſubiici uolunt. Concuti uero experimento uetant: quoniam non gignant confuſiſ uitalibuſ ueniſ. Incubationi datur initiū poſt nouam lunam: quia priuſ inchoata nō proueniant. Celeriuſ excludunt̃ calidiſ diebuſ Ideo eſtate undeuiceſimo educunt fetum. hyeme uiceſimoquinto. Si in cubatu tonuerit. oua pereunt. Et accipitriſ audita uoce uitiantur. Remediū contra tonitruum clauuſ ferreuſ ſub ſtramine ouorum poſituſ. aut terra ex aratro. Quedam autem & citra incubitum ſponte natura gignit. ut in Egypti figmentiſ eſt ſcriptum. De quodam uinipotore reperitur Syracuſiſ tam diu potare ſolitum: donec ab eo cooperata ĩ terra foetum ederent oua. Quin & ab homine perficiuntur. Liuia Auguſta prima ſua iuuenta Tiberio Cæſare ex Nerone grauida: cum parere uirilem ſexum admodum cuperet hoc uſa eſt puellari augurio. Ouum in ſinu fouendo atq; cum deponēdum haberet. nutrici per ſinum tradendo ne intermitteretur tepor. nec falſo auguſt a augurata proditur nuper inde fortaſſiſ ĩ uentum ut oua calido in loco impoſita paleiſ igne modico fouerentur homine uerſantur pariter nocte ac die & ſtatuo die illinc erumpere fetuſ. Traditur quedam arſ gallinarii cuiuſdam dicentiſ quid ex quaque eſſet. narrantur & mortua gallina mariti earum uiſi ſuccedenteſ inuicem. & reliqua fete more facienteſ: abſtinenteſque ſe a cantu. Super omnia eſt Anatum ouiſ ſubditiſ atque excluſiſ: admiratio prima nō plane agnoſcētiſ fetum. Mox incertoſ ĩcubituſ ſollicite conuocantiſ. Poſtremo lamenta circa piſcine ſtagna mergentibuſ ſe pulliſ natura duce.

CAP. LXIIII. Quæ. Gallinæ optimæ.

Allinarum generoſitaſ ſpectatur criſta erecta. interdum & gemina. penniſ nigriſ. ore rubicūdo. digitiſ ĩparibuſ. aliquando & ſuper q̃tuor digitoſ trāſuerſo uno Ad rem diuinam luteo roſtro pedibuſque pure non uidētur. Ad opertanea ſacra nigre. Eſt & pumilionum genuſ non ſterile in iiſ quod non in alio genere alitum. ſed quibuſ certa fecunditaſ: rara & incubatio ouiſ noxia.

CAP. LXV. De morbiſ. Gallinarum & remediiſ.

Nimiciſſima autem omnium generi pituita. maxime que inter meſſiſ & uidemie tēpuſ. Medicina in fame. & cubatuſ in fumo: ſi utique ex lauro aut herba ſauia fiat. Penna per trauerſaſ inſerta nareſ. & per omneſ dieſ mota. Cibuſ allium cum farre aut aqua perfuſuſ in qua lauerit noctua auiſ: cum ſemine uitiſ albe coctuſ. & quedam alia.

CAP. LXVI. De conceptu & numero foetuſ quarundam auium.

Olumbe proprio ritu oſculantur ante coitum. Pariunt fere bina oua. ita natura moderante ut aliiſ crebrior ſit fetuſ: aliiſ numeroſior. Palumbeſ & turtureſ plurimum terna. nec pluſ quam biſ fere pariunt. atque ita: ſi prior fetuſ corruptuſ ē & quamuiſ tria pepererint nunquam pluſ duobuſ educant. Tertium quod irritum: eſt urinum uocant. Palumbeſ icubat femina poſt meridiana in matutinum. Cetero maſ Colūbe marem ſemper & feminā pariūt. Priorem marē. Poſtridie feminā. Incubāt ī eo genere ambo. Interdiu maſ. noctu femina. Excludunt uiceſimo die. Pariunt a coitu. V. eſtate quidem interdum biniſ menſibuſ terna edūt paria. nanq; octauodecimo die excludunt. ſtatimq; concipiunt. quare inter pulloſ ſepe oua inueniuntur & alii prouolant. alii erumpunt. Ipſi deinde pulli quinquemeſtreſ fetificant. Et ipſe autem inter ſe ſi maſ non ſit. femine eque ſaliunt. Pariuntq; oua irrita ex quibuſ nihil gignitur: que hypenemia Greci uocant.

hypenemia oua

CAP. LXVII. De partu pauonum.

Auo a trimatu parit. primo anno unum aut alterum ouum. ſequenti quaterna quinaue. ceteriſ duodena. non ampliuſ. intermittenteſ binoſ dieſ ternoſue parit. & ter anno. ſi galliniſ ſubiiciantur incubanda. Mareſ ea frangunt deſiderio icubātiū. Quapropter noctu & in latebriſ pariunt. aut in excelſo cubanteſ. & niſi molli ſtrato excepta franguntur. Mareſ ſinguli quiniſ ſufficiunt coniugibuſ. Cum ſingule aut bine fuere. corrumpitur ſalacitate fecunditaſ. Partuſ excluditur diebuſ ternouenis aut tardiuſ triceſimo.

CAP. LXVIII. De partu anſeꝝ.

Nſereſ in aqua coeunt. pariunt uere. Aut ſi bruma coire poſt ſolſtitium. quadraginta prope. Biſ anno ſi priorem fetum galline excludāt. aliaſ plurima oua ſexdecim. pauciſſima ſeptem. Si quiſ ſubripiat: pariunt donec rumpantur. aliena nō excludunt. Incubanda ſubiici utiliſſimū nouem aut undecim. Incubant femine tantū triceniſ diebuſ. Si uero tepedioreſ ſint. xxv. Pulliſ eorū urtica contactu mortifera. nec minuſ auiditaſ. nunc ſacietate nimia. nunc ſuamet ui. quando apprehenſa radice morſu: ſepe conanteſ auellere ante colla ſua abrumpunt. Contra urticam remedium ſtramento ab incubatu ſubdita radix earum.

CAP. LXIX. De partu ardeolaꝝ: aquilarum: & aliarum auium.

Rdeolarum tria genera. Leucio. Aſteriaſ. Pelloſ. Hi in coitu angunt. mareſ quidem cum uociferatu ſanguinem etiam ex oculiſ profundunt. nec minuſ egre pariūt grauide. aquila triceniſ diebuſ incubat. & fere maioreſ aliteſ. Minoreſ uiceniſ. ut Miluuſ: & accipiter. Singuloſ fere parit. nunq̄ pluſ ternoſ. Iſ qui Egolioſ uocāt quaternoſ. Coruuſ aliqñ & quinoſ. Incubant totidem diebuſ. Cornicem incubantem maſ paſcit. Pica nonenoſ. Melancoriphuſ ſupra uiginti parit. ſemper numero impari nec aliaſ in pluribuſ tanta fecunditaſ: maior tamen pariſ. hirundini ceci primo pulli. Et fere om̄ibuſ quibuſ numeroſior partuſ. Irrita oua: que hypenemia diximuſ: queq; aut mutua femine inter ſe libidiniſ imaginatione concipiunt: aut puluere: nec columbe tantum: ſed & galline perdiceſ pauoneſ anſereſ chenalopeceſ. Sunt aūt ſterilia & minora. ac minuſ iucundi ſaporiſ. & magiſ hūida. Quidam & uento putant ea generari. qua de cauſa etiam Zephyria appellantur. hec autem uere tantum. Vrina fiunt incubatione derelicta: que alii Cynoſura dixere. Oua aceto macerata ītātum emolliuntur ut per ānuloſ trāſeant: Seruari ea in lomento. aut hyeme ī paleiſ eſtate in furfuribuſ utiliſſimum. Sale exinaniri creduntur.

CAP.LXX. De partu ueſpertilioniſ: que ſola uolucrum animal parit: & lacte nutrit.

Olucrum animal parit Veſpertilio tantum: cui membrana ceu penne. Eadem ſola uolucrum lacte nutrit ubera admouẽſ. geminoſ uolitat amplexa infanteſ ſecumq; deportat. Eidem coxendix uni traditur: & in cibatu culiceſ gratiſſimi.

CA.LXXI. De partu ſerpentũ: & uipere: crocodiloꝝ.

Vrſuſ in terreſtribuſ oua pariunt ſerpenteſ. De quibuſ nondum dictum ſit. Coeunt complexu: adeo circũuolute ſibi ut una exiſtimari bicepſ poſſit. uipere maſ caput inſerit in oſ. quod illa abrodit uoluptatiſ dulcedine. Terreſtriũ eadem ſola intra ſe parit oua uniuſ coloriſ & mollia ut piſceſ. Tertia die intra uterum catuloſ excludit. deinde ſinguloſ diebuſ ſinguliſ parit. uiginti fere numero. Itaq; ceteri tarditatiſ impatienteſ: perrumpunt latera occiſa parente. Cetere ſerpenteſ cõtecta oua in terra incubant & fetũ ſequente excludunt anno. Crocodoli uicibuſ incubant maſ & femina.

CA.LXXII. De generatione terreſtriũ animalium.

Ed reliquorum quoq; terreſtrium reddatur generatio. Bipedum ſoluſ homo animal gignit. Homini tantum primi coituſ penitentia. auguriũ ſcilicet uite a penitenda origine. Ceteriſ animalibuſ ſtati per tempora anni concubituſ. Homini ut dictum eſt. omnibuſ horiſ dierum noctiumq;. Ceteriſ ſacietaſ in coitu Homini prope nulla. Meſſalina Claudii Ceſariſ coniunx hanc regalem exiſtimanſ palmã. elegit in id certamen nobiliſſimam e proſtitutiſ ancillam mercenarie ſtipiſ. eamq; die ac nocte ſupauit quinto ac uiceſimo cõcubitu. In hominũ genere: maribuſ diuerticula ueneriſ excogitata om̃ia ſcelere nature: feminiſ uero abortuſ. Quantum in hac parte multo nocentioreſ q̃ fere ſumuſ. Viroſ auidioreſ ueneriſ hyeme: feminaſ eſtate. Heſioduſ prodidit. Coituſ auerſuſ Elephantiſ. Cameliſ. Tigribuſ. Lyncibuſ. Rhinoceroti. leoni. Daſipodi Cuniculiſ. quibuſ auerſa genitalia. Cameli etiam ſolitudineſ aut ſecreta certa petunt. neq; interuenire datur ſine pernicie. Coituſ tota die eſt tantum iiſ ex omnibuſ quibuſ ſolida ungula. In quadrupedum genere mareſ olfactuſ antecedit. Auertuutur & Caneſ. Phoce. Lupi. in medioq; coitu. Inuitiq; etiã coherent. Supradictorum plerunq; femine prioreſ ſuperueniũt. Reliquiſ mareſ. Vrſi autem ut dictũ eſt: humanituſ ſtrati. Hermacii ſtanteſ ambo inter ſe complexi. Feleſ mare ſtante femina ſubiacente. Vulpeſ in latere proiecte: maremq; femina amplexa. Taurorum ceruorumq; femine uim non tolerant. Ea decauſa ingrediuntur in conceptu. Cerui uiciſſim ad aliaſ tranſeunt: & ad prioreſ redeunt. Lacerte ut ea que ſine pedibuſ ſunt circũplexu ueneri nouerem. Omnia animalia quo maiore corpore: eo minuſ fecunda ſunt. Singuloſ gignunt Elephanti Cameli Equi. Archantiſ duodenoſ auiſ minima. Ociſſime pariunt: que plurimoſ gignũt. Quo maiuſ eſt animal tãto diutiuſ formatur in utero. Diutiuſ geſtantur quibuſ longiora ſunt uite ſpatia. neque creſcentium tempeſtiua ad generandum etaſ. Que ſolidaſ habent ungulaſ ſinguloſ: que biſulcaſ & geminoſ pariunt. Quorum in digitoſ pedum fiſſura diuiſa eſt eo numeroſiora in fetu. Sed ſuperiora omnia perfectoſ edunt partuſ. hec inchoatoſ. In quo ſũt genere Leene & uulpeſ. In forma etiam magiſ q̃m ſupradicta urſe pariunt. rarumq; eſt uidere pariẽteſ poſtea lambẽdo calefaciũt fetuſ õnia ea & figurãt pariũt plurimũ q̃ternoſ Cecoſ autẽ gignũt. Caueſ Lupi pathere. Thoeſ canum plura ſunt genera. laconice octauo menſe utrimque generant. fetunt. lxx. diebuſ & plurimum tribuſ menſibuſ. Cetere caneſ & ſemeſtreſ coitum patiuntur. Implentur omneſ uno coitu. Que ante iuſtum tempuſ concipere: diutiuſ cecoſ habent. catuloſ. nec omneſ eiſdem diebuſ. Exiſtimantur in urina attollere cruſ fere ſemeſtreſ. id eſt ſignum conſumati uirium roboriſ. femine hoc idem ſidenteſ. Partuſ duodeni: quibuſ numeroſiſſimi. Ceteriſ quini ſeni: aliquando ſinguli. quod prodigioſum putant. Sicut omneſ mareſ aut omneſ feminaſ gigni. Primoſ quoque mareſ pariunt. In ceteriſ alternat. Si ineant opportuno & recto menſe. Ineuntur a partu ſexto menſe. Octonoſ Laconice pariunt. Propria in eo genere maribuſ laboriſ alacritaſ. Viuunt laconici anniſ deniſ. femine duodeniſ Cetera genera quindecim annoſ aliquando uiginti. Nec tota ſua etate generant fere a duodecimo deſinenteſ. Felium & Ichneumonum reliqua ut Canum. Viuunt anniſ ſeniſ. Daſipodeſ omni menſe pariunt Et ſuperfetant. ſicut leporeſ. A partu ſtatim implentur. Concipiunt quamuiſ ubera ſiccante fetu. Pariunt non cecoſ. Elephanti ut diximuſ: pariūt ſinguloſ magnitudine Vituli Trimeſtriſ Cameli duodecim mēſibuſ ferunt a trimatu pariunt uere. Iterumq; poſt annum implentur a partu. Equaſ autē poſt tertium diem aut poſt unum ab enixu utiliter admitti putant. coguntq; inuitaſ. mulier ſeptima die concipere facilime creditur. Equarum iubaſ tonderi precipiunt ut aſinorum in coitum patiantur humilitatem. Comanteſ enim gloria ſuperbire. A coitu ſole animalium currunt: ex aduerſo aquilonum: auſtrorumue prout marem aut feminam concepere. Colorem ilico mutant rubriore pilo: uel quicunq; ſit: pleniore. Hoc argumento deſinunt admittere etiam uolenteſ nec impedit partuſ quaſdam ab opere: fallūtq; grauide. Viciſſe Olympia pregnantem equa in Hecratidiſ Theſſali inuenimuſ Equoſ & caneſ & ſueſ initum matutinū appetere. feminaſ autem poſt meridiem blandiri diligentioreſ tradunt. Equaſ domitaſ ſexaginta diebuſ equire. anteq̃ gregaleſ. ſueſ tantum coitu ſpumam ore fundere. Verrem ſubantiſ audita uoce niſi admittat᷑. cibum non capere uſque in maciem. Feminaſ tantum effetari: ut hominē lacerent. candida maxime ueſte indutum. Rabieſ ea aceto mitigatur nature aſperſo. Auiditaſ coituſ putatur ex cibiſ fieri. Sicut uiro Eruca. pecori cepa. Que ex feriſ mitigentur. non concipere: ut āſerreſ aproſ uero tarde. & Ceruoſ. nec niſi ab infantia educatoſ. Mirū eſt. quadrupedum pregnāteſ uentrem arcent. preter equam & Suem. Sed ſuper fetāt & Daſipuſ & Lepuſ tantum.

CAP. LXXII. De uaria generatione animalium.

Vecunq; animal pariunt: in capita gignunt: circumacto fetu ſub enixū. Alia in utero porrecta. Quadrupedeſ geſtantur extenſiſ ad longitudinem cruribuſ & ad aluum ſuā applicatiſ. Homo in ſemet conglobatuſ inter duo genua naribuſ ſitiſ Molaſ de quibuſ ante diximuſ: gigni putant: ubi mulier non ex mare: uerum ex ſemetipſa tantum conceperit. Ideo nec animari. quia nō ſit ex duobuſ. Altriceq; habere per ſe uitam illam que ſatiſ arboribuſq; cōtingat: ex omnibuſ que perfectoſ fetuſ uel tantoſ & innumeroſoſ edunt. Item plureſ contra naturam ſolidipedum aut biſulcorū.

CAP. LXXIII. De murium fetu mirabili & lacertarum partu.

Vpra cuncta eſt murium fetuſ haud ſine contatione dicenduſ. quāquam autore Ariſtotele & Alexandri magni militibuſ: generatio eorum lambendo conſtare: non coitu dicatur. Ex una genitoſ. cxx. tradiderunt apud perſaſ uero pregnanteſ ueneriſ patientiſ & utero parientiſ repertaſ. Et ſaliſ guſtatu fieri pregnanteſ opinantur. Ita deſinit mirum eſſe unde uiſ tanta meſſeſ populetur murium agreſtium In quibuſ illud quoque adhuc latet quonam modo illa multitudo repente occidat. nam nec exanimeſ reperiuntur. neque extat qui murem hyeme in agro effoderit. Plurimi itaq; ad Troadem perueniunt. Et iam inde fugauerunt accolaſ. Prouentuſ eorum ſiccitatibuſ tradunt. Et iam obituriſ uermiculum in capite gigni. Egyptiiſ muribuſ duruſ piluſ: ſicut Herinaceiſ. Idem bipedeſ ambulant ceu Alpini. Cum diuerſi quoq; generiſ coiere animalia: ita demum generant: ſi tempuſ naſcendi par habent. Quadrupedum oua gignentium Lacertam ore parere: ut creditur uulgo Ariſtoteleſ negat neq; incubant eedem oblite quo ſint in loco enixe. qm̄ huic animali nulla memoria. Itaq; catuli per ſe erumpunt.

CAP. LXXIIII. De ſpina hominiſ anguē naſci: & de ſalamādra.

Nguem ex medulla hominiſ ſpine gigni accepimuſ a multiſ. Pleraq; enim occulta & ceca origine proueniunt: etiam in quadrupedum genere. Sicut ſalamandra animal Lacerti figura ſtellatum nunquam niſi magniſ hymbribuſ prouenienſ. & ſerenitate deficienſ. Huic tantuſ rigor ut ignem tactum extinguat non alio modo q̄m glatieſ Eiuſdem ſanie: que lactea ore uomitur. quacunq; ꝑte corporiſ humani cótacta toti defluunt pili. Idq; quod contactum eſt: colorem in uitiliginem mutat.

CA. LXXV. De hiſ que naſcunt̃ ex ñ gēitiſ & que nata nihil gignūt.

Vecunq; uero gignuntur ex non genitiſ & ſine ulla ſimili origine ut ſupradicta: & quecunq; eſtaſ aut uer ſtatumq; tempuſ anni generant: ex iiſ quedam nihil gignunt ut ſalamandre. neq; eſt in iiſ genuſ maſculinum femineumue. Sicut neq; in Anguilliſ. omnibuſq; que nec animal nec ouū ex ſeſe generāt. Neutrum eſt & oſtreiſ genuſ & ceteriſ adherentibuſ uado uel ſaxo. Que autem per ſe generantur ſicuti infra mareſ ac feminaſ deſcripta ſūt. ita generant quidem ea aliquid coitu: ſed imperfectum & diſſimile: & ex quo nihil ampliuſ gignatur ut uermiculoſ muſce. Id magiſ declarant nature eoꝝ que inſecta dicunt̃. Ardue explanationiſ omnia & priuatim dicato opere narranda. Quapropter ut ingenium predictoꝝ ita & reliqua ſubtexet diſertatio.

CAP. LXXVI. De ſenſibuſ excellentibuſ ĩ q̄buſdam aĩalibuſ.

X ſenſibuſ ante cetera homini tactuſ: deinde guſtuſ. Reliquiſ ſuperatur a multiſ. Aquile clariuſ cernunt. Vultureſ ſagatiuſ odorātur. Liquidiuſ audiūt talpe obrute terra: tam denſo atque ſurdo nature elemento. Preterea uoce omnium in ſublime tendente ſermonem exaudiūt. Et ſi de iiſ loquare: intelligere etiam dicuntur & profugere. Audituſ cui hominum primo negatuſ eſt: huic & ſermoniſ uſuſ ablatuſ nec ſunt náturaliter ſurdi: ut non iidem ſint & muti. In mariniſ oſtreiſ auditum eſſe: non eſt ueriſimile. ſed ad ſonum mergere ſe ſolent. Ideo & ſilētiū in mari piſcantibuſ.

CAP. LXXVII. Audire & olfacere piſceſ & alia quædā.

Iſceſ quidem audituſ nec membra habent nec foramina. Audire tamen eoſ palam eſt. ut patet cum plauſu congregari feroſ ad cibum conſuetudine in quibuſdam uiuariiſ ſpectetur. Et in piſciniſ Ceſariſ genera piſtium ad nomen uenire. quoſdam ſinguloſ. Itaq; produntur etiam clariſſime audire. Mugil. Lupuſ. Salpa. Chroniſ. & ideo in uado uiuere. Olfactū iiſ eſſe manifeſtum patet. Quippe nó omneſ eadem eſca capiunt̃. Et priuſquam appetant: odorantur. Quoſdam & ſpeluncíſ latenteſ ſalſamēto illitiſ faucibuſ ſcopoli piſcator expellit: uelut ſui cadaueriſ agnitionem fugienteſ. Cóueniuntq; ex alto etiam ad quoſdam odoreſ. ut Sepiam uſtam & Polypum: que ob id coguntur in naſſaſ. Sentine quidem nautum odorem fugiunt procul. Maxime tamen piſcium ſanguinē. Non poteſt petriſ auelli Polypuſ. Idem cunila admota ab odore protinuſ reſilit. Purpure quoq; fetidiſ capiūt̃. Nam de reliquo animaliū genere qſ dubitet Cornuſ ceruini odore ſerpēteſ fugāt̃. ſed maxime ſtyraciſ origani aut calciſ aut ſulphuriſ formice necant̃. Culiceſ acida petunt: ad dulcia non aduolant.

CAP. LXXVIII. Tactū cómuem eſſe omnibuſ aĩalibuſ.

Actuſ ſenſuſ omnibuſ eſt etiam quibuſ nulluſ aliuſ. nam & oſtreiſ & terreſtribuſ uermibuſ. Quo exiſtmauerim omnibuſ ſenſum guſtuſ eſſe. Cur. n. alioſ alia ſaporeſ appetunt? In quo uel precipua nature architectiq; uiſ. Alia dētibuſ predantur Alia unguibuſ. Alia roſtri aduncitate capiunt. Alia latitudine ruunt: Alia acumine excauant. Alia ſuggunt. Alia lambunt. Sorbent. Mandunt. Vorant. Nec minor uarietaſ in pedum miniſterio: ut rapiāt. diſtrahant. teneant. premāt. pendeāt: cellurē ſcabere non ceſſent.

CA. LXXIX. Quæ ueneniſ & quæ terra uiuūt.

Eneniſ capree & Coturniceſ ut diximuſ: pingueſcunt placidiſſima animalia. At ſerpenteſ ouiſ. Spectanda quidem draconum arte. Aut enim ſolida hauriunt: ſi iam fauceſ capiunt. Que deinde in ſemet conuoluti frangunt intuſ atq; ita putamina extuſſiunt. Aut ſi tenerior eſt & catuli adhuc etaſ orbe apprehenſa ſpira: ita ſenſim uehementerq; preſtringunt: ut amputata parte ceu ferro: reliquā que amplexu tenet: ſorbeant. Simili modo auibuſ deuoratiſ ſolidiſ contētione plurima. & cetera oſſa reuomunt. Scorpioneſ terra uiuunt. Serpenteſ cum occaſio eſt: uinum precipue appetunt. cum alioqui exiguo indigeant potu. Eedem minimo & pene nullo cibo cum adſeruantur incluſe. Sicuti aranei quoq;: alioqui ſuctu uiuenteſ. Ideo nullum interit fame aut ſiti uenenatum. Nam neq; caloriſ uim habent: neq; ſanguiniſ neq; ſudoriſ que auiditatem naturalem ſale augent. In quo genere omnia magiſ exitialia. ſi ſuū genuſ edere: antequam noceant. Condit in theſauroſ maxillarum cibum ſpongionum & Satyrorum genuſ. Mox inde ſenſim ad mandendum manibuſ exprimit. Et quod Formiciſ in annum ſollēne eſt: hiſ in dieſ uel horaſ.

CA. LXXX. De cibo & potu quorūdam animaliū.

Num animal digitoſ habentium herba alitur lepuſ: ſed & fruge. Solidipedeſ & biſulci Sueſ omī cibatu & radicibuſ. ſolidipedum uolutatio propria: Serratorū dentium carniuora ſunt omnia. Vrſi & fruge: frōde: uindemia. pomiſ: uiuunt. & apibuſ cancriſ etiam & formiciſ. lupi ut diximuſ & terra in fame. Pecuſ potu pingueſcit ideo ſal illiſ aptiſſimuſ. Item ueterina quanq̄ & fruge & herba: ſed ut bibere: ſe cedūt Ruminant preter iam dicta. ſilueſtrium Cerui cum a nobiſ aluntur omnia autem iacentia potiuſ quam ſtantia. & hyeme magiſ q̄ eſtate. ſepteniſ fere menſibuſ. Pontici quoq; mureſ ſimili modo remandunt. In potu quibuſ ſerrati denteſ lābunt. Et mureſ hi uulgareſ: quamuiſ ex alio genere ſint. Quibuſ continui denteſ ſorbēt: ut equi: boueſ. Neutrum urſi: ſed aquā quoq; morſu uorant In Afrca maior parſ ferarū eſtate non bibunt inopia hymbrium. Quam ob cauſam capti mureſ lybici ſi biberīt moriūt. Orygem perpetuo ſitientem Africa generat: ex natura loci potu carētem cū mirabili modo ad remedia ſitientium. Namq; Getuli latroneſ eo durāt auxilio reptiſ in corpore eorū ſaluberrimi liquoriſ hauſtu ueſiciſ. Inſidūt in eadem Africa Pardi cōdēſa arbore: occultatiq; eiuſ ramiſ in pretereuntia deſiliūt. atq; e uolucrum cede craſſātur. Feleſ quidem quo ſilentio q̄ lenibuſ ueſtigiiſ obrepūt auibuſ: quā occulto ſpeculatu in muſculoſ exiliunt: Excrementa ſua effoſſa obruunt terra: intelligenteſ odorē illū indicē ſui eſſe. Ergo & alio ſenſuſ quoſdā eſſe q̄ ſupradictoſ: haud difficulter apparet.

CA. LXXXI. Que inter ſe diſſideāt & que cōueniāt.

Vnt enim quedā iiſ bella: amicitieq;: unde & affectuſ preter illa que de q̄buſq; eorum ſuiſ diximuſ lociſ. Diſſident oloreſ & Aquile. Coruuſ & Cloreuſ noctu inuicem oua exquirenteſ. Simili modo coruuſ & Miluuſ. illo preripiente huic ciboſ. Corniceſ & noctua. Aquile & Trochiluſ. ſi credimuſ: quoniam rex appellat̄ auium

Noctue & cetere minoreſ aueſ. Rurſuſ cum terreſtribuſ Muſtela & cornix. turtur & Pyraliſ. Ichneumoneſ & ueſpe. Phalangeſ & aranei. aquatice anateſ & gauie Harpe & triorcheſ accipiter. Soriceſ & Ardeole inuicē fetibuſ inſidianteſ. Egithuſ auiſ minima cū aſino. ſpinetiſ enim ſe ſcabēdi cauſa atterēſ: nidoſ eiuſ diſſipat: quod illa adeo pauet: ut uoce ōmino rudentiſ audita: oua eiciat. pulli ipſi metu cadat. Igiť aduolanſ: ulcera eiuſ roſtro excauat. Vulpeſ & Milui. angueſ & Muſtele & Sueſ. Eſalon uocatur parua auiſ oua corui frangēſ. cuiuſ pulli infeſtantur a uulpibuſ. Inuicem hec catuloſ eiuſ ipſāq; uellit. Quod ubi uiderint corui: contra auxiliātur: uelut aduerſuſ communem hoſtem. Et achanthiſ in ſpiniſ uiuit. idcirco aſinoſ & ipſa odit floreſ ſpine deuoranteſ. Egithum uero in tantum ut ſanguinem eorum credant non coire: multiſq; ob id ueneficiiſ infamēt. Diſſidēt Thoeſ & Leoneſ. Et minima eque ac maxima: Formicoſam arborem ſoriceſ cauent. librat araneuſ ſe filo in caput ſerpentiſ porrecte ſub umbra arboriſ ſue: tantaq; ui morſu cerebrū apprehēdit: ut ſtridenſ ſubinde: ac uertigine rotata ne filum quidem deſuper pendentiſ rumpere adeo non fugere queat. nec finiſ ante mortē eſt. Rurſuſ amici pauoneſ & Colūbe. ťtureſ & Pſitaci Merule & turdi. Cornix & ardeole. Contra Vulpium genuſ cōmunibuſ inimiciciiſ. Harpe & Miluuſ contra Triorchin. Quin & affectuſ inditia ſunt etiam in ſerpentibuſ immitiſſimo animalium genere. Dicta ſunt que arcadia narrat de dño a dracone ſeruato: & agnito uoce hominiſ. De aſpide miraculū a Philarcho traditur Iſ enim autor eſt: cum ad menſam cuiuſdam uenienſ: in Egypto aleret aſſidue enixā catuloſ. quorum ab uno filium hoſpitiſ interemptum. illam reuerſā ad conſuetudinē cibi: intellexiſſe culpam. & necem intuliſſe catulo. nec poſtea in tectum reuerſam.

Aranei ui morſuq; ſerpētem detinexi ut ne filū rūpe queat

CAP. LXXXII. De ſomno animalium.

Omni queſtio non obſcuram coniectationem habet. In terreſtribuſ omnia: que cor habent: dormire manifeſtum eſt. Aquatilium quoq; exiguum quiddā etiam qui de ceteriſ dubitant: dormire tamen exiſtimant: non oculorum argumento quia non habent genaſ: uerum ipſa quiete cernuntur placida ceu ſoporata neq; alia quam caudaſ mouentia. & ad tumultum aliquem expauentia. De thinniſ cōfidētiuſ affirmatur. Iuxta ripaſ enim aut petraſ dormiunt. plani autem piſcium in uado ut manu ſepe tollantur. nam & delphini baleneq; ſtertenteſ etiam audiuntur Inſecta quoq; dormire ſilencio apparet: quia nec luminibuſ quidē ad motiſ excitentur. Homo genituſ premitur ſomno per aliquot menſeſ. Deinde longior in dieſ uigilia exſomniat ſtatim infanſ. nam & pauore expergiſcitur. & ſuctum imitatur. Quidam uero nūquā quibuſ mortiferum fuiſſe ſignum contra cōſuetudinem ſōniorum inuenimuſ exēpla Magnuſ hic inuitat locuſ & diuerſiſ refertuſ documentiſ utrum ne ſint aliqua preſcita animi quieſcentiſ. Qua fiant ratione: an fortuita reſ ſit ut pleraq;: Et ſi exēpliſ agať: profecto paria fiant A uino & a cibiſ proxima atq; in redormitione uana eſſe uiſa prope cōuenit. Eſt autem ſomnuſ nihil aliud quā animi in mediū ſeſe receſſuſ. preter hominem ſomniare equoſ: caneſ: boueſ: pecora: capraſ: palam eſt. ob hoc creditur & in oībuſ que animal pariūt. De iiſ que oua gignūt incertū eſt. Sed dormire ea certū Verum & ad inſecta tranſeamuſ. hec nanq; reſtant in menſe ſubtilitatiſ animalia.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER
DECIMVS DE VOLVCRVM GENERIBVS FINIT. INCIPIT
VNDECIMVS DE INSECTIS ANIMALIBVS FOELICITER.

CAP. I. De inſectorum genere.

Eſtant immenſe ſubtilitatiſ animalia quãdo aliqui ea neq; ſpirare & ſine ſanguine eſſe etiam prodiderunt. Multa hec & multigena terreſtrium uolucrumq; uita. Alia pennata ut Apeſ. Alia utroq; modo ut formice. Aliqua & penniſ & pedibuſ carentia. Et uire omnia inſecta appellata ab inciſuriſ: que nunc ceruicum loco: nũc pectorum atq; alui precincta ſeparant mẽbra tenui modo fiſtula coherentia. Aliquibuſ uero non tota inciſura eaſ ambiente rugaſ: ſed in aluo aut ſuperne tantum imbricatiſ flexilium uertebriſ. nuſq̃ alibi ſpectatiore nature rerum artifitio.

CAP. II. De ſubtilitate nature in inſectiſ.

N magniſ ſiquidẽ corpibuſ aut certe maioribuſ facile officia ſeq̃ci materia fuit. In hiſ uero tam paruiſ atq; tam nulliſ que ratio quanta uiſ? tam inextricabiliſ perfectio. Vbi tot ſẽſuſ collocauit in culice? Et ſunt alia dictu minora. Sed ubi uiſum in ea pretendit? Vbi guſtatum applicauit? Vbi odoratum inſeruit? Vbi uero truculentam illam & portione maximã uocẽ ingenerauit? Qua ſubtilitate pennaſ adnexuit Prelongauit pedum crura? Diſpoſuit ieiunam cauam uti aluum? Auida in ſanguiniſ & potiſſimum humani ſitim accendit? Telum uero perfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio? Atq; ut in capaci cum cerni non poſſit exiliataſ. ita reciproca generauit arte ut fodiendo acuminatum pariter ſorbendoq; fiſtuloſum eſſet? Quoſ Teredini ad perforanda robora cũ ſono teſte. denteſ affixit? potiſſimumq; e ligno cibatum fecit? Sed turrigeroſ Elephantorum miramur humeroſ. Taurorumq; colla: & truceſ in ſublime iactuſ. Tigrium rapinaſ. Leonum iubaſ. Cum rerum natura nuſq̃ magiſq̃ in minimiſ tota ſit. Quaꝓpter queſo ne noſtra legenteſ. qm̃ ex hiſ ſpernũt multa etiam: reliqua faſtidio dãnent: cũ in contemplatione nature nihil poſſit uideri ſuperuacuũ.

Teredo

CAP. III. Vtrum inſecta ſpirent an habeant ſanguinem.

Nſecta multi negarũt ſpirare. id ratione perſuadenteſ: quoniam uiſceri interiori nexuſ ſpirabiliſ nõ ĩeſſet. Itaq; uiuere ut frugeſ arboreſq;. Sed plurimũ ĩtereſſe: ſpiret aliquid: an uiuat. Eadem de cauſa nec ſanguinem iſ eſſe: qui ſit nulliſ carẽtibuſ corde aut iecore. Sic nec ſpirare ea quibuſ pulmo deſit. Vnde numeroſa queſtionum serieſ exoritur. Iidem enim & uocẽ eſſe. iſ negant in tanto murmure Apum. Cicadarũ ſono. & aliiſ: que ſuiſ eſtimabuntur lociſ. Nam mihi contuenti ſemper ſua ſit rerum natura nihil incredibile exiſtimare de ea. Nec uideo cur magiſ non poſſint trahere animam talia & uiuere: q̃ ſpirare ſine uiſceribuſ. Quod etiam in mariniſ docuimuſ: quãuiſ arcẽte ſpiritũ dẽſitate & altitudĩe humoriſ. Volare quidem aliqua & animatu carere in ipſo ſpiritu uiuentia? Habere ſenſum uictuſ generationiſ atq; operiſ & de futuro etiam curam. Et quamuiſ non ſint membra: que uelut carina ſenſuſ inuehant: eſſe tamen iſ auditum. olfactum. guſtatum. eximia preterea nature dona: ſollerciam animum artem: quiſ facile crediderit? ſanguinem non eſſe iſ fateor ſicut ne terreſtribuſ quidem cunctiſ inter ſe ſimilem tamen: ut ſepie in mari ſanguiniſ uireſ attramentum obtinet: purpurarum generi inſector ille ſuccuſ: ſic inſectiſ quiſquiſ eſt uitaliſ humor hic erit ſanguiſ: Sed exiſtĩatio ſua cuiq; ſit. Nobiſ propoſitũ eſt naturaſ rerum manifeſtaſ indicare non cauſaſ iudicare dubiaſ.

CAP. IIII. De corpore inſectorum.

Nſecta ut intelligi poſſit non uidentur neruoſ habere: nec oſſa nec ſpinaſ nec cartilaginem nec pinguia. nec carneſ nec cruſtam quidem fragilem: ut quedam marina. nec iure dicẽt cutiſ. Sed medie cuiuſdã inter omnia hec nature corpuſ arẽti ſimile neruo molliuſ in reliquiſ partibuſ ſuiſ ueriuſ quam duriuſ. Et hoc ſolum iiſ eſt. nec preterea aliud. Nihil intuſ niſi admodum paucis inteſtinum implicatum. Itaq; diuulſiſ precipua uiuacitaſ & partium ſingularum palpitatio. Quia quecunq; eſt ratio uitaliſ illa non certiſ ineſt membriſ: ſed toto in corpore. Minime tamen capite. Solũq; non mouetur niſi cum pectore auulſum. In nullo genere pluteſ ſunt pedeſ. Et quibuſ ex iiſ plurimi: diutiuſ uiuunt diuulſa: ut in ſcolopendriſ uidemuſ. Habent autẽ oculoſ preterq; ſenſuſ tactum & guſtatum aliqua & odoratum pauca & auditum.

CAP. V. De apibuſ & labore earum.

Ed ĩter omnia principatuſ apibuſ & iure precipua admiratio. Soliſ ex eo genere hominũ cauſa genitiſ. Mella contrahunt ſuccumq; dulciſſimũ atq; ſubtiliſſimum ac ſaluberrimum. Fauoſ cõfingunt & ceraſ. ſimul ad uſuſ uite laborẽ tolerãt. Opera cõficiũt. Rempublicã habent. Cõſilia priuatim. Ac duceſ gregatim. Et quod maxime mirum ſit: moreſ habẽt. Preterea cum ſint neq; manſueti generiſ neq; feri: tamẽ tanta eſt natura rerum ut prope ex umbra minimi animaliſ incomparabile effecerit quidam quoſ efficatie induſtrieq; tante comparemuſ neruoſ? quaſ uireſ? quoſ ratione mediuſ fidiuſ uiroſ? hoc certe preſtãtioribuſ quo nihil nouere niſi commune. Non ſit de anima queſtio? conſtet & de ſanguine: q̃tulum tamen eſſe in tantuliſ poteſt. Eſtimemuſ poſtea ingenium.

CAP. VI. Qui ordo nature in apibuſ.

Yeme condũtur. Vnde enim ad pruinaſ niueſq; & aquilonum flatuſ perferẽdoſ uireſ? Sane & inſecta omnia: ſed minuſ: diuq; pietibuſ noſtriſ occultata mature tepefiunt. Circa apeſ aut temporum locorumue ratio mutata eſt: Aut errauerũt prioreſ. Conduntur a uergiliarum occaſu. ſed latent ultra exortum. adeo non ad ueriſ initium ut dixere nec ut quiſquam in Italia de alueiſ exiſtimat. ante fabaſ florenteſ non exeunt ad opera & laboreſ. nulluſq; cum per celum licuit ocio perit dieſ. Primum itaq; fauoſ conſtruunt. ceram fingunt. hoc eſt domoſ cellaſq; faciunt. Deinde ſobolem. Poſtea mella. Ceram ex floribuſ. Melligenẽ a lachrymiſ arborum que glutinũ pariũt ſaliciſ ulmi arundiniſ ſucco: gummi reſina. Iiſ primum alueum ipſum intuſ totum ut quodam tectorio illinunt. & aliiſ amarioribuſ ſucciſ contra aliaꝝ beſtialarũ auiditateſ. id ſe facturaſ cõſcie quod cõcupiſci poſſit. Iiſ deinde foreſ quoq; latioreſ circũſtruunt.

CAP. VII. De uocabuliſ operiſ apum.

Rima fũdamẽta opiſ Metyn uocant periti. Secũda Piſſoceron. Tertia Propolin. Inter coria ceraſq; magni ad medicamĩa uſuſ. Metyſ cruſta ẽ p̉ma ſaporiſ amari Piſſoceroſ ſuper eam uenit picantiũ modo ceu dilutior cere ſitiũ populorũq; mitiore gummi. Propoliſ craſſioriſ iam materie additiſ floribuſ. nundum tamẽ cera. ſed fauorũ ſtabilimentum: qua omneſ frigoriſ aut iniurie adituſ obſtruuntur. odore etiam nunc graui. ut qua pleriq; ꝓ Galbano utantur. Preter hec conuehitur erythace quam alii Sandaracam. alii Cerinthum uocant. Hic erit apum dum operantur cibuſ: qui ſepe inuenitur in fauorum inanitatibuſ ſepoſitiſ. & ipſe amari ſaporiſ: ſed plenuſ humoriſ cibuſ. Gignitur autem rore uerno. & arborũ ſucco gũmi modo. Africi minor. Auſtri flatu nigrior. Aquilonibuſ melior & rubenſ. Plurimum in Greciſ nucibuſ Menecrateſ florẽ ait eſſe future meſſiſ indicium. ſed nemo preter eum.

CAP. VIII. Ex quibuſ floribuſ opera fingant apeſ.

Eraſ ex omnium arborum ſatorumq; floribuſ confingunt: excepta Rumice & Clenopde. Herbarũ hec genera. Falſo excipitur Spartũ. quippe cũ Hiſpania multa in Spartaruſ mella: herbā eam ſapiunt. Falſo & oleaſ excipi arbitror. Quippe oliue prouentu plurima examina gigni certū eſt. Fructibuſ nulliſ nocet. Mortuiſ ne floribuſ quidem non modo corporibuſ inſidunt. Operantur intra. lx. paſſuſ. Et ſubinde conſumptiſ in proximo floribuſ: ſpeculatoreſ ad pabula ulteriora mittunt.

CAP. VIIII. De amatoribuſ apum.

Octu deprehenſe in ex peditione excubant ſupine ut alaſ a rore protegant.

Ne quiſ miretur amore earum captoſ Ariſtomachum Solenſem duo de. xl. ānis nihil aliud egiſſe. Hyliſcum uero Thaſium in deſertiſ apeſ colentem Agrium cognominatum. qui ambo ſcripſere de iiſ.

CAP. X. De ratione operiſ apum.

Atio operiſ: interdiu ſtatio ad portaſ more caſtrorū. Noctu quieſ in matutinū donec una excitet omneſ gemino aut triplici bombo: aut buccino aliquo. Tūc uniuerſe prouolant: ſi dieſ mitiſ futuruſ eſt: prediuinant enim uentoſ hymbreſq;. & tunc ſe continent tectiſ. Itaq; tēperie celi: hanc enim inter preſcita habent. cū agmē ad opera proceſſit: alie floreſ aggerūt pedibuſ. alie aquā ore guttaſq; lanugīe totiuſ corporiſ. Quarū adoleſcētioreſ ad opera exeūt. & ſupradicta conuehunt. Senioreſ intuſ operantur. Que floreſ comportant: prioribuſ pedibuſ femina onorant ꝓpter id natura ſcabra. pedeſ prioreſ. roſtro. toteq; onuſte remeāt: ſarcina pādate. Excipiūt eaſ terne. quaterneq; exonerant. Sunt enim intuſ quoq; officia diuiſa. Alie ſtruunt: Alie pollunt. Alie ſuggerunt. Alie cibū cōparant ex eo: quod allatū eſt. Neq; enim ſeparatim ueſcuntur ne inequalitaſ operiſ aut cibi fiat & temporiſ. Struunt rurſuſ ea orſa concameratione alui textumq; uel uſq; ad ſumma tecta deducūt. limitibuſ biniſ circa ſinguloſ actuſ: ut aliiſ intrent: aliiſ exeāt. Faui ſuperiore parte affixi: & paululū etiam lateribuſ ſimul herent: & pendent una alueum nō contingunt. nūc obliq nunc rotundi qualiter poſcit alueuſ. Aliquādo & duorū generum: cum duo examīa cōcordibuſ populiſ diſſimileſ habuere rituſ. Ruenteſ ceraſ fultiūt pilarū īſtar īteriuſ a ſolo fornicatiſ: ut ſit adituſ adſartiendum. Primi fere treſ uerſuſ inaneſ ſtruūtur: ne promptum ſit: quod inuitet furantem. nouiſſimi maxime implentur melle: ideoq auerſo alueo faui eximuntur. Gerule ſecundoſ flatuſ captant. Si cooriatur procella: apprehenſiſ peduſculo lapilliſ ſe librant. Quidā in humeroſ eū imponi tradūt. Iuxta uero terrā uolāt in aduerſo flatu uepribuſ hebetato. Mira obſeruatio operiſ. Ceſſātiū inertiam notant. Caſtigant. Mox & puniunt morte: Mira mundicia. Amoliunt ōia e medio. Nulleq; inter opera ſpurcicie iacent. Quin & excrementa operantium intuſ ne longiuſ recedant: unum congeſta in locum turbidiſ diebuſ & operiſ ocio egerunt. Cum inueſperaſcit: in alueo ſtrepunt minuſ ac minuſ donec una circūuolet: eodē quo excitauit bombo: ceu quietem capere imperanſ. Et hoc caſtrorum more. Tūc repēte omneſ conticeſcunt. Domoſ primum plebeiſ exedificant. deinde regibuſ.

CA. XI. De fuciſ: & regiſ ac celliſ apum.

I ſperatur largior ꝓuentuſ: adiiciunt contubernia & fuciſ. He cellarū minime ſed ipſi maioraſ apibuſ. Sunt autem fuci ſine aculeo uelut imperfecte apeſ. nouiſſime a feſſiſ & iam emeritiſ inchoate: Serotinuſ fetuſ & quaſi ſeruitia uerarū apiū. Quamobrem imperant iiſ. primoſq; in opera expellūt. tardanteſ ſine clemētia puniūt. Neq; ī opere tantū. ſed in fetu coadiuuant eaſ: multū ad calorem conferēte turba. Certe quo maior eorū fuerit multitudo. eo maior fiet examinum prouentuſ: Cū mella ceperint matureſcere: abigunt eoſ. Multe ſinguloſ aggreſſe trucidant. Nec id genuſ niſi uere conſpicitur. Fucuſ adēptiſ aliiſ in alueū reiectuſ ipſe ceteriſ adimit. Regiaſ

Imperatoribuſ futuriſ in una parte aluei extruunt. amplaſ magnificaſ ſeparataſ. tuberculo. eminẽteſ. Quod ſi exprimatur: non gignuntur ſoboleſ. Sexangule omneſ celle. a ſingulorum ee pedum opere. Nihil horum ſtatuto tempore. ſed rapiũt: diebuſ ſereniſ munia. & melle uno alteroue ſummum die cellaſ replent.

CAP. XII. Que natura ſit melliſ.

Enit hoc ex aere. & maxime ſyderum exortu. precipueq; in ipſo Syrio explẽdente fit. nec omnino priuſ Vergiliarum exortu ſublucaniſ temporibuſ. Itaq; cũ prima aurora folia arborum melle roſcida inueniũt: Ac ſiqui matutino ſub diuo fuere. unctaſ liquore ueſteſ: capilliumq; concretum ſentiunt. Siue ille eſt celi ſudor: ſiue quedam ſyderum ſiliua: ſiue purgantiſ ſe aeriſ ſucuſ: ſiue aque eſt & puruſ ac liqduſ & ſue nature: qualiſ defluit primo. Nunc uero e tanta cadenſ altitudine multumq; dũ uenit ſordeſcenſ & obuio terre halitu infectuſ preterea a frõde ac pabuliſ potuſ: & ĩ uterculoſ congeſtuſ apũ. ore enim eũ uomũt: ad hec ſucco florũ corruptuſ & alueiſ maceratuſ: totienſq; mutatuſ: magnã tamen celeſtiſ nature uoluptatẽ affert.

CA. XIII. Que ſint optima mella.

Bi optimuſ ſemper ubi optimorum dolioliſ florum conditur. Attice regioniſ hic & Sicule Hymeto & Hybla ab lociſ. Mox Calimne inſula. Eſt aũt ĩitio mel ut aq̃ dilutũ. & primiſ diebuſ feruet ut muſta ſeq; purgat. Viceſimo die craſſeſcit. Mox obducitur tenui membrana qua feruoriſ ipſiuſ ſpuma concreſcit. Sorbetur optimũ & minime fronde infectum e Quercuſ Tilie. Arundinum foliſ.

CAP. XIIII. Que genera melliſ in ſinguliſ.

Vmma quidem bonitatiſ natione conſtat ut ſupra diximuſ pluribuſ modiſ. Aliubi enim faui cera ſpectabileſ gignuntur ut in Peligniſ Sicilia. Aliubi melliſ copia: ut in creta. Cyprio Africa. Aliubi magnitudine: ut in ſeptentrionalibuſ: uiſo iam in Germania octo pedum longitudiniſ fauo. In caua parte nigro. In quocunq; tñ tractu terna ſunt melliſ genera. Vernũ ex floribuſ conſtructo fauo. qđ ideo uocat̃ Anthinũ. Hoc quidam attingi uetant ut largo alimento ualida exeat ſoboleſ. Alii ex nullo minuſ apibuſ relinquũt: quoniam magna ſequatur ubertaſ magnorum ſyderũ exortu. Preterea ſolſtitio cum Thimuſ & uua florere incipiũt: precipua cellaꝝ materia. Eſt autẽ in eximendiſ fauiſ neceſſaria diſpenſatio: quoniam ĩopia cibi deſparãt moriunt̃q;. aut effugiunt. Contra copia ignauiam affert. Maciem melle nõ Erytace paſcunt. Qui autem ſunt diligentioreſ: ex hac uindemia duodecimam partem apibuſ relinquũt. Dieſ ſtatutuſ inchoandi ut quadam lege nature ſi ſcire. aut obſeruare homineſ uelint: triceſimuſ ab educto examine. fereq; Maio menſe includit̃ hec uindemia Alterũ genuſ eſt melliſ eſtiui quod ideo uocat̃ Horeũ a tempeſtiuitate precipua ipſo ſirio explendeſcẽte poſt ſolſtitiũ diebuſ. xxx. fere. Immẽſa circa hoc ſubtilitaſ nature mortalibuſ patefacta eſt: niſi frauſ hominum cuncta pernicie corrumperet. Nanq; ab exortu ſyderiſ cuiuſcunq;: ſed nobilium maxime aut celeſtiſ arcuſ ſi non ſequãtur hymbreſ: ſed roſ tepeſcat ſoliſ radiuſ medicamẽta non mella gignũtur oculiſ ulceribuſ: interniſq; uiſceribuſ: dona celeſtia. Quod ſi ſeruet̃ hoc ſirio exoriẽte: caſuq; cõgruat in eundem diem ut ſepe ueneriſ aut Iouiſ Mercuriue exotuſ non alia ſuauitaſ. uſuſq; mortaliũ maliſ a morte uocãdiſ q̃ diuini nectariſ fiat. Mel plenilunio uberiuſ capit̃ Serena die pinguiuſ. In omni melle quod per ſe fluxit ut muſtũ oleũq; appellaturq; Tacitum. maxime laudabile eſt. Eſtiuũ omne rutilũ ut diebuſ confectũ ſiccioribuſ. Aptiſſimũ ĩ eſtimatione e Thymo coloriſ aurei. ſaporiſ gratiſſimi cũ ſit palã dolioliſ. pingue. Marinoe rore ſpiſſũ. Quod concreſcit aũt: hoc minime laudat̃. Thymoſum non coit : & tactu pretenuia fila mittit. Quod primum grauitatiſ argumentum eſt: abrumpi ſtatim & reſilire guttaſ : uilitatiſ indicium habetur. Sequenſ probatio ut ſit odoratum & ex dulce reglutinoſum perlucidum. Eſtiua mellatione decimam partem Thaſio Dionyſio apibuſ relinq placet: Si pleni fuerit aluei. Si minuſ: pro rata portione. aut ſi maneſ : omnino non attingi. huic uindemie Attici ſignum dedere initium caprifici diem Vulcano ſacrum. Tertium genuſ melliſ minimeprobatum. ſilueſtre. quod Ericeum uocant. Conuehitur poſt primoſ Autūni hymbreſ cum Erica ſola floret in ſiluiſ : ob id arenoſo ſmile. Gignitur id maxime Arcturi exortu a pridie Iduſ ſeptēbriſ. Quidam eſtiuam mellationem ad Arcturi exortū proferunt quoniam ad egnoctium Autmuni ab eo ſuperſunt dieſ. xiiii. Et ab equinoctio ad uergiliarum occaſū diebuſ xlviii. Plurimi Syderitem. Athenienſeſ Tetradicem appellant. Euboea Siſarum putanq; apibuſ eſſe gratiſſimam. fortaſſiſ quia tunc nulla alia ſit copia: Hec ergo mellatio fine uindemie & Vergiliarum occaſu Idibuſ nouembriſ fere includitur. Relinqui ex ea duaſ parteſ apibuſ ratio perſuadet & ſēp eaſ ꝑteſ fauorꝝ: que habeāt erythacen A Bruma ad Arcturi exortūdiebuſ. lx. ſumno alūtur: ſine ullo cibo Ab arcturi exortu ad equinoctium uernum tepidiore tractu iam uigilant. Sed etiā tūc alueo ſe cōtinēt ſeruatuſq; in id tempuſ ciboſ repetunt. In Italia uero hoc idem a uergiliarum exortu faciunt. & in eum dormiunt. Alueoſ quidam in eximendo melle expendunt: ita dirimēteſ quantum relinquant. Equitaſ etiam in eiſ abſtringitur. Feruntq; ſocietate fraudata alueoſ mori.

CAP. XV. Quomodo eximantur mella tempore uindemiationiſ.

N primiſ precipit̄ ut lauti puriq; eximāt mella. Furē & mulierum menſeſ odere. Cum eximuntur mella: apeſ abigi fumo utiliſſimū : ne iraſcantur. aut ipſe auide uorent. Fumo crebriore etiā ignauia earū excitatur ad opera. Nam ubi incubauere fauoſ liuidoſ faciunt. Rurſuſ nimio fumo inficiuntur. quarum iniuriam celerrime ſentiunt mella : uel minimo contactu roriſ aceſcentia. Et ob id inter genera ſeruatur qđ Acraton uocant. Albū mel non fit quod bibimū eſt. Sed oculiſ & ulceribuſ aptiſſimū.

CAP. XVI. Quomodo apeſ generent:

Etuſ quonam modo progenerarent: magna inter eruditus & ſubtiliſ queſtio fuit. Apum enim coituſ: uiſuſ eſt nunquam Pluréſ exiſtimauere : oportere confici floribuſ compoſitiſ: apte atq; utiliter. Aliqui coitu uniuſ : qui Rex in quoq; appelletur examine. Hunc eſſe ſolum marem precipua magnitudine: ne fatiſcat. Ideo fetum ſine eo non edi. apeſq; reliquaſ tanquam marem feminaſ comitari. non tanquam ducem Quā ꝓbabilē aliaſ ſentētiā fucorū euētuſ coarguit. Que enim ratio ut idēcoituſ alioſ perfectoſ īpfectoſ generet alioſ? Propior uero ṗor exiſtimatio fieret : ni rurſuſ alia difficultaſ occurreret. Quippe naſcuntur aliquando in extremiſ fauiſ opeſ grādioreſ que ceteraſ fugant. Oeſtruſ uocatur hoc malum. quonā modo naſcenſ: ſi ipſe ſe figūt? Quod certum eſt. gallinarum modo incubant. Id quod excluſum eſt primum uermiculuſ uidetur candiduſ iacenſ tranuerſuſ adherenſq; ita ut paſcere uideatur. Rex ſtatī mellei coloriſ ut electo flore ex omni copia factuſ. neq; uermiculuſ. ſed ſtatim pēniger. Cetera turba cū formā capere cepit: Nymphe uocant̄: ut fuci Sireneſ atq; Cepheneſ. Si quiſ alterutriſ capita demat priuſ quā pennaſ habeant : progratiſſimo ſunt pabulo matribuſ. Tempore procedente: inſtillant ciboſ atq; incubant tum maxime murmurantes : caloriſ ut putant faciendi gratia : neceſſarii excludendiſ pulliſ . donec ruptiſ membraniſ que ſinguloſ cingunt ouorū modo uniuerſum agmen emergat. Spectatū hoc Rome Conſularıſ cuiuſdam ſuburbano alueiſ cornu laterne tranſ lucido factiſ. Fetuſ intra. xlv. diem peragitur. Fit in fauiſ quibuſdam qui uocatur cleruſ amare duricia cere: cum fetũ inde non eduxere morbo aut ignauia: aut in fecunditate naturali. Hic eſt abortuſ apum: Protinuſ autem educti operantur quadam diſciplina cum matribuſ. Regemq; iuuenem equaliſ turba comitatur. Regeſ pluref inchoantur nec deſunt. Poſtea ex iiſ ſoboleſ cum adulta eſſe cepit concordi ſuffragio teterrimoſ necãt: ne diſtrahant agmina. Duo autem genera eorum. Melior niger. uariuſq;. Omnibuſ forma ſemꝑ egregia. & duplo q̃ ceteriſ maior. Penne breuioreſ. crura recta. igreſſuſ celſior. In fõnte macula quodã diademate cãdicãſ. Mulũ etiã nitore a uulgo differunt. Querat nunc aliquiſ unuſ ne Herculeſ fuerit? Et quod liberipatriſ ſepulchrum? & reliq̃ uetuſtatiſ ſitu obruta. Ecce in re parua: uilliſq; noſtriſ annexa. cuiuſ aſſidua copia eſt non conſtat iner autoreſ: Rex nullum ne ſoluſ habeat aculeũ maieſtate tãtũ armatuſ. an dederit eum q̄dem natura: ſed uſum illi tantum negauerit. Illud conſtat: Imperatorem aculeo non uti. Mira plebei circa eum obedientia: cum ꝓcedit una eſt. Totum examen circa eum conglobat̃. Cingit. protegit. cerni non patitur. Reliquo tempore cum populuſ in labore eſt: ipſe opera intuſ circuit ſimliſ exhortanti ſoluſ immuniſ. Circa eum ſatelliteſ quidam. lictoreſq; aſſidua cuſtodienteſ autoritae. Procedit foraſ non niſi migraturo examine. Id multo intelligitur ante aliquot diebuſ murmure intuſ ſtrepente apparatuſ indicio diem tempeſtiuum eligentium: Siquiſ alam ei detrũcet: non fugiet examen. Cum proceſſere ſe queq; proximam illi cupit eſſe. & in officio conſpici gaudet. Feſſum humeriſ ſubleuant. Validiuſ fatigatum ex toto portãt. Siq̃ laſſata deficit aut forte aberrauit: odore proſequitur. Vbicũq; ille conſedit: ibi cũctarꝫ caſtra ſunt. Tũc oſtẽta faciunt priuata ac publica una dependẽteſ in domibuſ tẽpliſue ſepe expita magniſ euentibuſ. Sedere in ore infantiſ Platoniſ: tunc etiam ſuauitatem illam preduIciſ eloquii portendenteſ. Sedere ĩ caſtriſ Druſi imperatoriſ: cum ꝓſperrime pugnatum apud Arbalonem eſt: haud quaq̃ perpetua aruſpicum coniectura: q dirum id oſtentum exiſtimant. Semper duce prehenſo totum tenetur agmẽ. Amiſſo dilabitur migrantq; ad alioſ. Eſſe utiq; ſine rege non poſſunt. Inuite autem interimunt eoſ cum pluref fuere. Potiuſq; naſcentium domoſ dirimũt. Si prouentuſ deſperat̃: tunt & fucoſ abigunt. Quanq̃ de iiſ uideo dubitari: propriũq; iiſ genuſ eſſe aliquoſ exſtimare. Sicut furibuſ grandiſſiſſimiſ inter illaſ. ſed nigriſ: lataq; aluo. Ita appellatiſ quia furtim deuorent mella. Certum eſt ab apibuſ Fucoſ interfici. Vtiq; qui regẽ non habẽt. Sed quomodo ſine aculeo naſcant̃: in queſtione eſt. Humido uere melior fetuſ: Sicco mel copioſiuſ. Quod ſi defecerit alicuiuſ aluei cibuſ: impetum in proximaſ faciunt rapine ꝓpoſito. At ille contra dirigunt aciem. etſi cuſtoſ aſſit: alterutra parſ quem ſuiſ fauere ſentit: non appetit eum. Et aliiſ quoq; ſepe dimicant cauſiſ. Eaſq; acieſ contrariaſ duo Imperatoreſ inſtruũt. Maxima rixa & in conuehendiſ floribuſ exorta: & ſuoſ q̄buſq; euocantibuſ. Que dimicatio iniectu pulueriſ aut fumo tota diſcutitur. Recõciliantur uero lacte. uel aquamulſa.

CAP. XVII. De genere apum & quæ ſunt apibuſ ſimica.

Peſ ſunt & ruſtice ſilueſtreſq;. horride aſpectu. multo iracũdioreſ. ſed opere ac labore preſtanteſ. Vrbanarũ duo genera. Optime breueſ. uarieq;. & ĩ rotũditatẽ compactileſ. Deterioreſ longe: & quibuſ ſimilitudo ueſparum. Et iam num detrrime ex iiſ piloſe. In ponto ſunt quedam albe: que biſ in menſe mella faciunt. Circa Thermodoontem autem fluuium duo genera. Aliarum que in arboribuſ mellificant. Aliarũ ue ſub terra triplici cerarum ordine. uberrimi prouẽtuſ. Aculeũ apibuſ natura dedit uētri conſertū. Ad unū ictum hoc infixo: Quidā eaſ ſtatim emori putant. Aliqui non niſi intantum adacto: ut inteſtinum ſepe aſſequatur. Sed fucoſ poſtea eſſe. nec mella facere. uelut caſtratiſ uiribuſ. Pariterq; & nocere & prodeſſe: dein deſinere. Eſt in exempliſ equoſ ab iiſ occiſoſ. odere fedoſ odoreſ. ꝓcul fugiunt & īfectoſ. Itaq; unguēta redolenteſ infeſtāt. Ipſe plurimoꝝ animalium iniuriiſ obnoxie. Impungnant eaſ nature eiuſdem degenereſ. Veſpe atq; Crabrōeſ. Et e Culicum genere qui uocant̄ Mulioneſ. Populantur hirundineſ. & quedam alie aueſ. Inſidiantur aquantibuſ rane. que maxīa earum eſt operatio: tum cū ſobolem faciunt. Nec e tantum: que ſtagna riuoſq; obſidēt. uerum & rubete. ueniūt ultro. adrepēteſq; floribuſ opertaſ ſufflant ab hoc ſpatio prouolant: confeſtimq; abripiuntur. Nec ſentire ictuſ apium rane tradūtur. Inimice & oueſ: difficile ſe e laniſ earum explicantibuſ. Cancrorum etiam odore ſi quiſ iuxta coquat: exanimanturt. Quin & morbuſ ſuapte natura ſentiunt. Index eorum triſtitia torpenſ. Et cum ante foreſ in teporē ſoliſ promotiſ alie ciboſ miniſtrant. Cū defūctaſ progerunt. Funerantiumq; more comitantur exequiaſ. Rege ac peſte conſumpto: meret plebſ ignauo dolore. Non ciboſ conuehunt. Non procedunt. triſti tantū murmure glomerantur circa corpuſ eiuſ. Subtrahitur itaq; deducta multitudine. aliaſ ſpectante exanimem luctum non minuūt Tunc quoq; ni ſubueniatur: fame moriūt̄. Hilaritate igitur & nitore ſanitaſ eſtimatur.

CAP. XVIII. De moribuſ in feſtationibuſ apum.

Vnt & operiſ morbi: cum fauoſ non explent. Cleron uocant. Iidem Blapſigoniā ſi fetum non peragant. Inimica & Echo eſt reſultanti ſono. q pauidaſ alterno pulſet ictu. Inimica & nebula. Aranei quoq; uel maxime hoſtileſ cū preualuere ut intexant: enecant alueoſ. Papilio etiam ignauuſ & inhonoratuſ: luminibuſ accenſiſ aduolāſ peſtifer. nec uno mō. nam & ipſe ceraſ depaſcit̄. & relinquit excremēta quibuſ teredineſ gignuntur. filiſ etiam araneuſ quacūq; inceſſerit alarum maxīe lanugineſ obtexit. Naſcuntur & in ipſo ligno teredineſ: que ceraſ precipue appetunt. Infeſtat & auiditaſ paſtuſ nimia floꝝ ſatietate uerno maxime tempore aluo cita. Oleo ꝗdem non apeſ tantū: ſed omnia inſecta exanimantur: p̄cipue ſi capite uncto in ſole ponāt̄ Aliquando & ipſe contrahunt mortiſ ſibi cauſaſ: cū ſenſere eximi mella: auide uorāteſ Cetero preparce. & que alio q prodigaſ atq; edaceſ non ſecuſ ac pigraſ & ignauaſ pturbent. Nocent & ſua mella ipſiſ. Illiteq; ab aduerſa parte moriunt̄. Tot hoſtibuſ: tot caſibuſ. & quota portione eorum cōmemorata. tam munificum animal expoſitum eſt. Remedia dicemuſ ſuiſ lociſ: nunc enim ſermo de natura eſt.

CAP. XVIIII. De continendiſ apibuſ.

Audent plauſu atq; tinnitu eriſ. eoq; conuocantur quo manifeſtum eſt audituſ quoq; ineſſe ſenſū. Effecto opere: educto fetu fūcte munere omni: exercitationē tamen ſolem habent. Spatiateq; in aperto: & in altum date gyriſ uolatu editiſ tum demum ad cibum redeūt. Vita eiſ lōgiſſima; ut proſpere inimica ac fortuita cedāt: ſeptenis anniſ uniuerſa Alueoſ nunq̄ ultra decem annoſ duraſſe proditur. Sunt qui mortuaſ ſi intra tectū hyeme ſeruentur: deinde ſole uerno torreāt̄ ac ficulneo cinere toto die foueāt̄: putāt reuiuiſcere. In totū uero amiſſaſ repari uētribuſ bubuliſ recētibuſ cū fimo obrutuſ. Virgiliuſ iuuēcorū corpore exanīato. Sicut equorū ueſpaſ atq; craboneſ. Sicut aſinorum ſcarabeoſ mutante natura ex aliiſ quedam in alia. Sed horū omnium coituſ cernuntur. & tamen in fetu eadem prope natura que apibuſ.

CAP. XX. De ueſpiſ crabronibuſ.

Eſpe ĩ ſublimi e luto nidoſ faciũt. & in iiſ ceraſ. Crabroneſ cauerniſ ac ſub terra Et horum omnium ſexangule celle. Cetera autem cortice. Araneiſ fetuſ & ipſe inequaliſ ut barbaruſ. aliuſ euolat. aliuſ in infantia eſt. aliuſ in uermiculo. Et autũno non uerno omnia ea. Plenilunio maxime creſcunt. Veſpe que Ichneumoneſ uocant̃. Sunt autem minoreſ q̃ alie. Vnum genuſ ex araneiſ ꝑimunt phalangium appellatum. & in nidoſ ſuoſ ferunt. deinde illinunt. & ex iiſ incubando ſuum genuſ procreãt. Preterea omneſ carne ueſcuntur contra q̃ apeſ que nullum corpuſ attingunt. Sed ueſpe muſcaſ grandioreſ uenantur. & amputato iiſ capere: reliquum corpuſ auferunt. Crabronum ſilueſtreſ in arborum cauerniſ degunt. Hyeme ut cetera Inſecta condũt. Vita bimatum non tranſit. Ictuſ eorum haud temere ſine febri eſt. Autoreſ ſunt ter noueniſ punctiſ interfici hominem. Aliorũ qui initioreſ uidentur: duo genera. Opificeſ minoreſ corpore qui moriuntur hyeme. Matreſ: que biennio durant. Ii & clementeſ: Nidoſ uere faciunt fere quadriforeſ: in quibuſ Opificeſ generẽtur: Iiſ educatiſ: alioſ deinde nidoſ maioreſ fingunt: in quibuſ Matreſ futuraſ producant. Iam tũc Opificeſ funguntur munere: & paſcunt eaſ. Latio Matrũ ſpecieſ. Dubiũq; an habeãt aculeoſ quia non egrediũtur. Et hiſ ſunt ſui Fuci. Quidam opinantur: omnibuſ hiſ ad hyemẽ decidere aculeoſ. Nec crabronum autem nec ueſparum generi Regeſ aut examina. ſed ſubinde renouatur multitudo ſobole.

CAP. XXI. De bombicibuſ & Bombylide; & Necydalo: & quiſ primuſ bombicinam ueſtem ĩuenerit.

Vartũ inter hec genuſ eſt Bombicũ in Aſſyria ꝓuenienſ: maiuſ q̃ ſupradicta: Nidoſ luto figunt ſaliſ ſpecie applicatoſ lapidi tanta duricia: ut ſpiculiſ ꝑforari uix poſſint. In iiſ & ceraſ largiuſ q̃ apeſ faciunt. Deinde maiorem uermiculũ. Et alia horum origo ex grandiore uermiculo gemina protẽdenſ ſui generiſ cornua. Hi Eruce ſunt. Fit deinde quod uocatur Bombyliſ. ex ea Necydaluſ. Ex hoc in ſex menſibuſ Bombiceſ. Telaſ Araneorum modo texunt ad ueſtem luxũq; feminarũ que Bõbicina appellat̃. Prima eaſ retorqueri rurſuſq; texere inuenit in Co mulier Pamphile Platiſ filia non fraudanda gloria excogitate rationiſ: ut denudet feminã ueſtiſ Bombicina.

CAP. XXII. De Bombice coa.

T in Co inſula naſci traduntur Cupreſſi: Terebinthi Fraxini Quercuſ florem hymbribuſ decuſſum terre halitu animante. Fieri autem p̉mo Papilioneſ ꝑuoſ. nudoſq;. Mox frigorum impatientia uilliſ inhorreſcere. & aduerſuſ hyemẽ tunicaſ ſibi inſtaurare denſaſ. pedum aſperitate radente foliorũ lanuginem in uellera. hanc ab hiſ quoq; cogi ſubigiq; unguiũ carminatione. Mox trahi inter ramoſ. Tenuari ceu pectĩe. Poſtea apprehenſam corpori inuolui nido uolubili. Tunc ab homine tolli. fictilibuſq; uaſiſ tepore & furfurum eſca nutriri. Atq; ita ſubnaſci ſui generiſ plumaſ. Quibuſ ueſtitoſ: ad alia pẽſa dimitti. Que uero capta ſint lanificia hũore lẽteſcere: mox in fila tenuari iũceo fuſo. Nec puduit haſ ueſteſ etiã uiroſ lẽitate uſurpare ꝓpter onera eſtiua. Intãtum a lorica gerenda diſceſſere moreſ: ut oneri ſint etiam ueſteſ. Aſſyria tamen bombice adhuc feminiſ cedimuſ.

CAA XXIII. De Araneiſ: & generatione eorum.

Raneorum hiſ non abſurde iungatur natura: digna uel precipue admiratione. Plura autem horum ſunt genera nec dictu neceſſaria in tanta noticia. Phalangia ex iiſ agpellantur: quorum noxii morſuſ. corpuſ exiguum. uarium acuminatũ. ad ſaltum ingredientium. Altera eorum ſpecieſ nigri prioribuſ cruribuſ longiſſimiſ. omnibuſ internodia terna ĩ cruribuſ. Luporum modo. Minimi non texunt. Maioreſ in terra cauernarũ exigua ueſtibula prepandunt. Tertium eorundem genuſ erudita operatione conſpicuum. Orditur telaſ. Tantiq; operiſ materie uteruſ eiuſ ſufficit. ſiue ita corrupta alui natura ſtatuto tempore ut Democrito placet: ſiue eſt intuſ quedam lanigera fertilitaſ: tam moderato ungue. tam tereti filo & tam equali deducit ſtamina ipſo ſe põdere uſuſ. Texere a medio ĩcipit circĩato orbe ſubtegmĩa adnectẽſ. maculaſq; paribuſ ſemꝑ ĩteruallis. Sed ſubinde creſcẽtibuſ ex anguſto dilatanſ: indiſſolubili nodo implicat. Quãta arte celant pedicaſ ſcutulato rete ad capiẽdaſ muſcaſ circa graſſanteſ? q̃ non ad hoc uidetur pertinere crebrate pexitaſ tele. & quadam politura artiſ: ipſa ꝑ ſe tenax ratio textrine? q̃ laxuſ afflatuſ ad nõ reſpuenda que ueniant? ſinuſ derelicto laxo pretẽti ſumma parte: ut arbitrari liceat illa: que difficile cernũtur. atq; ut ĩ plagiſ linee offenſe precipitatur in ſinũ. Specuſ ipſe qua concamerate architectura? & cõtra frigora quanto uilloſior? q̃ remotuſ a medio aliudq; agenti ſimiliſ? Iucluſuſ uero ſic ut ſit nec ne intuſ aliq̃ſ: cerni non poſſit. Age firmitaſ quãta irrũpentibuſ uẽtiſ? q̃ puluerum mole degrauante? Latitudo tele ſepe inter duaſ arboreſ cum exercet artem & diſcit texere. Longitudo fili a culmine. ac rurſuſ a terra per illud ipſum uelut reciprocatio. ſubitq; pariter ac fila deducit. Cum uero captura incidit. q̃ uigilãſ & paratuſ ad curſũ? Licet extrẽa hereat plaga ſẽꝑ ĩ mediũ currit: ex quo ſic maxĩe totũ cõcutiẽdo ĩplicet. Sciſſa ꝓtinuſ reficit ad polliturã ſarcienſ. Nãq; & lacertaꝝ catuloſ uenãt. hoſ p̄mum tela ĩuoluenteſ. & tũc demũ labra utraq; morſu apphẽdẽteſ ãphitheatrali ſpectaculo cum contingit. Sunt & ex eo auguria. Quippe ĩcremẽto animum futuro: telaſ ſuaſ altiuſ tollunt. Iidem ſereno non texunt. Nubilo texũt. Ideoq; multe aranee hymbrium ſigna ſunt. Feminã putant eſſe que texat. Marem qui uenatur. Ita paria fieri merita. Coniugio aranei conueniunt clunibuſ. Pariunt uermiculoſ ouiſ ſimileſ. Nam nec differri horum genitura poteſt. quoniam Inſectorum uix ulla alia narratio eſt. Pariunt eutem omnia in telaſ expanſa quia ſaliunt atq; ita emittunt. Phalangiuſ tantum in ipſo ſpecu incubat magno numero. Qui ut emerſerit: matrem conſumit. ſepe & patrem. Adiuuat enim incubare. Pariunt autem & tricenoſ. Cetere pautioreſ. Et incubant triduo. Conſumuntur aranei quater ſepteniſ diebuſ.

CAP. XXIIII. De ſcorpionibuſ: & ueneno ac natura eorum.

Imiliter & ſcorpioneſ terreſtreſ uermiculoſ ouorum ſpecie pariunt. ſimiliterq; pereunt. Peſtiſ importuna ueneni ſerpentium. niſi ꝙ grauiore ſupplicio lenta per triduum morte conficiũt. Virginibuſ letali ſemper ictu. Et feminiſ fere in totum Viriſ antem in matutino exeunteſ cauerniſ priuſ q̃ aliquo fortuito ictu ieiunũ egerãt uenenum. Semper cauda in ictu eſt. nulloq; momento meditari ceſſat ne quando deſit occaſioni. Ferit obliquo ictu & inflexum. Venenũ ab iiſ candidũ fundi Apollodoruſ autor eſt in nouem genera deſcriptiſ per coloreſ maxime ſuperfacuoſ. quoniam non eſt ſcire quoſ minime exitialeſ predixerit. Geminoſ quibuſdam aculeoſ eſſe. mareſq; ſeuiſſimoſ. nam coitum iiſ tribuit. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Venenũ omnibuſ medio die: cũ incãduere ſoliſ ardoribuſ. Itemq; cum ſitiunt: inexplebileſ potu. Conſtat & ſeptena caude internodia ſeuiora eſſe. Pluribuſ euim ſena ſunt. Hoc malũ Africe uolucre etiam auſtri faciũt: Pandentibuſ brachia ut remigia ſubleuãteſ. Apollodoruſ idem plane quibuſdam ineſſe pennaſ tradit. Sepe Pſylli: qui reliq̃rum uenena terrarum inuehenteſ queſtuſ ſui cauſa peregriniſ maliſ impleuere Italiam: hoſ quoque importare conati ſunt. ſed uiuere intra ſiculi celi regionem non potuere. Viſuntur tñ aliq̃do in Italia: ſed ĩnocui. multiſq; aliiſ in lociſ, ut circa Farũ in Egypto In Scythia interimunt etiam ſueſ: alioqui uiuatioreſ contra uenena talia. Nigraſ quidem celeriuſ ſi in aquā ſe immerſerint. Homini ictu putatur eſſe remedio ipſorum ciniſ potuſ in uino aut oleo merſiſ. Magnam aduerſitatem cum ſtellionibuſ putant eſſe: innocuoſ duntaxat iiſ:q & ipſi carent ſanguine lacertarū figura. Atq; ſcorpioneſ in totū nulli nocere: quibuſ non ſit ſanguiſ. Quidam & ab ipſiſ fetum deuorari arbitrantur. Vnum modo relinqui ſollertiſſimum: & qui ſe ipſiuſ matriſ clunibuſ imponendo tutuſ & a cauda & a morſu loco fiat. Hunc eſſe reliquorum ultorē. qui poſtremo genitoreſ cōficiat ſupne. Pariuntur autem undeni.

CAP.XXV.De ſtellionibuſ:& eorum natura.

Hameliōnū ſtellioneſ quodammō naturā habēt rore tantū uiuenteſ: preterq; araneiſ.

CAP.XXVI.De cicadiſ.& cantu earum.

Imiliſ Cicadiſ uita. q̄ꝝ duo genera. Minoreſ que p̄me proueniunt.& nouiſſime pereunt. Sunt autem multe. item maioreſ. Que canunt uocantur achete. Et que minoreſ ex iiſ ſunt Tettigometre. Sed ille magiſ canore. Mareſ cantant in utroq; genere. Femine ſilent. Genteſ ueſcuntur iiſ ad orientem. etiam Parthi opibuſ abundātibuſ. Ante coitum mareſ preferunt. A coitu feminaſ: ouiſ earum corruptuſ que ſunt candida. Coituſ ſupiniſ. Aſperitaſ preacuta in dorſo: qua excauant feture locū in terra. Fit p̄mo uermiculuſ. Deī ex eo que uocat̄. Tettigometra. cuiuſ cortice rupto circa ſolſtitia euolant. noctu ſemper. Primum nigre: Atq; dure. Vnum hoc ex iiſ que uiuunt & ſine ore eſt. Pro eo quidam aculeatum linguiſ ſimile. & hoc in pectore: quo rorem lambunt. Pectuſ ipſum fiſtuloſū Hoc canunt Achete ut diximuſ. De cetero in uētre nihil eſt. Excitate cum ſobuolant: humorem reddunt. quod ſolum argumentum eſt: rore eaſdem ali. Iiſdem ſoliſ nullum ad excrementa corporiſ foramen. Oculiſ tam hebeteſ ut ſiquiſ digitū contrahenſ ac remittenſ iiſ appropinquet: tranſeant uelut folia. Quidam duo alia genera faciunt earum. Surculariam que ſit grandior. Frumentariā quam alii Auenariam uocant. apparer enim ſimul cum frumentiſ areſcentibuſ. Cicade non naſcuntur in raritate arborum. Idcirco non ſunt Cyreniſ circa oppidum. Nec in campiſ. Nec ĩ frigidiſ aut umbroſiſ nemoribuſ: Eſt quedam & iiſ locorum differentia. In Mileſia regione pauciſ ſunt lociſ. Sed in Cephalonia amniſ quidam penuriam earū & copiam dirimit. At in rhegnio agro ſilent omneſ. Vltra flumen in locrenſi canunt. Penarum illiſ natura que apibuſ. ſed pro corpore amplior.

CAP.XXVII. De penniſ inſectarum & ſcarabeiſ.& naturiſ ac generibuſ eorum.

N ſectorum quedam binaſ gerunt pennaſ ut Muſce. quedā quaternaſ ut apeſ. Mēbraniſ ut Cicade uolant. Quaternaſ habent: que aculeiſ in aluo armantur. Nullum cui telū in ore pluribuſ q̄ biniſ aduolat penniſ. Illiſ enim ultioniſ cauſa datū. & hiſ auiditatiſ. Nulliſ eorum penne reuiuiſcunt auulſe. Nullum cui aculeuſ in aluo: bipenne eſt. Quibuſdam pennarum tutele cruſta ſuperuenit: ut Scarabeiſ. Quorum tenuior fragiliorq; penna iiſ negatuſ aculeuſ. Sed in quodā genere eoꝝ grandi cornua prelonga biſulciſ dētata forficibuſ ĩ cacumine cum libuit ad morſū coeuntibuſ. Infātū remediiſ etiam ex ceruice ſuſpenduntur. Lucanoſ uocat hoſ Nigidiuſ. Aliud rurſuſ eorum genuſ q e fimo ĩgentiſ. pilaſ auerſi pedibuſ uolitant. paruoſq; in iiſ contra rigorē hyemiſ uermiculoſ fetuſ ſui nidulantur. Volitāt alii magno cū murmure aut mugitu. Alii focoſ & prata crebriſ foramibuſ excauāt nocturno ſtridore uocaleſ. Lucēt igniū mō noctu laterum & clunium colore Lampirydeſ: nūc pennarum hiatu refulgenteſ:

nunc uero compreſſu obumbrate non ante matura pabula: aut poſt defecta cóſpicue: Econtrario tenebrarũ alumne Blatre uitã lucemq; fugiunt in balneiſ maxime humido uapore prognate. Fodiunt ex eodem genere rutili atq; pregrandeſ ſcarabei tellurem aridam. fauoſq; parue & fiſtuloſe modo ſpongie medicato melle fingunt. In Thracie partibuſ iuxta olynthum locuſ eſt paruuſ: in quo unum hoc animal exanimatur. ob hoc Cantharolethruſ appellatuſ. Penne Inſectiſ omnibuſ ſine ſciſſura. Nulli cauda: niſi Scorpioni. Hic eorum ſoluſ & brachia habet. & in cauda ſpiculum. Reliquorum quibuſdam aculeuſ in ore ut Aſilo. ſiue Tabanũ dici placet. Item Culicibuſ & q̄buſdã Muſciſ. Omnibuſ autem hiſ in ore & pro lingua ſunt hi aculei. quibuſdam hebeteſ. neq; ad punctũ. ſed ad ſuctum. ut Muſcarum generi: In quo lingua euidenſ fiſtula eſt. Nec ſunt talibuſ denteſ. Aliiſ cornicula ante oculoſ pretenduntur ignauia: ut Papilionibuſ. Quedam inſecta carent penniſ. ut Scolopendre. Inſectorum pedeſ quibuſ ſunt: in obliquum mouẽtur. Quorundam extremi longioreſ foriſ curuantur: ut Locuſtiſ.

CAP. XXVIII. De locuſtiſ. & peſte earũ: & bello contra eaſ.

h

Ę pariunt in terra dimiſſo ſpine caule oua condenſa autumni tempore. Ea durant hyeme ſub terra. Sub ſequenti anno exitu ueriſ emittũt paruaſ nigranteſ & ſine cruribuſ: penniſq; reptanteſ. Itaq; uerniſ aquiſ intereunt oua. Sicco uere maior prouentuſ. Alii duplicem earum fetum: geminumq; exitum tradunt. Vergiliarum exortu parere. Deinde ad caniſ ortum obire. Et aliaſ renaſci. Quidam Arcturi occaſu renaſci. Mori matreſ cũ pepererint certum eſt uermiculo ſtatim circa fauceſ inaſcẽte. qui eaſ ſtrangulat. Eodem tempore mareſ obeunt. Tam friuola ratione morienteſ Serpentem cum libuit; necant ſingule: faucibuſ eiuſ apprehenſiſ mordicuſ Nõ naſcũt niſi in planiſ & rimoſiſ lociſ. In India ternum pedum longitudiniſ eẽ tradunt. Cruribuſ & feminibuſ ſerrarum uſũ prebenteſ cũ inaruerint. Eſt & aliuſ earum obituſ. gregatim ſublate uento in maria aut ſtangna decidunt. Forte hoc caſuq; euenit: non ut priſci exiſtimauere: Madefactiſ nocturno humore aliſ. Iidem quippe noctibuſ non uolare eaſ propter frigora tradiderunt. Ignari etiam longinq̃ maria ab iiſ tranſiri: cõtinuãta plurium dierum profectione. Quod maxime miremur: famẽ quoq;: quam propter externa pabula petere ſciunt mire peſtiſ ea intelligitur. Nanq; & grandioreſ cernuũt Et tanto uolant pennarum ſtridore: ut alie aliteſ credantur. ſolẽq; obumbrẽt ſollicite ſuſpectantibuſ populiſ. ne ſuaſ operiant terraſ. Sufficiũt quippe uireſ. Et tanq̃ parum ſit maria tranſire: immenſoſ permeant tractuſ. Diraq; meſſibuſ contegunt nube. multa cantactu adurenteſ. Omnia uero morſu erodenteſ. & foreſ quoq; tectorum. Italiam ex Africa magna cohorte infeſtant. ſepe populo ad ſibyllina coacto remedia confugere: inopie metu In Cyrenaica regione lex eſt ter anno debellandi eaſ. Primo oua obterẽdo. deinde fetum. poſtremo adultaſ. deſertoriſ pena in eum qui ceſſauerit. Et in lemno inſula certa menſura prefinita eſt quã ſinguli enecatarũ ad magiſtratuſ referant. Gracchuloſ quoq; ob id colunt aduerſo uolatu occurrenteſ earum exitio. Necari & in Syria militari imperio coguntur. Tot orbiſ partibuſ uagatur id malum Parthiſ & hę in cibo grate. Vox earum ꝓficiſci ab occipitio uidetur. Eo loco in cõmiſſura ſcapularum habere q̃ſi denteſ exiſtimantur. eoſq; inter ſe terendo ſtridorem edere. Circa duo eqnoctia maxime: ſicut Cicade circa ſolſticium. Coituſ Locuſtarum: qui & Inſectorũ omnium que coeunt: marem portãte femina in eum feminaꝝ ultimo caude reflexo. tardoq; digreſſu. Minoreſ autem in omni hoc genere feminiſ mareſ.

imminere

CAP. XXVIIII . De: formiciſ noſtratibuſ: & earum natura.

Lurima inſectorum uermiculum gignunt. Nā & Formice ſimilē ouiſ. Vere & he ut apeſ communicanteſ laborem. Sed apeſ utileſ faciunt ciboſ, He cōdunt Ac ſi qſ cōparet onera corporibuſ earū: fateatᷣ nulliſ portiōe uireſ eſſe maioreſ. Gerūt a morſu. Maiora auerſe poſtremiſ pedibuſ moliuntᷣ: hūeriſ obnixe. Et iiſ Reipublice ratio. memoria. cura. Semina arroſa condunt: ne rurſuſ in frugeſ exeant e terra. Maiora ad introitum diuidunt. madefacta hymbre proferunt atq; ſiccant. Operantur & noctu plena luna. Eedem interlunio ceſſāt. Iam in opere qui labor? que ſedulitaſ? Et quoniam ex diuerſo conuehūt altera alteriuſ ignara ut ſigna inuicē recognoſcāt certi dieſ ad recognitionem mutuam nundiniſ dantur. Que tunc earum concurſatio? q̃ diligenſ? Cum obuiiſ quedam collocutio atq; percontatio. Siliceſ itinere earum attritoſ uidemuſ. & in opere ſemitam factam. ne quiſ dubitet q̃libet in re quid poſſit quantulacunq; ſedulitaſ. Sepeliūtur inter ſe uiuentium ſole preter hominem Non ſūt in Sicilia pennate.

CAP. XXX. De formiciſ indiciſ & earum natura.

Ndice formice cornua Erythriſ in Ede Herculiſ fixa miraculo fuere. Aurum ex caverneiſ egerūt terre: ī regione ſeptentrionaliū Indorū q Darde uocantᷣ. Ipſiſ color felium. Magnitudo Egypti luporum. Erutū hoc ab iiſ tempore hyberno Indi furantur: eſtiuo feruore conditiſ propter uaporem in cuniculiſ formiciſ. que tamen odore ſollicitate prouolant: crebroq; lacerant: quamuiſ preuelocibuſ Cameliſ fugienteſ. Tanta pernicitaſ feritaſq; eſt cum amore auri.

CAP. XXXI. De diuerſitate inſectarum.

Vlta autem Inſecta & aliter naſcūtur papilio in primiſ. Inſidet ex rore hic raphani folio p̄mo uere. & ſpiſſatuſ ſole: in magnitudinē milii cogitᷣ: Inde oritᷣ uermiculuſ paruuſ. & triduo Eruca mox aurica: que adiectiſ diebuſ creſcit immobiliſ duro cortice. Ad tactū mouetur aranei. hec aurica quā Cryſalidem appellant rupto deinde cortice uolat papilio.

CAP. XXXII. De animalibuſ ex ligno & extra lignū naſcētibuſ.

Ic quedam eximbre generantur in terra. Quedam & in ligno. Nec enim & Coſſi tantū in eo: ſed etiam Tabani ex eo naſcūtur. & alia ubicunq; humor ē nimiuſ. Sic intra hominem Tinee tricenum pedum: aliquando & plurium longitudine. iam in carne exanimi. Viuentium quoq; hominum capillo. Qua feditate & Sylla Dictator & Alcmam ex clariſſimiſ Grecie poetiſ: obire. Hoc quidem & aueſ īfeſtat. Phaſianaſ uero interimit: niſi pulueranteſ ſeſe. Piloſ habentium: aſinum tantum ímunē hoc malo credunt. & oueſ. Gignuntur autem & ueſtiſ genere. precipue lanicio interemptarum a lupiſ ouium. Aquaſ quoq; quaſdā quibuſ lauamur: fertilioreſ eiuſ generē inuenio apud autoreſ. Quippe cum & cere hoc gignāt. qđ animaliū minimū exiſtimatᷣ. Alia rurſuſ generantur ſordibuſ aridi ſoli. poſteriorum crurū laſciuia petauri & auri. Alia puluere humido in cauerniſ uolucria.

CAP. XXX. III. De Animali cui cibi exituſ non eſt.

St animal eiuſdem temporiſ infixo ſemper ſanguini capite uiuenſ. atq; ita intumeſcenſ: unum animalium cui cibi non ſit exituſ: cum nimia dehiſcit ſatietate alimento ipſo morienſ. Nunq̃ in iumētiſ gignitᷣ. in bubuſ frequenſ. in canibuſ aliq̃do ī quibuſ omnia. in ouibuſ & in capriſ hoc ſolum. Eque eſt mira ſanguiniſ & Hirūdinū generi in paluſtri aqua ſitiſ. Nanq; & he toto capite conduntᷣ. Eſt & uolucre canibuſ peculiare ſuum malum: aureſ maxime lancinanſ que defendi morſu non queunt.

CAP. XXXIIII· De Tineiſ: culicibuſ: Canthariđibuſ; & earum diuerſitate.

Dem puluiſ in laniſ & ueſte Tineaſ creat: precipue ſi Araneuſ una includat̃. ſitit enim. & omnem humorem abſorbenſ ariditatē ampliat. Hoc & in chartiſ naſcitur. Eſt earum genuſ tunicaſ ſuaſ trahentium quo Coclee modo. Sed harum pedeſ cernuntur. Spoliate expirant. Si accreuere: faciunt Crhyſalidem. Ficarioſ culiceſ caprificuſ generat. Cāthárideſ uermiculi ficorꝝ. & piri. & peuceſ. & cynacāthe & roſe. Venenum hoc remedia ſeum habet. Ale medentur. Quibuſ demptiſ letale eſt. Rurſuſ alia genera Culicum aceſcenſ natura gignit. quippe cum & in niue cādidi reperiātur. & uetuſtioreſ uermiculi in media quidem albedine rutili. nam & ipſa nix uetuſtate rubeſcit. hirti piliſ. grandioreſ. torpenteſq;.

Crhyſalidis

CAP. XXXV. De pyrali ſiue pyrauſta hemerobio & tabaniſ.

Ignit aliqua & contrarium natura elementum. Siquidem in Cipri erariiſ fornacibuſ ex medio igni maioriſ muſce magnitudiniſ uolat pennatũ q̄drupeſ appellatur Pyraliſ a quibuſdam Pyrauſta: q̄ diu eſt in igne uiuit. cũ euaſit longiore paulo uolatu tunc moritur. Hypaniſ fluuiuſ in Ponto circa ſolſticium defert acinorũ effigie tenueſ membranaſ. quibuſ erumpit uolucriſ q̄drupeſ. ſupradicte modo. nec ultra diem uiuit. unde Hemerobion uocatur. Reliquiſ talium ab initio ad finem ſeptenarii ſunt numeri. Culici & urmiculo ter ſepteni. Corpuſ parientibuſ quater ſepteni. Mutationeſ & in aliaſ figuraſ tranſituſ triniſ aut quadriniſ diebuſ. Cetera ex iiſ pennata: autumno fere moriuntur. Tabani quidem etiam citate. Muſciſ humore exanimatiſ ſi cinere cōdantur: redit uita. Itaq; nũc per ſingulaſ parteſ corporiſ preter iã dictaſ membratim tractetur hiſtoria.

CAP. XXXVI. De hiſtoria nature animalium per ſiugula membra: & primo de capite.

Aput hñt cũcta que ſanguinē. In capite paucíſ animaliũ niſi uolucribuſ apiceſ. diuerſi qdē generiſ. Phenici plumarũ ſerie medio eo exeunte alio. Pauōibuſ crinitiſ arbuſculiſ. Stymphalide circro. Phaſiane corniculiſ. Preterea Parco & que ab illo galerita appellata quondam. poſtea gallico uocabulo etiam legioni nomē dederat Alauda. Diximuſ & cui plicatilem criſtam dediſſet natura per medium caput a roſtro reſidentem. Et fulicarum generi dedit cirroſ. Pico martio & gruibuſ Antiaſ. Sed ſpectatiſſimũ inſigne Gallinaceiſ corpore conſerratũ: nec carnē id eē: nec cartilaginē nec callũ iure dixerimuſ. Verũ peculiare. Draconũ enim criſtaſ q̄ uiderit: nō repitur.

CAP. XXXVII. De cornibuſ & diuerſitate eorum: de piliſ in capite caluicio: canicie: & uertice & cerebro.

Ornua multiſ quidem & aquatilium & marinorum & ſerpentium uariiſ data ſunt modiſ. Sed que iure cornua intelligantur : quadrupedi tantum generi. Acteonem enim & Cippum etiam in Latina hiſtoria fabuloſoſ reor: Nec alibi maior laſciuia nature luſit animalium armiſ. Sparſit hec in ramiſ: ut ceruorum. Aliiſ ſimplicia rribuit ut in eodē genere Subulonibuſ ex argumēto dictiſ. Aliornm finxit in palmaſ. digitoſq; emiſit ex iiſ. unde Platycerotaſ uocant. Dedit ramoſa capreiſ: ſed parua nec fecit decidua. Conuoluta in anfractum arietũ generi: ceu ceſtuſ daret. Infeſta tauriſ. In hoc quidem genere & feminiſ tribuit. In multiſ tantum maribuſ. Rupicapriſ in dorſum adunca. Damiſ in aduerſum. Erecta autem rugarumq; ambitu contorta &

in leue faſtigium exacuta ut lyraſ decerēt: Strepſicerotı: quē addacē Africa appellat. Mobilia eadem ut aureſ Phrigie armentiſ. Troglodytarum in terram directa. Quadecauſa obliqua ceruice paſcuntur. Aliıſ ſingula. & hec medio capite aut naribuſ: ut diximuſ. Iam ꝙ aliıſ ad incurſū robuſta. Aliıſ ad ictū pluribuſ modiſ. ſupina. cōuerſa cōnexa omnia in mucronem migrātia. In quodā genere ꝑ manibuſ ad ſcabēdū corpuſ. Cochleiſ ad pretemtandum iter. In corpore cornua hec ſicut Ceraſtiſ. aliquando & ſingula. Cocheiſ ſemper bina. & ut pretendantur: ac reſileant. Vrorum cornibuſ barbari ſeptentrionaleſ potant: urnaſq; binaſ capitiſ uniuſ carnua implent. Alii p̄fixa biſ pila cuſpidant. Apud noſ in laminaſ ſecta trāſlucent. atq; etiam lumen incluſum latiuſ fundunt. multaſq; aliaſ ad deliciaſ conferuntur. nunc tincta. nunc ſublita. nunc que ceroſtrata picture genere dicuntur. Omnibuſ autem caua. & in mucrone demum concreta ſunt. Ceruiſ tantum ſolida. & omnibuſ anniſ decidua. Boum attritiſ unguliſ cornua unguendo aruina medētur agricole. Adeo ſequax natura ē: ut in ipſiſ uiuētiū corporibuſ feruenti cera flectant̄. atq; inciſa naſcentium in diuerſaſ parteſ torqueāt̄. ut ſinguliſ capitibuſ quaterna fiant. Tenuiora feminiſ plerunque ſunt: ut in pecore. Multiſ ouiū nulla. nec ceruarū. nec quibuſ multifidi pedeſ. nec ſolidipedū ulli excepto aſino. Indico: qui uno armatuſ eſt cornu. Biſulciſ bina tribuit. Nulli q̄ ſupne p̄moreſ habēt denteſ. Qui putant eoſ in cornua abſumi: facile coarguuntur ceruarum natura que nec denteſ habent ut neq; mareſ. nec tamen cornua. Ceterorum oſſibuſ adherent. Ceruorum tantum cutibuſ ēnaſcuntur. Capita piſcibuſ portione corporum maxima fortaſſiſ ut mergantur. Oſtrearum generi nulla. nec ſpongiıſ. nec aliıſ fere. q̄buſ ſoluſ ex ſenſibuſ tactuſ eſt. Quibuſdā indiſcretum caput eſt ut cancriſ. In capite cūctorum animalium homini plurimuſ piluſ. Iam quidem promiſcue maribuſ ac feminiſ. apud intonſaſ utiq; genteſ. atq; etiam nomina ex eo capillatiſ Alpiū incoliſ Gallie Comate ut tamen ſit aliqua in hoc terrarum differentia. Quippe Niconii carēteſ eo gignuntur ſicut in Cauno Lendoſi. Et quedā animaliū naturaliter caluent: ſicut Strucio cameli & Corui aquatici quibuſ apud grecoſ nomen eſt inde. De fluuium eorum in muliere rarum. In Spadonibuſ nō uſum. Nec in ullo ante ueneriſ uſum. Nec infra cerebrū. Aut infra ceruicem Aut circa tempora. atq; aureſ. Caluicium uni tantum animalium homini. preterquam innatum. Canicieſ homini tantum. & equiſ. Sed homini ſemper a priori parte capitiſ: tum deinde ab auerſa. Verticeſ bini homini tantum. Aliquibuſ capitiſ oſſa plana. tenuia. ſine medulliſ. ſerratiſ pectinatı́ ſtructa cōpagibuſ. Perfracta non queunt ſolidari. Sed exempta modice non ſunt letalia in uicem eorum ſuccedēte corpea cicatrice. Infirmiſſima eſſe Vrſiſ: duriſſima Pſitaciſ ſuo diximuſ loco. Cerebrū omnia habent animalia que ſanguinem. Eque & in mari que mollia appellauimuſ: q̄uiſ careant ſanguine: ut Polypi. Sed homo portione maximum & humidiſſimum. omniumq; uiſcerum frigidiſſimum: duabuſ ſupra ſubterq; membraniſ uelatum. quarum alterutram rumpi. mertiferum eſt: Cetero uiri q̄ femine maiuſ. Hominibuſ hoc ſine ſanguine: ſine ueniſ & reliquiſ ſine pigui. Aliud eſſe q̄ medullā: eruditi docēt: quoniā coquendo dureſcat. Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua. Vni homini in infantia palpitat. nec roboratur ante primum ſermoniſ exordium. Hoc eſt uiſcerum excelſiſſimū. proximumq; celo capitiſ. ſine carne. ſine cruore. ſine ſordibuſ. Hic habet ſenſuum arcem. Huc uenarum omniſ a corde uiſ tendit. Hic definit. Hic culmen altiſſimum. Hic mentiſ eſt regimen. Omnium autem animaliū in priora pronum. quia & ſenſuſ ante noſ tendunt. Ab eo proficiſcitur ſomnuſ. Hinc capitiſ nutatio. Que cerebrū non habēt: non dormiunt. Ceruiſ in capite ineſſe uermiculi ſub lingue inanitate

& circa articulum qua caput iungitur humero numero.xx. produntur.

CAP.XXXVIII.De auribuſ animaliũ: & earum diuerſitate.

Vreſ homini tantum immobileſ. Ab iiſ flaccorum cognomina. Nec ĩ alia pte feminiſ maiuſ impendium margaritiſ dependẽtibuſ. In oriente quidem & uiriſ aurum geſtare eo loci decuſ exiſtimatur. Animaliũ aliſ maioreſ:aliſ minoreſ. Ceruiſ tantum ſciſſe : ac uelut diuiſe. Soricibuſ piloſe. Sed alique omnibuſ animal dumtaxat generãtibuſ:excepto uitulo marino: atq; Delphĩo. Et que cartilaginea appellauimuſ. Et uiperiſ. He cauernaſ tantum habent auriũ loco preter cartilaginea & Delphinũ quẽ tamen audire manifeſtum ẽ. Nam & cantu mulcẽtur. Et capiuntur Attoniti ſono. Quonam modo audiant : mirum. Iidem nec olfactuſ ueſtigia habent:cum olfaciant ſagaciſſime. Pennatorum animaliũ Buboni tantũ.& Oto plume uelut aureſ. Ceteriſ cauerne ad auditum . Simili modo ſquamigeriſ atq; ſerpentibuſ. In equiſ & omnium iumẽtorũ genere indicia animi preferũt. Feſſiſ marcide. Nutanteſ pauidiſ. Subrecte furentibuſ. Reſolute egriſ.

CAP.XXXVIIII.De facie hominiſ:& ſuperciliiſ.

Acieſ homini tantũ.Ceteriſ oſ aut roſtra. Frõſ & aliſ. Sed homini tantũ triſticie: hylaritatiſ:clementie: ſeueritatiſ index. In anima ſenſuſ eiuſ. Supcilia homini & pariter & alterne mobilia. Et in iiſ parſ animi. Negamuſ an annuimuſ: hec maxime indicãt. Faſtuſ ſuperbia aliubi conceptaculum. ſed hic ſedem habet. In corde naſcitur: huc ſubit: hic pendet. Nihil altiuſ ſimul abruptiuſq; inuenit in corpore ubi ſolitaria eſſet.

CAP.XL.De oculiſ animalium. & diuerſitate eorum.

Vbi iacent oculi parſ corporiſ precioſiſſima. & qui luciſ uſu uitam diſtiguant a morte. Non omnibuſ animalium hi. Oſtreiſ nulli. Quibuſdam concharũ dubii. Pectineſ enim ſiqſ digitoſ aduerſũ hiãteſ eoſ moueat: cõtrahunt ut uidẽteſ. Et olẽteſ fugiũt admota ferramẽta. Quadrupedũ talpiſ uiſuſ nõ eſt. Oculoꝶ effigieſ ineſt: Siquiſ pretentã detrahat mẽbranã. Et inter aueſ Ardeolarũ genera.quoſ Leucoſ uocãt: altero oculo carere tradũt. Optimi augurii cũ ad auſtrũ uolãt.ſeptẽtrionẽue Solui .n. picula & metuſ narrant. Nigidiuſ nec locuſtiſ nec cicadiſ eẽ dicit. Cochleiſ oculoꝶ uicẽ cornicula bina pretẽptatu adiplent. Nec lumbriciſ ulli ſunt:uermiũue generi. Oculi homini tantum diueeſo colore. Ceteriſ ĩ ſuo cuiq; generi ſimileſ. Et equorũ quibuſdam glauci. Sed in homine numeroſiſſime diuerſitatiſ atq; differentie. grandioreſ. modici. parui. prominenteſ. quoſ hebetioreſ putant. Conditi quoſ clariſſime cernere. ſicut in colore caprinoſ. Preterea alii contuentur longinq̃. Alii niſi prope admota nõ cernũt Multorum uiſuſ fulgore ſoliſ conſtat nubilo die non cernentium. nec poſt occaſum. Alii interdiu hebetioreſ: noctu preter ceteroſ cernunt. De geminiſ pupilliſ: aut qbuſ noxii uiſuſ eſſent: ſatiſ diximuſ. Oculi in tenebriſ clarioreſ fuerunt Tyberio Ceſari, ferũt. ipſi aliam q̃ ceterorum mortaliũ fuiſſe naturã: ut expgefactuſ noctu pauliſper haud alio modo q̃ luce clara contueretur omnia : paulatim tenebriſ ſeſe obducentibuſ. Diuo auguſto equorum modo glauci fuere. ſupraq; hominem albicãtiſ magnitudiniſ. Quãobcauſam diligentiuſ ſpectari eoſ: iracunde ferebat. Claudio Ceſari: ab anguliſ candore carnoſo: ſanguineiſq; ueniſ ſubinde ſuffuſi. Caio principi : rigenteſ. Neroni niſi cum conniueret : ad prope admota hebeteſ. Viginti gladiatorum milia in Caii

Tyberius Cesar

Principiſ ludo fuere. In iiſ duo omnino: qui contra comminationem aliq̃ nõ cõniuerẽt: & ob id inuicti. Tante hoc difficultatiſ eſt homini. Pleriſq; uero naturale ut nutare non ceſſent: quoſ pauidioreſ accepimuſ. Oculoſ unicoloreſ nulli cum candore om̃ibuſ mediuſculo differenteſ: Neq; ulla ex parte maiora indicia animi cunctiſ animalibuſ: ſed maxime homini id eſt moderationiſ: clementie miſericordie: odii: amoriſ: triſticie: leticie. Contuitu quoq; multiformeſ. truceſ. torui. flagranteſ: graueſ. tranſuerſi: limi: ſummiſſi: blandi. Profecto in oculiſ animiſ inhabitat. ardent. incendũtur. humectãt. cohibent. Hinc illi miſericordie lachryme. Hoſ cum oſculamur: animum ipſũ uidemur attingere. Hinc fletuſ & riganteſ ora riui. Quiſ ille humor eſt in dolore tam fecũduſ & paratuſ? Aut ubi reliquo tempore? Animo autem uidemuſ. Animo cernimuſ. Oculi ceu uaſa quedam uiſibilem eiuſ partem accipiunt: atq; tranſmittũt. Sic magna cogitatio obcecat abducto intuſ uiſu. Sic in morbo comiciali aperti nihil cernunt animo caligãte. Quin & patentibuſ dormiũt leporeſ. multiq; hominum. quoſ Corybantian greci dicũt. Tenuibuſ multiſq; membraniſ eoſ natura cõpoſuit. calloſiſ. contra frigora. caloreſq; ĩ extremo tuniciſ: quaſ ſubinde purificant lachrymationum ſaliuiſ. Lubricoſ propter incurſantia & mobileſ. Media eorum cornea: feneſtrauit pupilla cuiuſ anguſtie non ſinunt uagari incertam aciem. & uelut canali dirigunt. obiterq; incidentia facile declinant. aliiſ nigra. aliiſ atra aliiſ ruffa. aliiſ glauci coloriſ orbibuſ circũdatiſ ut habili mixtura accipiatur circuniecto candore lux. & temperato repercuſſu nou obſtrepat. adeoque iiſ abſoluta uiſ ſpeculi: ut tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominiſ. Ea cauſa eſt: ut plereque alitum e manibuſ hominum oculoſ potiſſimum appetant: ꝙ effigiem ſuam in iiſ cernenteſ: uelut ad cognata deſideria ſua tendunt. Veterina tantum quedam ad incrementa lune morboſ ſentiũt: Sed homo ſoluſ emiſſo hũore cecitate liberatur. Poſt uiceſimũ annũ multiſ reſtitutuſ ẽ uiſuſ. Quibuſdã ſtatim naſcentibuſ: negatuſ nullo oculorum uitio. Multiſ repente ablatuſ ſimili modo nulla precedente iniuria. Venam ab iiſ pertingere ad cerebrum peritiſſimi autoreſ tradunt. Ego & ad ſtomachum crediderim. Certe nulli ſine redundatione eiuſ eruitur oculiſ. Morientibuſ illoſ operire: rurſuſq; in rogo patefacere: quiritium magno ritu ſacrum eſt. Ita more condito ut neq; ab homine ſupremũ eoſ ſpectari faſ ſit: & celo nõ oſtẽdi nefaſ. Vni animalium homini deprauantur. unde cognomina Strabonum & Pætoꝝ. Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſcerentur. Cocliteſ uocantur. Quiſ parui utrinq; occelli: Lucini. iniurie cognomen habure. Nocturnorum animalium ueluti Felium in tenebriſ fulgent radiantq; oculi ut contueri non ſit. Et capre lupoq; ſplendẽt lucẽq; iaculantur. Vitulo marino & hyene in mille coloreſ tranſeunt ſubinde. Quin & in tenebriſ multorum piſcium refulgent: ſicut aridi robuſtiq; candiceſ uetuſtate putreſq; Non coniuere diximuſ: que non obliquiſ oculiſ: ſed circumacto capite cernerent. Chameleoniſ oculoſ circunagi totoſ tradunt. Cancri in obliquum aſpiciunt. Cruſta fragili incluſiſ rigẽteſ. Locuſtiſ ſquilliſq; magna ex parte ſub eodẽ munimento ꝑduri eminent. Quorum duri ſunt: minuſ cernunt: quã quorum humidi. Serpentium catuliſ & hirundinum pulliſ ſiquiſ eruat: renaſci tradũt. Inſectorum omniũ & qbuſ teſtacea operimenta oculi mouentur. ſicut quadrupedum aureſ. Quibuſ fragilia operimenta: iiſ oculi duri.

Aĩo uidemus

CAP. XLI. Que animalia genaſ non habeãt: & de palpebriſ. geniſ: bucciſq;.

Mnia talia & piſceſ & inſecta non habent genaſ. nec integunt oculoſ. Om̃ibuſ membrana uitri modo tranſlucida obtẽditur. Palpere ingeniſ homini utrinq;.

Mulieribuſ etiam infecte quottidie: tanta eſt decoriſ affectatio ut tingantur oculi quoq;. Alia decauſa hoc natura dederat ceu uallum quoddam uiſuſ & prominenſ munimentū circa occurſantia animalia: aut alia fortuitu incidentia. Defluere eaſ haud immerito uenere abundantibuſ tradunt. Ex ceteriſ nulli ſunt niſi quibuſ & in reliquo corpore pili. Sed quadrupedi in ſuperioribuſ tantum gene. Volucribuſ in inferiore. Et quibuſ molle terguſ ut ſerpentibuſ. Et quadrupedibuſ que oua pariunt: ut lacerte. Strucio cameluſ alitū ſola ut homo utrinq; palpebraſ habet. Nec gene quidē om̄ibuſ. ideo neq; nictationeſ iiſ que animal generant. Grauioreſ alitum inferiore gena conniuent. Eedem nictantur: ab anguliſ membrana obeunte. Columbe & ſimilia utraq; conniuent. At quadrupedeſ que oua pariūt ut teſtudineſ Crocodili: inferiore tantum ſine ulla nictatione: propter preduroſ oculoſ. Extremum ambitum gene ſuperioriſ antiqui cilium uocauere: unde & ſupercilia. hoc uulnere aliquo deductum nō coaleſcit In paucis humani corporiſ mēbriſ. Infra oculoſ. Male homini tantum. quaſ priſci genaſ uocabāt. Xii. tabularum īterdicto radi a feminiſ eaſ uetanteſ. Pudoriſ hec ſedeſ Ibi maxime oſtenditur rubor. Infra eaſ hylaritateſ riſumq; indicanteſ bucce.

CAP.XLII.De naſo: naribuſ: mento: & maxilliſ animalium.

T altior homini tantū quem noui moreſ ſubdola irriſione dicauere naſuſ. Non alii animalium nareſ eminent. Auibuſ ſerpentibuſ piſcibuſ foramina tantum ad olfactuſ: ſine naribuſ. Et hinc cugnomina Simorum Silonum. Septimo menſe genitiſ ſepenumero foramina aurium & narium defuere. Labra quibuſ brochi Labeóeſ dicti. & oſ ꝓbū duriuſ ue anīal generātibuſ. Pro iiſ cornea & acuta uolucribuſ roſtra. Eadem rapto uiuentibuſ adunca. Collecto recta. Herbaſ ruentibuſ limumq; redunca ut ſuum generi. Lata in uſum iumentiſ uice manuſ ad colligenda pabula. Ora apertiora laniatu uiuentibuſ. Mentum nulli preter hominē. nec male. Maxillaſ crocodoluſ tantum ſuperioreſ mouet. Tereſtreſ quadrupedeſ eodem quo cetere more: preterquam in obliquum.

CAP.XLIII. De dentium diuerſitate.

Entium tria genera. Serrati: aut continui: aut exerti. Serrati pectinatim coeūteſ ne cōtrario occurſu atterant̄: ut ſerpētibuſ piſcibuſ canibuſ. Cōtinni ut homini: equo. Exerti Apro hippopotamo: elephanto. Continuorum qui digernut cibum lati & acuti. Qui conficiunt: duplice ſ. Qui diſcriminant eoſ canini appellantur. Hi ſunt ſerratiſ longiſſimi. Continui aut utraq; parte oriſ ſunt: ut equo. Aut ſuꝑiore primoreſ non ſunt: ut bubuſ ouibuſ. omnibuſq; que ruminant. Capre ſuperioreſ non ſunt: preter primoreſ geminoſ. Nulli exerti qbuſ ſerrati. Raro femine & tamen ſine uſu. Itaq; cum apri percutiant. femine ſueſ mordent. Nulli cui cornua exerti. Sed omneſ ſui cōcaui. Ceteriſ dēteſ ſolidi. Piſciū omnibuſ ſerrati. preter ſcarum. huic uni aquatilium plani. Cetero multiſ eorum in ligua. & toto ore: ut turba uulnerū moliāt Que attritu ſubigere non queunt. Multiſ & in palato. atq; etiam in cauda. Preterea in oſ uergenteſ: ne excidant cibi nullum habentibuſ retinendi adminiculum. Simileſ aſpidi & ſerpentibuſ. ſed duo in ſuperna parte dextra leuaq; longiſſimi. tenui fiſtula perforati ut ſcorpionum aculei uenenum infundenteſ. non aliud hoc eſſe quam fel ſerpentiū. Et indeueniſ ſub ſpina ad oſ peruenire & haſ per uentrem deſcendere: diligentiſſimi autoreſ ſcribunt. Quidam unum eſſe eum: & quia ſit aduncuſ: reſupinari cū momorderit. Aliqui tunc decidere eum: rurſuſq; recreſcere facilem decuſſu. & ſine eo eſſe quoſ tractari cernamuſ. Scorpioniſ caude ineſſe eum: & pleriſq; ternoſ Vipere denteſ gigiuiſ conduntur. Hec eadem pregnanſ : ueneno impreſſo dentium repulſu. uiruſ fundit in morſuſ. Volucrum nulli denteſ preter ueſpertilionem. Cameli ſoli ex iiſ que non ſunt cornigera : in ſuperiori maxilla prioreſ non habent. Cornua habentiũ nulli ſerrati. Et Cochlee denteſ habent. Indicio eſt a minimiſ earum deroſaſ uiteſ. At in mariniſ cruſtata & cartilaginea prioreſ habere. Item echiniſ quinoſ eſſe : unde intelligi potuerit miror. Dentium uice aculei Inſectiſ. Simie denteſ ut homini. Elephanto intuſ ad mandendum quattuor Preterq; eoſ qui prominent. Maſculiſ reflexi. feminiſ recti. atq; proni. Muſculuſ marinuſ : qui Balenã antecedit : nulloſ habet. Sed pro iiſ ſetiſ intuſ oſ hirtum & lĩguam etiã appellatã. Terreſtriũ minutiſ q̃drupedibuſ primoreſ bini : utrinq; longiſſimi : Ceteriſ cum ipſiſ naſcuntur. Homini poſtquã natuſ eſt ſeptimo menſe. Reliquiſ perpetui manent. Mutantur homini : leoni : iumento : cani : & ruminantibuſ : ſed leoni & cani non niſi canini appellati. Lupi dexter caninuſ in magniſ habetur operibuſ. Maxillareſ qui ſunt a caniniſ : nullum animal mutat. Homini nouiſſimi qui gemini uocantur. circiter uiceſimum annum gignuntur. Multiſ & octogeſimo. Feminiſ quoq;. Sed quibuſ ĩ iuuenta nõ fuere nati : decidere in ſenecta & mox renaſci certum eſt. Zanclen Samorthracenum ciuem cui renati eſſent poſt centum & quattuor annoſ. Mutianuſ uiſum a ſe prodidit. Cetero maribuſ plureſ quã feminiſ in homine pecude capriſue. Timarchuſ Nicocliſ filiuſ Pappii duoſ ordineſ habuit maxillarium. Frater eiuſ non mutauit primoreſ : ideoq; preteriuit. Eſt exemplũ denteſ homini & in palato geniti. At canini amiſſi caſu aliquo nunquam renaſcuutur. Ceteriſ ſenecta rubeſcunt. Equo tantum candidioreſ fiunt : Etaſ ueternorum dẽtibuſ iudicatur. Equo ſunt numero. xl. Amittit triceſimo menſe primoreſ : utrinq; binoſ. Sequeuti anno totidem proximoſ : cum ſubeunt dicti Columellareſ. Quinto ãno ĩcipiẽte binoſ amittit : qui ſexto anno renaſcuntur. vii. omniſ habet & renatoſ & immutabileſ. Equo caſtrato priuſ non decidunt denteſ. Aſinorum genuſ triceſimo menſe ſimiliter amittit : deinde ſeniſ menſibuſ. Quod ſi non priuſ peperint : quam decidant poſtremi : ſterilitaſ certa. Bobuſ biſ mutantur. Suibuſ decidunt nunquam. Abſumpta hac obſeruationẽ ſenectuſ in eqſ & ceteriſ ueteriniſ intelligit̃ dentiũ bronchitate. Superciliorꝝ canicie & circa ea lacuniſ cum fere. xvi. annorum exiſtimantur. Hominum dentibuſ quoddam ineſt uiruſ. nanq; & ſpeculi nitorem ex aduerſo nudati hebetãt. & colũbarꝝ fetuſ implumeſ necant. Reliqua de iiſ in generatione hominum dicta ſunt. Erũpẽtibuſ morbi corpora infãtia accipiũt. Reliq̃ aĩalia : que ſerratoſ habẽt : ſeuiſſima dẽtibuſ.

CAP. XLIIII. De linguiſ animalium : & earum diuerſitate.

Ingue non omnibuſ eodem modo. Tenuiſſima ſerpentibuſ & triſulca : uibrãſ. atri coloriſ. etſi extrahaſ : prelonga. Lacertiſ. bifida & piloſa. Vituliſq; mariniſ : duplex. Sed ſupradictiſ capillamenti tenuitate. Ceteriſ ad circumlãbẽda ora. Piſcibuſ paulominuſ quam tota adherenſ. Crocodiliſ tota. Sed in guſtatu lingue uice carnoſũ aquatilibuſ palatũ. Leonibuſ ac pardiſ : omnibuſq; generiſ eiuſ etiam Felibuſ ĩbricate aſperitatiſ : & lime ſimiliſ. attenuanſq; lambendo cutem hominiſ. Que cauſa etiã manſuefacta ubi ad uicinum ſanguinem peruenit : ſaliua inuitat ad rabiem. De purpurarꝝ linguiſ diximuſ. Raniſ prima coheret. Intima abſoluta a guttere qua uocem mittunt. Mareſ tum uocantur Ololygoneſ. ſtato id tempore euenit : ciẽtibuſ ad coitũ feminaſ. Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo ad libramentum modice aque recepte in fauceſ palpitante ſibi lingua ululatuſ elicitur. tunc extenti buccarum ſinuſ perlucent : oculi flagrant labore perpulſi. Quibuſ in poſteriore per aculei iiſ & dẽteſ & lingua Apibuſ etiam prelonga eminenſ & cicadiſ. Quibuſ aculeuſ in ore fiſtuloſuſ iiſ nec lingua nec

XI

denteſ. Quibuſdam inſectiſ intuſ ligua: ut formiciſ. Ceterum lata Elephanto precipue Reliquiſ in ſuo genere ſemper abſoluta. Homini tantum ita ſepe conſtricta ueniſ: ut intercidi eaſ neceſſe ſit. Metellum pontificem adeo in explanate fuiſſe accepimuſ: ut multiſ menſibuſ tortuſ credatur: cum meditat̄ in dedicanda ede Opifere dicere. Ceteriſ vii. fere anno ſermonem exprimit. Multiſ uero taliſ eiuſ arſ contigit: ut auium & animalinm uociſ indiſcrte edatur imitatio.

CAP.XLV. De Gula: Arteria: Ceruice: Spina: Cruribuſ: Gutture: & faucibuſ animalium.

Ntellectuſ ſaporum eſt ceteriſ in prima lingua. homini & in palato Tonſille ī homine. In ſue. glandule Quod īter eaſ Vue nomine ultimo dependet palato: homini tantum eſt Sub ea minor lingua. Nulli oua generantium. Opera eiuſ gemina. duabuſ interpoſita fiſtuliſ. Interior earum Epigloſſiſ appellatur arteria ad pulmonē atq; cor pertinenſ. hanc operit in epulando ſpiritu ac uoce illac meante: ne ſi potuſ cibuſ ue in alienum deerrauerit tramitem: torqueat. Altera exterior eſt. appellat̄. ſane Gula: qua cibuſ atq; potuſ deuoratur. Tendit hec ad ſtomachum. Inde ad uentrem. Hanc per uiceſ operit: cū ſpirituſ tantū aut uox comineat: ne reſtagnatio intēpeſtiua alui obſtrepat. Ex cartilagine & carne Arteria: Gula neruo & carne conſtat. Ceruix nulli: niſi quibuſ utraq; hec. Ceteriſ collum. quibuſ tantum gula. Sed quibuſ ceruix e multiſ uertebratiſq; orbiculatim oſſibuſ flexiliſ ad circunſpectum articulorum nodiſ iungitur. Leoni tantum & lupo & hyene ſinguliſ rectiſq; oſſibuſ rigenſ. Cetero ſpine adnectit̄. ſpina lunibuſ oſſea ſed tereti ſtructura. per media foramina a cerebro medulla deſcendente. Eandē eſſe ei naturam quam cerebro colligunt. quoniā ꝑtenui eiuſ membrana modo inciſa ſtatim expiretur. Quibuſ longa crura iiſ longa & colla. Item aquaticiſ: quanuiſ breuia crura habentibuſ. Simili modo uncoſ ungueſ. Guttur homini tanium & ſuibuſ intumeſcit aquarum que potantur plerunq; uitio. Summum gule fauceſ uocantur: Poſtremum ſtomachuſ. hoc nomine eſt ſub Arteria iā carnoſa inanitaſ adnexa ſpine ad latitudinē ac lōgitudinē lagene modo fuſa. Quibuſ fauceſ non ſunt: ne ſtomachuſ quidem eſt: nec colla: nec guttur: ut piſcibuſ. & ora uentribuſ iunguntur. Teſtudini marine lingua nulla: nec denteſ: ſed roſtrie acie comminuunt omnia. Poſtea Arteria & ſtomachuſ denticulatūſ callo in modum rubi ad conficiēdoſ ciboſ decreſcētibuſ ruiniſ quātū apꝓpinq̄t uētri. Nouiſſima aſperitaſ ut ſcobina fabri.

CAP.XLVI. De corde animaliū: & eiuſ officio ac uarietate.

Or animalibuſ ceteirſ īmedio pectore ē. Homini tantum infra leuam papillā: turbinato mucrone in priora eminenſ. Piſcibuſ ſoliſ ad oſ ſpectat. Hoc primū naſcētibuſ formari in utero tradunt. Deinde cerebrum. Sicut tardiſſime oculoſ. Sed hoſ primum mori. Cor nouiſſime: Huic precipuuſ calor. Palpitat certe. & quaſi alceꝝ mouetur. Intra animalia premolli firmoq; opertum membrane inuolucro. munitum coſtrarum & pectoriſ muro. ut pareat precipuā uite cauſam & originem. prima domicilia intra ſe animo & ſanguini prebet: ſinuoſo ſpecu. & ī magniſ aīalibuſ triplci. In nullo non gemino. Ibi menſ habitat; Ex hoc fonte due grandeſ uene in priora & terga diſcurrūt. ſparſaq; ramorum ſerie per aliaſ minoreſ omnibuſ mēbriſ uitalem ſāguinem rigant. Solum hoc uiſcerū uituſ nō macerat̄. nec ſupplicia uite trahit. Leſumq; mortem illico affert. Ceteriſ corruptiſ: uitalitaſ in corde durat. Bruta exiſtimantur animalium: quibuſ durum riget. Audacia quibuſ paruum eſt. Pauida quibuſ ꝑgrande Maximum autē eſt portione muribuſ lepori: aſino: ceruo: panthere: muſteliſ: hyeniſ & oīibuſ timidiſ aut propter metum maleficiſ. In Paphlagonia bina ꝑdicibuſ corda

In equorum corde & boum oſſa reperiuntur. Interdum auguria.id per [illegible] in homine ad binaſ drachmaſ ponderiſ ad quinquageſimum annum accedere. Ab eo detrahi tantundem. & ideo non uiuere hominem ultra cẽteſimũ annũ defectu cordiſ Egyptii exiſtimant: quibuſ moſ eſt cadauera aſſeruare medicata. Hirto corde gigni quoſdam homineſ produnt. neq; alioſ fortioreſ eſſe induſtria: ſicut Ariſtomenem Meſſenium: qui.ccc.occidit Lacedemoneoſ. ipſe conuulneratuſ & captuſ ſemel: per cauernam latomiarũ euaſit: anguſtiaſ uulpium adituſ ſequutuſ. Iterum captuſ: ſopitiſ cuſtodibuſ ſomno ad ignem aduolutuſ lora cum corpore exuſſit. Tertio capto Lecedemonii pectuſ diſſecuere cauſa uidendi: hirſutumq; cor repertum eſt. In corde ſũmo pinguitudo ẽ quedam letiſ extiſ. Non ſemper hoc autem in parte extorum habitum eſt L. Poſtumio. L. Albino Rege ſacrorum: poſt centeſimã uiceſimamtertiã olympiadẽ cum Rex Pyrrhuſ ex Italia diceſſiſſet: cor in extiſ Aruſpiceſ aſpicere ceperunt. Ceſari Dictatori quo die primum ueſte purpurea ꝓceſſit: atq; ĩ ſella aurea inſedit ſacrificãti biſ in extiſ defuit. Vnde queſtio magna de diuinatione argumentantibuſ: potuerit ne ſino illo uiſcere hoſtia uiuere? An ad tempuſ amiſerit? Negatur cremari poſſe ĩ iiſ qui cardiaco morbo obierint. Negat̃ & ueneno interẽptiſ. Certe extat oratio Vitellii q̃ reũ Piſonem eiuſ ſceleriſ coarguit. hoc uſuſ argumento: palamq; teſtatuſ nõ potuiſſe ob uenenum cor Germanici Ceſariſ cremari. Contra genere morbi defẽſuſ eſt Piſo.

CAP. XLVII. De Pulmone animalium & eiuſ offitio.

Vb eo pulmo eſt ſpirandiq; officina attrahenſ ac reddenſ animam. idcirco ſpõgioſuſ: ac fiſtuliſ mãibuſ cauuſ. Pauca eum ut dictum eſt habent aquatilia. ac cetera oua parientia exiguum: ſpumoſum nec ſaguineum. Ideo non ſitiunt. Eeadem ẽ cauſa quare ſub aqua diu rane & phoce urinent̃. Teſtudo quoq; quamuiſ pergrãdem & ſub toto tegumento habeat: ſine ſanguine tamẽ habet. Quanto minor hic coporibuſ: tanto uelocitaſ maior. Chamelioni portione maximuſ: & nihil aliud intuſ.

CAP. XLVIII. De Iecore & quibuſ defuit.

Ecur & dextera in parte ẽ. In eo qđ caput extorum uocãt: magne uarietatiſ. M. Marcello circa mortem cum periit ab Annibale defuit in extiſ. Sequenti deinde die: geminum repertum eſt. defuit &. C. Mario cum immolaret Vtice. Item Caio Prĩcipi. kal. Ianuariiſ cũ iniret conſulatum. Quo anno interfectuſ eſt. Claudio ſucceſſori eiuſ quo menſe interemptuſ eſt ueneno. Diuo Auguſto Spoleti ſacrificanti primo poteſtatiſ ſue die ſex. uictimarũ iecinora replicata ĩtrinſecuſ ab ima fibra repta ſunt. Reſponſumq; duplicaturum intra annum imperium. caput extoꝝ triſti oſtento ceſum tum quoq; eſt: preterquam in ſollicitudine ac metu: tunc enim perimit. curaſ Ac bina iecinora leporiſ circa Briletum & Tharnem: & in Cheronneſo ad Propõtidẽ Mirumq; tranſlatiſ alio interit alterum.

CAP. XLVIIII. De felle animalium: & quæ eo ſunt carentia.

N eodem eſt etiã fel nõ omnibuſ datum animalibuſ. In Euboee chalcide nullũ pecori. ĩ Naxo pregrande. geminũq; prodigii loco utrinq; aduene. Equi: muli: aſini: cerui: capre: apri: cameli: delphini non habent. Muriũ aliqui habent. Hominũ paucĩſ non eſt. quorũ ualitudo firmior & uita longior. Sũt qui equo nõ quidẽ ĩ iecore eſſe: ſed in aluo putent. & ceruo in cauda. aut in teſtiniſ. Ideo tantam habent amaritudinem ut a canibuſ non attingantur. Eſt autem nihil aliud quam purgamentum peſſimi ſanguiniſ. & ideo in materia eſt. Certe iecur nulli eſt: niſi ſanguinẽ habẽtibuſ. Accipit hoc a corde cui iungitur. funditq; in uenaſ. Sed in felle nigro inſanie cauſa homini. morſq; toto reddito. Hinc & in moreſ crimen: biliſ nomine. adeo magnum ẽ in hac parte uiruſ: cum ſe fundit in animum. Quin & toto corpore uagũ colorẽ quoq; oculiſ affert. Illud quidem redditum etiam aheniſ. Nigreſcuntq; contacta eo. ne quiſ miretur id uenenum eſſe ſerpentium. Carẽt eo qui abſinthio ueſcuntur in Ponto. Sed renibuſ et parte tantum altera inteſtino iungitur: ut Coruiſ Coturnicibuſ Phaſianiſ. Quibuſdam in teſtino tantum: ut columbiſ Accipitre: Mureniſ. Paucis auiũ ĩ pectore Serpentibuſ portione maxima copioſum & piſcibuſ. Eſt autem pleriſq; toto inteſtĩo ſicut Accipitri: Miluo. Preterea ĩ pectore eſt & ceteriſ auibuſ. Vituliſ quidẽ mariniſ ad multa quoq; nobile. Taurorum felle aureuſ ducit̃ color. Auruſpiceſ id Neptũno & humoriſ potẽtie dicauere. Geminũq; fuit diuo Auguſto: quo die apud Actium uicit Murium iecuſculiſ fibre ad numerum lune dierum in menſe congruere dicuntur. totidemq; & inueniri quotum lumen eiuſ ſit. Preterea bruma increſcere. Cuniculorum exta in Betica gemina ſepe reperiuntur. Ranarum rupetarum altera fibra a Formiciſ non attingitur: propter uenenum ut arbitrantur. Iecur maxime uetuſtatiſ patienſ. centeniſ durare anniſ obſidionum exempla prodidere. Exta ſerpentibuſ & lacertiſ lõga Cecine Volaterrano draconeſ emicuiſſe de extiſ leto prodigio tradit̃. Et ꝑfecto nihil ĩ credibile ſit exiſtimantibuſ Pirrho regi quo die periit preciſa hoſtiarum capita repſiſſe ſanguinem ſuum lambentia.

CAP. L. De extiſ animalium & diuerſitate earum.

Xta homini ab inferiore uiſcerum parte ſeparantur membraniſ que percordia appellant: quia cordi pretenduntur. quod greci appellauerunt phrenaſ. Omĩa quidem principalia uiſcera mẽbraniſ propriiſ ac uelut uaginiſ incluſit prouidẽſ nartura. In hac fuit & peculiariſ cauſa uicinitaſ alui: ne cibiſ ſupprimeretur animuſ. Huic certe refertur accepta ſubtilitaſ mentiſ. ideo nulla eſt ei caro. ſed neruoſa exilitaſ. In eadẽ precipua hylaritatiſ ſedeſ: quod titillatu maxime intelligitur alarum quaſ ſubit: non alibi tenuiore cute humana. ideo ſcabendi dulcidine ibi proxima. Ob hoc in preliſ gladiatorumq; ſpectaculiſ mortem cum riſu traiecta precordia attulerunt.

Nota

CAP. XLI. De uentre animalium & quæ eo carentia: & quæ eiuſ officia.

Vbeſt uenter ſtomachum habentibuſ. Ceteriſ ſimplex. Ruminãtibuſ geminiſ. Sanguine carentibuſ nulluſ. Inteſtinuſ enim quibuſdam ab ore incipiẽſ q̃dam uia eodem reflectitur: ut Sepie & Polypo. In homine adnexuſ infimo ſtomacho ſimiliſ canino. Hiſ ſoliſ animalium inferiore pte anguſtior. Itaq; & ſola uomunt: quia repleto propter anguſtiaſ ſupprimitur cibuſ. Quod accidere non poteſt iiſ: quorum ſpacioſa laxitaſ eum ad inferiora tranſmittit. Ab hoc uetriculo lacteſ in oue & hoĩe per quaſ labitur cibuſ. In ceteriſ ee ilia: quibuſ capaciora inteſtina ad aluũ. Hominiq; flexuoſiſſimiſ orbibuſ. Idcircoq; magiſ auidi ciborum. quibuſ ab aluo longiuſ ſpatium Iidem minuſ ſollerteſ: quibuſ obeſiſſimuſ uenter. Aueſ quoq; geminoſ ſinuſ habent quedã: unũ quo merguntur recẽtia. ut guttur alteꝝ ĩ quẽ ex eo dimittũt cõcoctiõe maturata: ut galline: palumbeſ: columbe: perdiceſ. Cetera fere carent eo. ſed gula patentiore utuntur: ut graccbuli corui corniceſ. Quedam uentro modo. ſed uentrem proximũ habent: quibuſ prelõga colla & anguſta: ut Porphyrion. Venter ſolidipedũ aſp & duruſ. Terreſtriũ aliſ dẽticulate aſperitatiſ aliſ cancellatim mordaciſ q̃buſ neq; denteſ utrinq;. nec ruminatio. Hic conficiũtur cibi. Hinc in aluũ delabuntur. Medio hec umbilico adnexa omnibuſ. In homine ile infima parte ſimile ſuillo: a Greciſ appellatur. Colon: ubi dolorum magna cauſa eſt. Anguſtiſſima canibuſ. Quadecauſa uebementi niſu : nec ſine cruciatu leuant eam. Inſatiabilia animalium quibuſ a uētre protinuſ recto inteſtino tranſeunt cibi: ut lupiſ ceruariiſ. & inter aueſ Mergiſ. Vētreſ & Elepbanto quattuor. Cetera ſuibuſ ſimilia. Pulmo quadruplo maior bubulo Auibuſ uenter carnoſuſ calloſuſq;. In uentre birundinum pulliſ lapilli candido aut rubēti colore : qui Chelidonii uocantur. Magiciſ narrati artibuſ reperiuntur. Et in iuuēcaꝝ ſecundo uentre pile rotunditate nigricanſ Tophuſ: nullo pondere: ſingulare ut putant remedium egre parentibuſ ſi tellurem non attigerit. Ventriculi atq; inteſtina pingui ac tenui omento integuntur. preterquam oua gignentibuſ.

CAP. LII. De lyene animalium.

Vic adnectitur lyen in ſiniſtra parte aduerſuſ iecur cum quo locum aliquando permutat: ſed prodigioſe. Quidam eum putant ineſſe oua parientibuſ. Item ſerpentibuſ admodum exiguum. Ita certe apparet in teſtudine & Crocodilo & lacertiſ & raniſ. Cynocephalo aui nō eſſe conſtat. neq; iiſ que careant ſanguine. Peculiare rurſoſ impedimentum aliquando in eo. Quamobrem inuritur curſorum laborantibuſ. & per uulnuſ etiam exempto uiuere animalia tradunt. Sunt qui putent adimi riſum ſimul homini. Intemperantiamq; ioci cōſtare lyeniſ magnitudine. Aſie regio Scepſiſ appellatur: in qua minimoſ eſſe pecori tradunt. & inde ad lyenem inuenta remedia.

CAP. LIII. De renibuſ animalium.

Tin Brileto & Tharne: quaterni reneſ ceruiſ. Contra pennatiſ ſquamoſiſq;: nulli Cetero ſūmiſ adherent lumbiſ. Dexter omnibuſ eſt latior: & minuſ pīguiſ. ſicciorq;. Vtriq; autem piguitudo e medio exit. preterquam in uitulo marino. Animalia in renibuſ pinguiſſima. Oueſ quidem letaliter circum eoſ concreto pingui. Aliquando in eiſ īueniūtur lapilli. Reneſ babēt omnia quadrupedum: que anīal generant. Oua parentium teſtudo ſola. que & alia omnia uiſcera. Sed bomo bubuliſ ſimileſ uelut e multiſ renibuſ compoſitoſ. Pectuſ hoc ē oſſa precordiiſ & uitalibuſ natura circundedit. At uentri: quem neceſſe erat increſſere: ademit. Nulli animalium circa uentrem oſſa.

CAP. LIIII. De pectore animaliū.

Ectuſ homini tantum latum. Reliquiſ carinatum. Volucribuſ magiſ. Et inter eaſ aquaticiſ mexime.

CAP. LV. De coſtiſ animalium.

Oſte homini tantū octone. Suibuſ dene. Cornigeriſ tredecim. Serpētibuſ trigīta

CAP. LVI. De ueſica animalium & uulua .

Nfra aluum eſt a priore parte ueſica: que nulli oua gignentiū preter teſtudinē. Nulli niſi ſanguineum pulmonem habenti. Nulli pedibuſ carentiū. Inter eam & aluum arterie ad pubem tendenteſ que ilia appellantur. In ueſica lupi lapilluſ ; qui ſyriteſ appellatur. Sed hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcenteſ calculi: & ſetarum capillamenta. Veſica mēbrana conſtat: que uulnerata cicatrice non ſolideſcit. neq; qua cerebrum aut cor inuoluitur. Plura enim membranarum genera. Feminiſ eadem omnia preterq; ueſice iunctuſ utriculuſ: unde dictuſ uteruſ. quod alio nomine Locoſ appellant. Hoc in reliquiſ. animalibuſ: uuluā. Hec uipere & intra ſe pariētibuſ duplex. Oua generantium adnexa precordiiſ. Et in muliere geminoſ ſinuſ ab utraq; parte laterum habet. Funebriſ quotienſ uerſa ſpiritum incluſit. Boueſ grauidaſ negant preterquam dextero uulue ſinu ferre: etiam cum geminoſ ferant. Vulua enecto ptu melior quam edito. Eiecticia uocatur illa. Hec porcaria. Primipare ſuiſ optima. Cōtra effetiſ a partu preterquam eodem die ſuiſ occiſe liuida ac macra. Nec nouellarū ſuum preterquam primipararum probantur. potiuſq; ueterum. nec dum effetarum. & biduo ante partum aut poſt partum aut quo eiecerit die. Proxima eiecticia e occiſa uno die poſt ꝑtú. Huiuſ & ſumem optimum: ſi modo fetuſ non hauſerit. Eiecticie terminú. Antiq abdomen uocabant priuſquá calleret eiciẽteſ occidere nó aſſueti.

CAP. LVII. De Pinguedine: Adipe: Spina: Cartilagine: & Neruiſ.

Ornigera una parte dentata & que in pedibuſ taloſ habent ſeuo piguеſcunt. Biſulca ſciſſiſue ĩ digitoſ pedibuſ & nó cornigera: adipe. Concretuſ hic & cú refrixit fragiliſ: ſemperq; ĩ fine carniſ. Contra pingue ĩter carnẽ cutẽq;. ſucco liquidú. Quedam non pingueſcunt: ut lepuſ: ꝑdix. Steriliora cúcta pinguia. & in maribuſ & ĩ feminiſ Seneſcunt celeriuſ prepinguia. Omnibuſ animalibuſ eſt quoddam in oculiſ pingue. Adepſ cunctiſ ſine ſenſu: qui nec arteriaſ habet: nec uenaſ. Pleriſq; animalium eſt pinguedo ſine ſẽſu. quã obcauſã ſueſ ſpiranteſ a muribuſ tradunt roſaſ. Quin &. L. Aproni Conſulariſ uiri filio detractoſ adipeſ. Leuatumq; corpuſ immobili onere. Et medulla ex eodem uidetur eſſe a iuuenta rubenſ & ſenecta albeſcenſ. Non niſi cauiſ hec oſſibuſ. Nec cruribuſ iumentorum aut canum. Quare fracta non feruminantur. quod defluente euenit medulla. Eſt autem pinguiſ iiſ ꝗbuſ adepſ. Seuoſa cornigeriſ Neruoſa & in ſpina tantum dorſi oſſa non habentibuſ ut piſcium generi. Vrſiſ nulla Leoni in feminum & brachiorum oſſibuſ paucíſ exigua admodú. Ceteriſ enim ẽ tanta duricia ut igniſ elidatur: uelut e ſilice. Iiſ dura que non pingueſcunt. Aſinoꝝ ad tubaſ canora. Delphiniſ oſſa: non ſpine. animal enim pariunt. Serpentibuſ ſpine. Aquatiliú mollibuſ nulla. Sed corpuſ circuliſ carniſ uinctú: ut ſepie atq; lolligini. Et In ſectiſ negat̃ eque eſſe ulla. Cartilaginea animalium aquatiliú habẽt medullam ĩ ſpina. Vituli marini cartilaginẽ: non oſſa. Item oĩm auricule ac nareſ que modicum eminent flexili mollicia: nature prouidentia ne frangerentur. Cartilago rupta: non ſolideſcit. Nec preciſa oſſa recreſcunt preterquam ueteriniſ ab ungula ad ſuffragina Homo creſcit in longitudinem ad annoſ uſque ter ſeptenoſ. Tum deinde ad plenitudinẽ. Maxime autẽ pubeſcenſ nodum quendã ſoluere: & precipue egritudine ſentitur. Nerui orſo a corde: bubuloq; etiam circunuoluti ſimilem naturam & cauſam habent in omnibuſ lubriciſ applicati oſſibuſ nodiſq; corporum qui uocantur articuli. Aliubi interuentu. Aliubi ambitu: aliubi tranſitu ligãteſ. hic tereteſ illic lati: ut in unoquoq; poſcit figuratio. neq; ii ſolidantur inciſi. mirumq; uulneratiſ ſummuſ dolor. preſectiſ nulluſ. Sine neruiſ ſút quedam animalia: ut piſceſ. arteriiſ enim conſtant. Sed neq; ee molli piſcium generi. Vbi ſunt nerui: interioreſ conducunt membra. ſuperioreſ reuocant.

CAP. LVIII. De. Pulſu: & Arteriiſ animalium.

Nter hoſ latẽt arterie id eſt ſpirituſ ſemite. Iſ innatant uene ideſt ſanguiniſ riui Arteriarum pulſuſ in cacumine maxime membrorú euidenſ index fere morboꝝ in moduloſ certoſ legeſq; metricaſ per etateſ ſtabiliſ aut citatuſ aut tarduſ deſcriptaſ ab Eriphilo medicine uate: miranda arte: nimiam ꝓpter ſubtilitatẽ deſertuſ. Obſeruatio tamẽ crebri aut languidi ictuſ gubernacula uite temperat. Arterie carent ſenſu. nam & ſauguine. Nec omneſ uitalem continent ſpiritum. preciſiſq; torpeſcit tantú parſ ea corporiſ. Aueſ nec uenaſ nec arteriaſ habent. Item ſerpenreſ: teſtudineſ. lacerte. minimúq; ſanguiniſ. Vene in pretenneſ poſtremo fibraſ ſubter totã cutem diſperſe: adeo in anguſtam ſubtilitatem renuantur: ut penetrare ſanguiſ non poſſit: aliudue quam exiliſ humor ab illo qui cacuminibuſ innumeriſ ſudor appellatur: in umbilico uenaꝝ nodoſo coitu.

CAP. LVIIII. De Sanguine quorum &

celerrime ſiccetur: quorum non coeat.

Anguiſ quibuſ multiſ & piguiſ iracundia. Maribuſ quam feminiſ nigrior. Et in iuuenta magiſ q̃ ſenio Et inferiore ꝑte píguior. Magna & in eo uitalitatiſ portio Emiſſuſ ſpirituſ trahit ſecum. & tamen tactum non ſentit. Animaliũ fortiora quibuſ ſanguiſ craſſior. Sapiẽtiora: quibuſ tenuior. Timidiora qbuſ minimuſ. At qbuſ nulluſ hebetia. Taurorum celerrime coit atq; dureſcit. ideo peſtifer. potu maxime. Aprorũ ac ceruorum caprarumq; & bubalorum omnium non ſpiſſatur. Pinguiſſimuſ aſiniſ homini tenuiſſimuſ. Iiſ quibuſ pluſ quã quaterni pedeſ nulluſ. Obeſiſ minuſ copioſuſ: qm̃ abſumitur pingui. Profluuiũ eiuſ uni fit in naribuſ homini. Aliiſ nare altera. Aliiſ utraq; Quibuſdam ꝑ inferna. Multiſ ꝑ ora ſtatuto tẽpore ut nuper Macrio uiro Pretorio & omnibuſ anniſ Voluſio Saturnino Vrbiſ Prefecto: qui nonageſimũ etiã exceſſit annum: Solum hoc in corpore temporarium ſentit incrementum. Siquidem hoſtie abundantiorem fundunt: ſi priuſ bibere. Que animaliũ latere certiſ tẽporibuſ diximuſ: non habent tunc ſanguinem preter exiguaſ admodum circa corda guttaſ: miro opere nature. Sicut & in homine uidemuſ ad minima momenta mutari. nõ morbo tantum ĩ ore ſuffuſa materia; uerũ ad ſiguloſ animi habituſ. pudore ira metu. palloriſ pluribuſ modiſ. ſicut ruboriſ. aliuſ enim ire & aliuſ uerecundie. nam & in metu refugere & nuſq̃ eſſe certum eſt. Multiſq; non tranſfluere tranſfoſſiſ. quod homini tantũ euenit. Nã que mutari diximuſ: colorem alienum accipiunt quodam repercuſſu. Homo ſoluſ in ſe mutat. Morbi omneſ morſq;: ſanguinem abſumũt. Sunt qui ſubtilitatẽ animi conſtare non tenuitate ſanguiniſ putent: ſed cute. operimentiſq; corporum. & tunc magiſ aut minuſ bruta eſſe ut oſtreaſ & teſtudineſ. Boum tergora: ſetaſ ſuum obſtare tenuitate innati ſpirituſ. nec purũ liquidumq; tranſmitti. Sic & in homine cũ craſſior calloſiorue excludat cutiſ. Que uero ratio Crocodiliſ ſi non cruori ſed duricie tergoriſ tribuatur & ſollertia? Hippopotami corii craſſitudo taliſ. ut inde torreantur eſce. Et tamen eſt quedam ingenio medica diligentia. Elephantorum quoq; tergora ĩpenetrabileſ ſetaſ habent. cum tamen omnium quadrupedum ſubtilitaſ animi precipua perhibeat̃ illiſ Ergo cutiſ ipſa ſenſu caret. maxime in capite. ubicunq; per ſe ac ſine carne eſt uulnerata non coit: ut in bucca cilioq;.

CAP. LX. De Piliſ: Veſtitu: mãmiſ: & aliſ.

Ve animal pariunt: piloſ habent. Que oua: pennaſ. aut ſquamaſ. aut corticẽ aut teſtam ut teſtudineſ. aut cutem puram ut ſerpenteſ. Pẽnarum cauleſ omniũ auiũ preciſe: non creſcunt. Vulſe autem renaſcuntur. Mẽbraniſ uolant fragilibuſ inſecta. Humẽtibuſ hirũdineſ in mari. Sicciſ inter tecta ueſpertilio. Horũ quoq; ale articuloſ habent. Pili a cute exeũt craſſa hirti. Feminiſ tenuioreſ. Equiſ in iuba largi. In armiſ leoni. Daſipodi & in bucciſ intuſ & in pedibuſ. Que utraq; Troguſ & ĩ lepore tradidit Hoc exemplo libidinoſioreſ hominum quoq; hirtoſ colligenſ. Viloſiſſimuſ animalum lepuſ. Pubeſcit homo ſoluſ. quod niſi contingat: ſteriliſ in gignendo eſt: ſeu maſculiſ ſeu femina. Pili in homine partim ſimul. partim poſtea gignuntur. Congeniti autem non deſinũt. ſicut nec feminiſ magnopere. Inuente tamen quedam defluuio capitiſ inualide. uelut languidioreſ cum menſtrui curſuſ ſtetere. Quibuſdam poſtgenite Viriſ ſponte non gignuntur. Quadrupedibuſ pilum cadere atq; ſubnaſci annuum eſt. Viriſ creſcunt maxime ĩ capite. Mox in barba. Reciſi nõ ut herbe ab cetera inciſura augẽt: ſed ab radice exeũt. Creſcũt & in qbuſdã morbiſ. maxime tuſſiſ. & ĩſenecta. Defũctoꝝ quoq; corporibuſ. Libidinoſiſ congeniti maturiuſ defluunt. At nati celeriuſ recreſcunt. Quadrupedibuſ ſenectute craſſeſcunt. Laneq; rareſcunt. Quadrupedum dorſa piloſa uentreſ glabri. Boum coriiſ glutinum excoquitur. taurorũq;. & id precipuũ Mãmaſ homo ſoluſ e maribuſ habet. Cetera animalia mammarũ notaſ tantum. Sed ne femine quidem ĩ pectore. niſi que poſſunt partuſ ſuoſ attollere. Oua gignentium nulli. Nec lac niſi animal parienti. Volucrum ueſpertilio tantum. Fabuloſum enim arbitror de Strigibuſ ubera eaſ infantium labriſ immulgere. Eſſe in maledictiſ iã antiquiſ Strigẽ conuenit. Sed que ſit auium conſtare non arbitror. Aſiniſ a fetu dolent; ideo ſexto menſe arcent partuſ. cum eque anno prope toto prebeant.

CAP. LXI. Notabilia animalia in mammiſ: & quæ binaſ habeant & quæ plureſ.

Vibuſ ſolida ungula: nec ſupra geminoſ partuſ. Hec omnia binaſ habẽt mãmaſ: nec alibi quam in femoribuſ. Eodem loco biſulca & cornigera. Boueſ quaternaſ. Oueſ. capre binaſ. Que numeroſo fecunda partu: & qbuſ digiti in pedibuſ. Hec plureſ habent toto uentre duplici ordine: ut ſueſ. generoſe duodenaſ. Vulgareſ binaſ minuſ Similiter caneſ. Alia uentre medio quaternaſ ut Panthere. Alia binaſ ut Leene. Elephaſ tãtũ ſub armiſ duaſ. nec in pectore: ſed citra in aliſ occultaſ. Nulla in feminibuſ digitoſ habentium. Primi geniti in quaq; parte ſueſ. primaſ premunt. Etſi eſce ſunt faucibuſ proxime: tamen ſuam noui quiſq; in fetu quo genituſ eſt ordine. eaq; alitur: nec alia. Detracto illa alumno ſuo ſterileſcit illico. ac reſilit. Vno uero ex omni turba relicto: ſola munifex: que genito fuerat attributa: deſcendit. Vrſæ mammaſ q̃ternaſ gerunt. Delphini binaſ in ima aluo papillaſ tantum. nec euidenteſ. & paulo in. obliquũ porrectaſ. neq; aliud animal in curſu lambit̃. Et balene uituliq; mãmiſ nutriũt fetuſ.

CAP. LXII. De lacte: & unde caſeuſ non fiat.

Vlieri ante ſeptimum menſem profuſum lac inutile. Ab eo menſe quod uitaliſ eſt ptuſ: ſalubre Pleriſq; autem totiſ mãmiſ: atq; etiã in alarum ſinuſ fluit. Cameli lac mulgetur ne iterum graueſcat. Suauiſſimum hoc exiſtimat̃ ad unam menſurã tribuſ aque additiſ. Boſ ante partum non habet. Ex primo ſemper a partu coloſtra fiunt. ni admiſceatur aqua in pumiciſ modum coeũt duricia. Aſine pregnanteſ continuo lacteſcunt. Pullo earum ubi pingue pabulum biduo a partu maternum lac guſtaſſe letale eſt. Genuſ mali uocatur coloſtratio. Caſeuſ non fit ex utrinq; dentatiſ: quoniam eorum lac non coit. Tenuiſſimum cameliſ. Mox equabuſ. Craſſiſſimum aſine. ut coaguli uice utantur. Conferre aliquid & candori in mulierum cute exiſtimatur. Popea certe Domitii Neroniſ coniunx quigentaſ per loca omnia ſecum fetaſ trahenſ balneaꝝ etiã ſolio: totum corpuſ illo lacte macerabat. Extendi quoq; cutem credenſ. Omne autẽ igne ſpiſſatur: aut humore feruido. Bubulum caſeo fertiliuſ quam caprinum. ex eadẽ menſura pene altero tanto. Que plureſ quaterniſ mammaſ habent. caſeo inutilia. Et melioraq; binaſ. Coagulũ inutile leporiſ. Hedi laudatum. Precipuum tamẽ Daſipodiſ. quod & profluuio alui medet̃. uniuſ utrinq; dentatorum. Mirum barbaraſ genteſ: que lacte. uiuãt ignorare aut ſpernere caſei tot ſeculiſ dotem. Denſanteſ id alioqui in acorẽ iucundũ. Et pingue butyrum ſpuma id eſt lactiſ concretiuſq; quam quod ſerũ uocat̃ Non omittendum in eo olei uim eſſe: & barbaroſ omneſ infanteſq; noſtroſ ita ungi.

CAP. LXIII. De diuerſitate caſeorũ: eorumq; nominibuſ.

Auſ caſeo Rome: ubi omnium gentium bona iudicantur cominuſ e prouintiiſ Nemauſenſi precipua: Leſure Gabaliciq; pagiſ. Sed breuiſ ac muſteo tantum cõmendatio. Duobuſ alpeſ generibuſ pabula ſua approbãt. Dalmatie Docleatẽ mittũt. Centrionice Vatuſicũ. Numeroſior Apennino Cebanuſ. Hunc & liguria mittit ouiũ maxime lactiſ. Auximatẽ ex Vmbria. Mixtoq; Etrurie atq; ligurie cõfinio Lunẽſẽ

Eſinatem

magnitudine conſpicuũ. Quippe & ad ſingula milia pondo premitur. Proximũ autem & urbi Veſtinum. Cruſtuminumq; & e ceditio campo laudatiſſimum. Et Caprarum gregibuſ ſua lauſ ẽ. In recenti maxime. eam augente gratiam fumo: qualiſ in ipſa urbe conficitur. cunctiſ preferenduſ. Nam galliarum ſapor medicamẽti uim obtinet. Trãſmaria uero Bithyniuſ fere in gloria eſt. Ineſſe pab uliſ ſalem etiam ubi non detur: ita maxime intelligitur: omni in ſale caſeo ſeneſcente. Qualeſ redire in muſteum ſaporem aceto e thymo maceratoſ certũ eſt. Tradũt Zoroaſtren in deſertiſ caſeo uixiſſe ãniſ XX. ita temperato ut uetuſtatem non ſentiret.

CAP.LXIIII. De diuerſitate membrorum hominiſ a ceteriſ animalibuſ.

Erreſtriũ ſoluſ homo bipeſ. Vni iuguli. humeri. Ceteriſ armi. Vni ulne. Quibuſ animalium manuſ ſunt intuſ tantũ carnoſe. extra neruiſ & cute conſtant. Digiti quibuſdã in manibuſ ſeni. C. Oratii ex patricia gẽte filiaſ duaſ ob id Sedigitaſ accepi appellataſ. Vulcatium Sedigitum illuſtrẽ in Poetica. Hominiſ digiti articuloſ habẽt ternoſ. Pollex binoſ. & digitiſ aduerſuſ uniuerſiſ flectitur. per ſe uero in obliquũ porrigitur. craſſior ceteriſ. Huic minimuſ menſura par eſt. duo reliqui ſibi. Inter quoſ mediuſ longiſſime protenditur. Quibuſ ex rapina uictuſ quadrupedum quini digiti in p̃oribuſ. pedibuſ. reliqſ quaterni. Leoneſ lupi caneſ Et pauca in poſteribuſ quoq; quinoſ ungueſ habent. uno iuxta cruriſ articulum depẽdente. Reliq̃ que ſunt minora digitoſ quinoſ. Brachia non omnibuſ paria eſſe. Thracio enim ſtudioſo in Caii Ceſariſ ludo: notum eſt dexteram fuiſſe proceriorẽ. animalium quedam ut manibuſ utuntur priorum miniſterio pedum. ſedentq; ad oſ illiſ admonentia ciboſ: ut Sciuri.

CAP.LXV. De Simiarum ſimilitudine cum forma humana.

Am Simiarum genera perfectam hominiſ ſimulationem continent facie naribuſ auribuſ palpebriſ. Que ſole quadrupedum & inferiorem habent genam. Iam mammaſ in pectore: & brachia: & crura in contrarium flexa. Similiter in manibuſ ungueſ: digitoſ: longioremq; mediũ. Pedibuſ paulum differunt. Sunt enim ut manuſ prelongi: ſed ueſtigiũ palme ſimile faciunt. Iiſ quoq; pollex & articuli ut homni. Et preter genitale: & hoc in maribuſ tantũ Viſcera etiam interiora omnia ad exemplar.

CAP.LXVI. De Vnguibuſ: digitiſ: pedibuſ: genibuſ: cruribuſ: ſuriſ: uaricibuſ: taliſ.

Ngueſ qui clauſule neruorum ſumme exiſtimantur: omnibuſ iiſ quibuſ & digiti. Sed ſimie imbricati: hominibuſ lati. & defuncto creſcũt: Rapacibuſ unci. Ceteriſ recti: ut canibuſ Preter eũ qui a crure pleriſq; dependet. Omnia digitoſ habent que pedeſ: excepto Elephanto. Huic enim informeſ numero quidem quinque ſed indiuiſi. ac leuiter diſcreti. unguliſq; non unguibuſ ſimileſ. Et pedeſ maioreſ prioreſ. In poſterioribuſ articuli breueſ. Idem popliteſ intuſ flectit hominiſ modo. Cetera animalia in diuerſum. Poſterioribuſ articuli pedibuſ quaſi prioribuſ. Nam que animal generant: genua ante ſe flectunt. & ſuffraginum artuſ in aduerſum. Homini genua & cubiti contraria. Item Vrſiſ & Simiarum generi. ob id minime pernicibuſ. Oua parientibuſ quadrupedum Crocodilo Lacertiſ priora genua poſt curuantur. poſteriora in p̃orem partem. Sunt autẽ crura hiſ obliq̃ humani pollicis modo. Sic & multi pedibuſ preterq̃ nouiſſima ſalientibuſ. Aueſ & quadrupedeſ alaſ in priora curuant. Suffragineſ in poſteriora. Hominiſ genibuſ quedã & religio ineſt obſeruatione gentiũ. hec ſuppliceſ attingũt. ad hec manuſ tendunt. hec ut araſ adorant. fortaſſiſ quia ineſt iiſ uitalitaſ. Nanq; in ipſa genu utriuſq; commiſſura dextra leuaq; a priore parte gemina quedam buccaꝝ inanitaſ inē. Qua perfoſſa ceu uinculiſ ſpirituſ fugit. Ineſt & in aliiſ ꝑtibuſ quedā religio. ſicut dextra oſculiſ auerſa appetitur. In fide porrigitur. Antiquiſ grecie in ſupplicando mentū attingere moſ erat. Eſt in aure ima memorie locuſ: quē tāgēteſ atteſtamur. Eſt poſt aurem eque dextrram Nemeſioſ: que dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem inuenit: quo referimuſ tacto ore proximū a minimo digitū: ueniam ſermoniſ a diiſ expoſcenteſ. Variceſ in cruribuſ uiro tantum muliere raro. C. Mariū qui ſeptieſ conſul fuit ſtantem ſibi extrahi paſſum unum hominem Oppiuſ auctor eſt. Omnia animalia a dextriſ partibuſ incedunt. ſiniſtriſ incubant. Reliqua ut libitū ē. gradiuntur. Leo tantum & cameluſ pedatim hoc eſt ut ſiniſter peſ non tranſeat dextꝝ ſed ſubſequat̄. Pedeſ homini maximi. feminiſ tenuioreſ. In omni genere ſure homini tantum & crura carnoſa. Reperitur apud autoreſ in Egypto quendam non habuiſſe ſuraſ. Vola homini tantum exceptiſ quibuſdam. nanq; & hinc cognomina inuenta Planci Plauti Scauri Panſe: ſicuti a cruribuſ Vari Vatie Vatiniq; uitia. Et in q̄drupedibuſ ſolidaſ habēt ūgulaſ que nō ſūt cornigera. Igit' ꝑ iiſ telū ungula eſt illiſ. Nec taloſ habent eadem. At quæ biſulca ſunt: habent. Iidem digitoſ habentibuſ non ſunt. Neq; prioribuſ pedibuſ omnino ulli. Camelo tali ſimileſ bubuliſ. ſed minoreſ paulo eſt enim biſulcum diſcrimine exiguo peſſimuſ ueſtigio carnoſo: ut urſi. Quadecauſa in longiore itinere ſine calciatu fatiſcunt:

CAP. LXVII. De Vnguliſ animalium.

Ngule ueterino tantū generi renaſcunt̄. Sueſ in Illiryco quibuſdam lociſ ſolidaſ habēt ūgulaſ. Cornigera fere biſulca. Solida ūgula & bicorne: nullum. Vnicorne aſinuſ tantū indicuſ. Vnicorne biſulcū: Orix. Taloſ aſinuſ indicuſ unuſ ſolidipedū habet. Nam sueſ ex utroq; genere exiſtimantur. ideo foedi earum. Hominē qui exiſtimarunt habere: facile conuicti. Lynx tantum digitoſ habentium ſimile quiddam talo habet. Leo etiam num tortuoſoſ. Taluſ autem rectuſ eſt in articulo pediſ uētre eminenſ: concaua in uertebra ligatuſ.

CAP. LXVIII. De Pedibuſ auium & unguibuſ.

Viū alie digitate. alie palmideſ: alie inter utrunq; digitiſ diuiſiſ adiecta latitudīe Sed omnibuſ quaterni digiti. treſ in ſuperiore parte: unuſ ī calce. hic deē quibuſdā longa crura habentibuſ. Lynx ſola utrinq; binoſ habet. Eadem linguam ſerpentium ſimilem in magnam longitudinem porrigit. Circūagit collum in aduerſum ſe. Vngueſ ei grandeſ ceu gracchuliſ. Auium quibuſdam grauioribuſ in cruribuſ additi radii. Nulli uncoſ habentium ungueſ longi pedeſ Porrectiſ ad caudam ee cruribuſ uolāt Quibuſ breueſ contractiſ ad medium. Qui negant uolucrem ullam ſine pedibuſ eſſe: confirmāt & Apodaſ habere. Et ocen. Et Drepanin in eiſ que rariſſime apparent. Viſe iam etiā ſerpenteſ anſeriniſ pedibuſ

CAP. LXVIIII. De Pedibuſ inſectorum a duobuſ ad centum.

Nſectorū animalium pedeſ primi longioreſ duroſ habentibuſ oculoſ ut ſubinde pedibuſ eoſ tergant: ceu notamuſ in muſciſ. Que ex iiſ nouiſſimoſ habent longoſ. ſaliunt ut Locuſte. omnibuſ autē iiſ ſeni pedeſ. Araneiſ quibuſdam prelongi accedūt bini. Internodia ſinguliſ terna. Octonoſ & mariniſ eſſe diximuſ Polypiſ. Sepiiſ Lolligibuſ Cancriſ: qui brachia in contrarium mouent: Pedeſ in orbem aut in obliquum: Iidem ſoli animalium rotundi. Cetera binoſ pedeſ duceſ habēt. Cancri tantū q̄ternoſ. Que hunc numerū pedū exceſſere terreſtria ut pleriq; uermeſ. non infra duodenoſ. habent Aliqua uero & centenoſ. Numeruſ pedum impar nulli eſt. Sollipedum crura ſtatim iuſta naſcuntur menſura: poſtea exporrigentia ſe uerius quam creſcentia. Itaq;

in infantia ſcabunt aureſ poſterioribuſ: quod addita etate non queunt: q̄a longitudo ſuperficiem corpoꝝ ſolā ampliat. Hac decauſa inter initia paſci niſi ſubmiſſiſ genibuſ non poſſunt.nec uſq; dum ceruix ad iuſta incrementa perueniat.

CAP.LXX.De Pomilionibuſ:& Genitalibuſ ac teſtibuſ animalium.

p Omilionū genuſ in omnibuſ animalibuſ eſt. atq; etiam inter uolucreſ. Genitalia maribuſ q̄buſ eſſēt retro ſatiſ diximuſ.Oſſea ſūt Lupiſ.Vulpibuſ. Muſteliſ. Viuerre. Sūt iiſ etiā calculo hūano remedia p̄cipua.urſo quoq; ſimul ut expirauerit corneſcere aiūt. Camelino arcuſ ītēdere oriētiſ populiſ fidiſſimū.nec nō aliq̄ gētiū quoq; in iiſ diſcrimina. Et ſacrorum etiam citra perniciē amputatiſ matriſ deum Galliſ.Cōtra mulierum pauciſ prodigioſa aſſimilatio ſicut hermaphroditiſ utriuſq; ſexuſ. Quod etiā quadrupedū generi accidiſſe. Neroniſ principatu primū arbitror. Oſtendabat certe hermaphroditaſ ſubiugeſ carpento ſuo. Et equaſ in Treberico Gallie agro repertaſ. ceu plane uiſenda reſ eſſet. Principem terraꝝ inſidere portētiſ. Teſteſ pecori armētoq; ad crura decidui. Suibuſ adnexi. Delphino prelongi.ultima conduntur.aluo Et elephanto occulti. Qui oua parientium lumbiſ intuſ adherent.qualia ociſſima ī uenere. Piſcibuſ ſerpētibuſq; nulli. Sed eorum uice bine ad gēitalia a renibuſ uene. Buteōibuſ terni. Homini tantum iniuria aut ſponte nature franguntur. Idq; tertium ab hermaphroditiſ & ſpadonibuſ ſemiuiri genuſ habent. Mareſ in omni generi fortioreſ preterquam in pantheriſ & urſiſ.

CAP.LXXI.De caudiſ animalium:& earum diuerſitate.

c Aude preter hominem ac ſimiaſ omnibuſ fere animalibuſ. & oua gignentibuſ pro deſiderio corporum. Nude hirciſ & apriſ Setoſe ut equiſ. Amputate lacertiſ & ſerpentibuſ renaſcuntur. Piſcium meatuſ gubernaculi modo regunt. Atq; etiam in dextram ac leuam mote:ut remigio quodam impellūt. Lacertiſ iuueniuntur & gemīe Boum caudiſ longiſſimuſ cauliſ. atq; in ima parte hirtuſ. Idem aſiniſ longior q̄ equiſ: ſed ſetoſuſ ueteriniſ. Leoni infima parte ut bubuſ & ſorici. & pantheriſ non item. Vulpibuſ & lupiſ: uilloſuſ ut ouibuſ.quippe procerior. Sueſ interquent. Canuum degenereſ ſub alnum reflectunt.

CAP.LXXII.De uocibuſ uariiſ animalium.

v Ocem non habere niſi que pulmonem & arteriaſ habent:hoc eſt:niſi que ſpirant: Ariſtoteleſ putat.Idcirco & Inſectiſ ſonū eſſe non uocem:intuſ meante ſpiritu.& īcluſo ſonāte. Alia murmur edere:ut apeſ. Alia cōtractu ſtridorē ut cicadaſ.recepto enim ut duabuſ ſub pectore cauiſ ſpiritu mobili occurſante mēbrana intuſ attritu eiuſ ſonare uiſcera ſat notum eſt. Cetera ſimul cum uolatu incipere audiri & deſinere ut muſcaſ apeſ:ſonum enim attritu & interiore aura non anima reddi. Locuſtaſ pēnarū & feminum attritu ſonare creditur ſane. Item aquatiliū pectineſ ſtridere cū uolāt. Mollia & cruſta intecta nec uocem nec ſonū ullū habere. Sed & ceteri piſceſ quāuiſ pulmone & arteria careant:non in totum ſine ullo ſono ſunt. Stridorem eū dentibuſ fieri cauillantur Et iiſ qui Caper uocatur in Acheloo amne : grūnitum habet. Et alii de quibuſ diximuſ oua parientibuſ. Sibiluſ ſerpentibuſ longuſ. Teſtudini abruptuſ. Raniſ ſonuſ ſui generiſ ut dictū eſt:niſi ſi & in hiſ ferēda dubitatio eſt : qui mox ī ore concipitur non in pectore. Multum tamen in hiſ refert & locorum natura. Mute in Macedonia.traduntur.Muti & apri. Auium loquatioreſ que minoreſ. Et circa coituſ maxime. Aliiſ in pugna uox:ut Coturnicibuſ. Aliiſ ante pugnam ut p̄dicibuſ.Aliiſ cū uicere:ut gallinaceiſ. Iiſdem ſua maribuſ. Aliiſ eadem ut feminiſ: ut luſciniarū generi

Rane Mute & apri

Quedam toto anno canunt. Quedã certiſ tẽporibuſ: ut in ſingulis dictum eſt. Elephaſ citra nareſ ore ipſo ſternutamento ſimilem elidit ſonum. Per nareſ autem tubarum raucitati. Bubuſ tantum feminiſ uox grauior. in alio omni genere exilior q̃ maribuſ. In homine etiã caſtratiſ. Infantiſ naſcentiſ nulla audit̃ antequã totuſ emergat utero Primuſ ſermo anniculo eſt. Semeſtriſ locutuſ ẽ Creſi filiuſ in crepundiiſ: quo prodigio totum id concidit regnum. Qui celeriuſ fari cepere: tardiuſ ingredi incipiunt. Vox roboratur a tredecim anniſ. Eadem inſenecta exilior. Neq; in alio animalium ſepiuſ mutatur. Mira preterea ſunt de uoce digna dictu in theatrorum orcheſtriſ ſtobe aut arena ſuperiecta deuoratur. Et in rudi parietũ circũiectu. Etiã doliſ inanibuſ curric eadem concauo uel recto parietum ſpatio quanuiſ leui ſono dicta uerba ad alterum caput perferenſ ſi nulla inequalitaſ impediat. Vox in homine magnam uultuſ partem habet. Agnoſcimuſ eam priuſ quam cernamuſ: non aliter quam oculiſ. Totidẽq; ſunt ee quot in rerũ natura mortaleſ. & ſua cuiq; ſicut facieſ. Hinc illa gentium totq; linguarum toto orbe diuerſitaſ. Hinc tot cantibuſ & moduliſ flexioneſ. Sed ante omnia explanatio animi: que noſ diſtinxit a feriſ. Inter ipſoſ quoq; homineſ diſcrimẽ alterũ eque grande quam a beluiſ fecit.

elephas nare & no ore sonat

De pueris fantibus celere

Vox hominis habere p̃te uultus

CAP. LXXIII. De Agnaſcentibuſ membriſ: dictaq; Ariſtotelis de uita humana.

MEmbra animalibuſ agnata. inutilia ſũt: ſicut ſextuſ homini ſemper digituſ. Placuit in egypto nutrire portentũ biniſ & in aduerſa capitiſ parte oculiſ hominẽ. ſed iiſ non cernentem. Miror quidem Ariſtotelem non modo credidiſſe preſcita uite eſſe aliqua in corporibuſ ipſiſ: uerũ etiam prodidiſſe. Que quanquã uana exiſtimo: nec ſine contatione proferenda ne in ſe quiſq; & auguria anxie querat: attingã tamen que tantuſ uir in doctrina non ſpreuit. Igitur uitæ breuiſ ſigna ponit raroſ denteſ: prelongoſ digitoſ. plumbeum colorem. pluresq; in manu inciſuraſ: nec ꝑpetuaſ. Cõtra longe eſſe uite incuruoſ humeriſ. & in manu una duaſ inciſuraſ longaſ habenteſ. & plureſ quã. xxxii. denteſ habenteſ. auribuſ ampliſ. Nec uniuerſa hec ut arbitror: ſed ſĩgula obſeruat. friuola ut reor. & uulgo tamen narrata. Addidit morũ aſpectuſ ſimili modo apud noſ Troguſ & ipſe autor ſeueriſſimuſ. quoſ uerbiſ eiuſ ſubiiciã. Frõſ ubi eſt magna: ſegnem animum ſubeſſe ſignificat. Quibuſ parua mobilem. Quibuſ rotunda iracundũ: uelut hoc ueſtigio tum oriſ apparente. Supcilia quibuſ porrigũtur in rectũ: molleſ ſignificant. Quibuſ iuxta naſum flexa ſunt: auſteroſ. Quibuſ iuxta tempora inflexa deriſoreſ. Quibuſ in totum dimiſſa: maliuoloſ & inuidoſ. Oculi quibuſcunq; ſunt longi: maleficoſ eſſe indicant. Qui carnoſoſ a naribuſ anguloſ habẽt: malicie nota preuenti. Candidi parſ extenta; notam impudẽtie habet. Qui identidem autẽ operire ſolẽt: ĩcõſtãtie. Auriculaꝝ magnitudo: loq̃citatiſ & ſtulticie nota eſt, hactenuſ troguſ.

Vite breuis signa
nec non ꝛ mox

CAP. LXXIIII. De Anima: halitu: & uictu animalium.

ANime leoniſ uiruſ graue. Vrſi peſtilenſ. contacta halitu eiuſ attigit. nulla fera Ciciuſq; putreſcunt afflata reliquiſ. Hominiſ tantum anima infici uoluit pluribuſ modiſ: & ciborum ac dentium uitiſ. ſed maxime ſenio. Dolorem ſentire non poterat. tactu ſenſuq; omni carebat ſine qua nihil ſentitur. Eadem comeabat ab eo recẽſ aſſidue. exitura ſupremo: & ſola ex omnibuſ ſuperfutura. Deniq; hec trahebatur e celo. Huiuſ quoq; tamen reperta pena eſt. ut neq; id ipſum quo uiuitur. in uita iuuaret. Parthorum populiſ hoc precipue & a iuuemta propter indiſcertoſ ciboſ. nanq; & uino fetẽt ora nimio. Sed ſibi procereſ medent̃ grano Aſſyrii mali cuiuſ eſt ſuauitaſ ꝑcipua in eſculenta addito. Elephantorum anima ſerpenteſ extrahit. Ceruorum item urit.

Diximuſ hominum genera qui uenena ſerpentium ſuctu e corporibuſ exigerent. Quin & ſuibuſ ſerpenteſ in pabulo ſunt. & aliiſ uenenū eſt. Que inſecta appellauimuſ: oīa olei aſperſu necantur. Vultureſ unguento quidem fugantur. Alia alioſ appetunt odoreſ. Scarabei roſam. Quoſdam ſerpenteſ ſcorpio occidit. Scythe ſagittarū ungunt aciem uiperina ſanie & humano ſanguine. Irremediabibile id ſceluſ. Mortem illico affert. leui tactu. Que animalium ueneno paſcerentur: diximuſ. Quedam innocua alioqui uenenatiſ. paſta noxia fiunt & ipſa. Aproſ in Pamphylia & cilicie montoſiſ ſalamandra ab iiſ deuorata qui edere: moriūtur. Nec enim eſt intellectuſ ulluſ ī ſapore uel odore. Et aq̄ uinūq; īterimit. Salamandra ibi immortua. uel ſi omnino biberit: unde potetur. Item rana quam uocant rupetam: tantum inſidiarum eſt uite. Veſpe ſerpēteſ auide ueſcuntur: quo alimento mortiferoſ ictuſ faciunt. Ideoq; magna differentia eſt uictuſ. ut in tractatu piſce uiuentium Teophraſtuſ prodit: Boueſ quoq; piſce ueſci: ſed non niſi uiuente. Homini cibuſ utiliſſimuſ ſimplex. Aceruatio ſaporum peſtifera. & condimenta perniciosiora. Difficulter autem perficiūtur omnia in cibiſ acria. nimia & auide hauſta. & eſtate q̄ hyeme difficiliuſ. & in ſenecta q̄ in iuuenta. Vomitioneſ hōi ad hec in remedium excogitate: frigidiora corpora faciūt. Inimice oculiſ maxime: aut dentibuſ. Somno concoquere corpulentie quā firmitati utiliuſ. Ideo athletaſ malūt ciboſ ambulatione perficere. Peruigilio quidem precipue uincuntur cibi.

hōi Cibus utilissimꝰ simplex

CAP.LXXV.De corpulentia augenda uel minuenda: & que guſtum: famem ac ſitim ſedant.

Vgeſcunt corpora dulcibuſ atq; pinguibuſ. & potu. Minuuntur ſicciſ: & aridiſ. frigidiſq;. ac ſiti. Quedam animalia & pecudeſ quoq; in Africa quarto die bibūt. Homini non ante diem ſeptimum letaliſ inedia. Duraſſe & ultra undecimum pleroſq; certum eſt: mori eſuriendi ſemper inexplebili auiditate animaliū quedā rurſuſ exiguo guſtu famē ac ſitim ſedāt: cōſeruātq; uireſ butyrū hippace glycyrrizo. Pernicioſiſſimū autem & in omni uita quidem quod nimium. Precipue tamen corpori. Minuiq; quod graue quolibet modo utiliuſ. Verum ad reliqua nature tranſeamuſ.

Ad Conſervandas vires

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VNDECIMVS DE INSECTIS ANIMALIBVS FINIT: INCIPIT DVODECIMVS DE PLANTIS ODORATORVM FOELICITER.

CAP.I.De arborum honore & quando plantate primum in italia: & unde natura earum.

Nimaliū omninm que noſci potuere nature generatim mēbratimq; ita ſe habēt. Reſtant neq; ipſa anima carentia: quandoquidem nihil ſine ea uiuit: terra edita. ut inde eruta dicant: ac nullū ſileat rerum nature opuſ. Diu fuere occulta eiuſ beneficia. ſummumq; munuſ homini datum arboreſ ſilueq; intelligebantur. Hinc primū alimentum. Harum fronde mollior ſpecuſ. Libro ueſtiſ. Etiam nū ingenteſ ſic degūt. Quo magiſ ac magiſ admireriſ. ab hiſ principiiſ cedi monteſ in marmora. Veſteſ a ſeribuſ peti. Vnionem in rubri mariſ profūdo. Smaragdum ī ima telluri queri. Ad hoc excogitata ſunt aurium uulnera. Nimirum quoniā paꝝ erat collo crinibuſq; geſtari niſi īfoderentur etiam corpori. Quamobrem ſequi par eſt ordinē uite. & arboreſ ante alia dicere. ac moribuſ primordia ingerere.

He fuere numinum templa. priſcoq; ritu ſimplicia rura eciam nunc deo precellentem arborē dicant. Nec magiſ auro fulgentia atq; ebore ſimulacra q̄ lucoſ: & in iiſ ſilentia ipſa adoramuſ. Arborum genera numinibuſ ſuiſ dicata perpetuo ſeruantur : ut Ioui Eſculuſ. Apollini Lauruſ. Minerue olea. Veneri Myrtuſ. Herculi Populuſ. Quin & Siluanoſ Faunoſq; & deorū genera ſiluiſ ac ſua numina tanquam e celo attributa credimuſ. Arboreſ poſtea blandioribuſ fruge ſucciſ hominē mitigauere. Ex iiſ recreāſ membra olei liquor. uireſq; potuſ uini tot deniq; ſaporeſ annui ſponte ueniēteſ & mēſe depugnetur licet earum cauſa cum feriſ: & paſti naufraugorum corporibuſ piſceſ expetantur: etiam num tamen ſecunde. Mille. preterea ſunt uſuſ earum: ſine quiſ uita degi non poſſit. Arbore ſulcamuſ maria terraſq; admouemuſ. Arbore exedificamuſ tecta. Ex arbore & ſimulacra numinum fuere. nondum precio excogitato beluarum cadaueri : atq; ut a duſ nato iure luxurie eodem ebore numinum ora ſpectarentur & menſarum pedeſ. Produnt alpibuſ coercitaſ & tam in exuperabili munimēto Galliaſ hanc primum habuiſſe cauſam ſuperfundendi ſeſe Italie : ꝙ Elico ex Heluetiiſ ciuiſ eorum fabrilem ob artem Rome commoratuſ ficum ſiccam & uuam oleiq; ac uini primitiaſ remeanſ ſecum tuliſſet. Quapropter hec uel bello queſiſſe uenia ſit. Sed quiſ non iure miretur arborem umbre gratia tantum ex alieno petitam orbe ? Platanuſ ea eſt. Hec per mare Ionium in Diomediſ inſulam eiuſdem. tumuli gratia primum inuecta. Inde in Siciliā trangreſſa: atq; inter primaſ donata Italie & iā ad Morinoſ uſq; peruecta: ad tributarium etiam pertinenſ ſolum ut genteſ uectigal & pro umbra pendant. Dionyſiuſ prior Sicilie Tyrannuſ regiam in urbem tranſtulit eaſ : domuſ ſue miraculum. ubi poſtea factū gymnaſium. nec potuiſſe in amplitudinem adoleſcere Haud aliaſ fuiſſe in Italia. ac nominatim Hiſpania apud autoreſ inueniť. Hoc actū circa capte Vrbiſ etatem. tantumq; poſtea honoriſ increuit: ut mero infuſo enutrianť Compertum id maxime prodeſſe radicibuſ. Documuſq; etiam arboreſ uina potare. Celebrate ſunt primum in ambulatione Acedemiæ Atheniſ cubitoꝝ. xxx. ſex uniuſ radice ramoſ antecedēte. Nunc eſt clara in Lycia ſocia gelidi fontiſ amenitate itineri oppoſita domicilii modo caua octoginta atq; uniuſ pedum ſpecu. numeroſo uerticæ. & ſe uaſtiſ protegenſ ramorū arboribuſ inſtar agroſ longiſ obtinenſ umbriſ. ac neqd deſit ſpelunce imagini ſaxea intuſ crepidiniſ corona muſcoſoſ cōplexa pumiceſ extat: Tā digna miraculo: ut Liciniuſ Mutianuſ ter Cōſul: & nuper Prouīcie eiuſ legatuſ prodendum etiam poſteriſ putauerit: epulatum intra eam ſe cū duodeuiceſimo comite. Large ipſa toroſ prebente fronde. ab omni afflatu ſecurum optantem hymbriū per folia crepituſ Letiorēq; marmorū nitore picture uarietate laqueariū au reo cubuiſſet. in eadem. aliud exemplum Caii Principiſ in Veliterno rure mirati uniuſ tabulata. laxeq; ramorū trabibuſ ſcamna patula & in ea epulati cum perſpexiſſet ūbre quindecim conuiuarū ac miniſterii capacem triclinio. Quam cenam appellauit illenidū. Eſt Gortyne inſula Creta iuxta fontē platanuſ una inſigniſ. utriuſq; lingue monumētiſ. nunquam folia dimittenſ. ſtatimq; ei Grecie fabuloſitaſ ſuperfluit: Iouem ſub ea cum Europa concubuiſſe. Ceu nero non alia eiuſ generiſ eſſet in Cypro. ſed ea primum in ipſa creuerit ut eſt natura hominum nouitatiſ auida. Platanis aducere genera uitium: quandoquidē commentatto arboriſ eiuſ non alia maior eſt : quam ſolem eſtate arcere: hyeme admittere. Inde in Italiamquoq; ac ſuburbana ſua Claudio Principe Marcelli Eſernini libertuſ : ſed ꝗ ſe potētie cauſa Ceſariſ libertiſ adoptaſſet Spado Theſſalicuſ prediueſ ut merito dici poſſet Iſ quoq; Dioniſiuſ tranſtulit id genuſ durantq; etiā in Italia portenta terrarum. preter illa ſcilicet que ipſa excogitauit Italia. Nanq; &

Chameplatani uocantur coacte breuitatiſ: quoniā arborum etiam abortuſ īuenimuſ. Hoc quoq; ergo in genere Pumilionum infelicitaſ dicta erit. Fit autem & ſerendi genere. & recedēdi. Primuſ ·Cn. Matiuſ ex equeſtri ordine diui Auguſti amicuſ īuenit nemora tonſilia intra hoſ. lxxx. annoſ.

CAP. II. De Peregriniſ arboribuſ: & malo Aſſyria.

Eregrine Ceraſi: perſiciq; & omneſ quarum Greca nomina aut aliena. Sed que ex iiſ incolarū numero eſſe cepere: dicenē inter fructiferaſ. In preſentia externa ꝓſequemur. a ſalutari maxime orſi. Maluſ Aſſyria: quā alii uocant Medicā: ueneniſ medetur. folium eiuſ eſt Vnedoniſ intercurrentibuſ ſpiniſ Pomū ipſū aliaſ nō mādiē odore precellit foliorum quoq; : qui tranſit in ueſteſ una conditus. arcetq; animalium noxia. Arbor ipſa omnibuſ horiſ pomifera eſt. aliiſ cadentibuſ. aliiſ matureſcentibuſ. aliiſ uero ſubnaſceutibuſ. Temptauere gēteſ transferre ad ſeſe ꝓpter remedii p̄ſtātiā fictilibuſ in uaſiſ dato per cauernaſ radicibuſ ſpiramento. Qualiter omnia trāſitura longiuſ: ſeri arctiſſime transferriq; meminiſſe conueniet: ut ſemel queq; dicantur. Sed niſi apud Medoſ & in Perſide naſci noluit. Hec eſt cuiuſ grana parthorum procereſ incoquere diximuſ eſculentiſ: commendandi halituſ gratia. nec alia arbor laudatur in Mediſ. Lanigeraſ ſerum in mentione gentiſ eiuſ narrabimuſ.

CAP. III. De Hebeno arbore & Ebore.

Nter Indie arborum magnitudinem unam quā peculiariuſ Virgiliuſ celebrauit Hebenū nuſquam alibi naſci profeſſuſ. Herodotuſ eā Ethiopie īfelligere maluit tributi uice Regibuſ Perſidiſ e materie eiuſ centenaſ phalangaſ: tertio quoq; annopēſitaſſe Ethiopaſ cum auro & ebore prodendo. Non omittendum id quoq; uicenoſ denteſ elephantorum grandeſ: quoniam ita ſignificauit: Ethiopaſ eadem cauſa pēdere ſolitoſ: tanta ebori autoritaſ erat. urbiſ noſtre trecenteſimodecimo anno. Tunc enim autor ille hiſtoriam eam condidit. Thuriuſ in Italia. Quo magiſ mirum eſt qđ eidem credimuſ qui padum amnem nō uidiſſet: nemini ad id tēpuſ Aſie Greciēq; aut ſibi cōgnitum. in Ethiopie forma tā diximuſ. Meroen uſq; nuꝑ allata Neroni Principi raram arborē hebenū. A Meroe uſq; ad Syenē finem īpii per noningenta nonaginta ſex. M. paſſuū: nullāq; aliam niſi palmarum generiſ eſſe Herodotuſ docuit. Ideo fortaſſiſ in tributorum autoritate tertia reſ fuerit Hebenuſ Rome eam Magnuſ Pompeiuſ intriumpho Mithridatico oſtendit. Accēdi eā Fabianuſ negat. Vritur tamē odore iucundo. Duo genera eiuſ. Rarū id: quod meliuſ. arboreū trūco enodi. materie nigri ſplendoriſ. ac uel ſine arte ꝓtinuſ iucundi. Alteꝝ fruticoſū Cytici modo: & tota India diſperſum eſt.

CAP. IIII. De ſpina & uicubuſ indicie.

Bi & ſpina ſimiliſ ſed deprehenſa uel lucerniſ igni protinuſ tranſiliente. Nūc eaſ exponam: quaſ mirata eſt Alexandri Magni uictoria: orbeceo patefacto. Ficuſ ibi exilia poma habet. ipſa ſe ſemper ſerenſ: uaſtiſ diffunditur ramiſ. quorum pondera adeo in terram curuantur ut annuo ſpatio infigantur. nouamq; ſibi propaginē faciāt circa parentem in orbeſ. quodam opere topiario. Intra ſepem eam eſtiuant paſtoreſ: opacā pariter & munitā uallo arboriſ: decora ſpecie ſubter intuēti ꝓcul ue fornicato ambitu. Superioreſ eiuſdem rami in excelſum emicāt; ſiluoſa multitudine: uaſto matriſ corpore: ut. lx. paſſuſ plereq; orbem colligant. Vmbre uero bina ſtadia operiāt. Foliorum latitudo: pelte effigiem Amazonice habet. Ea cauſa fructū integenſ: creſcere ꝓhibet. Raruſq; eſt nec fabe magnitudinem excedenſ. Sed per folia ſolibuſ coctuſ predulci ſapore digno miraculo arboriſ gignitur. Circa Aceſinem maxime amnem.

CAP. V. De Arbore Pale: & arboribuſ indiciſ ſine nominibuſ & laniferiſ.

Aior alia pomiq; ſuauitate precellentior: quo ſapienteſ Indorū uiuūt. Alia cuiuſ Folium alaſ auium imitatur longitudine triū cubitorū: latitudine duū. Fructū e cortice mittit admirabilem ſucci dulcedine: ut uno quaternoſ ſatiet. Arbori nomen Pale. Pomo Ariene. Plurima eſt in Sidraciſ expeditionum Alexandri termino. Eſt & alia ſimiliſ huic: dulcior pomo: ſed intraneorum ualitudini infeſta. Dixerat Alexander: ne quiſ agminiſ ſui id pomū attingeret. Genera arboꝝ Macedoneſ narrauere: ex maiore parte ſine nominibuſ. Eſt & Terebintho ſimiliſ cetera: pomo amigdaliſ. uel minore tantum magnitudine ꝑcipue ſuauitatiſ in Bactriſ. Vtiq; hanc aliq̄ Terbīthū eſſe proprii generiſ potiuſ quam ſimilem ei putauerunt. Sed unde ueſteſ lineaſ faciunt foliiſ moro ſimiliſ: calice pomi Cinorbodo ſerunt eam in campiſ: nec eſt gratior ullaꝝ proſpectuſ. Oliua Indie ſteriliſ. preterq̄ oleaſtri fructu.

CAP. VI. De Piperiſ arboribuſ: & Gariophilo: & aliiſ.

Aſſim uero que piꝑ gignūt: iuniperiſ noſtriſ ſimileſ quanquā in fronte Caucaſi ſolibuſ oppoſita gigni tantū eaſ aliq̄ tradidere. Semina a iunipero diſtāt puuliſ ſiliquiſ. qualeſ in paſioliſ uidemuſ. He priuſ quā dehiſcant. decerpte toſteq; ſole faciunt quod uocatur piper longum. Paulatim uero dehiſcenteſ per maturitatem: oſtendunt candidum piper: quod deinde toſtum ſolibuſ: colore rugiſq; mutatur. Verum & iiſ ſua iniuria ē. atq; celi intemperie carbūculātur. fiūtq; ſemina caſſa & inania: quod uocāt Brecmaſin. Indorum lingua ſic ſignificante abortum. Hoc ex omni genere aſperrimū. leuiſſimumq;. & pallidum. Gratiuſ nigrum. Leniuſq; utroq; candidum. Non ē huiuſ arboriſ radix ut aliqui exiſtimauere: quam uocant ſingiuerim: alii uero gingiberim. quanquam ſapore ſimili. Id enim in Arabia atq; Troglodytica in uilliſ naſcit̄ parue herbe: radice cādida. Celeriter ea cariē ſentit: quamuiſ in tanta amaritudine. Precium eiuſ ī libraſ ſex. Piꝑ longū facillime adulteratur alexandrino Sinapi. Emitur ī libraſ xxv. Album. xvii. Nigrū. xiiii. Vſum eiuſ adeo placuiſſe mirum eſt. In aliiſ quippe ſuauitaſ cepit. in aliiſ ſpecieſ inuitauit. Huic nec pomi nec bace cōmendatio eſt aliqua. Sola placere amaritudine. & hanc in Indoſ peti. Quiſ ille qui primuſ cibiſ experiri uoluit? aut cui ī appetenda auiditate eſurire nō fuit ſatiuſ. Vtrunq; ſilueſtre gētibuſ ſuiſ eſt. & tamen pondere emitur ut aurū uel argentum. Piperiſ arborem iam etiā habet Italia maiorem myrto. nec ab ſimilem. Amaritudo grano eadē que piperi myrteo creditur eē. Deē toſta illa maturitaſ. ideoq; & rugarū: coloriſq; ſimilitudo. Adulterat̄ iuniperi baciſ. mire uim trahentibuſ. In pondere quidem multiſ modiſ. Eſt etiam num in India Piperiſ graniſ ſimile: quod uocatur gariophylon grandiuſ fragiliuſq;. Tradūt in Indico luco id gigni. Aduehitur odoriſ gratia. Fert & in ſpiniſ piperiſ ſimilitudinē precipua amaritudine. foliiſ paruiſ. denſiſq; Cypri modo. ramiſ trium cubitoꝝ. cortice pallido. radice lata. lignoſaq;. buxei coloriſ. Hac in aqua cum ſemine excepta ī ereo uaſe medicamentum fit. quod uocatur Lycium. Ea ſpina & in Pelio monte naſcitur. adulteratq; medicamentum. Item Aſphodeli radix aut Fel bubulum aut abſinthium uel thuſ uel amurca. Abſinthium aptiſſimū medicine quod eſt ſpumoſū Indi ī utribuſ camelorum aut rhinocerotū admittunt. Spinam ipſam in grecia quidā Pixacāthum Chironium uocant.

Piperis arbor

CAP. VII. De Machgiret Arboribuſ Ariane gentiſ.

T Machir ex India aduehitur cortex rubēſ. radiciſ magne. nomine arboriſ ſue Qualiſ ſit ea: īcōpertū habeo. Corticiſ melle decocti uſuſ ī medicina ad diſētericoſ precipuuſ habetur. Saccaron & Arabia fert : ſed laudatiuſ India. Eſt autem mel in arundinibuſ collectum : gummiú modo candidum : dentibuſ fragile. Ampliſſimú nuciſ auellane magnitudine·ad medicine tantum uſum. Contermina Indiſ genſ Ariana appellatur : cuiuſ ſpina lachrymarum precioſa : myrrhe ſimiliſ : acceſſu propter aculeoſ anxio. Ibi & frutex peſtilenſ rafani folio. lauri odore. equoſ inuitãte. q pene eqtatu orbauit Alexandrum primo introitu. Quod & in Gedroſiſ accidit. Itē laurino folio & ibi Spina tradita eſt cuiuſ liquor aſperſuſ oculiſ : cecitatem infert animalibuſ om̃ibuſ Nec non & herba precipui odoriſ referta minutiſ ſerpentibuſ : quarum ictu protinuſ moriendum eſſet. Oneſicrituſ tradit in Hyrcanie conuallibuſ ficiſ ſimileſ eſſe arboreſ que uocentur Occhi : ex quibuſ defluat mel horiſ matutiniſ duabuſ.

CAP. VIII. De Bdellio & arboribuſ perſici mariſ.

Icina eſt Bactriana ; in q̃ Bdelliú nominatiſſimú. Arbor eſt nigra. magnitudine olee. folio roboriſ. fructu cap̄fici. naturaq; gúmi. alii Brocon appellãt : alii Malachran : alii Maldacon. Nigrum uero & in offaſ conuolutum hadrobalum. Eſſe aút debet tranſlucidum. ſimile ceræ : odoratum : & cum fricatur pingue. guſtu amaꝝ citra acorem. In ſacriſ uino perfuſú odoratiuſ. Naſcitur & in Arabia Indiaq; & Media ac Babylone. Aliqui peraticum uocant Ex media aduectum. faciliuſ hoc & cruſtoſiuſ : amariuſq; & gummoſum. Adulteratur amygdala nuce. Cetera eiuſ genera cortice. & Scordaſti : ita uocat̄ arbor emula gúmi. ſed deprehendút. qđ ſemel dixiſſe & ĩ ceteroſ odoreſ ſatiſ ſit : odore : colore : pondere : guſtu : igne. Bractriano nitor ſiccuſ. multique candidi ungueſ. Preterea ſuum ponduſ. quod grauiuſ eſſe aut leuiuſ non debeat. Precium ſincero in libraſ decem tantum. Genteſ ſupradictaſ Perſiſ attingit Rubro mari quod ibi Perſicum uocauimuſ lõge in terra eſtuſ agente. Mira arborum natura : nanq; eroſe ſale inuectiſ derelictiſq; ſimileſ ſicco littore radicibuſ nudiſ polyporú mõ ãplexe, ſterileſ harenaſ ſpectantur. Eedē mari aduениente fluctibuſ pulſate reſiſtút ĩmobileſ. Quin & pleno eſtu operiuntur tote. apparetq; rerum argumentiſ aſperitate aquarú illaſ alii magnitudo miranda eſt. ſpecieſ ſimiliſ unedõiſ. pomum amygdaliſ extra·intuſ contortiſ nucleiſ.

CAP. VIIII. De Arboribuſ perſice inſulæ & lanigeriſ.

Yloſ inſula ĩ eodem ſinu eſt : repleta ſiluiſ q̃ ſpectat orientē q̃q; & ipſa eſtu mariſ perfunditur. Magnitudo ſinguliſ arboribuſ fici. floſ ſuauitate ĩenarrabili. Pomú lupino ſimile. propter aſperitatem intactum om̃ibuſ animalibuſ. Eiuſdem inſule excelſiore ſuggeſtu lanigere arboreſ alio mõ q̃ Serú. iiſ folia infecúda : que ni minora eſſent : uitium poterant uideri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitaſ : que maturitate rupte oſtendút lanuginiſ pilaſ : ex quibuſ ueſteſ p̃cioſo linteo faciút. Arboreſ uocant Goſſampinoſ fertilioreſ & Tiloeſ minoreſ que diſtant decē paſſibuſ. Iuba circa fruticem lanugineſ eſſe tradit. linteaq; fieri indiciſ preſtantiora.

CAP. X. De Arboribuſ aliiſ ex quibuſ ueſteſ : & quibuſ modiſ conſtent arborum fructuſ.

Rabie autē arboreſ ex quibuſ ueſteſ faciãt : Cynaſ uocari. folio palme ſimili. Sic Indoſ ſue arboreſ ueſtiunt. In Tyliſ autem & alia arbor floret albe uiole ſpecie : ſed magnitudine q̃druplici ſine odore qđ miremur. In eo tractu eſt & alia ſimiliſ foliosior tamen roſeiq; floriſ. quem noctu cõprimenſ aperire incipit ſoliſ exortu. Meridie expandit. incole dormire eum dicunt. Fert eadem inſula & palmaſ. oleaſq;. ac uiteſ. & cum reliquo pomorum genere ficoſ. Nulli arborum folia ibi decidút. rigatq; gelidiſ fontibuſ. & hymbreſ accipit. Vicina iiſ Arabia flagitat quandã generum diſtictionē :

quoniam fructuſ iiſ conſtat. radice. cortice. ſucco. lacbryma. ligno. ſurculo. flore. folio pomo. Radix & folium Indiſ eſt maxino precio.

CAP. XI. De coſto: Nardo: & differentiiſ Nardi.

Adix coſti guſtu feruenſ: odore eximio: frutice aliaſ inutili: p̊mo ſtatim introitu amniſ Indi in Patale inſula. Duo ſunt eiuſ genera: nigrũ: & quod meliuſ cãdicanſ. Preciũ in libraſ. xvi. De folio Nardi plura dicere par eſt. ut principali ĩ unguẽtiſ. frutex eſt graui & craſſa radice. ſed breui ac nigra. fragiliq; quãuiſ pingui. Situm redolẽte ut cupreſſi aſpero ſapore: folio paruo denſoq;. Cacumina ĩ ariſtaſ ſe ſpargũt. Ideo gemina dote nardi ſpicaſ ac folia celebrant. Alterum eiuſ genuſ apud Gangem naſcenſ damnatur in totum Ozenitidiſ nomine uiruſ redolenſ. Adulteratur & pſeudo nardo berba: que ubiq; naſcit̃: craſſiore atq; latiore folio & colore languido ĩ cãdidum uergente. Itẽ ſua radice ꝑmixta põderiſ cauſa. & gũmi. ſpumaq; argẽti aut ſtibio aut cypero cyperine cortice. Sincerũ q̄dem leuitate deprebendit̃. & colore ruffo. odoriſq; ſuauitate. & guſtu. maxime ſiccante oſ. ſapore iucũdo. Precium ſpice in libraſ. xxxx. Foliiſ diuiſere pretiũ amplitudine. quod Hadroſpberum uocatur: maioribuſ foliiſ xxx. Quod minore folio eſt: Meſoſpberum appellatur: emitur. lx. Laudatiſſimum Microſpberum e minimiſ foli ũ. preciumq; eiuſ. lxxv. Odoriſ gratia omnibuſ: maior recentibuſ. Nardo color qui inueterauerit nigriori melior. In noſtro orbe proxime laudatur. Syriacum. mox Gallicum. Tertio loco creticum. quod alii quidem Agrion uocant. Alii pbum. folio oluſatri. caule cubitali geniculato. in purpurea albicante. radice obliqua. uilloſaq; & imitante auium pedeſ. Baccariſ uocatur nardum ruſticum de quo dicemuſ inter floreſ. Sunt autẽ ea omnia berbe: preter Indicũ. Ex iiſ Gallicũ & cũ radice uellitur. abluiturq; uino. ſiccatur in umbra. alligatur faſciculiſ in chartba: non multum ab Indico differenſ Siryaco tamen leuiuſ. precium. xiii. In iiſ probatio una ne ſit fragilia & arida potiuſ q̃ ſicca folia. Cũ Gallico nardo ſemper naſcit̃ berba que Herculuſ uocatur a grauitate odoriſ & ſimilitudine: q̃ maxime alteratur. Diſtat ꝙ ſine cauliculo eſt. & ꝙ minoribuſ foliiſ. ꝙq; radiciſ neq; amare neq; odorare.

CAP. XII. De Aſſaro: Amomo: Cardamomo: & Cinnamomo.

Ardi uim habet. & Aſſarum: quod & ipſũ aliqui ſilueſtre nardum appellant. Eſt autẽ edere foliiſ: rotũdioribuſ tantũ mollioribuſq;. flore purpureo. radice Gallici nardi ſimile. acinoſum ſaporiſ calidi. ac uenoſi. Montibuſ in umbroſiſ biſ anno floret. Optimum in ponto. Proximum in Pbrygia. Tertium in Illyrico. Foditur cum folia mittere incipit. Et in ſole ſiccatur: celeriter ſitum trabenſ. ac ſeneſcenſ. Inuẽta nuper & in Tbracia berba eſt: cuiuſ folia nibil ab Indico nardo diſtant. Amomi uua in uſu eſt Indica uite labruſca ut alii exiſtimauere: frutice uenoſo palmi altitudĩe. Carpit̃q; cum radice. manipulatim leniter componitur. protinuſ fragile. Laudatur q̃ maxime punici mali foliiſ ſimile. nec rugoſiſ: colore ruffo. Secũda bonitaſ pallido. Herbaceũ peiuſ Peſſimũq; candidũ. qđ & uetuſtate euẽit. Preciũ uue in libraſ. lxx. Friato uero amomo. xlviii. Naſcitur & in Armenie parte: que uocatur Ocene. & in Media & in Ponto. Adulteratur foliiſ puniciſ. & gummi liquido: ut cobereat. conuoluatq; ſe in uue modum. Eſt & que uocat̃ Amomiſ minuſ uenoſa. atq; durior. ac minuſ odorata a quo apparet aut aliud eſſe: aut colligi immaturũ. Simile iiſ & nomine & frutice Cardamomum: ſemine oblongo. Meditur eodem modo & in Arabia. Quattuor eiuſ genera. Viridiſſimum ac pingue acutiſ anguliſ contumax fricanti. quod maxime laudatur Proximum eiuſ ruffo candicanſ. Tertium breuiuſ: atq; nigriuſ. Peiuſ tamen uarium & facile tritu. odoriſq; parui. Quod ueriuſ Coſto uiciniuſ eſſe debet. Hoc & apud

Medoſ naſcitur. Precium optimi in libraſ. xii. Cinamomo gentilitaſ proxima erat: in priuſ Arabiæ diuitiaſ indicari conueniret. cauſaſq; que cognomen illi Feliciſ ac beate dedere. Principalia ergo ĩ illa thuſ & myrrha. Hec & cum Troglodytiſ communiſ.

CAP. XIII. De Thure: & arboribuſ Thuriſ.

Hura preter Arabiam nulliſ. ac ne Arabie quidem uniuerſe. In medio eiuſ ſunt fere attramite Pago Sabeoꝝ capite regni. Sabota in monte excelſo: a quo octo manſionibuſ diſtat regio eorum thurifera. Saba appellatur: quod ſignificare Greci myſterium dicunt: Spectanſ ortuſ ſoliſ eſtiui undiq; rupibuſ inuia. & a dextra mariſ ſcopoliſ inacceſſa. Id ſolū e rubro lacteum traditur. Siluarum longitudo ē ſchoenoꝝ xx. Latitudo: dimidium eiuſ. Schenuſ patet Eratoſtheniſ ratione ſtadia. xl. hoc eſt paſſuſ. v. milia. Aliqui. xxii. ſtadia ſinguliſ ſcheniſ dedere. Attolluntur colleſ alti. decurruntq; & in plana arboreſ ſponte nate. Terram argilloſam eſſe conuenit: rariſ fontibuſ ac nitroſiſ. Attingunt & Miniei paguſ aliuſ per quoſ euehitur uno tramite anguſto. Hi primi commercium thuriſ fecere maximeq; exercent: a quibuſ & Minieū dictum eſt. Nec preterea Arabum alii thuriſ arborem uident. ac ne horum quidem omneſ. Feruntq;. ccc. non ampliuſ eſſe familiarum. que iuſ per ſucceſſioneſ id ſibi uēdicent. Sacroſ uocari ob id. nec ullo congreſſu. feminarum funerumq; cum incidāt eaſ arboreſ aut metant: pollui. Atq; ita religione merceſ augeri. Quidam ꝑmiſcuū iuſ hiſ populiſ eſſe tradunt in ſiluiſ. Alii per uiceſ annorum diuidi. Nec arboriſ ipſiuſ que ſit facieſ: conſtat. Reſ in Arabia geſſimuſ. & Romana arma in magnam partē eiuſ penetrauere. Caiuſ etiam Ceſar Auguſti filiuſ inde gloriam petiit. nec tamen ab ullo: quod equidem ſciam: Latino arborum earum tradita eſt facieſ. Grecorum exempla uariant. Alii folio pyri minore dūtaxat & herbidi coloriſ ꝓdidere. Alii lentiſco ſimilē ſubrutulo folio. Quidam Terebinthū eſſe. & hoc uiſum Antigono Regi allato frutice. Iuba Rex iiſ uoluminibuſ que ſcripſit ad Caium Ceſarem Auguſti filium ardentē fama Arabie tradit cōtorti eē caudiciſ. ramiſ aceriſ maxime Ponti. Succū amygdale mō emittere. Taleſq; in Carmania apparere. & in Egypto ſataſ ſtudio Ptolemeorum regnantium. Cortice lauri eſſe conſtat. Quidē & folium ſimile dixere. Taliſ certe fuit arbor Sardibuſ. Nā & Aſie regeſ ſerēdi curā habuerūt. q in ea etate legati ex Arabia uenerunt: omnia in certiora fecerunt. Quod iure miremur: uirgiſ etiam thuriſ ad noſ cōmeantibuſ quibuſ credi poteſt. Matrem quoq; teretē & enodi fruticare trūco. Meti ſemel anno ſolebat minore occaſione uendēdi. Iam queſtuſ alteram uiam affert.

CAP. XIIII. De Natura Thuriſ atq; eiuſ generibuſ.

Rior atq; naturaliſ uindemia circa caniſ ortum flagrantiſſimo eſtu incidentibuſ: qua maxime uideatur eſſe pregnāſ tenuiſſimuſq; tendi cortex. Laxat̄ hic plaga non adimitur. Inde proſilit ſpuma pinguiſ. Hec cōcreta dēſat̄. ubi loci natura poſcat tegete palmea excipiēte. aliubi area circū pauimētata puriuſ illo mō. ſed hoc pōderoſiuſ. Quod ĩ arbore heſit: ferro depectit̄. ideo corticoſū. Silua diuiſa certiſ portōibuſ mutua ĩnocētia tuta ē. Neq; ulluſ ſauciaſ arboreſ cuſtodit. Nemo furat̄ alteri. At hercule Allexādrie ubi thura ĩterpollāt̄ nulla ſatiſ cuſtodit. diligētia officinaſ. Subligaria ſignāt̄ opifici. Perſona adicitur capiti. dēſuſue reticuluſ. Nudi emittūtur. tāto minuſ fidei apud hoſ tecta: q̃ apud illoſ ſilue habēt. Autūno legit̄ ex eſtiuo ptu: hoc puriſſimum. cādidum. Secūda uindemia eſt uere. ad eā hyeme corticibuſ ĩciſiſ. Rufū hoc exit. nec cōparandum priori. Illud Carpheotum: hoc Erythrotū uocant. Creditur & nouelle arboriſ candidiuſ eſſe. Sed ueteriſ odoratiuſ. Quidem & in inſuliſ meliuſ putant gigni. Iuba in inſuliſ nagat naſci. Quod ex eo rotunditate gutte pependit:

maſculum uocamuſ. cum aliaſ non fere maſ uocetur : ubi non ſit femina. Religioni tributum ne ſexuſ alter uſurparetur. Maſculum aliqui putant a ſpecie teſtiũ dictũ. Precipua autem gratia eſt Mãmoſo cũ herẽte lachryma priore cõſecuta alia miſcuit ſe. Singula hec manum implere ſolita inuenio. Cũ minore diripiendi auiditate lẽtiuſ naſci liceret. Greci Stereogoniam & Atomũ tali modo appellant. Minorem autem Orobiam. Micaſ concuſſu eliſaſ mammam uocamuſ. Etiam num tamen inueniuntur gutte : que tertiam partem mine: hoc eſt. xxxix. denariorũ ponduſ equẽt. Alexãdro magno in pueritia ſine perſimonia thura ingerenti ariſ pedagoguſ Leonideſ dixerat ut illo modo cum deuiciſſet thuriferaſ genteſ: ſupplicaret. At ille Arabia potituſ thure onuſtam nauim miſit ei: large exhortatuſ ut deoſ adoraret. Thuſ collectũ Sabotam cameliſ conuehitur. porta ad id una patente. Digredi uia capitale legeſ fecere. Ibi decimaſ deo quem uocant Sabin menſura non pondere ſacerdoteſ accipiũt. Nec ante mercari licet. Inde impẽſe publice tolerantur. Nam & benigne certo iterum numero deuſ hoſpiteſ paſcit. Euehi non poteſt : niſi per Gebbanitaſ. Itaque & horum Regi penditur uectigal. Caput eorum Thõma abeſt a Gaza noſtri littoriſ Iudee oppido d.ii. xxxvii. milia paſſuum. Quod diuiditur in manſioneſ camelorum. lxii. Sunt & que ſacerdotibuſ dãtur portioneſ ſcribiſq; regum certe. Sed preter hoſ & cuſtodeſ ſatelliteſq; & hoſtiarii & miniſtri populantur. Iam quacunq; iter eſt alibi pro aqua : alibi pro pabulo aut ꝓ mãſionibuſ uariiſq; portoriiſ pẽdunt : ut ſumptuſ in ſinguloſ cameloſ denarium. dc. Lxxxviii. ad noſtrum littuſ colligat. Iterunq; imperii noſtri publicaniſ penditur. Itaq; optimi thuriſ libra. xvi. precium habet. ſecunda. xv. tertia xiii. Apud noſ adulteratur reſine candide gemma per quam ſimili: ſed deprehenditur quibuſ dictum eſt modiſ. Probatur candore. amplitudine. fragilitate: carbone. Vt ſtatim ardeat. Item ne dentem recipiat potiuſ q̃ in micaſ frietur.

CAP. XV. De Myrrha: & arboribuſ
Myrrhæ generibuſ: natura & precio eiuſ.

Yrrhã ĩ iiſdem ſiluiſ ꝑmixtã arborẽ naſci tradidere aliq̃ pluréſ ſeparatim. Quippe multiſ in lociſ Arabie gignit᷑ : ut apparebit in generibuſ. Cõuehitur & ex ſiluiſ laudata. petũtq; eam etiam a Troglodytiſ Sabei tranſitu mariſ. Satiua quoq; ꝓuenit multũ ſiluestri p̃lata : Gaudet raſtriſ & ablaqueatiõibuſ. Melior radice refrigerata. Arbori altitudo ad quinq; cubita nec ſine ſpina. caudice duro & intorto. Craſſioreq̃ thuriſ. & ab radice etiã q̃ reliq̃ ſui parte. Corticem. lenẽ : ſimileq; unedoni. Scabrũ alii ſpinoſumq; dixere. Folium oliue: uerum criſpiuſ: & aculeatum. Iuba Oluſatri. aliqui ſimilem iunipero. ſcabriorem tantum : ſpiniſq; horridam. folio rotundiore : ſed ſapore iuniperi. Nec non fuere qui e thuriſ arbore utrunq; naſci mentirentur. Inciduntur biſ & ipſe iiſdemq; temporibuſ. ſed a radice uſq; ad ramoſ qui ualẽt. Sudant aũt ſpõte priuſ q̃ incidantur : Stacten dictam cui nulla prefertur. Ab hac ſatiua. & in ſilueſtri quoq; melior eſtiua. Non dant ex myrrtha portiõeſ deo: quoniã & apud alioſ naſcit᷑ Regi tamen Gebbannitarum quartaſ parteſ eiuſ pendunt. Cetero paſſim ac uulgo coemptã in folleſ cõfarciunt. ipſiq; unguentarii digerunt haud difficulter odoriſ atq; pinguedinis argumentiſ. Genera cõplura. Troglodytica ſilueſtrium prima. Erythrea ſequenſ & in q̃ Stactea & Aſtramitica eſt Gebbannitica & Auſeritiſ Gebbannitarum regno. Tertio Diamitiſ. Quarta collaticia. Quĩta Sẽbracẽa a ciuitate regni Sabeoꝝ mari proxima. Sexta quam duriſitin uocant. Eſt & candida uno tantum loco: que in Meſſalum oppidum confertur. Probatur Troglodytica. pinguedine. & ꝙ a ſpectu aridior eſt. ſordidaq; ac barbara. ſed acrior ceteriſ. Sembracena predictiſ caret uitiiſ ante alıaſ hylariſ: ſed uiribuſ tenuiſ. In plenum autem probatio eſt minutiſ glebiſ nec rotundiſ. In concretu albıcantiſ ſucci & tabeſcentiſ. utq; confracta candidoſ ungueſ habeat. guſtu leniter amara. Secunda bonitaſ intuſ uaria. Peſſima que intuſ nigra. Peior ſi ſit etiã foriſ Prceia ex occaſione ementium uaria. Stactee a ſex ad qnq̃ginta Statiue ſummũ ad.xxii. Erythree ad.xvi. hãc uolũt Arabicã ĩtelligi. Troglodytice uero ad.xiii. Eiuſ quam odorariam uocant: ad.xiiii. Adulteratur Lentiſci glebiſ & gummi. Itẽ cucumeriſ ſucco amaritudiniſ cauſa. Sicut ponderiſ ſpuma argẽti. Reliq̃ uitia deprehenduntur ſapore. gummi dente lentiſcentiſ. Facillime autem adulteratur Indica myrrha: que ibidem quadam e ſpina colligitur. Hoc ſolum peiuſ India affert facile diſtinctione. tanto deterior eſt.

CAP. XVI. De Maſtice: & differentiiſ eiuſ.

Rgo tranſit in Maſticem que ex alia ſpina fit in India. Itẽq; in Arabia Lamã uocãt. Sed Maſtice quoq; gemina eſt: quoniam & in Aſia Greciaq; herba repit̃ e radice folia emittenſ & carduũ ſimilem malo ſeminiſ plenum lachryma: que erumpit ĩciſa parte ſumma: uix ut dinoſci poſſit a Maſtice uera. Nec non & tertia in Ponto eſt bituminiſ ſimilior. Laudatiſſima autem Chia candida. cuiuſ precium in libraſ.xx. Nigre uero.xii. Chia e lentiſco traditur gigni gũmi mõ. Adulteratur ut thura reſina.

CAP. XVII. De Ladano: & quodã frutice in Carnania.

Rabia etiam num & Ladano gloriatur. forte caſuq; hoc & iniuria fieri odoreſ plureſ tradidere. Capraſ maleficũ aliaſ frõdibuſ animal. odoratorũ uero fruticũ expetentiuſ tanq̃ intelligãt precia carpere germinũ cauleſ predulci liquore turgẽteſ. diſtilantemq; ab iiſ caſuſ mixtura ſuccum improbo barbarum uillo abſtergere. hunc glomerari in puluerẽ. & incoqui ſole. Et ideo in Ladano caprarũ piloſ eſſe. Sed hoc non alibi fieri quã in Nabatheiſ: qui ſunt ex Arabia contermini Sirie. Recẽtioreſ ex autoribuſ ſtrobon hoc uocant. Traduntq; ſiluaſ Arabum paſtu capraꝝ infringi: atq; ita ſuccum uilliſ inhereſcere. Verum autem Ladanũ Cypri in inſula eſſe. Vt obiter queq; genera odorũ dicant̃: q̃uiſ non terrarum ordine. Similiter & hoc ibi fieri tradunt & eſſe ciſthum. hircoꝝ barbiſ genibuſq; uilloſiſ inherenſ. Sed edere flore deroſo paſtibuſ matutiniſ cum eſt rorulenta ciſtheroſ. deinde nebula ſole decuſſa in puluerem mandentibuſ uilliſ adhereſcere. atq; ita Ladanũ depecti. Sunt qui herbã in Cypro ex qua id fiat: Ladam appellent & enim illi Ladanum uocant. huiuſ pingui inſidere. Itaq; attractiſ funiculiſ herbam eã conuolui. atq; ita offaſ fieri. Ergo in utraq; gente bina genera. terrenũ. & facticium. Id quod terrenum. eſt friabile. Facticium lentum. Nec non & fruticẽ eſſe dicunt in Carmania & ſuper Egyptũ per Ptolemeoſ trãſlatiſ plantiſ. generari. id in iiſ ut thuriſ arbore colligiq; ut gummi inciſo cortice & capriniſ pellibuſ excipi. Precia ſunt laudatiſſimo in libraſ aſſeſ. xl. Adulterat̃ Myrti baciſ. & aliiſ animalium ſordibuſ. Sinceri odor eſſe debet feruſ. & quodammõ ſilitudinẽ redolẽſ. Ipſum uiſu aridũ. ſtatim tactu molleſcere. Accenſum fulgure. odore iucũdo gratuitũ Myrrhata deprehendũt̃: crepitantq; in igne Preterea ſicero calculi potiuſ e rupibuſ inherent: quam puluiſ.

CAP. XVIII. De olea Arabiæ & eiuſ narura.

N Arabia & olea dotatur lachryma: qua medicamentũ cõficitur a Greciſ Enbemon dictum ſingulari effectu contrahẽdiſ uulnerum cicatricibuſ. In maritimiſ ee fluctibuſ eſtuq; operiuntur: nec bace nocetur. Cum conſtet & in foliiſ ſalẽ relinq. Hec ſunt peculiaria Arabie. Et pauca preterea alibi communia dicenda: quoniam in hiſ uicit. peregrinoſq; ipſa Myrrhe odoreſ & ab exteriſ petit. Tanta mortalibuſ ſuaꝝ rerum ſatietaſ eſt: alienarumq; auiditaſ.

CAP. XVIIII. De Bruta Arbore & eiuſ natura.

Etunt igitur in Helimeoſ arborē brutam Cupreſſo fuſe ſimilem. ex albidiſ ramiſ: iucundi odoriſ accēſam. & cū miraculo hiſtoriiſ Claudii Ceſariſ predicatā. Folia eiuſ inſpergere potiōibuſ Parthoſ tradit. Odorem proximum eſſe Cedro. fumūq; eiuſ cōtra ligna alia remedio. Naſcitur ultra Phaſin Tigrimq;: in finibuſ opimiſ Schitiæ in monte Scanthro.

GAP. XX. De Strobo arbore in Carmania.

Etunt & in Carmanoſ arborem Strobū ad ſuffituſ ꝑfuſam uino palmeo accēdē-teſ. Huiuſ odor redit a cameriſ ad ſolū iucunduſ. ſed aggrauāſ capita. citra dolorē tamē. hoc ſomnū egriſ querunt. Hiſ commertiiſ Carracem opidum aperuere: quod eſt illiſ nundinarum. Ante Gabbam omneſ petere ſolebāt: dierum. xx. itinere. Et Paleſtinam Syriam. Poſtea Carracē peti ceptum: at regna Parthorum ex ea cauſa: Iuba autor eſt. Mihi & ad Perſaſ etiā pͥuſ iſta portaſſe q̃ ī Syriā aut Egyptū uidēt. Herodoto teſte: ꝗ tradit ſingula milia talētū thuriſ ānua pēſitaſſe Arabaſ Regibuſ Perſarum.

CAP. XXI. De Styrace arbore & eiuſ natura.

X Syria reuehunt Styracem: acri odore eiuſ in fociſ abigenteſ ſuorum faſtidiū Cetero nō alia ligni genera ſūt in uſu q̃ odorata. Ciboſq; Sabei coquūt thuriſ ligno. Alii myrrhe. Opidorum uicoꝝq; nō alio q̃ ex aeriſ fumo atq; nidore. Ad hunc ergo ſanādū urūt. Styracē in pellibuſ hirciniſ. ſuffiūtq; tecta adeo nulla eſt uoluptaſ que non aſſiduitate ſui faſtidium pariat. Eundem & ad ſerpenteſ fugandoſ urunt. in odoriferiſ ſiluiſ frequentiſſimaſ.

CAP. XXII. De Foelicitate Arabie & mariſ eiuſ.

On ſunt eorum Cinnamomū aut Caſia. Et tamē Felix appellat̃ Arabia falſo. & īgrata cognominiſ. que hoc acceptū ſuꝑiſ ferat. cū pluſ ex eo īferiſ debeat. Beatū illa fecit hominē etiā ī mortē luxuria: que diiſ intellexerat genita adhibenſ urēdiſ de-functiſ. Periti rerū adſtruxerūt non ferre tantū annuo fetu quātū Nero Princepſ nouiſſimo pōpe ſue die cōcremauit. Eſtimētur poſt ea toto orbe ſīguliſ āniſ tot funera: aceruatimq; congeſta honori cadauerū. que diiſ per ſingulaſ micaſ dant̃ Nec minuſ propicii erāt mola ſalſa ſupplicātibuſ. Immo uero ut palā ē placatioreſ. Veꝝ Arabie etiā nū feliciuſ mare eſt. Ex illo nanq; margaritaſ mittit. minimaq; cōputatiōe mileſ centena milia ſeſtertiū anniſ omnibuſ India & Sereſ poeninſulaq; illa imperio noſtro adimūt. Tāto nobiſ delicie & femine cōſtāt. Quota enim portio ex illiſ ad deoſ queſo iam uti ad inferoſ pertinet?

Nero

CAP. XXIII. De Cinnamomo & Caſia eorūq; natura.

Innamomū & Caſiaſ fabuloſa narrauit antq̄taſ princepſue Herodotuſ hoc auium nidiſ. & primatim Pheniciſ. in quo ſitu Liberpater educatuſ eſſet ex īuiſ rupibuſ arboribuſq; decuti: carniſ q̃ ipſe inferret pondere: aut plūbatiſ ſagittiſ. Itē Caſiā circa paludeſ ꝓpugnante unguibuſ diro ueſpertilionū genere: aligeriſq; ſerpentibuſ. Hiſ cōmentiſ augēteſ rerū p̄cia. Cōmutata uero fabula eſt. ad merediani ſoliſ repercuſſuſ: inenarrabilem quendā uniuerſitatiſ halitū e tota poeninſula exiſtere tot generū auriſ ſpirātibuſ cōceptū. magniq; Alexādri claſſibuſ Arabiam odore primū nūciatā ī altum. Omnia falſa. ſiquidem Cinnamomū: idēq; Cinnamū naſcitur in Ethiopia Troglodytiſ cōnubio ꝑmixta. Ii mercāteſ a conterminiſ uehūt per maria uaſta ratibuſ. quaſ neq; gubernacula regant: neq; remi trahant uel impellant: non uela: nō ratio ulla adiuuet.

cum omnium inſtar ibi ſint homo tantum & audacia. Preterea hybernum mare exigant circa brumā Euriſtum maxime flantibuſ. Ii recto curſu per ſinuſ impellūt. atq; a promūtorii ambitu Argeſte deferunt in portum gebbannitaꝝ: qui uocatur Ocila. Quāobrem illi maxīe id petunt. Produ̅tq; uix q̄nto āno reuerti negotiatoreſ. & multoſ interire. Contra reuehūt uitrea. & enea. ueſteſ. fibulaſ. cum armilliſ ac monilibuſ. Ergo negotiatio illa feminaꝝ maxīe fide cōſtat. Ipſe frutex duoꝝ cubitoꝝ altitudīe āpliſſimuſ. palmiq; mīmuſ. q̃tuor digitoꝝ craſſitudiniſ. ſtatī a terra ſex digitiſ ſurculoſuſ arido ſimiliſ. Cū uiret nō odoratuſ. Folio origani ſiccitate gaudēſ. ſterilior hymbre. ceu dire nature. Gignitur q̄dem in planiſ: ſed dēſiſſimiſ in uepribuſ: rubiſq;. difficiliſ collectu. Metitur nō niſi permiſerit deuſ. Iouem hunc intelligunt aliqui. Aſſabinum illi uocant. xliiii. boum caprarumq; & arietū extiſ impetratur uenia metendi. Non tamen aut ante ortum ſoliſ aut poſt occaſum licet. Sarmenta haſta diuidit ſacerdoſ. deoq; partem ponit. Reliquum mercator in naſſaſ condit. Eſt & alia fama: cum ſole diuidi. ternaſq; parteſ fieri. deinde ſorte garmina diſcerni. quodq; ſoli ceſſerit relinqui ac ſponte conflagrare. Precipua bonitaſ uirgultorū tenuiſſimiſ ꝑtibuſ ad longitudinē palmi. Secunda proximiſ breuiore menſura atque ordine. Viliſſimum quod radicibuſ proximū: quoniā ibi minimū corticiſ in quo ſumma gratie. Quadecauſa preferuntur cacumina: ubi plurimuſ cortex. Ipſum uero lignum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam. Xilocinnamum uocatur. Precium eſt in libraſ. xx. Quidam cinnami duo genera tradidere: candidiuſ. nigricanſq;. & quondam preferebatur candidum. Nunc contra nigrum laudatur. Atq; etiam uarium preferunt candido. certiſſima tamen eſtimatione ſi ſit ſcabrum. atq; ut inter ſeſe tritum tarde friet̄. Dānatur in p̄miſ molle. aut cui albet cortex. Iuſ eiuſ a Gebbānitaꝝ Rege ſolo ꝓficiſcit̄. Iſ edicto mercatu uēdit.

CAP. XXIIII. De Cinnamomo & eiuſ pretio ac honore.

Recia quondam fuere in libraſ denariorum mille. Auctum id parte dimidia eſt incenſiſ ut ferunt ſiluiſ ira barbarorum. Id acciderit ne ob iniquitatem p̄potētiū an forte non ſatiſ cōſtat. Auſtroſ ibi tam ardenter flare ut eſtatibuſ ſiluaſ accendant inuenimuſ apud autoreſ. Coronaſ ex cinnamomo interraſili auro incluſaſ primuſ omnium in templiſ. Capitolii atq; Paciſ dicauit Imperator Veſpaſianuſ Auguſtuſ. Radicem eiuſ magni ponderiſ uidimuſ in Palacii templo quod fecerat diuo Auguſto cōiunx Auguſta auree patere impoſitam ex qua gutte edite anniſ omnibuſ in grana durabantur: donec id delubrum incendio conſumptum eſt.

CAP. XXV. De Frutice Caſie. colore: cultu ac experiētia.

Rutex & Caſia eſt. iuxtaq; cinnam campoſ naſcitur. ſed in montibuſ craſſiore ſarmēto. tenui cute ueriuſ q̃ cortice. quē cōteri atq; in Cinnamomo leuari: & exinaniri precium eſt. Amplitudo fruticiſ trium cubitorum. Coloſ triplex: cum primum emicat candiduſ pedali mēſura. Deinde rubeſcit addito ſemipede. Vltra nigricāſ. Hec parſ maxime laudat̄. Ac deinde proxima. Dānat̄ uero candida. Tum ſecāt ſurculoſ lōgitudine binum cubitorū. Mox preſuūt recentibuſ coriiſ q̄drupedū ob id īterēptoꝝ ut iiſ putreſcētibuſ uermiculi lignum erodāt. & excauēt corticem tutū amaritudine. Probatur recēſ maxime. & que ſit odoriſ molliſſimi: guſtuue q̃ maxime feruēſ: potiuſ lento tepore leniter mordenſ. colore purpureo. queq; plurima minimū pōderiſ faciat breui tunicarū fiſtula & non fragili. Ladā uocāt talē barbaro nomine. Alia eſt Balſamodeſ ab odore ſimili appellata: ſed amara. ideoq; utilior mediciſ. ſicut nigra ūguētiſ. Precia nulli diuerſiora. Optimi in libraſ. xl. Ceteriſ. xv.

CAP. XXVI. De. Iſocinnamo.

Iſ addidere Mangoneſ q̃ Daphnoideſ uocãt Iſocinnamó cognominatã. Preciũq; eiuſ faciunt.ccc. Adulterat̃ ſtyrace. & ꝓpter ſimilitudinẽ cortice lauri tenuiſſimiſ ſurculiſ. Quin & in noſtro orbe ſerit̃. Extremoq; in margine Imperii qua Rhenuſ alluit. Viuit ĩ aluearijſ apũ ſata. Color abẽ ille torriduſ ſole. & ob id ſimul idẽ odor.

CAP.XXVII. De Chancamo & Taro.

X cõfinio Caſie Cinnamiq; & Chancamum ac Tarũ inuehit̃. ſed ꝑ Nabatheoſ Troglodytaſq; cõfineſ qui conſedere ex Nabatheiſ. Eo comportat̃ & ſerichatum & Gabalium: que intra ſe conſumũt Arabeſ : noſtro orbi tantum nominibuſ cognita. ſed cum Cinnamomo Caſiaq; naſcentia. Peruenit tamen aliquando ſerichatum. & in unguenta additur ab aliquibuſ. Permutatur in libraſ. vi.

CAP.XXVIII. De Myrobalano & natura eiuſ.

Yrobalanũ troglodytiſ & Thebaidi & Arabie que Iudeã ab Egypto diſtermĩat. Cõmune eſt: naſcẽſ unguento ut ipſo nomine apparet. Quo itẽ indicatur & glãdẽ eſſe. arbori Heliotropio quam dicemuſ inter herbaſ: ſimili folio. Fructuſ magnitudĩe auellane nuciſ. Ex iiſ in Arabia naſcenſ Syriaca appellatur. & eſt candida. Contra in Thebaide nigra. Prefertur illa bonitate olei quod exprimitur. Sed copia thebaica. Inter hec Troglodytica uiliſſima eſt. Sũt qui Ethiopicam iiſ preferant glandẽ nigrã nec pinguẽ nucleoq; gracili. ſed liquore qui exprimitur. odoratiori naſcẽtem in cãpeſtribuſ. Egyptiã pinguiorẽ eẽ & craſſiori cortice rubentẽ. Et quãuiſ ĩ paluſtribuſ naſcat̃ breuiorẽ ſicciorẽq;. E diuerſo Arabicam uiridẽ ac tenuiorẽ. & q̃m ſit mõtoſa ſpiſſiorẽ. Longe aũt optimã Petream. ex quo diximuſ oppido. nigro cortice. nucleo candido Vnguentarii aũt tantũ corticeſ premũt. Medici nucleoſ tundunt: affuſa eiſ paulatim calida aqua.

CAP.XXVIIII. De Palma Egyptia: & calamo adorato.

Yrrhobalano in unguentiſ ſimilem proximũq; uſum habet : palma in Egypto que uocatur Adipſoſ. uiridiſ. odore mali cotonei. nullo intuſ ligno. Colligitur aũt paulo ante q̃ incipiat matureſcere. Quod relinquitur. Phenicobalanuſ uocatur. & nigreſcit. ueſcẽteſq; inebriat. Myrrhobalano preciũ in libraſ binaſ. Inſtitoreſ & fecẽ unguenti hoc nomine appellant. Calamuſ quoq; odoratuſ in Arabia naſcenſ cõmuniſ Indiſ atq; Syrie eſt. In quã uergit omniſ a noſtro mari cẽtũ ſtadiiſ. Inter Libanum mõtem aliumq; ignobilem : nõ ut quidam exiſtimauere Antilibanũ in cõualle modica Iuxta lacũ cuiuſ paluſtria eſtate ſiccantur. Triceniſ ab eo ſtadiiſ Calamuſ & Iũcuſ odorati gignuntur. Sane enim dicamuſ & de iunco quãuiſ alio herbiſ dicato uolumĩe quoniam tamẽ hic unguentorum materia tractatur.

CAP.XXX. De Iunco & precio eiuſ.

Ihil ergo a ceteriſ ſui generiſ differũt aſpectu : ſed calamuſ preſtãtior odore ſtatĩ e lõginquo inuitat. mollior tactu. meliorq; q minuſ fragiliſ. & qui a ſolo ſe potiuſ q̃ qui raphani modo frangitur. Ineſt fiſtule Araneum quod uocãt florẽ. Preſtãtior eſt cui numeroſiuſ. Reliq̃ probatio ut niger ſit. Damnatur albi. Melior quo breuior & craſſior. lentuſq; in frangẽdo. Calamo preciũ in libraſ. i. Iũco. v. Tradũtq; iũcum odoratũ & in Cãpania inueniri. Diſceſſimuſ a terriſ oceanũ ſpectãtibuſ ad cõuexaſ in noſtra maria

CAP.XXXI. De Hammoniaco & eiuſ generibuſ.

Rgo Ethiopie ſubiecta africa Hãmoniaci lachrymã ſtillat in areniſ ſuiſ. Inde etiã nomine Hammoniſ oraculo iuxta quod gignit̃ arbor q̃ Metopion uocant reſine modo ut gummi. genera eiuſ duo Traſton Maſculi thuriſ ſimilitudine. quod maxime probatur. Alterum pingue & reſinoſú quod Pyrrama appellant. Adulterat̃ harenıſ uelut naſcendo apprehenſiſ. Igitur q̃ minimiſ glebiſ probatur & q̃ puriſſimiſ. Precium optimi in libraſ aſſeſ. xl.

CAP. XXXII. De Sphagno ſiue Brio.

Phagnoſ inter eoſ ſituſ in Cyrenaica prouincia maxime probatur. Alii Ibrion uocant. Secundú locum obtinet Cypriuſ. Tertium Pheniciuſ. Fertur in Egypto naſci. Quin & in Gallia. Nec dubitaueri. Sút enim hoc nomine cani arborum uilli q̃leſ in quercu maxime uidemuſ. ſed odore preſtáteſ. Lauſ prima cádidiſſimiſ atq; altiſſimiſ. Secunda rutiliſ. Nulla nigriſ. & in íſuliſ petriſq; nati improbantur: Omneſq; quibuſ palmaꝝ atq; nó ſuuſ odor eſt.

CAP. XXXIII. De. Cypro arbore.

Ypruſ in Egypto eſt arbor ziziphi foliiſ. ſemine Coliandri. candido. odorato. Coquitur hoc in oleo. premiturq; poſtea quod Cypruſ uocat̃. Preciú ei in libraſ v. Optimú habetur e Canopica í ripiſ Nili nata. Secúdú Aſcalóe Iudee. Terciú Cypro íſula odoriſ ſuauitate. Quidá hác eſſe dicút arborẽ: que í Italia Liguſtrú uocet̃.

CAP. XXXIIII. De Aſpalatho arbore.

N eodem tractu A ſpalathoſ naſcitur ſpina candida: magnitudine arboriſ modice. flore roſe. Radix unguentiſ expetit̃. Tradunt in quocúq; frutice curuet̃ arquuſ celeſtiſ eandẽ quecunq; ſit Aſpalathro ſuauitatẽ odoriſ exiſtere. Sed in Aſpalathro inenarrabilẽ quondá. Quidá eú Eriſi ſceptrú uocant. Alii ſceptrú Eliſei. Cuiuſ probatio eſt in colore ruffo uel igneo tactuq; ſpiſſo & odore caſtoreo. Permutat̃ in libraſ. xv.

CAP. XXXV. De Maro arbore.

N Egypto naſcitur & Maron peiuſ q̃ lydium: maioribuſ foliiſ ac uariiſ. Illa breuia ac minuta & odorata.

CAP. XXXVI. De Balſamo: & eiuſ natura. & cultu.

Ed omnibuſ odoribuſ prefertur Balſamú uni terrarum Iudee cóceſſú. Quódam í duobuſ tm̃ hortiſ: utroq; regio. Altero iugerum. xx. nó ápliuſ. Altero paucioꝝ. Oſtendere arbuſculam hanc urbi Imperatoreſ Veſpaſiani. Clarúq; dictu a Pópeio Magno in triumpho arboreſ quoq; duximuſ. Seruit nunc hec. & tributa pẽdit cum ſua gente. In totú alia eſt natura q̃ noſtri externiq; ꝑdiderant. Quippe uiti ſimilior eſt quá myrrtho. Malleoliſ ſeri dicitur nuper iuncta ut uitiſ. & implet colleſ uineaꝝ modo que ſine amminiculiſ ſe ipſe ſuſtinent. Tondetur ſimiliter fruticanſ. Ac raſtriſ niteſcit. Properat naſci. Intra tertiú annú fructifera. Folium proximum Tuburi. Perpetua coma. Seuiere in eam Iudei ſicut inuitam quoq; ſuam. Contra defendere Romani. & dimicatum pro frutice eſt. Seritq; nunc eam fiſcuſ. Nec unquá fuit numeroſior. aut procerior. Proceritaſ intra bina cubita ſubſiſtit. Arbori tria genera. tenui & capillacea coma: quod uocant Anthiriceum. Alterum ſcabro aſpectu incuruú fruticoſum. odoratiuſ. hoc cyrtrachum appellant. Terciú Eumeceſ: quia eſt ceteriſ proceriuſ. leui cortice. Huic ſecunda bonitaſ. Nouiſſima Anthericeo. Semen eiuſ eſt uino proximum guſtu. colore ruffum. nec ſine pingui. Peiuſ in grano quod leuiuſ atq; uiridiuſ. Ramuſ craſſior myrto. Inciditur uitro. lapide oſſeiſue cultelliſ. Ferro ledi uitalia odit. Emoritur protinuſ. Eadem amputari ſuperuacua patiẽſ. Incidẽtiſ manuſ liberatur artifici temparamento: ne quid ultra corticem uiolet. Succuſ e plaga manat: quem Opobalſamum uocant: eximie ſuauitatiſ. ſed tenui gutta ploratu laniſ parua colligitur í cornua. Ex iiſ nouo fictili códitur. craſſiori ſimiliſ oleo. & í muſto can dida. Rubeſcit deinde.ſimulq; dureſcit. & tranſlucida. Allexandro magno reſ ibi gerente toto die eſtiuo unam concham impleri iuſtum erat. Omni uero fecunditate e maiore horto: congioſ ſenoſ.minore ſinguloſ. cum & duplo rependebatur argento. Nunc etiā ſingularum arborū largior uena ter omnibuſ percutitur eſtatibuſ. Poſtea deputatur. Et ſarmenta quoq; in merce ſunt. Dccc. amputatio ipſa ſurculuſq; uenit intra quintū demū annū. Xylobalſamū uocatur. & coquitur in unguentiſ. Pro ſucco ipſum ſubſtituere officine. Corticiſ etiam ad medicamēta precium eſt. Precipua autē gratia lachryme. Secunda ſemini. Tertia cortici. Minima ligno. Ex hoc buxoſum eſt optimū. quod eſt odoratiſſimū: mordenſ guſtu. feruēſq; in ore. Adulterat̃ Petreo Hyperico quod coarguit̃ magnitudine. inanitate. latitudine. ſeu longitudine. odoriſ ignauia. ſapore piperiſ. Lachryme probatio ut ſit pinguiſ tenuiſ ac modice ruffa. & in fricando odorat᷑. Secūduſ candido coloſ. Peior uiridiſ. craſſuſq;. Peſſimuſ niger. Quippe ut oleum ſeneſcit. Ex omni inciſura maxime probat̃: quod ante ſemel fluxit. Et aliaſ Adulteratur ſemine ſucco. uixq; maleficiū dep̄hēditur guſtu amariore. Eſſe enim debet leniſ: non ſubaciduſ. odore tātum auſteruſ. Viciatur & oleo roſe cypri. lentiſci. balani. Terebinthi. Myrthi. Reſina. Galbano. cera cypria: prout queq; reſ fuit. Nequiſſime autē gūmi. quoniam ipſū quoq; inareſcit in manu inuerſa. & in aq̄. ſidetq;. Probatio eiuſ gemina eſt. Debet ſincerū & iareſcere. ſed hoc & gūmi addita fragili cruſta euenit. & guſtu deprehendit̃. Carbone uero: quod cera reſinaq; adulteratū eſt. nigriori flamma. Nā melle mutatū ſtatim contrahit muſcaſ. Preterea ſincere denſatur in tepida aq̄ gutta ſidenſ ad ima uaſiſ. Adulterata olei modo innatat. Et ſi Metopio uitiatum eſt: circulo candido cingitur. Sūma eſt probatio: ut lac coagulet. & in ueſte maculaſ nō faciat. Nec manifeſtior alibi frauſ. Quippe milibuſ denarioꝝ ſextarii empti uendente fiſco. ccc. denariiſ: ueneunt. Intātū expedit augere liquorē. Xylobalſamo precium in libraſ. vi.

CAP. XXXVII. De Styrace arbore.

Roxima Syria Iudee ſupra Phoenicem Styracem gignit. circa Gabala & Marathūta & caſſiū Seleucie montē. Arbor eſt eodem nomine: cotoneo malo ſimiliſ Lachryme ex auſtero iucūdioriſ. Intuſ ſimilitudo harundiniſ. ſuccoq; pregnanſ. In hanc circa caniſ ortum aduolant pennati uermiculi erodēteſ. ob id in ſcobe ſordeſcit. Styrax laudatur poſt ſupradicta ex Piſidia. Sidōe. Cypro. Cilicia. Creta minime. Ex Amano Syrie mediciſ. Sed unguentariiſ magiſ. Coloſ in quacunq; natiōe ꝑferē ruſuſ & pinguiter lētuſ. deterior furfuroſuſ. & cano ſit aductuſ. Adulteratur Cedri reſina. uel gummi. aliaſ melle. aut amygdaliſ amariſ. Omniaq; ea deprehendūt̃ guſtu. Precium optimo. xviiii. Exit & in Pamphylia. ſed acrior. minuſq; ſuccoſuſ.

CAP. XXXVIII. De Galbano arbore.

At & Galbanum Syria in eodem Amano monte. & Ferulam: quam eiuſdem nominiſ reſine mō Stagonitin appellāt qd̄ maxīe laudāt̃. cartilaginoſū. puꝝ. ad ſimilitudinē Hāmoniaci. minimeq; lignoſū. Sic quoq; adulterat̃ faba aut Sagapeno Siceꝝ ſi uratur: fugat nidore ſerpenteſ. Permutatur in libraſ. v. medicine hoc tantum.

CAP. XXXVIIII. De Panace arbore.

Anacē & unguentiſ eadem gignit naſcentē & in ipſo fine Arcadie circaq; Erimanthi fōteſ. & ī Africa. & in Macedonia ferula ſui generiſ qnq; cubitoꝝ. foliiſ primo q̃terniſ. mox ſeniſ in terram iacentibuſ. ampla magnitudine rotundiſ. in cacumē uero oleagineiſ. Semine in muſcariiſ dependente ut ferule. Excipit̃ ſuccuſ īciſo caule meſſibuſ. Radice in Aūtumo Laudatur candor eiuſ coacti. Sequēſ pallido ſtatera.

Niger coloſ improbatur. Precium optimo in libraſ bini aſſeſ.

CAP. XL. De Spondylio arbore.

B hac ferula differt que uocatur Spondylion: foliſ tantum quia ſút minora. & Platani diuiſura. Non niſi in opaciſ gignitur Semē eodē noíe ſiliſ ſpeciem habet: medicine tanum utile.

CAP. XLI. De Malobathro arbore & eiuſ natura.

At & Malobathró Syria arborē folio cóuoluto. arido colore. ex quo exp̄mit̄ oleum ad unguēta. fertiliore eiuſdem Egypto. Laudatiuſ ex India uenit. In paludibuſ ibi gigni tradút. lentiſ modo. odoratiuſ croco. nigricáſ. ſcabrúq; quodá ſaliſ guſtu. Minuſ probat̄ candidú. Celerrime ſitú in uetuſtate ſentit. Sapor eiuſ Nardo ſimiliſ eē debet ſub lingua. Odor uero in uino ſufferuefacti antecedit alioſ. In p̄cio qdē ꝓdigio ſimile ē a ſinguliſ ad. ccc. ꝑueniri libraſ. Foliú aút ipſú í libraſ. lx.

CAP. XLII. De oleo Omphacino: & Omphacio.

Leum & Omphaciú eſt. Fit duobuſ generibuſ & totidē modiſ ex olea & uite. Olea adhuc alba expreſſa. deteriuſ ex Druppa: ita enim uocatur priuſ quá cibo matura ſit: iam tú colorē mutáſ. Differētia ꝙ hoc uiride eſt. illud. candidú. E uite fit Pſytia aut Aminea: cum ſint acini ciceriſ magnitudine ante caniſ ortum. In prima lanugine demetit̄ uua. eiuſq; melligo. Reliquú corpuſ ſole coqtur. Nocturni roreſ cauētur. In fictili condita Melligo colligitur. ſubinde cyprio ere ſeruatur. Optima que ruffa. acriorq; & aridior. Precium Omphacio in libraſ. vi. Fit & alio mó cum í mortariiſ uua immatura teritur. Siccataq; in ſole poſtea digeritur in paſtilloſ.

CAP. XLIII. De. Iryo.

Odē & Iryon ꝑtinet uua populi albe. optía circa Gnidú aut Cariá í ſitiētibuſ aut ſicciſ aſperiſq;. Secunda in Lycia cedro. eodē & Onanthe pertinet. Eſt aút uitiſ labruſce uua. Colligitur cú flore cú optime olet. Siccat̄ í umbra ſubſtrato liteo atq; in cadoſ conditur. Precipua ex Parapotamia. Secúda ab Antiochia. atq; Laodicia Syrie. Tertia ex montibuſ Mediciſ. Hec utilior medicine. Quidá omnibuſ hiſ preferút eá que í Cypro inſula naſcitur. ná que í Africa fit: ad medicoſ tantú ꝑtinet. uocaturq; Maſariſ. Omniſ aút ex alba labruſca preſtantior quam e nigra eſt.

CAP. XLIIII. De Elate arbore & Cinnamo.

St preterea arbor ad eadē unguenta pertinenſ: quá alii Elaten uocant. qđ noſ Albietē. Alii palmá. Alii Straten. Laudat̄ Hámoniaca maxíe. Mox Egyptia Dein Syriaca. duntaxat in lociſ ſitiēcibuſ odorata. pingui lachryma. que in unguēta additur. ad domandum oleum. In Syria gignitur & Cinnamum quod Camacmon appellát. Hic eſt ſuccuſ nuci expreſſuſ. multú a ſurculo ueri Cinami differenſ. uicina tamen gratia. Precium in libraſ aſſeſ. xl.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE. LIBER. DVODECIMVS FINIT DE PLANTIS ODORATORVM INCIPIT TERTIVS DECIMVS DE PLANTIS ARBORVM PEREGRINARVM FOELICITER.

CAP. I. De Vnguētiſ: & quando cognita ſint noſtriſ: & de generibuſ unguentorum & conpoſitione.

XIII

h

Actenuſ in odoribuſ habēt p̃cia ſilue. erantq; per ſe mira ſingula
iuuitq; luxuriam ea omnia miſcere. & e cūctiſ unum odorē facere.
Ita reperta ſunt unguenta. Quiſ primuſ inuenerit: non traditur.
Iliaciſ temporibuſ non erant. nec thure ſupplicabāt. Cedri tantū
& Citri ſuorum fruticum in ſacriſ fumo cōuolutum nidorē ueriuſ
ꝗ odorem nouerant. Iam roſe ſucco reperto. Nominatur enim id
quoq; in olei laude. Perſarum eſſe debet gentiſ unguētum: ſed &
Parthi mandent eo. & accerſita commēdatione ingluuie natum uiruſ extinguunt.
Primum qđ equidē inueniā: caſtriſ Darii Regiſ expugnatiſ in reliquo eiuſ apparatu
Alexander cepit ſcrinium unguentorum. Poſtea uoluptaſ eiuſ a noſtriſ quoq; inter
laudatiſſima atq; etiā honeſtiſſima uite bona admiſſa eſt. Honoſq; iiſ & ad defūctoſ
pertinere cepit. Quapropter plura de eo dicemuſ: ꝗ que etiam ii nouerunt. Fruticū
ad preſenſ nominibuſ tantū indicabuntur. Natura uero eorum ſuiſ reddetur lociſ.
Vnguētiſ cognomina dedere aliiſ patrie. aliiſ ſucci. aliiſ arboreſ. aliiſ cauſe. Primūq;
id ſcire conuenit: mutata autoritate ad peiuſ tranſiſſe gloriam Laudatiſſimum fuit
antiquituſ in Delo inſula. Poſtea Mendeſium. Nec mixtura tantū & cōpoſitiōe hoc
accidit: ſed iidē ſucci uarie alibi ad quelibet p̃ualuere aut degenerauere. Irinū Cor/
rinthi diu maxime placuit. Poſtea Cyzici. Simili modo Rhodinum Phaſeli. Quam
gloriam abſtulere Neapoliſ. Capua preneſte. Crocinum in Soliſ Cilicie diu maxime
laudatum. Mox Rhodi. Oenanthinum in Cypro deinde ī Egypto p̃poſitū. Poſtea
adramiteo. Amaracinū in Co. Poſtea eodem loco prelatum eſt Melinū Cyprinum.
in Cypro. Deinde in Egypto ubi Mendeſium & Metopium gratiuſ factū eſt Mox
hoc abſtulit Phenice Et Cyprini laudem Egypto reliquit. Panathenaicū ſuū athene
perſeuerāter obtinuere. Fuerat & pardalium in Tharſo. Cuiuſ etiam compoſitio &
mixtura oblitterata eſt. Narciſſimum quoq; ex flore Narciſſo: deſiit componi. Ratio
faciendi duplex ſuccuſ. & corpuſ. Ille olei generibuſ fere conſtat. Hoc odoꝝ. Hec
ſtagmata uocāt. Illa hedyſmata. Tertiuſ īter hec eſt coloſ a multiſ neglectuſ. Huiuſ
cauſa addūt cinabari & Anchuſa. Sal aſperſuſ olei naturā cohercet. Quibuſ Anchuſa
adiecta eſt: ſal non additur. Reſina aut gūmi adiciunt ad continendū odorē ī corpe
Celerrime iiſ euaneſcit atq; defluit ſi nō ſit hec addita. Vnguētorū expeditiſſimū fuit
primūq; ut ueriſimile eſt e brio & balanino oleo. de qbuſ ſupradiximuſ. Increuit deīde
mendeſiū. Balanino reſina mixta. magiſq; etiam nū Metopio. Oleum hoc eſt amyg/
daliſ amariſ expreſſū in Egypto. Cui addidere omphaciū. cardamomū. iūcū. calamū.
mel. uinum. myrrhā. ſemen balſami. Galbanū. reſinā therebinthinā. Et e uiliſſimiſ
quidē hodie eſt. ob id creditū & id in uetuſſimiſ eē. quod cōſtat oleo Myrteo. Calamo.
cupreſſo. cypro. lētiſco. malogranati cortice. Sed diuulgata maxīe unguēta crediderī
roſa: que plurima ubiq; gignitur. Itaq; ſimpliciſſima Rhodini mixtura diu fuit: addi/
tiſ omphacio: flore roſe. crocino cinabari calamo melle iunco ſaliſ flore: aut Anchuſa
uino. Similiſ ratio & in crocino additiſ cinabari anchuſa. uino. Similiſ & ī Sancuſicino
admixtiſ omphacio. calamo. Optimum hoc in Cypro & Mytileniſ ubi plurima
ſanſucuſ. Miſcētur & uiliora genera olei myrto lauro. quibuſ additur ſanſucinum.
lilium. fenogrecū. myrrha. caſia. nardum. iuncuſ. cinnamomū. E maliſ quoq; cotoneiſ
& ſtrutheiſ fit oleum ut diximuſ melinum: qđ in unguenta tranſit. admixtiſ omphacio
cypriao. ſamio. balſamo. iunco. caſia. ambrotano. Suſinum tenuiſſimum omnium eſt.
Conſtat ex liliiſ. balano calamo mello cinnamomo troco myrrha. Et idem cyprinum
ex cypro. & ōphacio. & cardamomo. calamo. Aſpalato. ābrotano. Aliq; & in cyprinū

addunt myrrhã. & panacen. Hoc optimú ſidóe. Mox Egypto. ſi nó addatᷓ ſeſaminú oleú. Durat & quadriẽnio. Excitatur cinnamomo. Telinú fit ex oleo recẽti cypro calamo. melliloto. fenogreco. melle mello. maro. amaroco. Hoc erat celeberrimum Menandri poete comici etate. Poſtea multo ſucceſſit ꝑpter gloriã appellatú megaliú ex oleo balanino balſamo calamo iúco xylobalſamo caſia reſina. Huiuſ ꝑprietaſ ut uentiletur in coquendo donec deſinat olere. Rurſuſ refrigeratum odorẽ ſuú capit. Singuli quoq; ſucci nobilia unguenta faciunt. In primiſ Malobathrú. Poſtea Iriſ Illyrica. & Cizicena amaracuſ. Herbarii in utraq; pauca iiſ & alia aliiſ miſcẽt. Qui plurima alterutri mel. ſaliſ florẽ. omphacium: agrifolium panacen. Externa omnia. Et prodigioſa cinnamino precia. Adiicitur cinnamomo balaninú oleum. xylobalſamú calamuſ. iuncuſ. balſamiſemina. myrrha. mel odoratú. Vnguentorum hoc craſſiſſimú. Precia ei a denariiſ. xxxv. ad. ccc. x. Nardinum ſiue foliatum conſtat omphacio. balanino. iunco. coſto. nardo. Amomo. myrrha. balſamo. In hoc genere conueniet meminiſſe herbarú que nardum indicum imitentur ſpecieſ nouem a nobiſ eſſe dictaſ. tanta materia adulterandi eſt. Omnia aút acutiora fiút coſto. amomo: que maxime nareſ feriút. Craſſiora myrrha ſuauioraq;. Medicine aút utiliora croco. Acerrima per ſe amomo. Hoc & capitiſ doloreſ facit. Quidã ſatiſ habẽt aſpergere que ſút p̄cioſiſſima: ceteriſ decoctiſ. īpendio ꝑcenteſ. ſed nó eadem eſt uiſ niſi una decoctiſ. Myrrha & per ſe unguentú facit ſine oleo: ſtacte dútaxat. Alioqui nimiã amaritudinẽ affert. Cyprino uiride fit. Suſino unguinoſú. Mẽdeſio nigrú. Rhodino candidú. Myrrha pallidum. Hec ſunt antique inuentioniſ genera. & poſtera officinarum furta. Nunc dicetur cumuluſ iſte deliciarum. & ſumma autoritaſ rei.

CAP. II. Quod unguentum regale dicatur: & que diapaſmata: & quomodo ſeruentur.

Rgo regale unguentum appellatú: qđ parthorum regibuſ ita tẽperatᷓ. Cóſtat myrrobalano. coſto amomo. cinnamomo. comaco. cardamomo nardi. ſpica. maro. myrrha. caſia. ſtirace. ladano. opobalſamo. calamo. iuncoq; Syrio. oenanthe. malobathro. ſericato. cypro. aſpalato. panace. croco. cyprio. amaraco. colato. melle. uino. Nihilq; eiuſ rei cauſa in Italia uictrice omnium. in Europa uero tota preter Irin Illyricam & nardum Gallicú gignitᷓ. Nam uinum & roſa & myrthi folia oleúq; communia fere omniú terrarú intelliguntᷓ. Socciſ odoribuſ conſtant que diapaſmata uocãtur. nã feceſ unguẽti magmata appellãt. Inter omneſ potentiſſimuſ odor qſquiſ nouiſſime additur. Vnguenta optime ſeruantᷓ in alabaſtriſ. Odoreſ in oleo. Quod diuturnitati eorú tãto utiliuſ eſt. quãto pinguiuſ. ut ex amygdaliſ. Et ipſa unguẽta uetuſtate meliora. Sol inimicuſ iiſ. Quamobrem in umbra coquútur plumbeiſ uaſiſ. Experimentum eorum inuerſa manu capitur: ne carnoſe partiſ calore uitietur.

CAP. III. Quãta in unguentiſ luxuria: & qñ in uſu primú.

Ec eſt materia luxuſ e cunctiſ maxime ſuperuacui. Margarite enim gemmeq; ad heredem tamen tranſeunt. Veſteſ prolongant tempuſ. unguenta illico expirãt. ac ſuiſ moriuntur horiſ. Súma cómendatio eorum: ut trãſeuntem feminã odor inuitet etiam aliud agentem. Exceduntq; q̃drageno ſdenarioſ libre. Tantum emitur uoluptaſ aliena. Etenim odorẽ qui gerit: ipſe non ſentit. Sed tamen & hec aliq̃ differentia ſignãda ſunt. In. M. Ciceroniſ monumentiſ inuenitur unguenta gratiora eẽ que terram q̃ que crocú ſapiãt. qñ etiam corruptiſſimo in genere. Magiſ tamẽ iuuat quedã ipſiuſ uitii ſeueritaſ. Sed quoſdã craſſitudo maxíe delectat: id ipſú approbãteſ. Liniq; iã non ſolum: ſed & perfundi unguentiſ gaudent. Vidimuſ etiã ueſtigia pedú tingi: quod. M. Othonem monſtraſſe Neroni Principi ferebant credo ut equaliter ſentiretur iuuari ab ea parte corporiſ? Nec non aliquẽ ex priuatiſ audiuimuſ iuſſiſſe ſpargi parieteſ balneaꝝ ũguẽto. Atq; Caium Principem ſolitũ lauari. Ac ne p̃ncipale uideatur hoc bonũ: & poſtea quẽdam ex ſeruiſ Neroniſ. Maxime tñ mirũ eſt hanc gratiam penetraſſe & in caſtra. Aquile certe ac ſigna puluerulenta illa & cuſtodiiſ horrida inunguntur feſtiſ diebuſ. Vtinamq; dicere poſſemuſ: quiſ primuſ inſtituiſſet iſta. nimirũ hac mercede: orbem terrarũ corrupte deuicere aq̃le. Iſta patrocinia querimuſ uitiiſ ut per hoc iuſ ſũmãt̃ ſub caſſide ũguẽta. Quando id primũ ad Romanoſ penetrauerit: non facile dixerim. Certum eſt Antiocho Rege Aſiaq; deuictiſ urbiſ anno quingẽteſimo ſexageſimo q̃nto. P. Licinium Craſſum. Iulium Ceſarem Cenſoreſ edixiſſe. nequiſ uenderet unguenta exotica: ſic enim appellauere. At herculeſ iã q̃dã etiam in potu addũt. tantiq; amaritudo eſt: ut odore prodigo fruãtur ex utraq; p̃te carporiſ. L. Plotiũ. L. Plotii biſ Cõſuliſ Cenſoriſue fratrẽ proſcriptum a triumuiriſ in Salernitana latebra unguẽti odore proditum conſtat. Quo decore tota abſoluta proſcriptio eſt. Quiſ enim non merito iudicet p̃iſſe taleſ. Ceterum terrarum omnium Egyptuſ accõmodatiſſima unguentiſ. Ab ea Campania eſt proxima copia roſe.

CAP. IIII De Palmiſ & natura earum.

Vdeã inclyta eſt: uel magiſ palmiſ quarum natura nunc dicetur: Sunt quidam in Europa uulgoq; Italia. ſed ſterileſ. Ferũt in maritimiſ Hiſpanie fructũ: uerũ immitem. Dulcem in Africa: ſed ſtatim euaneſcentẽ. Contra in oriente ex iiſ uina. Gentiumq; aliquibuſ paniſ. Plurimiſ uero etiam quadrupedũ cibuſ. Quamobrem iure dicẽtur externe. Nulla eſt in Italia ſponte genita: nec in alia parte terrarum: niſi in Gallida. Frugifera uero nuſq̃ niſi in feruida. gignitur leui ſabuloſaq; terra. Maiore in parte & nitroſa. gaudet & riguiſ: totoq; ãno bibere cum amet: anno ſitiẽti. A fimo q̃dam etiã ledi putant. Et Aſſyriorũ parſ aliqua ſi non riuiſ miſceatur. Genera eaꝝ plurima: Et prima fruticem non excedentia. Sterilẽ hanc. Aliubi & ipſam fertilem breuẽq; ramiſ obire ũbra foliorum. Tectorii uicẽ hec parietibuſ pleriſq; in lociſ p̃ſtat contra aſꝑgineſ. Sunt e ꝓcerioribuſ ſilue arbore ex ipſa foliorũ aculeo fruticante circa totaſ pectinatim: quaſ ſilueſtreſ intelligi neceſſe eſt. Incerta tamẽ libidine etiã mitioribuſ ſe miſcẽt. Relique tereteſ atq; ꝓcere denſiſ gradatiſq; corticũ pollicibuſ ut orbibuſ facileſ ſe ad ſcandendũ oriẽtiſ populiſ prebent. Vtilem ſibi arboriſq; induuiiſ circulum mira pernicitate tum homine ſubeunte. Coma omniſ in cacumine. & pomũ eſt. nõ inter folia ut ĩ ceteriſ. Sed ſuoſ inter ramoſ palmitibuſ racemoſũ. Vtraq; natura uue atq; pomi. Folia cultrato mucrone lateribuſ in ſeſe bifidatiſ bellaſ primum demonſtrauere gemmaſ. nunc ad funeſ uitiliumq; nexuſ & capitum leuia umbracula funduntur. Arboribuſ immo potiuſ omnibuſ que terra gignit: herbiſq; etiam: utrunq; ſexum eſſe diligentiſſimi nature tradunt. Quod in plenum ſatiſ ſit dixiſſe hoc ĩ loco. Nulliſ tamẽ arboribuſ manifeſtiuſ. Maſ in palmite floret. femĩa citra florẽ germinat tantum ſpine modo. Vtriſq; autẽ prima naſcitur pomi caro. Poſtea lignum ĩtuſ hoc ẽ ſemen eiuſ. Argumentũ quod parue ſine hoc reperiunt̃ in eodem palmite. Eſt aũt oblongũ non ut oliuiſ orbiculatũ. Preterea ceſũ a dorſo puluinato & in aluo media fiſſura: pleriſq; umbilicatum. unde primũ ſpargitur radix. Seritur autem pronum. & bina iuxta cõpoſita ſemina. ſuperq; totitẽ. quoniã infirma ſĩguliſ planta ẽ. Quaterne coaleſcunt. Multiſ candidiſq; lignum hoc a carnibuſ diſcindit̃ tuniciſ aliiſ corpori adherentibuſ. laxeq; diſtanſ. tantum a cacuminiſ filo adherenſ. Caro matureſcit anno. Quibuſdã tamen in lociſ ut Cypro: quanquã ad maturitem non perueniat: grato ſapore dulciſ eſt. & folium ibi latiuſ. fructuſ q̃ reliquiſ rotundior. Nec ut deuoretur corpuſ: uerum ut expuat̃ ſucco modo expreſſo. Et in arabia languide dulceſ tradũt̃ eſſe palme. Quanq̃ Iuba apud ſcenitaſ Arabaſ prefert omnibuſ ſaporibuſ: quã uocant Dabulan. Cetero non ſine maribuſ gignere feminaſ ſponte edito nemore. confirmãt Circaq; ſinguloſ plureſ nutare in eum pronaſ blandioribuſ comiſ. Illũ erectiſ hiſpidũt afflatu uiſuq; ipſo & puluere etiam reliquaſ maritare. Huiuſ arbore exciſa uiduaſ poſt ſterileſcere feminaſ adeo eſt ueneriſ intellectuſ uti coituſ etiam excogitatuſ ſit ab homine: Ex maribuſ flore ac lanugine. Interim uero tantum puluere inſperſo feminiſ Seruntur aũt palme & trunco duorum cubitorum lõgitudine a cerebro ipſo arboriſ uiridi fiſſuriſ diuiſo atq; defoſſo. Et ab radice auulſe uitaliſ eſt ſatuſ. & ramoꝝ tenerrimiſ. In Aſſyria ipſa quoq; arbor ſtrata in ſolo hũido tota radicat̃. ſed in fruticeſ. non in arborem. Ergo plantaria inſtituunt. anniculaſq; tranſferunt. & iterũ bimaſ. Gaudent enim mutatione ſediſ. uerna alibi. In Aſſyria autem circa caniſ ortum. Nec ferro attingunt ibi nouellaſ: ſed religant comaſ: ut in altitudinem exeãt. Robuſtaſ deputant: Craſſitudiniſ gratia ſemipedaleſ ramorũ relinquẽteſ trũcoſ. Qui deciſi alibi necãt matrem. Diximuſ ſalſum ab iiſ ſolum diligi. Ergo ubi non eſt tale: ſalẽ aſꝑgũt. nõ radicibuſ: ſed longiuſ paulo. Quedam in Syria & Egypto in binoſ diuidunt. ſe truncoſ. In creta & ternoſ. Quedãq; & in quinoſ. Ferũt ſtatim in trimatu. In Cypro uero Syria Egypto quadrime alie. alieq; quinquemieſ. alie altitudĩe hominiſ: nullo intuſ pomi ligno q̃diu ſunt nouelle. Ob id Spadonũ accepto nomine. Genera earũ multa. Sterilibuſ ad materiaſ operaq; lautiora utitur Aſſyria. & tota Perſiſ. Sunt & cedue palmarũ quoq; ſilue germinãteſ rurſuſ ab radice ſucciſe. Dulciſ medulla eaꝝ in cacumine quod cerebrũ appellant. exemptaq; uiuunt. quod non alie. Vocantur autem Chamerepeſ. folio latiore ac molli. ad uitilia utiliſſimo. copioſe in Creta. Sed magiſ in Sicilia. E palmiſ prune uiuaceſ. igniſq; lentuſ. Fructiferarum aliiſ breuiuſ lignũ in pomo. aliiſ longiuſ. hiſ molliuſ. illiſ duriuſ. Quibuſdam oſſeũ. limatũq; dẽte cõtra faſcinanteſ religione politũ. aliud pluribuſ ueſtitũ paucioribuſue tuniciſ. aliud craſſioribuſ tenuioribuſue. Ita fiũt nudequinq̃gĩta genera. ſiqſ omnium perſeq uelit nomina etiam barbara. uinorũq; ex iiſ differentiaſ. Clariſſime omnium quaſ Regiaſ appellauere ab honoribuſ. quoniam Regibuſ tantũ Perſidiſ ſeruarentur Babylone nate uno in horto Bagoo. ita enim uocant ſpadoneſ: qui apud eoſ etiam regnauere. Hortuſ ille nunquam niſi dominãtiſ ĩ aula fuit. At ĩ meridiano orbe ꝑcipuã obtinẽt nobilitatem Syagri. Proximamq; Margarideſ. Ee breueſ. candide. rotunde. aciniſ q̃ balaniſ ſimilioreſ. Quare & nomẽ a margaritiſ accepere. Vna earũ arbor ĩ Chora eẽ traditur. Vna & Syagrorũ. Mirumq; de ea accepimuſ cũ Phoenice aue: que putat̃ ex huiuſ palme argumento nomen accepiſſe: iterum mori. ac renaſci ex ſe ipſa quod erat priuſ. pomiſ refertam. Ipſum pomum grande durum. horridum. & a ceteriſ generibuſ diſtanſ. ſapore ferino quem ferine in apriſ nouimuſ. euidentiſſimeq; cauſa eſt nominiſ. Quarta autoritaſ Scãdalidũ: a ſimilitudine appellatarũ. Iã in Ethiopie fine qnq; earũ nec plurimaſ arboreſ tradunt: nõ raritate magiſ q̃ ſuauitate mirabileſ. Ab iiſ Caryote maxime celebrantur & cibo quidem: ſed & ſucco uberrime. ex ꝗbuſ precipua uina oriẽti miq̃ capiti. unde pomo nomen. Sed ut copia ibi atq; fertilitaſ ita nobilitaſ ĩ Iudea. nec in tota. ſed hiericũte maxĩe. Quãq̃ laudate & Rachelaide. & Phaſelide. atq; Libyade gentiſ eiuſdem cõuallibuſ. Doſ hiſ precipua Succo pingui lactentibuſ. quodãq; uini ſapore in melle. predulci. Sicciores ĩ hoc genere Nicolai. ſed amplitudiniſ precipue. quaterni cubitorum longitudinẽ efficiunt. Minuſ ſpecioſe:

ſed ſapore caryotarũ ſororeſ: & ob hoc Adelphideſ dicte proximã ſuauitatẽ habẽt: non tamen eandem. Tertium ex iiſ genuſ patet: & nimio liquore abundat. Rũpitq; ſe pomi ipſiuſ etiam in ſuam matrem ebrietaſ: Calcatiſ ſimile. Suũ genuſ ſed e ſicciore turba iacenſ dactyliſ prelonga gracilitate curuatiſ in terram. Nam quoſ ex iiſ deorũ honori dicamuſ: Idæoſ appellauit Iudea genſ cõtumelia numinum inſigniſ. In totũ arẽteſ Thebaideſ atq; Arabice. macro corpe exileſ. & aſſiduo uapore torrẽteſ. Cruſtã uériuſ q̃ cutẽ obducũt. In ipſa qdem ethiopia friatur hec: tanta eſt ſiccitaſ: & farine modo ſpiſſatur in panem. Gignitur autem in frutice ramiſ cubitalibuſ folio latiore. pomo rotũdo: ſed maiore q̃ mali ãplitudine. cecaſ uocant. triẽnio matureſcũt. ſempq; frutici pomum eſt ſubnaſcente alio. Thebaidiſ fructuſ ex templo in cadoſ conditur. cum ſui ardoriſ animam ni ita fiat: celeriter expiret. marceſcitq; non retoſtuſ furniſ. Ex reliquo genere plebeie uidentur. Syri hoc & Iuba tragemata uocant. Nam in alia parte Phoeniciſ Cilicieq; populari etiam nomine a nobiſ appellãtur balani. Eoꝝ quoq; plura genera. Differunt figura rotunditatiſ aut ꝓceritatiſ. Differũt & colore nigrioreſ. ac rubenteſ: nec paucioreſ fico traduntur coloreſ. Maxime tamen placent candidi. Diſtant & magnitudine prout multi cubitum effecere. Quidam ſunt non amplioreſ faba. Seruantur ii demum: qui naſcuntur in ſalſiſ atq; ſabuloſiſ. ut in Iudea & Cyrenaica. Africa. Nõ itẽ ĩ Egypto. Cypro. Syria. Seleucia. Aſſyria. Quãobrẽ ſueſ & reliqua animalia ex iiſ ſaginantur. Vitiati aut uetuſti eiuſ pomi ſignum eſt: decidiſſe candidã uerrucam que racemo adheſerit. Allexandri militeſ palmiſ uiridibuſ ſtrangulati ſunt. In Gedroſiſ id factum eſt pomi genere. Alibi copia euenit. Eſt enim tanta muſteiſ ſuauitaſ: ut finiſ mandendi non niſi periculo fiat.

CAP. V. De Peculiaribuſ Syriæ arboribuſ.

Yria p̃ter hanc peculiareſ habet arboreſ. In nucũ genere Piſtacia nota. Prodeſſe aduerſuſ ſerpẽtiũ traduntur morſuſ: & potu & cibo. In ficorũ aũt Caricaſ & minoreſ eiuſ generiſ que cottana uocant. Itẽ pruna in Damaſco mõte nata & myxa utranq; iam familiarẽ Italie. Ex myxiſ in Egypto & uina fiũt. Iuniperi ſimilitudine habẽt Pheniceſ & Cedꝝ minorẽ. Duo eiuſ genera: Lyria & Phenicia. Differũt folio. Nam que durum. acutum. ſpinoſum. habet oxycedroſ uocat̃. ramoſa. & nodiſ ĩfeſta. Altera odore preſtat. Fructum ferũt myrti magnitudine: dulcẽ ſapore. Et maioriſ Cedri duo genera. Que floret: fructum non fert. Fructifera non floret. & in ea antecedentem fructũ occupat nouuſ. Semen eiuſ cupreſſo ſimile. Quidã Cedrelatem uocant. Ex hac reſina laudatiſſima. Materie uero ipſi eternitaſ. Itaq; & ſimulacra deoꝝ ex ea factitauerũt. Cedrinuſ eſt Rome ĩ delubro Apollo Soſianuſ e Seleucia aduectuſ. Cedro ſimiliſ in Arcadia eſt arbor. que in Phrygia frutex uocatur.

CAP. VI. De Terebintho & eiuſ generibuſ.

Yria & Terebinthũ habet. Ex iiſ maſcula eſt ſine fructu. Feminaꝝ duo genera. Alteri fructuſ rubet. lẽtiſ magnitudine. Alteri palliduſ. Cum uite matureſcit. non grandior faba. odore iucũdior. tactu reſinoſuſ: circa Idã Troadiſ. Sed ĩ Macedonia breuiſ arbor hec atq; fruticoſa. In Damaſco Syrie magna. Materieſ ei admodũ lẽta ac fideliſ ad uetuſtatem. eximii ac nigri ſplendoriſ. floſ racemoſuſ oliue mõ ſed rubẽſ. folia dẽſa. Fert & folliculoſ emittẽteſ quedã animalia ceu culiceſ. lẽtoremq; reſinoſũ: qui & ex cortice erumpit. Etiam Rhuſ Syrie maſcula fert. ſterili femina. folio ulmi. paulo longiore. & piloſo. foliorũ inter ſe ſemper contrariiſ pediculiſ. gracili. breuiq; ramo. pelleſ candide conficiuntur. Iiſ ſemen lenti ſimile cũ uua rubeſcit qđ uocatur Rhuſ. medicamentiſ neceſſarium.

CAP. VII. De Fico Aegyptia & de Cypria.

T in Egypto mula arborum genera que non alibi. Ante oĩa ficuſ ob id Egyptia cog nominata. Arbor moro ſimiliſ. folio. magnitudine. aſpecto. Pomum fert non ramiſ. ſed caudice ipſo. idque ipſum ficuſ eſt predulciſ. ſine graniſ interioribuſ perquam fecundo prouentu. Scalpendo tãtum ferreiſ unguibuſ. aliter non matureſcit. ſed cum factum eſt: quarto die demetitur: alio ſubnaſcente. ſepteno ita numeroſa partu per ſingulaſ eſtateſ multo lacte abũdante. Subnaſcitur etiam ſi non ſcalpatur fetuſ: q̃ter eſtate. prioreq; expellit immaturꝝ. Materieſ proprii generiſ ĩter utiliſſimaſ. Ceſa ſtatim ſtagniſ mergitur. hoc ẽ eiuſ ſiccari. Et p̄mo ſidet: poſtea fluitare ĩcipit. certoq; eam fugit alienuſ humor: qui aluim omnem rigat. Cum innatare ceperit: tempeſtiue habet ſignum. Huic ſimiliſ quadãtenuſ que uocatur Cypria ficuſ ĩ Creta. Nã & illa in caudice ipſo fert pomũ: & ramiſ cũ in craſſitudinẽ adoleuere. Sed hec germina emittit ſñ ulliſ foliiſ radice ſimilia. Caudex arboriſ Populo ſimiliſ: foliũ ulmo Fructuſ quaternoſ fundit: totienſ & germinat. Sed groſſuſ eiuſ non matureſcit: niſi inciſura emiſſo lacte. Suauitaſ & interior fici. Magnitudo ſorbi ſimiliſ.

CAP. VIII. De Siliqua: quæ & Ceraunia.

Iliqua q̃ Ioneſ Cerauniã uocant: trũco & ipſa fertiliſ. ſed pomo ſilique. Ob id quidam Egyptiam ficum dixere errore manifeſto. Non enim in Egypto naſcit̃: Sed in Syria. Ioniaq; & circa Gnidũ: atq; in Rhodo. ſemper comãtibuſ foliiſ. flore candido: cũ uehemẽtia odoriſ. Plantigera imiſ partibuſ: & ideo ſuperficie. flaueſcẽſ ſuccum auferente ſobole. Pomo antecedentiſ anni circa caniſ ortuſ detracto: ſtatim alterum parit. Poſtea florem per Arcturum hyeme fetuſ enutriente.

CAP. VIIII. De Perſea Aegyptia & natura eiuſ: item de Cino.

Gyptuſ & perſeã arborem ſui generiſ habet ſimilẽ piro. folia retinentẽ. fertilitaſ aſſidua eiuſ ſubnaſcente craſtino fructu. Maturitaſ Eteſiarꝫ afflatu. Pomum lõgiuſ piro incluſũ amygdale putamine & corio colore herbido. Sed ubi nux illi: huic pomũ. differẽſ breuitate ac mollicie. Et q̃uiſ blãdiatur ꝓdulciſ ſuauitaſ: nõ innocuũ. Materieſ bonitate firmitudĩe. nigricia quoq; nihil differẽſ a Loto. Simulacra ex ea factitauere. Non tã gratia q̃ fideli materia eſt arbor quã Balanum appellauimuſ: magna ex parte contorta. Naualiſ itaq; tantum eſt. At e diuerſo Cinuſ in magno honore palme ſimiliſ: quando & eiuſ foliiſ utuntur ad textilia. Differt: ꝙ in brachia ramorum ſpergitur. Pomo magnitudo. que manũ impleat. Coluſ foluuſ. Cõmẽdabiliſ ſucco ex auſtero & dulci. Lignũ ĩcuſ grãdiſ firmeq; duricie. ex quo uelareſ detornãt ãnuloſ. In eo nucleuſ dulciſ dũ recẽſ ẽ: ſiccatuſ dureſcit ad infinitũ ut mãdi nõ poſſit niſi pluribuſ diebuſ maceratuſ. Materieſ criſpioriſ elogãtie & ob id perſiſ gratiſſima.

CAP. X. De Spina Syria.

Ec minuſ Syria ſpina celebrat̃ in eadẽ gẽte duntaxat nigra: quoniã ĩcorrupta etiam in aq̃ſ durat. ob id utiliſſima nauiũ coſtiſ. Candida facile putreſcit. Aculeuſ ſpinarum & in foliiſ. Semen in Siliquiſ quo coria perficiuntur Galle uice. Floſ & coroniſ iucunduſ: & medicamentiſ utiliſ. Manat & gummi ex ea. Sed precipua utilitaſ ꝙ ceſa anno tertio reſurgit. Circa Thebaſ hec: ubi & quercuſ & perſica & oliua. ccc. a Nilo ſtadiiſ. ſiluestri tractu & ſuiſ fontibuſ riguo.

CAP. XI. De Pruno Aegyptia & arboribuſ circa memphim.

Bi prunuſ Egyptia nõ diſſimiliſ ſpine proxĩe dicte. Pomo Meſpili: matureſcẽſ Bruma nec folia dimittẽſ. Lignũ ĩ pomo grãde. Sed corpuſ ipſũ natura copiaq; meſſiũ uiſtar incoliſ. Purgatũ enim tundunt. ſeruantq; eiuſ offaſ. Siluestriſ fuit & circa

Mēphin regio tā uaſtiſ arboribuſ: ut terni nequirent uel circūplecti unā: peculiari miraculo. nec pomū propter uſumue aliquem. ſed euentum: facieſ enim eſt ſpine. Folia habet ceu pennaſ. que tactiſ ab homine ramiſ cadunt protinuſ ac poſtea renaſcūtur.

CAP. XII. De Gummi generibuſ.

Vmmi optimū eſſe ex Egyptia ſpina conuenit. uermiculatū. colore glauco purꝝ ſine cortice. dētibuſ adherenſ. Preciū eiuſ in libraſ. xiii. Deteriuſ ex amygdaliſ amariſ. & Ceraſo. Peſſimū ex pruniſ. Fluit & ex uitibuſ: infantiū ulceribuſ aptiſſimū. Et aliq̄do in Olea: dentiū dolori. Vlmo etiam in Corico mōte Cilicie. Ac Iunipero ad nihil utile. Ex ulmi uero gūmi & culiceſ ibi naſcuntur. Fit & ex Sarcocolla. ita uocatur arbor gummi utiliſſimum pictoribuſ ac mediciſ. ſimili pollini Thuriſ & ideo candidum quā ruffū meliuſ. Precium eiuſ qđ ſupra.

CAP. XIII. De Papyro aegyptia: & uſu ſcribendi ac ĩuētione cartaꝝ.

Ondum paluſtria attigimuſ: nec fruticeſ amniū. Priuſ tamē q̄ digrediamur ab Egypto & papyri natura dicet̄: cum carte uſu maxime humanitaſ uite cōſtet. & memoria. Et hāc Alexandri Magni uictoria repertā autor ē. M. Varro: condita ĩ Egypto Allexandria. Antea nō fuiſſe cartarū uſū. Palmarū foliiſ primo ſcriptitatū. Deinde q̄rundā arboꝝ libriſ. Poſtea publica monumēta plūbeiſ uoluminibuſ mox & priuata linteiſ cōfici cepta. aut ceriſ. pugillariū enim uſū fuiſſe ante Troiana tp̄a inuenimuſ apud Homerū. Illo uero prodēte ne terra quidē ipſa tota fuiſſe. que nūc Egyptuſ intelligitur: cum in Sebenniſtico ſaltu eiuſ nominiſ carta naſcatur. Poſtea adaggeratā Nilo. Siquidē a Pharo inſula: que nūc Alexandrie pōte iungit̄ noctiſ dieiq; uellifico nauigii curſu terram fuiſſe ꝓdidit. Mox emulatione circa bibliothecaſ Regū Ptolemei & Eumeniſ ſuppͥmēte cartaſ Ptolemeo idē Varro mēbranaſ Pergami tradidit reꝑtaſ. Poſtea ꝓmiſcue patuit uſuſ rei: q̄ cōſtat ĩmortalitaſ hominum Papyrum ergo naſcitur in paluſtribuſ Egypti: aut q̄eſcentibuſ Nili aq̄ſ ubi euagate ſtagnant duo cubita non excedente altitudine gurgitum. brachiali radiciſ oblique craſſitudine. trianguliſ lateribuſ. decē non ampliuſ cubitorū longitudine: ĩ gracilitatē faſtigatum thyrſi modo cacumen includenſ. Semine nullo aut uſu eiuſ alio q̄ floriſ ad deoſ coronandoſ. Radicibuſ incole pro ligno utnutur. Nec igniſ tantum gratia: ſed ad alia quoq; utenſilia uaſorū. Ex ipſo quidē Papyro nauigia texunt. Et e libro uela tegeteſq; nec non & ueſtem. atq; ſtragula. ac funeſ. Mādūt quoq; crudū. decoctūq; ſuccum tantū deuorāteſ. Naſcitur & in Syria circa quem odoratuſ ille calamuſ lacū. Neq; aliiſ uſuſ eſt inde quē funibuſ: Rex Antigonuſ in naualibuſ uſuſ eſt rebuſ. nō dum ſparto communicato. Nuper & in Euphrate naſcenſ circa Babylonem Papyrū intellectū eſt eundem uſum habere carte. Et tamen ad huc malunt Parthi ueſtibuſ litteraſ ĩtexere Preparant̄ ex eo carte diuiſe acu in ꝑtenueſ ſed q̄ latiſſimaſ philuraſ.

CAP. XIIII. De Generibuſ Cartarum: & quō fiant: & de earum probatione: uitiiſ & Glutino.

Rrincipatuſ medio atq; inde ſciſſure ordīe. Hieratica appellabat̄ antiq̄tuſ. religioſiſ tātū uoluminibuſ dicata: que adulatiōe Auguſti nomē accepit. Sicut ſecūda Liuie a cōiuge eiuſ. Ita deſcēdit Hieratica in tertiū nomē. Proximū Amphitheatrice datū fuerat: a cōfecture loco. Excepit hāc Rome Fannii ſagax officina. tenuatāq; curioſa interpollatione. Principalem fecit e plebeia. & nomen ei dedit. Que nō eſſet ita recurata: in ſuo manſit Amphitheatrica. Poſt hāc Saitica ab oppido. ubi maxīa fertilitaſ ex uilioribuſ ramētiſ. Propiorq; etiā num cortici. Teneotica. a uicino loco. pondere iam hec nō bonitate uenaliſ. Nam emporetica ĩutiliſ ſcribendo inuolucriſ

emporetica

cartarum ſegeſtriumq; in mercibus uſũ prebet. & ideo a mercatoribus cognominata. Poſt hanc papyrum eſt extremumq; eius ſcirpo ſimile: ac ne ad funes quidem niſi in humore utile. Texunturq; omnes tabula madente Nili aq̃. turbidus liquor ui glutini prebet cũ primo ſupina tabula. ſceda adlinit̃ longitudine papyri que potuit eſſe ſegminibus utrinq; amputatis. Tranſuerſa poſtea crates peragitur. premuntur deinde prelis. & ſiccãt̃ ſole. atq; ĩter ſe pagelle iũgunt̃. proxiaꝝ ſemꝑ bonitatis diminutiõe ad deterrimas. nũq̃ plures ſcapo q̃ uicene. Magna ĩ latitudĩe earũ differẽtia. xiii. digitoꝝ optimis. Duo detrahũt̃ hieratice. Fanniana denos habet. Et uno minus ãphitheatrica Pautiores Saitica. nec malleo ſufficit. Nam emporetice breuitas ſex digitos nõ excedit. Preterea ſpectant̃ in cartis tenuitas. denſitas. candor. leuor. Primatũ mutauit Claudius Ceſar. Nimia quippe Auguſte tenuitas tolerãdis non ſufficiebat calamis: ad hec tramittẽs litteras litture metum afferebat aduerſis. & alias indecoro uiſu per trãſlucida. Igitur & ſecundo corio ſtamina facta ſunt e primo ſubtegmine. Auxit & latitudinem. pedalis erat menſura & cubitalis macrocolis. Sed ratio deprehẽdit uitium unius ſcede reuulſione: plures infeſtante paginas. Ob hoc prelata omnibus Claudia. Auguſte in epiſtolis autoritas relicta. Liuiana ſuam tenuit: cui nihil e prima erat ſed omnia e ſecũda. Scabricia leuigatur dẽte cõcauo: ſed caduce littere fiũt. Minus ſorbet. Polit̃ & carta magis ut ſplẽdeat. Rebellat ſepe humor incurioſe datus. ꝓmoq; malleo deprehenditur: aut etiam odore cum fuerit indiligentior. Deprehenditur & lentigo oculis: ſed medijs inſerta glutinamẽtis tenui iunco papyri bibula inibi littera fundente ſe: tantũ ineſt fraudis. Alius igitur iterũ texendis labor. Glutinũ uulgare e pollinis flore temperatur feruente aq̃ minimo aceti aſperſu. nam fabrilia gũmi ſane fragilia ſunt. Diligẽtior cura molli panis frumentati colata aq̃ feruente: minimũ hoc modo ingeritur: atq; ita leuitas ſuperadditur. Omne autẽ glutinũ nec uetuſtius eſſe uno die debet: nec recentius. Poſtea malleo tenuat̃. & iterũ glutino ꝑcurrit̃. iterũq; conſtricta erugatur. atq; extẽditur malleo. Ita ſunt longinqua monumẽta Tyberii Caiiq; Gracheorum manus: que apud Pomponiũ Secundũ Vatem ciuẽq; clariſſimũ uidi ãnos fere poſt. cc. iã uero cicerõis ac diui auguſti uirgiliiq; ſepenumero uidemus.

CAP.XV. De Libris Nume Romarorũ regis: & quõ ĩuẽti & cõſũpti.

Ngentia quidem exempla contra Varronis ſententiam de Cartis reperiuntur. Nãq; Caſſius Hemina uetuſtiſſimus autor annaliũ quarto eorũ libro prodidit. Cn. Terẽtium ſcribam agrum ſuũ in Ianiculo repaſtinantẽ offendiſſe arcam: in qua Numa qui Rome regnauit ſitus fuiſſet. In eadem libros eius repertos. P. Cornelio L. filio Cethego. M. Bebio. Q. filo Pãphilo Coñss. Ad quos a regno Nume colliguntur anni. d. xxxv. & hos fuiſſe e carta. Maiore etiamnum miraculo. qđ tot infoſſi durauerint annis. Quapropter in re tãta ipſius Hemine uerba ponã. Mrabãt̃ alii quomodo illi libri durare potuiſſent. Ille ita rationem reddebat. lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arca iunctũ candelis quaq̃ uerſum. in eo lapide inſuper libros impoſitum fuiſſe propterea arbitrarier eum nõ cõputruiſſe. Et libros cedratos: propterea arbitrarier eũ tineas non tetigiſſe. Nulla ĩ iis libris ſcripta erãt: niſi philoſophie Pythagorice. Eoſq; cõbuſtos a. Q. Petilio Pretore: qa philoſophie ſcripta eſſent. Hoc idem tradit. C. Piſo Cenſorius primo cõmentariorum libro. Sed libros ſeptẽ iuris pontificii totidẽ pithagoricos fuiſſe Tuditanus uero tertiodecimo Nume Decretorum. libro. xii. fuiſſe. Ipſe Varro humanarũ antiqtatum. vi. Antias ſecũdos libros fuiſſe. ex iis duodecĩ pontificales Latinos. totidẽ Grecos. precepta philoſophie continentes idem tertios ponit. quo comburi eos placuerit. Inter omnes uero cõuenit:

Sybillā ad Tarquiniū Suberbum triſ libroſ attuliſſe: ex quibuſ igni duo cremati ab ipſa. Tertiuſ cū Capitolio Syllaniſ tēporibuſ. Preterea Mutianuſ ter Cōſul ꝑdidit nuper ſe legiſſe cum preſideret Lycie: Sarpedoniſ a Troia ſcriptā in quodā templo epiſtole cartam. Quod eo magiſ miror: ſi etiamnum Homero prodente Egyptuſ nō erat. Aut cur ſi iam hic erat uſuſ: in plumbeiſ linteiſq; uoluminibuſ ſcriptitatū conſtet. Cur & Homeruſ in ipſa illa Lycia Bellerophōti codicilloſ datoſ nō epiſtolaſ ꝑdidit? Sterilitatē ſentit hoc quoq;. Factūq; iā Tyberio Principe inopia carte: ut e Sēatu darentur arbitri diſpenſande. aliaſ in tumultu uita erat.

CAP. XVI. De Arboribuſ Aethiopiae.

Thiopia Egypto cōtermina. inſigneſ arboreſ nō fere habet. p̄ter liniferaſ: q̃rū natura in deſcriptione Indoꝝ atq; Arabie dicta eſt. Propior tamē huic natura lane. maiorq; folliculuſ granati mō mali. Similesq; & īter ſe arboreſ ipſe. Preter hāc palme qualeſ retulimuſ. Inſularū arboreſ ambitu Ethiopie & nemora odorata ī mētione earū dicta ſūt.

CAP. XVII. De Arboribuſ & Cedrinis & que in hiſ laudentur. & que uituperentur.

Tlaſ monſ peculiari proditur ſilua: de qua diximuſ. Confineſ ei Mauri: q̄buſ plurima arbor Cedri & mēſaꝝ inſania: quaſ femīe uiriſ contra margaritaſ regerūt. Extāt hodie. M. Cicerōiſ in illa pauptate: & qđ magiſ mirū ē: illo euo empte libriſ. xi. Cū hiſ memorāt & Galli Aſinii que libriſ. xi. uenūdate ſūt. Et due a Iuba Rege uēdente. Quaꝝ alteri preciū fuit libriſ. xv. Alteri paulominuſ. Interiit nuper incendio quma Cethegiſ decedenſ libriſ. xiiii. permutauerat lati fundi taxatione ſiqſ predia tāti mercari malit. Magnitudo āpliſſima adhuc fuit uniuſ cōmiſſe ex orbibuſ dimidiatiſ duobuſ a Rege Mauritanie Ptolemeo q̄tuor pedum & ſemipediſ ꝑ mediū ambitū: craſſitudine quadrantali. Maiuſq; miraculum in ea eſt artiſ latente iūctura: q̄ potuiſſet eē natura ſolide a Nomio Tyberii Ceſariſ liberto cognomē trabēciſ tribuſ ſicilicis infra. iiii. pedeſ: totidēq; īfra ſemipedē craſſitudīſ. Qua ī re nō omittēdū uidet᷑: Tyberio Principi menſam quattuor pedeſ ſextante & ſicilico excedētē. Tota uero craſſitudine ſeſcuntiali operimento conchylii lamine ueſtitam fuiſſe: cum tam optima Nomio liberto eiuſ eſſet. Cuiuſ materia erat Tuber hoc eſt: radiciſ uitium. Maximeq; in eo laudatū quod ſub terra totum fuerit: & rariuſ quam que ſuperne. queq; gignuntur etiam in ramiſ. Proprieq; quod tanti emitur: arboꝝ uitium ē: quaꝝ āplitudo ac radiceſ eſtīari poſſunt ex orbibuſ. Sunt aūt cupreſſo femine etiamnum ſiluestri ſimileſ folio. odore caudice. Anchorariuſ mōſ uocat᷑ citerioriſ Mauritanie: qui laudatiſſimam dedit Cedrum iam exauſtuſ. Menſiſ precipua doſ in uena criſpiſ. uel in uertice paruiſ. Illud oblongo euenit diſcurſu. ideoq; Tigrine appellant᷑. Hoc intorto. & ideo taleſ pantherine uocāt᷑. Sūt & ūdatim criſpe maiore gratia ſi pauonū caude oculoſ imittentur. Magna uero poſt haſ gratia extra predictaſ criſpi denſa ueluti grani congerie. quaſ ob id a ſimilitudine apiataſ uocant. Summa uero omnium in colore. hic maxime mulli placet ſuiſ refulgenſ ueniſ. Poſt hec amplitudo. & iam totiuſ caudiciſ. iuuant plura quoq; in una menſa uitia. Lignum ita uocatur. Materia ſurda & indigeſta ſimplicitaſ. aut platani foliorum modo digeſta. Ilignee uene etiam ſimilitudo. uel coloriſ. & quibuſdam maxime obnoxiaſ fecere eſtuſ uentiq; rime. aut capillamēta rimaſ imitata. Poſtea murena nigro tranſcurrēſ limite: uariiſq; corticū punctiſ apprehenſuſ papauerum modo: & in totum atro propior coloſ: maculeue diſcoloreſ. Virideſ terra cōdūt barbari & cera illinūt. Artificeſ uero frumēti aceruiſ imponũt: ſeptenis diebuſ totitem intermiſſiſ. Mirumq; ponderi quãtum ita detrahãt. Naufragia docuere nuper quoq; hanc materiam ſiccatam mari duricie & maturitate incorrupta ſpiſſari non ullo modo uehementiuſ. Nutriuntur optime ſplendeſcuntq;. manuq; ſicce fricantur. ab alieniſ maxime ne ab accoliſ ledantur: ut in iiſ genite.

CAP.XVIII. De Arbore Trogete ſiue Thya.

Nter pauca nitidioriſ uite inſtrumẽta hec arbor eſt. Quapropter inſiſtendũ ei quoq; paulũ uidet̃. Nota etiã Homero fuit. Trogete uocat̃: ab aliiſ Thya. Hãc igitur inter odoreſ uri tradit ĩ deliciiſ Calipſoniſ q̃ deã uolebat intelligi. magno errore eoꝝ: ꝗ odoramẽta in eo uocabulo accipiunt. Cum preſertim eodẽ uerſu cedꝝ laricẽq; una tradat. In quo manifeſtum eſt: de arboribuſ tantum loquutum. Theophraſtuſ qui primuſ a Magni Alexãndri etate ſcribit. que circa urbiſ Rome quadringẽteſimũ quadrageſimum geſta ſunt annum: Magnum iam huic arbori honorem tribuit memorataſ ex ea referenſ templorum ueterum cõtignationeſ. Quãdamq; ĩmortalitatem materie ĩtectiſ cõtra uitia om̃ia ĩcorrupte. Radice nihil criſpiuſ. nec aliũde p̃cioſiora opera. Precipuam autem eſſe eam arborem circa Hammoniſ delubrum. Naſci & in inferiore Cyrenaice parte. De menſiſ tamen tacuit. & aliaſ nulliuſ ante Ciceronianã uetuſtior memoria eſt. ex quo nouicie apparent. Alia eſt arbor eodem nomine malũ ferenſ execratũ aliquibuſ odore & amaritudine. aliiſ expetitum. domoſ etiã decorãſ. nec dicenda uerboſiuſ.

CAP.XIX .De arbore Loto ſiue celtide & eiuſ natura.

Adem Africa qua uergit ad noſ: inſignem arborem Loton gignit: quam uocãt Celtin. & Ipſam Italie familiarem: ſed terra mutatam. Precipua eſt circa Syrteſ atque Naſamonaſ. Magnitudo que piro. quamquam Nepoſ Corneliuſ breuem tradat. Inciſure in folio crebrioreſ: alioqui Iliciſ uiderentur. Differentie pluireſ. Eeque maxime fructibuſ fiũt. Magnitudo huic fabe. color croci. ſed ante maturitatẽ aliuſ atq; aliuſ: ſicut in uuiſ. Naſcitur denſuſ in ramiſ Myrti modo. nõ ut in Italia Ceraſi Tam dulciſ ibi cibuſ. ut nomen etiam genti terreq; dederit nimiſ hoſpitali aduenarum obliuione patrie. Ferunt uentriſ non ſentire morbum qui eum mãdant. Melior ſine interiore nucleo: qui in altero genere oſſeuſ uidetur. Vinum quoq; exprimitur huic ſimile mulſo: quod ultra denoſ dieſ negat durare idem nepoſ. Bacaſq; cõtuſaſ cũ ſiliqua ad ciboſ doliiſ condi. Quin & exercituſ paſtoſ eo accepimuſ: ultro citroq; commeanteſ per Africam. Ligno coloſ niger. Ad tibiarum cantuſ expetitur. E radice cultelliſ capuloſ breueſq; alioſ uſuſ excogitauit. Hec ibi natura arboriſ. Eſt autem eodẽ nomine & herba: & in Egypto cauliſ in paluſtrium genere. Recedẽtibuſ enim aquiſ Nili riguiſ: prouenit ſimiliſ fabe caule foliiſq; denſa cõgerie ſtipatiſ: breuioribuſ tantũ gracilioribuſq;. cui fructuſ in capite papaueri ſimiliſ inciſuriſ: omniq; alio mõ. Intuſ grana ceu miliũ. Incole capita in aceruiſ putrefaciũt mox ſeparãt lauãdo. & ſiccata tundunt. eoq; pane utuntur. Mirum eſt quod preter hec traditur. Sole occidente papauera ea cõprimi & integi foliiſ. Ad ortũ autem aperiri donec matureſcant. floſq; qui eſt candiduſ decidat.

CAP.XX.De Scapo loti & radice eiuſ.

Oc ampliuſ in ea parte tradunt: & ſcapum ipſum & florẽ ueſpera mergi uſq; in mediaſ nocteſ. Totumq; abire in lacum. ut ne dimiſſa q̃dem manu poſſit inueniri. Verti deinde: paulatimq; ſubrigi: & ad exortum ſoliſ emergere extra aquã. ac florẽ patefacere. atq; etiamnum exurgere: ut plane ab aq̃ abſit alte. Radicem Lotoſ hec habet mali Cotonei magnitudine opertam nigro cortice qualiſ & caſtaneaſ tegit.

Interiuſ candidum corpuſ. gratum cibiſ. ſed crudum. Gratiuſ decoctū ſiue aqua ſiue pruna. Nec aliunde magiſ q̄ purgamentiſ eiuſ ſueſ craſſeſcunt.

CAP. XXI. De Paliuro & euiſ natura.

Yrenaica regio Loton ſue poſtponit Paliuro. Fructicoſior hec: fructuque magiſ rubēſ: cuiuſ nucleuſ nō ſimul mandit̄. Iucunduſ per ſe atq; ſuauior ē uino. Quin & uina ſucco ſuo commendanſ. Interior Africa ad Garamantaſ uſq; & deſerta palmarum magnitudine & ſuauitate cōſtat. Nobiliſ maxīe circa delubrū Hāmoniſ.

CAP. XXII. De malo punico: & flore eiuſ Balauſtio.

Ed circa Carthaginē Punicū malū cognomē ſibi uendicat. Aliq granatū appellāt. Diuiſit & in genera: Apyrinon uocando cui lignoſuſ nucleuſ abeſt. Sed candidior ei natura & blandioreſ ſunt acini minuſq; amari: diſtincti membraniſ. Alia ſtructura eoꝝ quedā ut ī fauiſ cōmuniſ. nucleoſ habētiū. Quinq; ſpecieſ. dulcia. acria. mixta. acida. uinoſa. Samia & Egyptia diſtinguūt̄. Erythrocomiſ: & Leucocomiſ. Corticiſ maior uſuſ ex acerbiſ ad ꝑficienda coria. Floſ Baluſtinū uocat̄: & mediciniſ idoneuſ. & tinguendiſ ueſtibuſ. quarum color inde nomen accepit.

CAP. XXIII. De quibuſdā Aſie & Grecie fructibuſ. De Timelia: Tragio: Tragacanthe Scorpione: Myrice: Brya: Galla: & oſtri.

N Aſia & Grecia naſcūt̄ fruticeſ. Epicactiſ: quē alii ēbolinen uocāt: ꝑuiſ foliiſ: que potata cōtra uenena proſunt. Sicut hericeſ cōtra ſerpēteſ. Et in quo naſcit̄ Granū Gnidiū: quod aliqui linū uocāt. Fruticem uero Timelian. alii Chamelean alii Pyroſachē. alii Neſtorem: alii Coenoron. eſt ſimiliſ oleaſtro: foliiſ anguſtioribuſ. gūminoſiſ ſi mordeāt̄. myrti magnitudīe ſemīe colore. & ſpecie farriſ: ad medicīe tātū uſū. Tragiō fruticē ſola Creta inſula gignit Terebintho ſimilē & ſemine. qđ contra ſagittarum ictuſ efficaciſſimum tradunt. Eadem & Tragacanthē ſpine albe radice. multum prelatam apud Medoſ aut in Caucaſo naſcenti. Precium eiuſ in libraſ. xiii. Tragon & Aſia fert: ſiue Scorpionem: ueprem ſine foliiſ ramiſ rubētibuſ: ad medicīe uſum. Myricen & Italia: quam alii Tamaricen uocant. Achaia aūt Bryan ſilueſtrē inſignem in ea qđ ſatiua tm̄ ferat galle ſimilē fructū in Syria & in Egypto copioſa hec eſt cuiuſ infelicia ligna appellamuſ, Que tamen infeliciora ſunt Grecie. Gignit enim arborem oſtrin: quam & oſtrean uocant ſolitariam circa ſaxa aquoſa. ſimilem fraxino cortice & ramiſ & folio. piliſ paulo tamen lōgioribuſ craſſioribuſq;: ac rugoſiſ inciſuriſ que per totam diſcurrunt. ſemine hordeo ſimili. & colore & materia dura atq; firma. q̄ in domum illata. difficileſ partuſ fieri ꝓdūt. morteſq; miſeraſ.

CAP. XXIIII. De Enonymo arbore & natura eiuſ & Eone.

Ec auſpicatior in Leſbo inſula arbor que uocat̄ Enonymoſ: nō ab ſimiliſ punice arbori interq; eam & Laurum folii magnitudine. figura uero & mollicia punice. flore candidior eſt: ſtatim peſtem denuncianſ. Fert ſiliq̄ſ ſeſami ſimileſ. Intuſ granū q̄drāgula figura. ſpiſſū letale animalibuſ. nec nō & in folio eadē uiſ. Succurrit aliq̄do precepſ alui exinanitio. Alexāder Corneliuſ arborē Eonē appellauit ex q̄ facta eēt Argo ſimilē robori uiſcum ferenti: que nec aqua nec igni poſſet corrumpi. ſicuti nec uiſcū: nulli alii cognitam quod equidem ſciam.

CAA. XXV. De Adrachne arbore: & natura eiuſ.

Drachnen omneſ fere Greci portulace nomine interpretantur: cum illa ſit herba & Andrachne uocet̄ uniuſ littere diuerſitate. Ceterū Adrachne ē ſilueſtriſ arbor neq; in planiſ naſcēſ. ſimiliſ unedōi folio tantū minore: & nūq̄ decidēte. Cortice nec ſcabro qdē: ſed q circungelatuſ uideri poſſit. tam triſtriſ aſpectu eſt.

CAP.XXVI.De Cõgrygia arbore:& natura eiuſ & Aparache.

Imiliſ & Congrygia eſt folio. magnitudine minor. Proprietatem habet fructum amittēdi lanugine papum uocant: qđ nulli alii arbori euenit. Similiſ & Aparache bifera eque q̃ Adrachne. priorem fructum incipiente pubeſcere una peragit. alterũ in initio hyemiſ. qualeſ eoſ: non traditur.

CAP.XXVII.De Ferula & eiuſ generibuſ.

T ferulam īter externaſ dixiſſe cõueniet: arborũq; generi adſcripſiſſe. quoniam q̃rundā nature ſicut diſtinguimuſ: lignũ omne corticiſ loco habent: hoc eſt forinſecuſ: Ligni autem loco fungoſā intuſ medullā ut ſambucci. Quedā uero ianitatē ut arundineſ. Ferula calidiſ naſcitur lociſ: atq; tranſ maria geniculatiſ nodata ſcapiſ. Duo eiuſ genera. Nartheca greci uocant aſſurgentē ī altitudine. Nartheciam uero ſemꝑ humilē a genibuſ exeũte folia maxima ut queq; terre proxima. Cetero natura eadem que Anetho. & fructui ſimiliſ. Nulli fruticum leuitaſ maior. ob id geſtata faciliuſ baculorum uſum ſenectuti prebet.

CAP.XXVIII.De Tapſia & eiuſ generibuſ.

Emen ferule Thapſiam quidā uocauere decepti eo: quoniā ferula ſine dubio eſt thapſia: ſed ſui generiſ foliiſ feniculi. inani caule. nec excedente baculi lõgitudinē. Semen quale ferule. Radix candida. Iucıſa lac emanat: & contuſa ſuccum cortice abdicat. Omnia ea uenenata. Quippe etiam fodiētibuſ nocet. ſi minima aſpiret aura: intumeſcũt corpora: faciēq; inuadũt igneſ ſacri. ob id ceroto priuſ illinũt. Quibuſdā tamen morbiſ auxiliari dicunt medici permixtā aliiſ. Item in Alopeciiſ ſugillatiſq; ac liuētibuſ. Ceu uera remedia deſint ut ſcelera contractēt. Sed iſta pretexuerũt noxio inſtrumēto. tantumq; impudētie eſt. ut uenenum artiſ eſſe perſuadeant. Thapſia in Africa uehementiſſima. Quidam caulē incidunt per meſſeſ. & in ipſa excauāt radice: quo ſuccuſ confluat. arefactumq; tollunt. alii folium. Radicem tundunt in pila. & ſuccum in ſole coactum diuidunt in paſtilloſ. Nero Ceſar claritatem ei dedit. initio imperii: nocturniſ graſſationibuſ conuerberatam faciem illinēſ ſibi cum thure ceraq;: & ſequēti die contra famam cutem ſinceram circunferēſ. Ignē feruliſ optime ſeruari certum eſt eaſq; in Egypro precellere.

CAP.XXVIIII.De Cappari ſiue Cynoſbato aut opheaſtaphyle & Saripha.

Bi & Cappariſ firmioriſ ligni frutex. ſeminiſq; & cibi uulgati. caule quoq; una plerumq; decerpto. Cauenda eiuſ genera peregrina. Siquidem Arabicum peſtilēſ. Africam gingiuiſ inimicũ. Marmaricũ uuluiſ: & omnium inflationibuſ. Apulum uomituſ facit. Stomachum & aluum mouet. Quidam eum Cynoſ baton uocant. Alii opheoſtaphylen fruticoſi eſt generiſ. Et Saripha circa Nilum naſcēſ duoꝝ cubitoꝝ altitudine. pollicari craſſitudine. Coma papyri. Similiq; mādit̃ mõ. Radice ferrariiſ officiniſ precipua carboniſ uſu propter duriciam.

CAP.XXX.De Spina Babyloniſ regia.

On omittendum eſt & quod Babylone ſeritur in ſpiniſ: qm̄ non alıubi uiuit. ēq; ſicut uiſcum in arboribuſ. ſed illud in ſpina tantum que regia uocatur. Mirum ꝙ eadē die germinat qđ iniectũ eſt. Inıcit̃ aũt ipſo caniſ ortu. & celelerrime arborē occupat. Condiũt eo uina. & ideo ſeritur. Spina illa naſcit̃ & Atheniſ in longiſ muriſ.

CAP.XXXI.De Cytiſo frutice & eiuſ laudibuſ.

Rutex ē & Cytiſuſ ab Antinomacho Atheniēſi miriſ laudibuſ predicatuſ. pabulo omnium. Ariduſ uero etiam ſuum. Spondetq; iugero eiuſ annuoſ per pluriſ uel mediocri ſolo reddituſ. utilitaſ herboſa ergo & eo letior ſatietaſ qđ p̱ quammodico pingueſcūt & quadrupedia aut iumēta hordeum ſpernūt. Nō ex alio pabulo lactiſ maior copia aut melior. Super omnia pecorum medicina a morbiſ omni uſu p̄ſtāte. Quin & nutricibuſ in defectu lactiſ aridū atq; in aqua decoctum potui cū uino dari iubet. & firmioreſ celſioreſq; infāteſ fore. Viridem etiam gallinis. aut ſi aruerit: madefactum. Apeſ quoq; nūq̃ de flore Cytiſi pabulū contingēteſ. promunt Democrituſ & Ariſtomachuſ. Nec aliud minoriſ īpendii eſt. Seritur cum hordeo. aut fere ſemīe ut porrū. uel caule autumno āte brumā. Si ſemine: madidū. Et ſi deſint hymbreſ: ſatū ſpargitur. Plante cubitaleſ p̱feruntur ſcrobe pedali. Seritur poſt equinoctia tenero frutice. Perficitur triēnio. Demetit̄ uerno equinoctio cū florere deſinit: uel pueri uel anuſ uiliſſima opera. Canuſ aſpectu breuiterq; Siquiſ exprimere uelit ſimilitudinem: anguſtioriſ trifolii frutex. Dat̄ aīalibuſ poſt biduū ſemp̱. Hyeme uero qđ inaruit: madidū. Satiāt equoſ dene libre. & portiōe minora animalia. obiterq; inter ordineſ hoc animaliū capeſtriū fertile ē. Inuētuſ hic frutex in Cytno inſula: īde trāſlatuſ eſt in omneſ Cycladaſ. mox in urbeſ Grecaſ magno caſei prouentu. Propter quod maxime miror: rarum eſſe in Italia. Non eſtuū nō frigorū: non grādinū aut niuiſ iniuriam expaueſcit. Aducit Higinuſ ne hoſtiū q̄dem. propter nullā gratiā ligni.

CA. XXXII. De fruticibuſ & arboribuſ noſtri mariſ atq; rubri & īdici.

Aſcuntur & in mari fruticeſ arboreſq; Minoreſ in noſtro. Rubrū enim & totiuſ oriētiſ oceanuſ refertuſ eſt ſiluiſ. Nō habet lingua alia nomē: quod greci uocāt phycoſ: qm̄ Alga herbarū magiſ uocabulum intelligitur. hic autē eſt frutex. Folia lata colore uiridi gignit. qđ quidā Graſon uocāt. alii Zoſtera. Alterum genuſ eiuſdē. capillaceo folio ſimile feniculo. ī ſaxiſ naſcitur. Superiuſ īuadit haud p̱cul littore. Verno utrūq;. & īterit autūno. Circa cretā īſulā nato in petriſ purpuraſ quoq; īficiūt Laudatiſſimo a parte Aquiloniſ. aut ſpongiiſ. Tertiū ē gramini ſimile radice geniculata & caule. qualiter calami. Aliud genuſ fruticum Bryon uocatur folio lactuce. rugoſiore tantū. Iā hoc īteriuſ naſcēſ. In alto uero abieſ & quercuſ cubitali altitudīe Ramiſ earum adherent conche. Quercu etiam tingi lanaſ tradunt. Glandem etiam quaſdam ferro in alto. Naufragiiſ hec deprehenſa urinantibuſq;. Et alie traduntur pergrandeſ circa Sycionem. Viliſ enim paſſim naſcitur. Sed phycoſ ſine foliiſ rubro cortice. Fit & palma fruticū generiſ extra Herculiſ columnaſ porri fronde. Naſcit̄ frutex & aliuſ lauro & thymo ſimiliſ: qui ambo eiecti in pumicem tranſfigurantur. At in noriente mirū eſt ſtatim a Copto per ſolitudineſ nihil gigni preter ſpinam que ſitienſ uocatur & hanc raram admodū. In mari uero rubro ſiluaſ uiuere. maxime laurum & oliuam ferentem bacaſ. & cum pluat: fungoſ q ſole tacti mutant̄ ī pumicē. Fruticum ipſorū magnitudo ternorū eſt cubitorū caniculiſ referta: uix ut reſpicere e naui tutum ſit: remoſ plerūq; ipſoſ inuadentiū. Qui nauigauere in Indoſ Alexādri militeſ frondem marinarum arborum. tradidere in aqua uiridem fuiſſe: exemptā ſole protinuſ in ſalem areſcentem. Iuncoſ quoq; lapideoſ per q̃ ſimileſ ueriſ per littora. & in alto quaſdam arbuſculaſ: colore bubuli cornuſ romoſaſ & in cacuminibuſ rubenteſ cum tractarentur: uitri modo fragileſ. In igne autē ut ferrū exardeſcenteſ. reſtinctiſ colore ſuo redeunte. Eodem in tractu inſularum ſiluaſ operit eſtuſ: quanq̃ altioreſ ſit plataniſ populiſq; altiſſimiſ. folia laurea. floſ uiole: & odore & colore. Bace ut oleiſ. & ipſe odoriſ iucundi autumno naſcenteſ. foliiſ nunq̃ deciduiſ. Harum minoreſ totaſ integit mare. Maximarum cacumina extant ad que naueſ religant̄. & cū deceſſerit eſtuſ ad radiceſ. Aliaſ quoq; arboreſ in alto ab eiſdem accepimuſ eodem in mari uiſaſ.

ſemper folia retinẽteſ. Fructũ eaꝝ lupino ſimilem. Iuba tradit circa Troglodytaꝝ inſulaſ fruticẽ in alto uocari Iſidoſ plocamoſ corallo ſimilẽ ſine foliiſ. ꝑciſum mutato colore in nigrũ dureſcere. Cũ cadat. frangi. Item alium q uocetur Charitoblepharon efficacẽ in amotoriiſ. Spatalia eo facere & monilia femĩaſ. Sẽtiri eũ ſe capi. durariq; cornuſ mõ. & hebetare aciẽ ferri. Quod ſi fefellerint inſidie: in lapidẽ tranſfigurari.

CA. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER TERTIVSDECIMVS DE PLANTIS ARBORVM PEREGRINARVM FINIT: INCIPIT QVARTVS DECIMVS DE PLANTIS VITIVM FOELICITER.

CAP. I. De Arboribuſ fructiferiſ.

e

Xterne arboreſ indocileſq; naſci alibi q̃ ubi cepere: & que ĩ alienaſ non cõmeãt terraſ: hactenuſ fere ſunt: Licetq; iam de cõmunibuſ loqui: quarum omniũ peculiariſ parẽſ uideri põt Italia. Noſcẽteſ tantũ meminerint Naturaſ earum a nobiſ interim dici: nõ culturaſ. quanq̃ & colendi maxima in natura portio eſt. Illud ſatiſ mirari non queo: interiſſe quarundam memoriam. atq; etiam nominum que autoreſ prodidere: noticiam. Quiſ enim non communicato orbe terrarum maieſtate Romani imperii ꝓfeciſce uitam putet cõmertio rerũ? Ac ſocietate feſte paciſ? omniaq; etiã que occulta ante fuerant: in ꝓmiſcuo uſu facta: At hercule nõ reperiuntur: qui norint multa ab antiquiſ prodita: tãto priſcoꝝ cura fertilior aut ĩduſtria felicior fuit: añ milia ãnorũ: inter ṗncipia litteraꝝ Heſiodo p̄cepta agricoliſ pãdere orſo. Subſequutiſq; nõ paucis hãc curã eiuſ. Vnde nobiſ creuit labor. Quippe cum requirenda ſit non ſolum poſtea inuenta: uerũ etiam ea que inuenerant priſci. deſidia rerũ internitione memorie indicta. Cuiuſ uitii cauſaſ q̄ſ aliaſ q̃ publicaſ mũdi inuenerit? nimirum alii ſubire rituſ. Circaq; alia menteſ hominũ detinent. & auaricie tantũ arteſ colũtur. antea incluſuſ gentiũ imperiiſ intra ipſaſ. ideoq; & ingeniiſ q̃dam ſterilitate fortune neceſſe erat animi bona exercere. Regeſ innumeri honore artium colebantur. & in oſtentatiõe haſ preferebant. opem & immortalitatem ſibi per illaſ prorogari arbitranteſ. Quare abundabant & premia & opere uite. Poſteriſ laxitaſ mũdi & rerum amplitudo damno fuit. Poſtq̃ Senator cenſu legi ceptuſ: Iudex fieri cenſu: Magiſtratum ducẽq; nil magiſ exornare q̃ cenſuſ. poſtq̃ cepere orbitaſ in autoritate ſũma & potẽtia eẽ: Captatio ĩ queſtu fertiliſſimo. ac ſola gaudia ĩ poſſidẽdo: peſſum ire uite precia. omneſq; a maximo bono liberaleſ dicte arteſ in contrarium cecidere: ac ſeruitute ſola profici ceptũ. Aliuſ hanc alio modo: & in aliiſ odorare. Eodẽ tamen habendi queſtu ad ſpeſ hominum tendẽte uoto. Paſſim uero etiam egregii aliena uitia q̃ bõa ſua colere malle. Ergo hercule uoluptaſ uiuere cepit: uita ipſa deſiit. Sed noſ oblitterata quoq; ſcrutabimur. Nec deterrebit quorundam rerum humilitaſ: ſicut nec in animalibuſ fecit. quãq̃ uidemuſ Virgilium precellentiſſimum uatẽ eadem cauſa hortorum doteſ fugiſſe: e tantiſq; que retulit: floreſ modo rerũ decerpſiſſe. Beatũ felicemq; gracie quindecim omnino generibuſ uuarum nominatiſ: tribuſ olee: totidem pirorum: malo uero tantum Aſſyrio: ceteriſ omnibuſ neglectiſ. Vnde autem potiuſ incipiemuſ q̃ a uitibuſ? q̃rum principatuſ intantũ peculiariſ Italie eſt: ut uel hoc uno omnia gentium uiciſſe: quanq̃ odorifera poſſit uideri bona: q̃q̃ ubicunq; pubeſcẽtium odori nulla ſuauitaſ prefertur.

Virg· lius Hortorũ dotes fugiſſe·

Intantum

CAP. II. De uitiũ natura & q̄buſ modiſ uiteſ ferãt & uue ſeruẽtur.

Ites iure apud priſcoſ magnitudine quoq; inter arboreſ numerabantur. Iouis ſimulacrū in Vrbe Populonio ex una cōſpicimuſ uite tot eiuſ incorruptum. Item Maſſilie pateram. Metaponti templū Iunoniſ uitigineiſ colūniſ ſtetit. Etiamnum ſcaliſ tectum Epheſie Diane ſcanditur uite una Cypria: ut ferunt: qm̄ ibi ad p̄cipuā altitudinem exeūt. Nec eſt ligno ulli eternior natura. Verum iſta ex ſilueſtribuſ facta crediderim. quando he uiteſ tonſura annua coercēt. & uiſ earū omniſ euocatur in palmiteſ. aut deprimit̄ ĩ propagineſ. ſuccicq; tātū gratia ex iiſ pluribuſ modiſ ad celi moreſ ſoliq; ingenia. Iā in Cāpano agro populiſ nubunt. maritaſq; cōplexe. atq; per ramoſ earū procacibuſ brachiſ geniculato curſu ſcandenteſ cacumina equāt. in tantū ſublimeſ ut uindemiator autoratuſ rogū ac tumulū excipiat. Nullo fine creſcūt. diuidicq; aut potiuſ auelli nequeūt. Villaſ & domoſ ābiri ſigulaꝝ palmitibuſ ac ſeq̄cibuſ loriſ momoria quoq; dignū. Inter prima Valerianuſ quoq; Corneliuſ exiſtimauit. Vna uitiſ Rome ĩ Liuie porticibuſ ſubdialeſ deābulationeſ ūbroſiſ opculiſ opacat. Eadēq; duodeniſ muſti āphoriſ fecūda: Vlmoſ quidē ubiq; exuperant. Miratumque altitudinem earū Aricie ferunt legatum Regiſ Pyrrhi. Quin eum facete luſiſſe in auſteriore guſtu uini. merito matrem eiuſ pendere in tam alta cruce. Rontotinuſ uocat̄ & alio nomine Populuſ arbor Italie Padū trangreſſiſ: cuiuſ tabulata ĩ orbem patula replēt puroq; producto dracōe in palmā eiuſ inde ſubrectoſ ramorū digitoſ flagella diſꝑgūt. Eedē modici hominiſ altitudine āminiculate ſudibuſ horrēt. uineāq; faciūt. & alie ĩprobo reptatu pampinorūq; ſuꝑfluitate pariūt damnū amplo diſcurſu atria media cōplēteſ. Tot differētiaſ uel ſola tantū Italia recipit. Stat prouintiarum aliq̄rū per ſe uitiſ ſñ ullo pedamēto: artuſ ſuoſ in ſe colligenſ. & breuitate craſſitudinē paſcenſ. Vetant hoc alibi uenti: ut in Africa & Narbonenſiſ prouintie partibuſ. excreſcereq; ultra ſuoſ polliceſ prohibite. ſemperq; paſtinatiſ ſimileſ herbarum modo uagant̄ ꝑ arua. ac ſuccum terre paſſim uuiſ bibunt. que ob id magnitudinē infantiū puerorum in interiore Africe parte exuberant Vua non alibi gratior callo. ut inde poſſit inueniſſe nomen duruſ acinuſ. Nanq; genera magnitudine. colore. ſaporibuſ acini. innumera etiamnū multiplicantur uino. hic purpureo lucent colore. illic fulgēt roſeo. nitentq; uiridi. Candide enim nigreq; uulgareſ. Tument uero mā̄marum mō Bumaſti: prelōgiſ dactyli porrigunt̄ aciniſ. Eſt & illa nature laſciuia: ut ꝑgrādibuſ adhereant ꝑguliſ parui miteſ & ſuauitate certāteſ. Leptorogaſ haſ uocāt. Durāt alie per hyemem penſili concamerate nodo. Alie in ſua tantū continent̄ anima olliſ fictilibuſ. & inſuper doliſ incluſe ſtipate uinaceiſ circumſudātibuſ. Aliſ gratiā q & uiniſ fumuſ affert. frabiliq; gloriā p̄cipuam in fornacibuſ Africe Tiberii Ceſariſ autoritaſ fecit. Ante eum Reticiſ prior mēſa erat. & Vliiſ Veronenſiū agro. Quin & a patiētia nomen aciniſ dat̄ paſſiſ. Conduntur & muſto uue. ipſeq; uino ſuo inebriantur. Alie decocte ĩ muſto dulceſcūt. Alie uero ſobolē nouam in matre ipſa expectant tráſlucide uitro. affertq; aciniſ tandē quam ĩ doliſ amphoriſue duratricē illam firmitatem austeritaſ piciſ infuſa pediculo. Iam inuēta uitiſ per ſe in uino picē habēſ reſpitienſq; uiennēſē agrū. Nobilitaſ Aruerno Seq̄noq;. & Heluico generibuſ nō p̄dē illuſtrata. Atq; hec Virgilii uatiſ etate ĩcognita. a cuiuſ obitu nonaginta agūt̄ āni. Quid q̄ inſerte caſtriſ ſūmam rerū Imperiumq; continēt. Centur ionum ĩ manu uitiſ & opimo premio tardoſ ordineſ ad lētaſ ꝑducit aquilaſ. atq; etiam ĩ delictiſ penā ipſā honorat. Nec non uinee oppugnationū dedere rationē. Nam in medicaminibuſ adeo magnū obtinent locum: ut per ſeſe uino ipſo re media ſint.

A Virgily obitu nonaginta
ani ad Plinium

CAP. III. De Generibuſ uitium diuerſiſ.

vites capilloꝝ redunijs ad radices proiectis vice stercoris proficere rustici prisci asseruñ: miru dctu Sz tñ experimento probatu.

Enera uitiũ cõprehendi numero poſſe unuſ exiſtimauit Democrituſ cuncta ſibi Grecie cognita profeſſuſ. Ceteri innumera atq; infinita eẽ prodiderũt. Quod uerius apperebit ex uiniſ. nec omnia dicent̃. ſed miaxime inſignia. quippe que totidẽ ſunt pene quot agri. Quamobrẽ celeberrimaſ uitiũ aut quibuſ eſt aliqua proprietate miraculũ oſtendiſſe ſatiſ erit. Principatuſ datur amineiſ propter firmitatẽ ſenio quoq; proficiẽtẽ utiq;: uiniq; uniuſcuiuſq; uitã. v. eiuſ genera. Ex iiſ germana minor acino meliuſ defloreſcit. hymbreſ tempeſtateſq; tolerat. Non item maior ſed in arbore q̃ in iugo minuſ obnoxia. Gemellarũ quibuſ hoc nomen uue ſẽper gẽine dedere: aſprimuſ ſapor. ſed uireſ precipue. Ex iiſ minor auſtro leditur. ceteriſ uẽtiſ alitur. ut ĩ Veſuuio monte ſurrẽtiniſq; collibuſ. In reliquiſ Italia partibuſ nõ niſi arbori accommodata. Quintũ genuſ Lauate: ne Sereſ miremur aut Indoſ: adeo lanugo eam ueſtit. Prĩa ex Amineiſ matureſcit ociſſime. atq; putreſcit. Proxĩa dignitaſ Nomẽtaniſ. rubẽte materia. Quapropter quidã Rubellaſ appellauere uineaſ. Ee minuſ fertileſ uinaceiſ. & fece nimie. cõtra pruinaſ fortiſſĩe. ſiccitate magiſ q̃ hymbre. eſtu q̃ algore uexãt Quamobrẽ in frigidiſ humidiſq; principatum obtinẽt. fertilior que minor acino & folio ſciſſa minuſ. Apianiſ apeſ dedere cognomen. precipue earum auide. Ex iiſ duo genera. lanugine & ipſe pubeſcũt. Diſtant: ꝙ altera celeriuſ matureſcit: q̃q̃ & altera ꝓperante. Situſ frigidoſ nõ reſpuunt. & tamẽ nulle celeriuſ hymbre putreſcũt. Vina primo dulcia auſteritatẽ anniſ accipiũt. & rubria fiũt. nulla magiſ uite gaudet. Et hactenuſ potiſſĩa nobilitaſ datur peculiaribuſ atq; uernaculiſ Italie. Cetere aduenere Chio Thaſoue. Grecula nõ inferior Amineiſ bonitate pretenera acino. & uua tam ꝑua: ut niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit. Eugeniã Taurominitani colleſ cum generoſitatiſ cognomine miſere Albano tantũ agro: quoniam tranſlata ſtatim mutat̃. Nanq; eſt aliquibuſ tantuſ locorum amor ut omnem in iiſ gloriam ſuam reliquant. nec uſq̃ trãſeãt tote. qđ & in Retica Allobrogicaq;: q̃m ſupra picatã appellauimuſ: euenit. domi nobilibuſ nec agnoſcẽdiſ alibi. fecunde tñ bonitatiſ uice copiam preſtãt. Eugenia feruentibuſ lociſ. Retica temperatiſ. Allobrogica frigidiſ. gelu matureſcẽſ: & colore nigra. Ex iiſ quaſ adhuc diximuſ: ſed etiam e nigriſ uina uetuſtate ĩ album colorem tranſeunt. Relique ignobileſ. Aliq̃ndo tamen celi aut ſoli opera non fallunt uetuſtatem: ſicuti Fecenia & cũ ea florẽſ Biturica. Acino rarior nũq̃ floriſ obnoxii. quoniam antecedunt. uentiſq; & hymbribuſ reſiſtunt. Melioreſ tamẽ algẽtibuſ lociſ quam calidiſ. humidiſ q̃ ſitientibuſ Vix ulla magiſ tam denſo uuarum partu impatienſ uariantiſ celi: ſed contra tenorem unum algoriſ eſtuſue conſtanſ. Que minor eſt ex eo genere mollior. ĩ neglecto ſolo moroſa. pingui putreſcit. gratili om̃ino nõ ꝓuenit. Mediã tẽperiẽ delicate querit. ob hoc Sabiniſ collibuſ familiariſ. Vuna eiuſ ĩdecora uiſu. ſapore iucunda ubi matura protinuſ rapiatur. etiam non putreſcenſ cadit. Cõtra grandineſ eam tuetur foliorum amplitudo. atq; duricia. Inſigneſ iã colore inter purpureaſ nigraſq; medio Heluole ſepiuſ uarianti. & ob id Variane aqbuſdã appellate. Prefertur in iiſ nigrior. utraq; alterniſ anniſ fertiliſ. Sed melior uino cum parcior. Et Precie duo genera magnitudine acini diſcernuntur. Quibuſ materieſ plurĩa: uuaq; olliſ utiliſſima. folio apio ſimiliſ. Baliſcam Dirrhachini celebrant. Hiſpanie Cocolobin uocant. rarior uua. eſtuſ Auſtroſq; tolerat. Capiti ĩimica. Copia larga. Hiſpani duo genera eiuſ faciũt. unum oblongo acino. alterum rotundo. nouiſſimaſ uindemiãt. Quo dulcior Cocolobiſ: hoc melior. Sed & auſtera tranſit in dulcem uetuſtate. Et que dulciſ fuit: in auſteritatem. Tuncq; Albanum uinum emulantur. Tradunt ueſice uitiiſ utiliſſimum ex iiſ potum. Albueliſ ſummiſ arboribuſ eſt fertilior Viſula imiſ.

Quāmobrem circa eaſdem ſate: diuerſitate nature locupletant. Inerticulam e nigriſ appellauere iuſtiuſ ſobriam dicturi: inueterato precipue commendabilem uino. Sed uiribuſ innoxiam. Siquidem temulentiam ſola non facit. Fertilitaſ cōmēdat ceteraſ. Principemq; Heluenacam. Duo eiuſ genera. Maior quā quidam longam: minor quam marcum appellant. non tam fecundam: ſed gratiorem hauſtu. Diſcernitur folio circinato. Verū utraq; gracilıſ. furcaſ ſubdere iiſ neceſſarium. alioq ubertatem ſuam non tolerant. Maritimo afflatu gaudent. roſcido odore. nullla uitium minuſ Italiā amat. rara. parua. putreſcenſ in ea. uinum quoq; quod genuit: eſtatem nō exuperāſ. nec alia macro ſolo familiarior. Grecinuſ qui alioq Cornelium celſum tranſſcripſit: arbitratur nō naturā eiuſ repugnare Italie: ſed culturam. auide palmiteſ euocātiū ob id fertilitatem ſuam abſumi: ſi non prepinguiſ ſoli ubertaſ laſſeſcentem ſuſtineat. Carbunculari negatur. magna dote: Si uerum eſt aliquā iniuriam e celo nō eē eiuſ. Eſtum fert Spionia: quā quidā Spineā uocant. Autūniſq; & hymbribuſ pingueſcit. Quinimmo nebuliſ una alitur. ob id Rauennati agro peculiariſ. Veniculam inter optime defloreſcenteſ. & olliſ aptiſſimā Cāpani malunt Scirculā uocare. alii Staculā Tarracina Numiſianam nullaſ uireſ propriaſ habentem. Sed totam perinde ac ſolū ualeat. Surrentiniſ tamen efficaciſſima teſtiſ ueſuuio tenuſ. Ibi enim Murgentina e Sicilia potiſſima: quā Pompeianā aliq uocāt. Latio demū feracem: ſicut Horconia in Cāpania tantū uilitatiſ cibarie: ſed ubertate p̄cipua. Tolerat & annoſ Moerica cōtra omneſ ictuſ firmiſſima: nigro acino: uiniſ uetuſtate rubeſcentibuſ.

CAP. IIII. De Genere item uitiū: & nominibuſ earū in italia.

T hactenuſ publica ſūt genera. Cetera regionū. locorūq;: aut ex iiſ inter ſe ſito mixta. Siqdē thuſciſ peculiariſ ē. Tuderniſ. eque etiā eiuſ no miniſ Florētia. Eſt opima Arretio Talpana & Eteſiaca & cōſeminia. Talpana nigra candidū facit muſtū. Eteſiaca fallax: que quo pluſ tulit: eo laudabiliuſ fundit. Mirūq; fecunditate ceſſat. Cōſeminia nigra uino minime durante. Vua maxime poſt. xv. dieſ q̄ ulla alia minuſ fertiliſ: ſed cibaria. Huiuſ folia ſicuti Labruſce p̄uſ q̄ decidāt: ſanguineo colore mutant. Euenit hoc etiā quibuſdam aliiſ: peſſimi generiſ argumēto. Irtiola Vmbrie Meuanatiq; & Piceno agro peculiariſ eſt. Amiternino Pumula. Hiſdem Bānanica fallax eſt. amant tamen eam. Mutinam uuam Pompeii nomine appellant quanuiſ Cluſiniſ copioſiorem. Mutinam & Tyburteſ appellauere: quanuiſ Oleaginam nuper inuenerint: a ſimilitudine oliue. Nouiſſima hec uuarum ad hoc tempuſ reperta eſt. Vinaciolam ſoli quidem nominauerunt Sabini ac Laurenti. Nam Gauranaſ Scio a Falerno agro tranſlataſ uocari Falernaſ celerrime ubiq; degenerānteſ. Nec non Tarentinum genuſ aliqui fecere. predulci uua. Capniaſ & Bucuniateſ & Tarrupia ī Thuriniſ collibuſ: non ante demetuntnr q̄ gelauerit. Pharia gaudent Piſe. Mutina Pruſinie nigro acino intra quadrienniū albeſcente uino. Mirū ubiq; cū ſole circūagi uuam: que ob id Streptuſ uocatur. Et in Italia Gallicam placere. Tranſalpeſ uero Picenam. Dixit Virgiliuſ Thaſiaſ & Mareotidaſ & Lageaſ compluresq; externaſ: que uon reperiuntur in Italia.

CAP. V. De Genere uuarū & natura earū.

Ambroſiaca duracina

Ed ſunt etiam num inſigneſ uua non uino Ambroſiaca Durac ina ſine ulliſ uaſiſ in uite ſeruabiliſ: tāta eſt cōtra frigora eſtuſ tempeſtateſq; firmitaſ. Nec orthāpeloſ indiget arbore aut paliſ ipſa ſe ſuſtinenſ. Nō item dactylideſ digitali gracilitate. Colūbine ocinoſiſſime. Et magiſ purpuree cgnomine bumāmie q̄do non racemoſ. ſed uuaſ aliaſ gerunt. Item crepidanea & cui nomen a menſura eſt Scripula paſſo acino.

Et Retica in maritimiſ alpibuſ appellata diſſimiliſ laudate illi. Nanq; hec breuiſ cõferta acino. degener uino. ſed cute omniũ tenuiſſima. nucleo quem Chiũ uocant: uno ac minimo. Acinum pregrãdem unum alterũue habenſ. Eſt & nigra aminea: cui Syriace nomẽ ĩponunt. Item hiſpana ignobiliũ probatiſſima. In perguliſ uero ſeruntur Eſcarie appellatee: duraciniſ albe. nigreq;: Et Bumaſti totidẽ coloribuſ. Ac nondũ dicte Egia & Rhodia & unciali ſ: ueluti a pondere acini. Itẽ Pucina om̃ium nigerrima. Et coronario nature luſu Stephanitiſ acinoſ foliiſ ĩtercurſãtibuſ. Et que forẽſeſ uocantur celereſ prouẽtu. uẽdibileſ aſpectu. portatu facileſ. Cõtra dãnãtur etiã uiſu Cineria & Rhabucula: & aſiniſca. Minuſ tamẽ caudam uulpium immitata Alopeciſ. Alexãdrina appellat̃ uitiſ circa Palacraiã breuiſ. Ramiſ cubitalibuſ: acino nigro. fabe magnitudine. nucleo molli. & minimo: obliquiſ racemiſ predulcibuſ. folio paruo. & rotũdo ſine diuiſuriſ. Septimo ab hinc anno: ĩ Narbonenſiſ prouintie aruo Olina inuenta eſt uitiſ uno die defloreſcenſ. ob id tutiſſima Carbonicam uocant: quã nunc tota prouintia conſerit.

CAP. VI. De laudibuſ Catoniſ: inſigniaq; culture uinearum.

CAto

Atonũ ille primuſ triumpho & Cenſura ſuper cetera ĩſigniſ magiſ tamẽ etiamnũ claritate litterarum: preceptiſ omniũ rerum expetendarũ datiſ generi Romano inter p̃mo uero agrũ colẽdi: Illiuſ uero eui cõfeſſione optimuſ ac ſine emulo agricola pauca attigit uitium genera: q̃rundã ex iiſ iam etiam nominibuſ abolitiſ. toto ſepati tractatu teſtatuſ ſententiã. cuiuſ excellentia ĩdicãda ẽ: ut in omni genere noſcamuſ que fuerint celeberrima. anno. dc. urbiſ circa captaſ Carthaginem ac Corinthum cũ ſupremum iſ diem obiit. & quantum poſtea. cc. xxx. anniſ uita profecerit. Ergo de uitibuſ uuiſq; ita prodidit. Qui locuſ uino optimuſ diciẽ eẽ: & oſtẽtuſ ſolibuſ. Amineũ minuſculum & geminum Eugenium Heluinum Minuſculum conſerito. Qui locuſ craſſior aut nebuloſior Amineum maiuſ aut Murgentinum Apicium Lucanũ ſerito. Cetore uiteſ Miſcelle maxime in quẽuiſ agrum cõueniunt. In lora recte conduntur. Quaſ ſuſpendaſ Duracinaſ Amineaſ maioreſ: uel ad fabrum ferrarium propaſſoſ. Ne recte ſeruantur. Nec ſunt uetuſtiora de illa re latine lingue precepta. tam prope ab origine rerum ſumuſ. Amineã proxime dictam Varro Scantianã uocat. In noſtra etate pauca exempla conſummate huiuſ artiſ fuere. Verum eo minuſ omittenda: ut noſcantur etiam premia: que in omini re maxime ſpectantur. Sũmam ergo adeptuſ eſt gloriã Aciliuſ ſteneliuſ e plebe Libertina. lx. iugerum uõ ampliuſ uineiſ excultiſ in Nomentano agro atq; eque. cccc. numiſ uenundatiſ. Magna fama & uetuleno Egilao perinde Libertino fuit in Campanie rure Viliternino. maiorq; etiã fauore hominum quoniam ipſum Africani colebat exſilium. Sed maxima eiuſdem Stenelei opera Rhemmium Palemonem aliaſ Grammatica arte celebrem in hiſce. xx. anniſ mercatum. dc. nummum in eodem No mentano decimi lapidiſ ab urbe diuerticulo. Eſt autẽ uſq; quaq; nobilitaſ merciſ per omnia ſuburbana. ibi tamẽ maxĩa quoniam & neglecta per indiligentiã predia parauerat. Ac ne in peſſimiſ quidem elegantioriſ ſoli hec agreſſuſ excolere. non uirtute animi: ſed uanitate. Que primo notata mira in illo fuit. Paſtinataſ enim deintegro uineaſ cura Steneleum agricolam imitatatuſ ad uix credibile miraculum perdixit. Intra oct auum annum. cccc. nummum emptori addicta pendẽte uindemia. Cucurritq; nõ nem o ad ſpectandaſ uuarum in iiſ uineiſ ſtrueſ. litteriſ eiuſ altioribuſ contra id pigra in ciuitate ſibi patrocinante. Nouiſſime Anneo Seneca principatu Neroniſ ac potentia que poſtremo nimia fuit ſuper ipſum minime utiq; miraturi Anneum tanto predii eiuſ amore captũ: ut non puderet ĩuiſo

Acilius

Egilaus

Palemon gramatic

aliaſ & oſtēto futuro tradere palmam eam emptiſ q̄druplicato uineiſ illiſ ītra decimū fere cure annū. digna opera que in cecubiſ ſetiniſq; proficeret. quaādo & poſtea ſepenumero ſeptenoſ culeoſ ſingula iugera: hoc eſt amphoraſ centenaſ quadragenaſ muſti dedere. Ac ne quiſ uictam in hoc antiquitatem arbitraretur: idem Cato denoſ culeoſ redire ex iugeribuſ ſcripſit. Efficacibuſ exempliſ nō maria pluſ temerata cōferre mercatori: non ī rubrum littuſ Indicumue merceſ petitaſ q̄ ſedulum ruriſ larem.

N°

CAP. VII. De Inuentione Mulſi.

Ino antiquiſſīa claritaſ Maroneo ī Thracie maritima parte genito. ut autor eſt Homeruſ. Neq; enim fabuloſa aut de origine uarie prodita conſectamur: ꝓpter q̄ Ariſteum p̄mum omniū in eadē gēte mel miſcuiſſe uino ſuauitate p̄cipua: utriuſq; nature ſponte prouenietīſ. Maroneū uitieſ tantū addito aque miſcendum Homeruſ ꝓdidit. Durat etiā uiſ in eadē terra generi uigorq; īdomituſ. Quippe cū Mutianuſ ter Conſul ex iiſ qui nuperrime ꝓdidere ſextarioſ ſinguloſ octogeniſ aque miſceri cōperit preſēſ ī eo tractu. Eſſe aūt colore nigrū. odoratū. uetuſtate pinguiſcere. Et Pramno qđ Homeruſ celebrauit: etiam nūc honoſ durat. Naſcitur Smyrne regione iuxta delubrū matriſ deū. In reliquiſ generi claritaſ nō fuit alicui āno fuit omniū generū bonitaſ. L. Opimio Conſule Caio & Tiberio Grachiſ Tri. Pl. ſeditionibuſ agitatiſ interemptuſ ea Celi tēperieſ fulſit. quam cocturam uocāt ſoliſ opere. natali urbiſ. dc. xxxiiii. duratq; adhuc uina ducentiſ fere anniſ iam ī ſpeciē redacta melliſ aſperi. etenī hec natura uiniſ ī uetuſtate ē: ne potari per ſe queāt ſine prouintie aq̄: uſq; in amaritudinē carie indomita. Sed ceteriſ uiniſ cōmēdādiſ minima aliq̄ mixtura medicamenta ſunt. quo temporiſ eſtimatione in ſingulaſ amphoraſ centeni nummi ſtatuantur. Ex iiſ tamen uſura multiplicata ſemiſſibuſ que ciuiliſ ac modica eſt. In C. Ceſariſ Germanici fili p̄ncipatu āno cēteſimo ſexageſimo ſingulaſ untiaſ uini cōſtitiſſe nobili exēplo docuimuſ: referenteſ uitam Pomponii Secundi uatiſ: cenāq; q̄ Principi illi dedit. Tantum pecuniarum detinent uini apothece. Nec alia reſ maiuſ incrementum ſentit. Ad uiceſimum anum. maiuſue ab eo diſpendium: non proficiente precio. Rara quippe adhuc fuere: nec niſi in portatiſ. ſinguliſ teſtiſ milia nummum. Vienneſeſ ſoli picata ſua quorum genera plura diximuſ: pluriſ permutaſſe. ſed inter ſeſe amore patrio creduntur. Idq; uinū frigidiuſ reliquiſ exiſtimatur in frigido potu.

CAP. VIII. De natura uini mirabili.

Ini natura ē exhauſtu accēdēdi calore uiſcera ītuſ. foriſ infuſo refrigerandi. Nec alienū fuerit cōmemorare hoc in loco: qđ Antrocideſ ſapientia daruſ ad Alexandrum Magnum ſcripſit: intemperantiam eiuſ cohibenſ. Vinum potaturuſ Rex: memento te bibere ſanguinem terre: ſicuti uenenum eſt homini cicuta: ita & uinum. Quibuſ preceptiſ ſi ille obtēperauiſſet: profecto amicoſ in temulētia non interemiſſet. Prorſuſ ut iure dici poſſit: neq; uiribuſ corporiſ utiliuſ aliud: neq; aliud uoluptatibuſ perniciosiuſ: ſi moduſ abſit:

CAP. VIIII. Vina generoſa italie: & nomina eoꝝ & loca:

Enera autem uini alia aliiſ gratiora eſſe quiſ dubitet? aut non ex eodē lacu aliud preſtantiuſ potu eſſe altero. Aliud alterum germanitate precedere ſiue teſta ſiue fortuito euētu? Quamobrem de p̄ncipatu ſe quiſq; iudicem ſtatuat. Liuia Auguſta lxxxii. ānoſ uite pucino uino retulit acceptoſ nō aquoſo. Gignitur in ſinu Adriatici mariſ. nō procul a Timauo fonte. ſaxeo colle. maritimo afflatu. paucaſ coquente amphoraſ. Nec aliud aptiuſ medicamentiſ iudicatur. Hoc eſſe crediderim quod greci celebrāteſ miriſ laudibuſ Pyctanū appellauerūt ex Adriatico ſinu. Diuuſ Auguſtuſ

Setinū ꝑtulit cūctiſ. & fere ſequuti Principeſ ꝓpter cōfeſſa experimenta nō timere cruditatibuſ noxiiſ ab eo. Simile naſcit̃ ſupra foꝝ Apii. antea cecubo. erat generoſitaſ celeberrima in paluſtribuſ populetiſ. ſinu amiclano quod iam intercidit : & in curia coloni lociq; anguſtia. Magiſ tamē foſſa Neroniſ quam a Baiano lacu Oſtiam uſq; nauigabilē īchoauerat. Secūda nobilitaſ Falerno agro erat. & ex eo maxīe Fauſtiano cura culturaq; id colligerat. Exoleuit hoc quoq; nimietate copie potiuſ q̃ bōitati ſtudentium. Falernuſ ager a ponte Campano leua petentibuſ Vrbanam coloniam Syllanam nuper Capue contributam incipit. Fauſtianuſ autē circiter quattuor miliaria a uico prope Cediaſ q uicuſ a Sinneſſa ſex milibuſ abē. Nec ulli in uino maior autoritaſ: Solū uinorum flamma accēditur. Tria eiuſ genera. Auſterū dulce. tenue. Quidā ita diſtinguūt. Sūmiſ collibuſ Gauranū gigni, Mediiſ Fauſtianū imiſ Falernum. Non omittendum aūt nulli eorum que celebrentur. iucundum ſaporem uue eſſe. Ad tertiam palmā Varie uenere. Albani urbi uicine predulceſ. ac rare ī auſtero Item Surrentina in uineiſ tantum naſcentia cōualeſcentibuſ maxīe ꝓbata : ꝓpter tenuitatem ſalubritatemq;. Tiberiuſ Ceſar dicebat conſenſiſſe medicoſ: ut nobilitatē Surrētino darent. alioqui eſſe generoſū acetum. Caiuſ Ceſar. qui ſucceſſit illi nobilē uappā. Certant maſſica eque ex monte Gaurano Puteoloſ Baiaſq; proſpectantia. nā Falerno contermina Statana ad principatuſ uenere nō dubie: palamq; fecere: ſua quibuſq; terriſ tēpora eſſe : ſecundum qđ rerum prouentuſ occaſuſq;. Iuncta iiſ preponi ſolebant calena : & que in uineiſ arbuſtiſq; naſcuntur : fundana. Ex alia uicinia urbiſ Veliternina Priuernatiaq;. Nā quod Signie naſcitur auſteritate nimia cōtinende utile aluo: inter medicamēta numeratur. Quartū curriculū publiciſ epuliſ obtinuere a Diuo Iulio: iſ enī primuſ autoritatē iiſ tribuit: ut epiſtoliſ eiuſ apparet: Mamertina circa Maſſanā in Sicilia genita. Ex iiſ Potulana ab autore dicta : in loco proximo Italie laudāt̃ ꝑcipue. Eſt & in eadē Sicilia & Taurominitaniſ bonoſ lageniſ pro Mamertino plerunq; ſubditiſ. Ex reliqſ aūt a ſupero mari pretutia. atq; a Neone naſcētia. & que a palma una forte enata Palmeſia appellāt̃. in mediteraneo uero Ceſēnatia Mecenatiana. In Veronenſi itē Retica falerniſ tantū poſtbabita a Virgilio. mox optima ab intimo ſinu mariſ Hadriana. Ab infero autem Latinēſia. Grauicana. Stomēſia. Etrurie palmā Luna babet. Ligurie genua. Inter Pyreneū alpeſq; Maſſilia. gemino ſapore. q̄ndo & cōdiendiſ aliiſ pinguiuſ gignit: quod uocant ſuccoſū. Ceterano inter Galliaſ conſiſtit autoritaſ. De reliquiſ in Narbonēſi genitiſ aſſeuerare nō ē. quoniā officinā eiuſ rei infecere tingēteſ fumo. utināq; nō & berbiſ ac medicamentiſ noxiiſ. Quippe etiam aloe mercātur quo ſaporē colorēq; adulterāt. Verum & longinquiora Italie ab Auſonio mari non carent gloria. Tarentina & Seruitiana & Cōſētie gēita. & Tēpſie ac Balbie Lucanaq; ātecedētibuſ. Thuriniſ. Omniū ureo eorum maxime illuſtrata Meſſala Pontia: & ſalute Lagaria nō ꝓcul Grumento naſcentia. Campania nuper excitauit nouiſ nominibuſ autoritatem: ſiue cura ſiue caſu. Ad quartum Neapoli lapidē Trebelliciſ. Iuxta Capuam Cauliniſ: & in ſuo agro Trepulaniſ. alioqui ſemper inter plebeia. & Trifolliniſ gloriata. Nā Pompeianiſ ſummum decem annorū incremētū eſt nibil ſenecta conferente. Dolore etiam capitum in ſextam boram diei ſequētiſ infeſta deprebendūtur. Quibuſ exēpliſ niſi fallor: manifeſtum eſt patriam terramq; referre: non uuā. Et ſuperuacuā generꝝ conſectationem in numerū : cum eadem uitiſ aliud aliuſ in lociſ pullulet. Hiſpaniarꝝ Luſitana copia nobilitantur. Elegantia uero Tarraconenſia : atq; Lauronenſia. & Balearica ex inſuliſ conferunt̃ Italie primiſ. Nec ignoro multa pretermiſſa pleroſq;

Celebratorū uinorū uuę ſaporis non
Jucundi.

Laletana: teſte Martiale i primo ubi
iqt: A Caupone tibi fex laletana petatur.

exiſtimaturoſ: quando ſuum cuiq; placet: & quocunq; eatur: fabula eadem reperiat. Diui Auguſti iudiciorum ac palati peritiſſimum e libertiſ cẽſuram uini in epulaſ eiuſ facientem dixiſſe hoſpiti de indigena uino; nouum quidem ſibi guſtum eſſe eum atq; non ex nobilibuſ. Sed Ceſarem non aliud potaturum. Nec negauerim & alia digna eſſe fama. Sed de quibuſ conſenſuſ eui iudicauerunt hec ſunt.

CAP. X. Vina trãſmarina: nominaq; eorũ & laudeſ.

Vnc ſimili mõ Trãſmarina dicemuſ. In ſũma gloria poſt Homerica illa de qbuſ ſupra diximuſ: fuere Thaſium. Chiũq;. Ex Chio qđ Aruſiũ uocant. Iiſ addidit Leſbiũ Eraſiſtrati maximi medici autoritaſ: circiter. cccc. L. anno urbiſ Rome. Nunc gratia añ omnia eſt Clazomenio: poſtq̃ parciuſ mari cõdiunt. Leſbiũ ſponte nature ſue mare ſapit. Nec Tmolio per ſe gratia ut uino. ſed cuiuſ dulci admixto reliquorum duricia ſuauitatem accipiat ſimul & etatem: quoniã uetuſtiora protinuſ uident̃. Ab iiſ dignatio ẽ Sicyonio. Cyprio. Telmeſico. Tripolitico. Berritio. Tyrio. Sebẽnitico. In Egypto hoc naſcitur tribuſ generibuſ uuarũ: ibi nobiliuſ Thaſio & Alopece. Poſt hec autoritaſ Hippodamãtio. Miſtico. Cantharite. Protopo. Cnidio Catace Caumenite. Petrite. Miconio. Nam Meſogiten capitiſ doloreſ facere: compertũ eſt. Nec Epheſium ſalubre eẽ: quoniã mari & defruto condiatur. Apamenũ mulſo precipue conuenire dicitur: ſicut pretutiũ in Italia. Eſt enim & hec ꝓprietaſ generum: ut dulcia utiq; inter ſe non cõgruant. Exoleuit & Protagion: qđ Italiciſ ꝓximum fecerant Aſclepiadiſ ſchole. Apollodoruſ medicuſ in uolumine quo ſuaſit Ptolemeo regi que uina biberet: italiciſ etiãtũ ignotiſ: laudauit in Põto Naſpcẽitẽ mox Oroeticũ. Eneathen. Leucadiũ. Ambraciotẽ. & qđ cunctiſ p̃tulit p̃parentiũ. Sed minoriſ fame eſſe dixit: quoniã ſex annoſ nõ placeret.

CAP. XI. De uino quod uocatur Bion: & quomodo fiat.

Actenuſ bonitaſ uini natiõibuſ debet̃. Apud grecoſ uire clariſſimũ nomẽ accepit: quod appellauerũt Bion: ad plurimoſ ualitudinũ uſuſ excogtatũ ut docebimuſ ĩ parte medicine. Fit autẽ hoc modo. Vue paulum ante maturitatẽ decerpte ſiccant̃ acri ſole terdie uerſate per triduũ. quarto exprimunt̃. dein cadiſ ſole inueterant̃. cui marinã aq̃m largiorem miſcent. a ſerui furto origine orta ſic menſurã explẽtiſ. idq; tranſlatum in albũ muſtũ Leucochrun appellatur. In aliiſ autẽ gentibuſ ſimili modo factũ Tethalaſſomenon uocant. Thalaſſiten autem uaſiſ muſti deiectiſ in mare: quo genere precox fit & uetuſtiuſ. Nec nõ apud noſ quoq; Coũ uinũ ex Italico faciẽdi rationem. Cato demonſtrauit. Super cetera in ſole quadriennio maturandũ precipiẽſ Rhodium Coo ſimile eſt. Phorineum Salſiuſ Coo. Omnia tranſmarina ſeptẽ in ſex anniſ ad uetuſtatem mediam peruenire exiſtimantur.

CAP. XII. De Dulcium uinorũ generibuſ diuerſiſ.

Inũ omne dulce minuſ odoratũ. quo tenuiuſ. eo odoratiuſ. Coloreſ uiniſ q̃ttuor. Albuſ. fuluuſ. ſanguineuſ. niger. Pſychium & Melampſychiũ paſſi genera ſunt ſuũ ſaporem nõ uini referentia. Ciſibiliteſ uero mulſi in Galatia naſcẽſ & Balincium in Sicilia. Nã Syreũ quod alii Hepſema. noſtri Sapam appellãt. ĩgenii nõ nature opuſ eſt: muſto uſq; ad tertiam partẽ menſure decocto. quod ubi factum ad dimidiã eſt. Defrutũ uocamuſ. Omnia in adulteriũ melliſ excogitata. Sed p̃ora uua terraq; cõſtant. Paſſum a Greco Ciliciũ probatur & Africũ: & in Italia ꝓuintiſq; finitimiſ. Fieri certum eſt ex una quam Greci Sticam uocant. noſ appianam. Itẽ Scirpulam: diutiuſ in uite ſole uuiſ aduſtiſ aut feruente oleo. Quidam e q̃cunq; dulci dũ p̃cocta alba faciũt ſiccanteſ ſole donec paulo ampliuſ dimidiũ põduſ ſuperſit. Tuſaſq; leniter

Colores vini · iiij

SApa ·

Defrutum ·

Paſſum ·

uuaſ exprimūt. Deinde quantum expreſſere adiciunt uinaceiſ aque puteane : ut & ſecundarium paſſum faciāt. Diligentioreſ eodem modo ſiccatiſ acinoſ eximūt : ac ſine ſarmētiſ madefactoſ uino excellenti. donec intumeſcant: exprimūt. & hoc genuſ ante cetera laudant: ac ſimili modo aqua addita ſecundarium faciunt. Mediū inter dulcia uinū eſt qđ Greci Aigleuceſ uocant hoc eſt ſemper muſtū id euenit cura q̄m feruere ꝓhibetur. ſic enim appellant muſti in uina trāſitū Ergo mergūt e lacu ꝓtinuſ in aq̃ Cadoſ: donec bruma tranſeat. & conſuetudo fiat algendi. Eſt etiamnum aliud genuſ eiuſ per ſe : qđ uocat dulce Narbonenſiſ ꝓuintia. & in ea maxīe Vocōtia Aſſeruāt eiuſ gratia uua diutiuſ ī uite. pediculo intorto. Ab aliiſ ipē palmeſ incidīt ī medullā. Ab aliiſ uua torretur in teguliſ. omnia ex heluennaca uite. Iiſ adduciunt aliq quod uocant diachyton : uuiſ ī ſole ſiccatiſ loco cluſo ꝑ dieſ. vii. in cratibuſ totidē pedibuſ a terra alte: noctibuſ a rore defēſiſ. octauo die calcatiſ. ita fieri opti odoriſ ſaporiſq; Dulci e genere ē & Melititeſ. Diſtat a mulſo qđ fit e muſto: cū quinq; congiiſ auſteri muſti cōgio melliſ & ſaliſ cyatho ſufferuefactiſ. Sed īter hec genera potuū ponere debeo & Protropū : ita appellatur a quibuſdā muſtum ſpōte deflueſ anteq̃ calcent uue. Hoc protinuſ diffuſum lageniſ ſuiſ deferuere paſſi : Poſtea in ſole. xl. diebuſ torrent eſtatiſ ſecute ipſo caniſ ortu.

CAP. XIII. De Deuteriiſ quæ lore dicuntur: & generibuſ eorum.

On poſſūt iure dici uina que Greci deuteriaſ appellāt Cato & noſ Lorā: maceratiſ aq̃ uinaceiſ. Sed tñ īter uina operaria numerant. Tria eorū genera. Decia ꝑte aque addita quā muſti exꝑſſa ſit. & ita nocte & die madefactiſ uinaceiſ : rurſuſq; prelo ſubiectiſ. Alterū qđ hoc mō greci factitauere. tertia parte eiuſ quod expreſſū ſit: addita aque: expreſſoq; decocto ad tertiaſ parteſ. Tertiū eſt fecibuſ uini exꝑſſū. qđ fecatū Cato appellat. Nulli ex iiſ pluſ q̃ anno uſuſ.

CAP. XIIII. Quā nuper fuerit generoſa uina in Italia.

Erū inter hec ſubit mētem cū ſint genera nobilia que proprie uini ītelligi poſſīt lxxx. fere in toto orbe duaſ parteſ ex hoc numero Italie eſſe. Longe ꝑterea ante cunctaſ terraſ. & hinc deinde altiuſ cura ſerpit non a primordio hanc gratiam fuiſſe. Autoritatem poſt ſexcenteſimū forte urbiſ annū cepiſſe.

CAP. XV. De Vini obſeruatione a Romulo poſita.

Omulū lacte nō uino libaſſe īdicio ſūt ſacra ab eo inſtituta : que hodie cuſtodiūt morem Nume regiſ poſtumi lex ē. Vino rogū ne reſpergito. Quod ſāxiſſe illū ꝓpter īopiā rei nēo dubitet. eadē lege ex īputata uite libari uina diiſ : nefaſ ſtatuti. ratiōe excogitata ut putare cogerēt: aliaſ aratoreſ & pigri circa arbuſti pericula M. Varro autor eſt Mezentiū Etrurie Regem auxilium Rutuliſ contra latinoſ tuliſſe uini mercede: quod tum in Latino agro fuiſſet.

CAP. XVI. Quiſ uini uſuſ antiquiſ & de uiniſ eorū.

On licebat id feminiſ Rome bibere. Inuenimuſ īter exēpla Egnati Metētini uxorē ꝙ uinū bibiſſet e dolio: interfectam fuſte a marito. eūq; cediſ a Romulo abſolutū. Fabiuſ pictor in annalibuſ ſuiſ ſcripſit: matronam ꝙ loculuſ in q̄buſ erāt claueſ uinarie celle reſignauiſſet. a ſuiſ media mori coactā. Cato ideo ꝓpiquoſ feīſ oſculum dare: ut ſcirent an timetū olerēt. hoc tum nomē uino erat unde & temulētia appellata. Cn. domitiuſ iudex ꝓnūciauit mulirē uideri pluſ uini bibiſſe: q̃ ualitudīſ cauſa uiro inſciente : ac dote mulctauit. Diuq; eiuſ rei magna parſimonia fuit. L. Papyriuſ Imperator aduerſuſ Samniteſ dimicaturuſ uotū fecit: ſi uiciſſet: Ioui pocillū uini. Deniq; inter dona ſextarioſ lactiſ datoſ inuenimuſ: nuſq̃ uini. Idē Cato cum in

Hiſpaniā nauigaret: unde cum triūpho rediit: nō aliud inq̄t uinū bibi q̄ remigeſ itē diſſimiliſ iſtiſ q etiā cōuiuiſ alia q̄ ſibimetipſiſ miniſtrāt: aut ꝑcedente mēſa ſubiiciūt. Lautiſſīa apud priſcoſ uina erāt mirrhe odore cōdita. ut appet ī Plauti fabula: que Perſa īſcribitur: q̄q̄ ī ea & calamū addi iubet. ideo q̄dā aromaticiſ delectatoſ maxīe credūt. ſed Fabiuſ Doſennuſ hiſ uerſibuſ decreuit.

Mittebant uinum pulchrum murrinam.   Et in Achariſtione.
Panem & polentam uinum murrinam.

Sceuolā quoq; & Leliū & Atteiū capitonē ī eadē ſñia fuiſſe uideo: q̄m ī Pſeudulo ſit.

Quod ſi opuſ eſt ut dulce promant idem Ecquid habeant roga.
Murrinam paſſum defrutum mella.

Quibuſ apparet nō inter uina mō murrinam. ſed inter dulcia quoq; nominatū.

CAP. XVII. De Apothecis: & q̄diu uina trāſmarina fuerit ī p̄tio.

Pothecaſ fuiſſe: & diffūdi ſolita uina: anno. dc. xxxiii. urbiſ apparet īdubitato Opimiani uini argumēto: Iā intelligēte ſuū bonū Italia. Nondum tamē iſta genera in claritate erāt. Itaq; omnia tūc genita unū habent Cōſuliſ nomen. Sic quoq; diu trāſmarina fuerūt ī autoritate ad attauoſ uſq; noſtroſ etiam Falerno iam repto ſicut apparet ex illo comico uerſu Anaxipoliſ Thaſii.

Quinq; Thaſii uini inde depromam Falerni bina.

P. Liciniuſ Craſſuſ & L. Ceſar Cenſoreſ: āno urbiſ cōdite. dc. lxv. edixerūt ne qſ uinū Grecū Amineūq; octoniſ eriſ ſingula q̄drantalia uēderet. hec. n. edicti uerba ſūt. Tanta uero uino Greco gratia erat: ut ſingule potioneſ in uno cōuictu darēt. Quibuſ uiniſ autoritaſ fuerit ſua ī mēſa. M. Varro hiſ uerbiſ tradit. L. Luculluſ puer apud patrē nunq̄ lautum cōuiuium uidit in quo pluſ ſemel Grecū uinum darēt. Ipſe cū rediit ex Aſia milia cadorū. congiorū diuiſit ampliuſ centū. C. Cēſiuſ quē Pretorē uidimuſ Chiū uinū in domum ſuam illatum dicebat tū primum cū ſibi Cardiaco medicuſ dediſſet. Hortēſiuſ ſuper. x. cadoſ heredi reliquit. Hactenuſ Varro.

CAP. XVIII. De liberalitate Ceſariſ in uino diſtribuēdo.

Vid ni & Ceſar Dictator triumphi ſui cena uini Falerni āphoraſ cētum: Chii cadoſ cētū ī conuiuia diſtribuit. Idē Hiſpanīēſi triūpho Chiū & Falernū dedit. Epulo uero in tertio conſolatu ſuo Falernum Chiū Leſbium Mamertinū quo p̄mū tempore quattuor genera uini appoſita conſtat. Poſtea ergo alia omnia ī nobilitatē uenerunt circiter ſeptingenteſimū urbiſ annum.

CAP. XVIIII. De Viniſ ficticiiſ & ex quibuſ fiant ipſa uina.

Itaq; non mirora īnumerabilia pene genera ficticii reperta multiſ añ ſeculiſ: que nūc dicemuſ omnia ad medicine uſū ꝑtinētia. Omphaciū quomō fieret propter unguenta diximuſ priore libro. Fit e Lubruſca. hoc eſt uita ſilueſtri: quod uoatur Oenanthinum. floreſ eiuſ libriſ duabuſ ni muſti cado macerati poſt. xxx. dieſ mutant. Preter hoc radix Labruſce & acini coria ꝑficiunt. Ii paulo poſt q̄ defloruere: ſigulare remediū habēt ad refrigerandū ī morbiſ corporū ardoreſ gelidiſſīa ut ferūt natura. Parſ eorū eſtu moritur. priuſq̄ reliqui qui ſolſticialeſ dicūt. Vniuerſi nūq̄ matureſcūt. Et ſi priuſ q̄ tota uua matureſcat: incocta detur cibo gallinaceo generi: faſtidium gignit uuaſ appetendi. Ficticiorū primū fit ex ipſo uino: qđ uocāt Aſſinamon hoc mō. Albi muſti ſextarii. xx. aque dimidiū. feruet donec excoq̄tur aque mēſura. Alii marine ſextarioſ decē: tantūdem pluuie. in ſole. lx. diebuſ torrēt. Dant egriſ: q̄buſ uini noxam timēt. Proximā fit e milii ſemine maturo cū ipſa ſtipula librā & q̄drantē in cōgioſ duoſ muſti macerāt. Et poſt ſeptimū mēſē tranſfūdūt. Ex Loto arbore frutice herba dictum eſt uti queque fierent. Fit & e pomiſ que dicemuſ: interpretatióibuſ non niſi neceſſariiſ additiſ. Primúq; et e palmiſ: quo Parthi & Indi utútur: & oriéſ totuſ. Maritimarú q̃ſ uocant & Cycleaſ modio. in aque cógiiſ tribuſ macerato expſſoq;. Sic fit & Syciteſ e fico: qué alii Palmiprunú: alii Trocin uocát. Aut ſi dulce eẽ nó libeat: pro aqua tátundé uinaceoꝶ adiiciút. Ex Cypria fico & acetú fit precellenſ. atq; Alexandrino quoq; meliuſ uinú. Fit & ex ſiliq̃ ſyriaca & e piriſ. maloꝶq; omnibuſ generibuſ. Sed e puniciſ qđ Rhoiten uocant. Et e corniſ. Meſpiliſ. Sorbiſ: Moriſ ſicciſ. nucleiſ pineiſ. Hi muſto madidi exprimúť. Superiora per ſe mitia. Myrtiten Cato queádmodú fecerit paulo poſt ídicamuſ. Greci uero & alio mó: ramiſ teneriſ cum ſuiſ foliiſ in albo muſto decoctiſ tuſiſ libra in tribuſ muſti congiiſ deferuere faciút. donec duo ſupſint. Quod ita ſilueſtriſ myrti baciſ factú ẽ Myrtidanum uocatur. hoc manuſ tingit. Ex iiſ que in hortiſ gignuntur fit uinum e radice Aſparago Meliloto. Origano. Appii ſemine. Ambrotono. Mẽtaſtro. Ruta Nepeta. Serpillo. Marrubio. Manipuloſ binoſ tundút í cadú muſti. & Sape ſextariú. & aque marine heminam. E napiſ fit. x. denariorú pódere in ſextarioſ binoſ muſti addito. Itẽ e Scylla radice. Inter floreſ & roſe foliiſ tuſiſ: In linteloq; í muſtum collatiſ cú póduſculo ut ſidat. xl. pondere denariorú. In ſexterioſ uicenoſ muſti. nec ante treſ méſeſ uaſe aperto. Item í agro calido. & aliud e ſilueſtri. Aromatiten quoq; íuenio factitatú nó tantú unguétoꝶ cópoſitióe. Primo ex mirrha ut diximuſ. mox e nardo celtico. calamo. Bitumine. offiſ: in muſtú aut dulce uinú deſectiſ. Alii de calamo. iunco. coſto. Nardo Syriaco. Amomo. Caſia. Cynnamo. Croco. palma. Agaro. Similiter & offa. Apud alioſ Nardi. & malabathri. ſex libriſ í muſti cógioſ duoſ additiſ. Qualia nunc quoq; fiunt pipere & melle addito. que alii Condita: alii Piperata appellant. Inuenitur & Nectariteſ ex herba q̃ alii Menalion alii medicam alii ſymphiton: alii deamoreſtin: alii nectareá uocant: radice póderiſ. xl. denariorum í ſextarioſ ſex muſti addita. Similiter í liteo. Ex ceteriſ herbiſ collatiſ fit Abſinthiteſ in. xl. ſextariiſ muſti abſinthii Póntici libra decocta ad tertiaſ ptẽſ. uel ſcopiſ abſinthii in uinú additiſ. Similiter Hyſopiteſ e Lycio hyſopo unciiſ tribuſ í duoſ cógioſ muſti cóiectiſ aut tuſiſ í uinú. Fiút utraq; & alio modo circa radiceſ uitiú ſato. Sic & Helleboriten fieri ex ueratro nigro Cato docet. Sic fit & Scamoniteſ. Mira uitium natura ſaporé alienú in ſe trahédi. qualé & ſalicú redolent. Patauinorú í paluſtribuſ uindemie. Sic & Helleború ſerit́ í Thaſo. aut Cucuminiſ ſilueſter. aut Scamonea: qđ uinú Ectromatiú uocát: quoniá abortuſ facit. Fit & ex herbiſ: q̃rú natura ſuo loco dicetur. Eſt & Ocha de radice Gẽtiane. & Tragoriano: & Dictamo: Aſſaro: Dauco helenio: panace: Aſparago Corio: thymo: Mandragora. iunco. Vocarunt & Sycinú. & Ithacomelin. & Leucoſparagiten. quoꝶ iá oblitterata ratio ẽ. Ex fruticú uero genere Cedri utriuſq; Cupreſſi Lauruſ Iuniperi pini Piri Therebítii calani Lentiſci. Bacaſ aut lignú recenſ í muſto decoquút. Itẽ Chamelee & Camepityoſ & Chamedryoſ lignú. Eodé mó & ex flore in cógiú muſti. x. denarioꝶ pódere addito.

CAP. XX. De Hydromelle & Oxymelle.

It uinú ex aqua ac melle tantú. Quinquennio ad hoc ſeruari celeſtẽ iubent aliq prudétioreſ. Alii ſtatí ad tertiaſ pteſ edecoquút. & tertiá melliſ ueteriſ adiiciunt. Deinde. xl. diebuſ caniſ ortu in ſole habẽt. Alii diffuſa ita decimo die obdurát. Hoc uocatur hydromel. & uetuſtate ſaporé uini aſſequitur: nuſq̃ laudatiuſ q̃ in Phrygia. Quin & acetú melle tẽperabát. adeo nihil ítẽptatú í uita fuit. Oxymel hoc uocarút: melliſ decẽ libriſ: aceti ueteriſ heminiſ quinq;: ſaliſ marini libra. aque pluuie ſextarioſ quinq; ſufferuefactiſ decieſ: mox elutriatiſ. atq; ita inueteratiſ. Omnia ab Themiſiõe ſummo autore dãnata. & hercule coactuſ eorum uſuſ uideri poteſt: niſi ſiquiſ nature opuſ eſſe credit aromatiten. & ex unguẽtiſ uina cõpoſita. aut ut biberent̃: genuiſſe ea fruticeſ. Iſta ſũt cognitu iucũda ſollertia humani animi omnia exqrẽte: nihil qdẽ ex iiſ anno durare; preterq̃ que uetuſtate ipſa fieri diximuſ. Et plura netricenis qdẽ diebuſ non erit dubium.

CAP. XXI. De uinorũ prodigiiſ & medeliſ.

Vnt & in uino ꝓdigia. Dicit̃ in Arcadia fieri quod fecũditatẽ feminiſ importet. uiriſ rabiẽ. At ĩ Achaia maxime circa Chariniã abigi partũ uino. atq; etiam ſi uuam edãt grauide: cũ differẽtia ĩ guſtatu nõ ſit. Troeceniũ uinũ qui bibunt: negãt generare. Thaſoſ duo genera uini diuerſa facere ꝓdit̃. unũ quo ſomnuſ cõcilit̃: alterum uero quo fugetur. Apud eoſdẽ uitiſ Theriace uocat̃: cuiuſ & uinũ & uua cõtra ſerpẽtiũ ictuſ medet̃. Libadeoſ thuriſ odore ex q̃ diiſ prolibãt. E diuerſo Aſpẽdioſ dãnata. A feriſ. Ferũt eã nec ab alite ulla attingi. Thaſiam uuam Egyptuſ uocat apud ſe predulcẽ que ſoluit aluũ. Eſt cõtra in Lycia que ſolutã firmat. Egyptuſ & Ecbolinam habet abortiuoſ faciẽtẽ. Vina ĩ apothecis caniſ ortu mutantur quedam poſteaq; reſtituũt̃ ſibi. Sic & mariſ nauigio. cuiuſ iactatuſ iiſ que durauerint: tantum uetuſtatiſ adiicere ſentitur: quantum habuerint.

CAP. XXII. Quibuſ uiniſ ad ſacra uti non ſit faſ.

T qm̃ religione uita cõſtat: ꝓlibare diiſ nefaſtũ habet̃ uino preter ĩputate uitiſ fulmine tacte. q̃nq; iuxta hominiſ morſ laqueo pepẽderit. aut uulneratiſ pedibuſ calcata. & qd̃ circũciſiſ uinaceiſ profluxerit. aut ſuperne deciduo immũdiore lapſu aliquo polluta. Itẽ Greco. quoniã aq̃ habeat. Vitiſ ipſa quoq; manditur decoctiſ caulibuſ ſũmiſ. qui & condiuntur in aceto ac muria.

CAP. XXIII. Quibuſ rebuſ muſta cõdiant̃.

Erũ & de apparatu uini dixiſſe conueniat. cũ Greci priuatĩ ea precepta tradiderĩt: artẽq; fecerĩt: ſicut Euphrõiuſ & Ariſtomachuſ & Cõiadeſ & Hiceſiuſ. Africa gypſo mitigat aſperitatẽ: nec nõ aliƀbuſ ſui ꝑtibuſ calce. Grecia argilla aut marmore aut ſale aut mari lenitatem excitat. Italia in parte aliqua Rabulana pice ac reſina condire muſta: uulgare eſt ei: ꝓuintiſq; finitimiſ. Anni prioriſ uina nõ nuſquam fece acetoue cõdiunt. Nec non & ex ipſo muſto fiũt medicamina. Decoquit̃ ut dulceſcat portiõe uiriũ: nec durare ultra annuũ ſpatiũ tale proditur. Aliqbuſ in lociſ decoquũt ad ſapaſ muſta: infuſiſq; iiſ ferociã frãgunt. Et in hoc tamẽ genere & ĩ om̃i alio ſubminiſtrant uaſa ipſa condimentiſ piciſ. Cuiuſ faciẽde ratio ꝓximo dicet̃ uolumine.

CAP. XXIIII. De Piciſ generibuſ & reſina: & muſtiſ condiendiſ.

Rborũ ſucco manãtium picẽ reſinãq; alie orte in oriente: alie in Europa ferũt. que intereſt Aſia utrinq; quaſdã habet. In oriẽte optimã tenuiſſimãq; Terebĩthi fũdũt. Deinde Lentiſci. q̃ & Maſticen uocãt. Poſtea Cupreſſi acerrimam ſapore. Liqdã omneſ & tantũ reſinã. Craſſiorẽ uero & ad piceſ faciẽdaſ cedruſ. Arabica reſĩa alba ẽ: acri odore difficiliſ coquẽti. Iudaica calloſior. Et Terebĩthi quoq; odoratior. Syriaca Attici melliſ ſimilitudinẽ habet. Cypria ãtecedit om̃eſ. Eſt aũt melleo colore carnoſa. Calophonia preter ceteraſ fulua: ſi teratur: alba fit. grauior odore. & ob id nõ utunt̃ ea unguentarii. In Aſia que fit e picea admodũ candida Spagoſ uocatur. Reſina omniſ diſſoluitur oleo. Quidam & creta figulinarum hoc fieri arbitrantur. Pudetq; confiteri. maximũ iã honorẽ eiuſ eſſe in euellẽdiſ a uirorũ corporibuſ piliſ. Ratio autẽ condiẽdi muſta in primo feruore qui nouẽ diebuſ complurimũ peragitur:

aſperſu piciſ. ut odor uino contingat. & ſaporiſ quedam acumina. Vehementiuſ id fieri arbitrant̄ crudo flore reſine. Excitariq; lenitatē. E diuerſo crapulam compeſci. & feritatē nimiam. frangiq; uiruſ. Aut ubi pigra lenitaſ torpeat: uiruſ addi. Ligurie maxīe Circūpadaniſq; muſtiſ utilitaſ diſcernitur hoc mō pugnacibuſ muſtiſ crapul pluſ inditur. lenibuſ parciuſ. Sunt & qui ex utroq; condiri uelint. Nec eſſe aliā quam in multa pice naturā uitiumq; muſto quibuſdā in lociſ iterum ſponte feruere. qua calamitate cū deferbuit: deperit ſapor uappeq; accipit nomē. probroſū etiā hominū cū degenerauit animuſ. Acetiſ enim neqcie inē uirtuſ magnoſ ad uſuſ: & ſine qſ uita mitior degi nō poſſit. Cetero uinoꝝ medicaminiſ tantā cura ē: ut cinere apud quoſdā ceu gypſo alibi qbuſ diximuſ modiſ inſtaurentur. Sed cinerem e uitiſ ſarmentiſ aut quercu preferunt. Quin & marinam aquam eiuſdem rei gratia ex alto peti iubent. ſeruariq; ab equinoctio uerno. aut certe nocte ſolſtitio & Aquilone flante hauriri. uel circa uindemiam ſi hauriatur: decoqui. Pix in Italia ad uaſa uino condendo maxime probatur Brucia. Fit e picea reſina. In Hiſpania autem e piceaſtriſ minime laudata. Eſt enim reſina harum amara & arida & graui odore. Differētiā rationeq; faciendi. ꝓximo uolumine demōſtrabimuſ inter arboreſ ueraſ. Vitia p̄ter ſupradicta acor. aut fumidū uiruſ. aut piſciſ aduſtio. Experimētū uero ſi fragmēta ſubluceant. ac ſub dente lenteſcat acore iucundo. Aſia picem Indicam maxime probat. Grecia Piericiam. Virgiliuſ Nariciā. Diligentioreſ admiſcent nigrā maſticen: que in Pōto bituminiſ ſimiliſ gignitur. & Iriſ radicē oleūq;. nā ceram accipientibuſ uaſiſ cōpertum eſt uina aceſcere. Sed transferre in ea uaſa ī quibuſ acetum fuerit: utiliuſ. q̃ in ea in quibuſ dulce: aut mulſū. Cato iubet uina cōcinnari: hoc enī utit̄ uerbo: cineriſ lexiui cū defruto cocti parte q̃dringenteſima pulegii uel ſaliſ ſeſqlibra. Interim & tuſo marmore. Facit & ſulphuriſ mentionem. Reſine uero in nouiſſimiſ. Super omnia addi matureſcēte iam uino iubet muſtum: qđ ille tortinum appellat: noſ intelligimuſ nouiſſime expreſſū: & adduci muſtiſ tingendi gratia coloriſ: ut pigmentū aliquod uini. atq; ita pinguiuſ fieri. tot ueneficiiſ placere cogitur. & miramur noxia eſſe in uitium inclinanteſ. Experimentū eſt lamine plumbee mutatuſ in eo coloſ. Propriū aūt inter reliquoſ liquoreſ uino mulceſcere: aut in acetū uerti. Extātq; medicine uolumina. Et fex uini ſiccata recipit igneſ. ac ſine alimēto per ſe flagrat. Ciniſ eiuſ nitri naturam habet. eaſdemq; uireſ. hoc āpliuſ quo pinguior ſentitur.

CAP. XXV. De Celliſ Vinariiſ atq; uaſiſ.

Agna & collecto iā uino differētia in cella. Circa alpeſ ligneiſ uaſiſ cōdūt: circuliſq; cīgūt atq; etiā hyeme gelida ignibuſ rigorē arcēt. Mirum dictu. ſed aliq̄n uiſū: ruptiſ uaſiſ. ſtetere glaciate moleſ ꝓdigii mō. q̄m uini natura non gelaſcit: aliaſ ad friguſ ſtupēſ tm̄. Mitioreſ plage doliiſ cōdūt. Infodiūtq; terre tota aut ad portionē ſituſ. Item celum p̄bent. Alibi uero īpoſitiſ tectiſ arcēt. Traduntq; ad hec precepta. Latuſ celle uinarie aut certe feneſtraſ obuerti in Aqlonē oportere. uel uſq; ī exortū eqnoctialem. Sterquilinia & arborū radiceſ ꝓcul abeſſe. Omniaq; odoriſ euitandi: facillimo ī uina trāſitu. Ficoſ utiq; & caprificoſ. Doliiſ etiā interualla dari. ne īter ſeſe uitia ſerpant: contagione uini ſemper ociſſīa. Quin & figuraſ referre. Vētroſa ac patula minuſ utilia. Picari oportere ꝓtinuſ e caniſ ortu. poſtea perfūdi marina aq̄ aut ſalſa. ac leui cinere ſarmēti ea aſpgi: uel argilla aſperſa myrrha ſuffiri. ipſaſq; ſepiuſ cellaſ. Imbecilla uina demiſſiſ ī terrā doliiſ ſeruanda. Valida expoſitiſ. nunq̄ īplenda. & q̄ đ ſupſit: paſſo aut defruto perungendū: admixto croco. pice ueteri. cum ſapa. Sic coopercula doliorū medicāda addita maſtice ac pice. Bruma aperiri uetant:

niſi ſereno die. uetant auſtro flante. Iunaue plena. Floſ uini candiduſ ꝓbať. Rubēſ triſte ſignū ē: ſi nō iſ uini coloſ ſit. Itē uaſiſ īcaleſcētibuſ: opculiſue ſudātibuſ. Quod celeriter florere ceperit. odoreq; trahere. nō fore diutinū. Ipa quoq; defruta ac ſapa: cū ſit celū ſine luna: hoc eſt ī ſyderiſ eiuſ coitu neq; alio die coqui iubēt. Preterea plūbeiſ uaſiſ: non ereiſ. nucibuſ iuglādibuſ additiſ. Eaſ enim fumū excipere. Campanie nobiliſſīa expoſita ſub diuo ī cadiſ uerberari ſole luna hybre ac uētiſ. aptiſſimū uideť.

CA. XXVI. De uitāda hebrietate: & q̃ntū ī ea malū: & ī abſtiñtia bonū.

C ſi quiſ diligētiuſ reputet: ī nulla ꝑte aperoſior uita eſt. ceu non ſaluberrimum ad potū aque liquorem natura dederit quo cetera omnia animātia utunť. At noſ uinū bibere & iumēta cogimuſ: tantoq; opere. tanto labore. & īpendio cōſtat: quod hominiſ mētē mutet ac furorē gignat: milibuſ ſcelerum huic deditiſ tāta dulcedine ut magna pſ nō aliud uite premiū intelligat. Quinimmo ut pluſ capiamuſ: ſucco frāgimuſ uireſ. & alia irritamēta excogitāť: ac bibēdi cauſa etiā uenena conficiūtur. aliiſ cicutā p̃ſumētibuſ. ut bibere morſ cogat. Aliiſ pumiciſ farinam: & que referēdo pudet docere. cautiſſimoſ ex iiſ balineiſ quoq; coqui uidemuſ: exanimeſq; efferri. Iam uero alioſ lectū expectare nō poſſe: īmo uero nec tunicā. nudoſq; ibi ꝓtinuſ & anheloſ ingentia uaſa corripere: uelut ad oſtentationem uiriū. ac plene infūdere ut ſtatī euomant. rurſuſq; hauriant. idq; iterū tertioq;. tanquam ad perdēda uina geniti. & tanq̃ effūdi illa nō poſſint. niſi ꝑ humanū corpuſ. Ad hec pertinent ꝑegrine exercitatiōeſ & uoluptatio ī ceno: ac pectoroſa ceruiciſ repande oſtētatio. Per omnia hec p̃dicať ſitiſ queri. Iam uero que uaſa adulteriiſ celata? tanquam per ſe parū doceat libidineſ temulētia. Ita uina ex libidine hauriunť. atq; etiam p̃mio īuitatur ebrietaſ. & ſi diiſ placet: emitur aliuſ ut uel quantū biberet tm̄ edat. & precium uinolentie lege accipit. Aliuſ quantum alia queſierit: tantū bibit. Tunc auidi matronā oculi licenť. Tunc graui prodūť marito. Tunc animi ſecreta ꝓferuntur. Alii teſtamēta ſua nuncupāť. Alii mortifera loquuntur: rediturasq; per iugulū uoceſ nō continēt. Quammultiſ ita interemptiſ. Vulgoq; ueritaſ iā attributa uino ē. Interea ut optime cedat ſolē orietē nō uidēt. Ac minuſ diu uiuūt. Hinc pallor. & gene pendule. oculoꝝ ulcera. tremule manuſ effundēteſ plena uaſa. & que ſit pena preſēſ: furialeſ ſomni. & ingeſ nocturna. Premiūq; ſummū ebrietatiſ libido portentoſa: ac iucundum nefaſ. Poſtea die ex ore halituſ fetidi. ac fere rerū omniū obliuio. morſq; memorie. Rape ſe ita uitā p̃dicāť cū priorem diē cotidie ꝑdant. Illi uero & uenientē. Tyberio Claudio Prīcipe añ hoſ xl. annoſ inſtitutū ut ieiuni biberēt. potuſq; uini añcederent ciboſ. externiſ & hoc artibuſ: ac medicorū placitiſ nouitate aliq̃ ſeſe cōmēdātiū. Gloriā hac uirtute Parthi querūt. Famā apud grecoſ Alcibiadeſ meruit. Apud noſ cognomē etiam Nouelliuſ Tricōgiuſ Mediolanēſiſ: ad Proconſolatū uſq; e pretura hōribuſ geſtiſ: tribuſ cōgiiſ: unde & cognomē illi fuit. epotiſ uno īpetu: ſpectāte miraculi gratia Tyberio Prīcipe In ſenecta iā ſeuero. atq; etiā aliaſ ſeuo. Sed ipa iuuēta ad meꝝ ꝓnior fuerat. Eadēq; cōmēdatiōe credidere. L. Piſonem urbiſ Rome curatorem ab eo delectū: ꝙ biduo duabuſq; noctibuſ ꝑ potationē cōtinuaſſet apđ ipſū: iā Prīcipem Nec alio magiſ Druſuſ Ceſar regeneraſſe patrē Tyberiū ferebať. Tricōgio rara gloria: qñ & hec arſ ſuiſ legibuſ cōſtat: ñ labaſſe ſermōe. nec leuatū uomitiōe. nō altera corꝑiſ ꝑte. Dū biberet. matutinaſ obiſſe uigiliaſ. plurimū hauſiſſe uno potu. plurimū preterea aliiſ minoribuſ addidiſſe. optīa fide. nō reſpiraſſe in hauriendo. neq; expuiſſe. nihilq; ad elidendū in pauimētiſ ſomnū ex uino reliqſſe: diligēti ſcito legū cōtra bibēdi fallatiaſ. Tergilla Ciceronē. M. F. binoſ cōgioſ ſimul haurire ſolitū ipſe obiicit. M. ꝙ

Agrippe a marcido ac temulento ſcyphū īpactum. etinim hec ſunt ebrietatiſ opera. ſed nimiꝝ hāc gloriā auferre Cicero uoluit īterfectori patriſ ſui. M. Antonio. Iſ. n. ante eū auidiſſime apprehēderat hāc palmā: edito etiā uolumīe de ſua ebrietate: quo patrocinari ſibi auſuſ approbauit plane ut eqdema rbitror: q̃ta per temulentiā mala terraꝝ orbi intuliſſet. Exiguo tēpore an̄ preliū Acciacū illud uolumē euomuit. quo facile intelligat̄ ebriuſ iā ſāguine ciuiū. & tāto magiſ eū ſitiēſ. Nāq; & hec niceſſitaſ uitiū comitat̄: ut bibēdi cōſuetudo augeat auiditatē Scitūq; ē Scytaꝝ legati: quāto pluſ biberint. tanto magiſ ſitire Parthoſ. Eſt & occidētiſ populiſ ſua ebrietaſ: fruge madida. Pluribuſq; modiſ per Galliaſ Hiſpaniaſq;: nominibuſ aliiſ: ſed ratiōe eadem. Hiſpani iam & uetuſtatem ferre ea genera docuerunt. Egyptuſ quoq; e fruge ſibi potuſ ſimileſ excogitauit. Nullaq; in parte mundi ceſſat ebrietaſ. Meroſ quippe hauriunt taleſ ſuccoſ. nec diluendo ut uina mitigant. At hercule illic telluſ frugeſ parere uidebatur. Heu mira uitiorum ſollercia inuentum eſt quemadmodum aqua quoq; in ebriaret. Duo ſunt liquoreſ corporibuſ humaniſ gratiſſimi. Intuſ uini. foriſ olei. Arborum e genere ambo precipui. Sed olei neceſſariuſ. Nec ſegniter uita in eo elaborauit. Quanto tamen in potu ingenioſior apparebit ad bibendum generibuſ. Centumnonagintaquinq;. Si ſpecieſ uero eſtimēt̄: pene duplici numero excogitatiſ. tantoq; pautioribuſ olei. de quo in ſequēti uolumine dicemuſ.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER QVARTVSDECIMVS DE PLANTIS VITIVM FINIT. INCIPIT LIBER QVINTVSDECIMVS DE PLANTIS ARBORVM FRVGIFERARVM FOELICITER.

CAP. Primum. De Olea.

o Leā Theophraſtuſ celeberrimuſ e grecoꝝ autoribuſ urbiſ Rome anno circiter quadringenteſimo quadrageſimo negauit: niſi intra xl. milia paſſuū a mari naſci. Feneſtella uero omnino nō fuiſſe in Italia Hiſpania atq; Africa Tarqnio Priſco regnante: ab anniſ populi Romani. clxxxiii. Que nunc peruenit tranſalpeſ quoq; & in Galliaſ Hiſpaniaſq; mediaſ: urbiſ quidē anno qngēteſimoqnto. Appio Claudio Ceci nepote. L. Iunio Coñſſ. olei libre duodene aſſibuſ uenere. Et mox anno. dc. octogeſimo. M. Seuiuſ. T. F. Ediliſ Curuliſ olei denaſ libraſ ſinguliſ aſſibuſ preſtitit Populo Romano per totum annum. Minuſ ea miretur: qui ſciat poſt annoſ: xxii. Cn. Pompei quarto Conſulatu oleum prouintiiſ Italiam miſiſſe. Hiſioduſ quoq; in primiſ cultum agrorum docendam arbitratuſ uitā: Negauit olee ſatorem fructum ex ea percepiſſe quenq̃ tam tarda tunc reſ erat. At nunc etiam in plantariiſ ferūt. tranſlaturūq; altero anno decerpunt̄ bace. Fabianuſ negat prouenire in frigidiſſimiſ oleam eque in calidiſſimiſ. Genera earum tria dixit Virgiliuſ Orchiteſ & radioſ. & Poſiaſ: nec deſiderare raſtroſ aut falcē ullā aut curā. Sine dubio & in iiſ ſolū maxime celumq; referre. Veruntamen attondentur ſicut & uiteſ atq; etiam interradi gaudent. Conſequenſ earum uindemia eſt. arſq; uel maior oleo q̄ muſta temperandi. Ex eadem quippe oliua differūt ſucci. Primum omnium cruda atq; nondum īchoate maturitatiſ: hec ſapore preſtātiſſimo. Quin & ex ea p̄ma unda preli laudatiſſima. ac deinde per dimnutioneſ. ſiue: ut nuper inuentum eſt: exilibuſ teguliſ pede incluſo. Quanto maturior baca: tanto pinguior ſuccuſ. minuſq; gratuſ. Optima autem etaſ ad decerpendum: inter copiam bonitatēq; incipiēte baca

XV

nigreſcere. Noſtri uocant drupaſ. Greci uero drypetaſ. Cetero diſtat an maturitaſ illa in torcularibuſ fiat. an ramiſ. Rigua fuerit arbor: an ſuo tantum baca ſucco. nihilq; aliud quam roreſ celi biberit.

CAP. II. De Oleo: & eiuſ bonitate.

Etuſtaſ oleo tedium affert non item ut uino. plurimũq; etatiſ annuo eſt. prouida: ſi libeat intelligere ĩnatura. Quippe temulẽtie naſcentibuſ uiniſ: uti neceſſe nõ ẽ. Quinimmo inuitat ad ſeruandum blanda ĩueterati carieſ. Oleo noluit parci. fecitq; ueteratum ea neceſſitate ꝓmiſcuũ. Et uulgo principatũ in hoc quoq; bono obtinuit Italia toto orbe. maxime agro Venafrano: eiuſq; parte: que Licinianũ fundit oleũ. ũde & Licinie gloria p̄cipua oliue. Vnguẽta hãc palmam dedere accõmodato ipſiſ odore. Dedit & palatũ delicatiore ſententia. Cetero bacaſ Licinie nulla auiſ appetit. Reliquũ certamẽ ĩter Iſtrie terrã & Betice par eſt. Vicina bonitaſ ꝓuintiſ. excepto Africe frugifero ſolo. Ceteriſ totum id natura conceſſit. Oleum ac uinum huic inuidit tantum. ſatiſq; glorie in meſſibuſ fecit. Reliquo erroriſ plena: quem in nulla parte uite numeroſiorem eſſe docebimuſ.

CAP. III. De Natura oliue: & olee & de olei cõſeruatione.

Liue cõſtant nucleo. oleo. carne. amurca. Sanieſ eſt hec eiuſ amara. Fit ex aquiſ ideo ſiccitatibuſ minima. riguiſ copioſa. Suuſ q̃dẽ oliue ſuccuſ eſt oleũ. id que p̄cipue ex immaturiſ ĩtelligimuſ. ſicut de õphacio docuimuſ. Auget̃ oleũ ab arcturi exortu ad. xvi. kal. octob. Poſtea nuclei increſcunt: & caro. Cum ſitiẽti hymbreſ copioſi acceſſere. uitiatur oleum in amurcã. Huiuſ color oliuam cogit grãdeſcere: ideoq; incipiente nigritia minimum amurce. Ante eam nihil. Et error hominum falſo exiſtimantium maturitatiſ initiũ: quod eſt uitio proximũ. Deinde ꝙ oleum creſcere oliue carne arbitrantur. cum ſuccuſ omniſ in corpuſ abeat. lignumq; intuſ grãdeſcat. ergo tũ maxĩe rigant̃. Quod ubi cura multa ſiue hymbribuſ accidit. oleũ abſumit̃: niſi ſecuta ſerenitate: que corpuſ extenuet. Omnino enim ut Theophraſto placet: eſt olei cauſa calor. quare & in torcularibuſ & iam in celliſ multo igni queritur. Tertia eſt culpa in parſimonia: quoniam propter impẽdiũ decerpendi expectat̃ ut decidat oliua. Qui mediũ temperamẽtũ in hec ſeruant. perticiſ decutiunt. cũ iniuria arborũ ſequentiſ anni damno. Quippe oliuantibuſ lex antiq̃ſſima fuit. Oleam ne ſtringito: neue uerberato. Qui cautiſſime agũt: arũdine leui ictu. nec aduerſoſ ꝑcutiũt ramoſ. Sic quoq; alternare fructuſ cogit̃ decuſſiſ germinibuſ. Nec minuſ ſi expectatur ut cadat. herendo enim ultra ſuum tempuſ: abſumunt uenientibuſ alimentũ. & detinent locum. Argumentum eſt ꝙ niſi ante fauonium collecte. nouaſ uireſ non reſumunt. & difficiliuſ cadunt. Primum ergo ab Autumni colligitur ĩtio opere non natura: Poſia cui plurimũ carniſ. Mox Orchiteſ: q̃buſ olei: poſt radioſ. haſ enim ociſſime occupat eſtaſ quia ſunt tenerrime: & amurca cogit decidere. Differunt̃ uero etiã in Martium menſẽ Calloſe contra humorem pugnaceſ. ob idq; minime: Licinia Cominia. Contra Sergia: quam Sabini Regiam uocant: non ante fauonii flatum nigreſcenteſ. hoc eſt ad. vi. iduſ febr. Tunc arbitrantur eaſ matureſcere: & quoniam probatiſſimũ fiat ex iiſ oleum. Accedere etiam ratio prauitati uidetur. Ferũtq; frigore ſterilitatem fieri. ſicut copiã maturitate. cum ſit illa bonitaſ nõ temporiſ: ſed generiſ tarde putreſcẽtiſ in amurcam. Similiſ error collectam ſeruandi in tabulatiſ. nec priuſq̃ ſudet premendi cum omni hora oleum decreſcat. amurca augeatur. Itaq; uulgo non ampliuſ ſenaſ libraſ ſinguliſ modiiſ exprimi dicunt. Amurce menſurã nemo agit quãto eo copioſior reperiatur in eodem genere diebuſ adiectiſ. Omnino in uita error publicuſ: tumore oliue creſcere oleum exiſtimantium: preſertim cū magnitudine copiā olei nō cōſtare indicio ſint: que regie uocant̄: ab aliiſ maiorine. & ab aliiſ Bambie grādiſſime. alioqn: minimo ſucco. Et in Egypto carnoſiſſimiſ olei exiguū. Decapoli uero Syrie p̄p̄ue: nec Cappari maioreſ: carne tamen commēdantur. Quāobcauſā Italiciſ trāſmarine preferunt̄ in cibiſ: cū oleo uincant̄. Et in ipſa Italia ceteriſ Picene. & Sidicine. Sale ille priuatim cōdiuntur. & ut relique amurca ſapaue. Nec non alique oleo ſuo & ſine arte ſua commendatione pure innatant. Colymbadeſ frangūtur. eedem herbarum uiridium ſapore condiuntur. Fiunt & precoceſ feruenti aqua perfuſe. quamlibet ĩmature: mirumq; dulcem ſuccum oliuaſ bibere: & alieno ſapore infici. Purpuree ſūt & in iiſ ut in uuiſ in nigrum colorem tranſeūtibuſ. Poſie ſunt & Superbe preter iam dicta genera. ſunt & Predulceſ per ſe tantū ſiccate. uuiſq; paſſiſ dulcioreſ. admodum rare in Africa. & circa Emeritā Luſitanie. Oleū ipſū ſale uindicat̄ a pinguitudiniſ uitio. Cortice olee cōciſe odorem accipit. medicatio alia ut uino. Palati gratia nulla eſt. Nec tam numeroſa differētia. Tribuſ ut plurimū bonitatibuſ diſtat. Odor ī tenui argutior. & iiſ tamen etiā in optima breuiſ.

CAP. IIII. De natura olei: & olee honore.

Leo natura tepefacere corpuſ: & contra algoreſ munire Eidē feruoreſ capitiſ refrigerare. Vſum eiuſ ad luxuriam uertere Greci uitiorum omniū genitoreſ in gymnaſiiſ publicādo. Notū eſt Magiſtratuſ honori eiuſ octogeniſ ſeſtertiſ ſtrigmenta olei uēdidiſſe. Olee honorem Romana maieſtaſ magnū prebuit: turmaſ eqtū idibuſ Iuliiſ ex ea coronādo. Item mīoribuſ triūphiſ ouāteſ. Athene quoq; uictoreſ olea coronant. Greci uero oleaſtro Olympie.

CAP. V. De cultura oliuarū ſecundum Catonem.

Vnc dicent̄ Catoniſ placita de oliuiſ. In calido & pingui ſolo Radium maiorem Salentinā Orchitē Poſiam Sergianā. Cominianā Albicerā: ſeri iubet. Adiicitq; ſingulari prudētia q̄ eaꝝ īſimiſ lociſ optimā ēē dicāt. In frigido aūt & macro Liciniā: Pīgui. n. aut feruenti uitiari eiuſ oleū. arboreq; ipſā fertilitate cōſumi. muſco p̄terea & robore infeſtari. Spectare oliueta in fauonium loco expoſita ſolibuſ: cenſet.

CAP. VI. De Seruandiſ oliuiſ.

Ec alio ullo modo laudat condi oliuaſ optime Orchiteſ & Poſiaſ q̄ uel uirideſ in muria. uel fractaſ in Lentiſco. Oleum q̄acerbiſſimum diu optimū fieri. Cetero q̄primum e terra colligēdam. Si inqnata ſit: lauandam. Siccari triduo ſatiſ eſſe. Si gelent frigora. quarto die premendam. Hanc & ſale aſpergi. Oleū ī tabulato minui. Deteriuſq; fieri. Item in amurca: & flacibuſ. ee ſunt carneſ: & illæ feceſ. quare ſepiuſ die decapulandū. Preterea conchaſ & plumbeaſ cortinaſ. aere uitiari. Feruentibuſ om̄ia ea fieri clauſiſq; torcularibuſ: & q̄minime uētilatiſ. ideo nec ligna ibi cedi oportere. qua decauſa e nucleiſ ipſarū igniſ aptiſſimuſ. & e cortiniſ in labra fundendū: ut feceſ & amurca liquentur. ob id crebriuſ uaſa mundāda. Fiſcinaſ ſpongia tergendaſ ut q̄ maxime pura ſinceritaſ conſtet. Poſtea inuentū ut lauarent̄: utiq; feruēti aqua protinuſ prelo ſubicerent̄ ſolide: ita enim amurca exprimitur. Mox trapetiſ fracte premerētur. Iterū premi pluſ quam centenoſ modioſ: non probant. Fructuſ uocāt. Quod uero poſt molam primum ē floſ fructuſ. Tergeminoſ foroſ a quaterniſ. hominibuſ nocte & die premi: iuſtum eſt.

CAP. VII. De Oleo Ficticio quō & ex quibuſ fiat.

On erat tum facticium oleum. ideoq; arbitror nihil a Catone dictū. Nūc eiuſ genera plura. Primūq; ꝓſequemur ea. que ex arboribuſ fiunt. & inter illaſ ante omneſ ex oleaſtro. Tenue id. multoq; amariuſ q̃ olee: tantū ad medicamētū utile. Simillimū huic ineſt ex Chamelea frutice ſaxoſo non altiore palmo. foliiſ oleaſtri. baciſq;. Proximū fit & e Cyci arbore ī Egypto capioſe. alii Scrotonē. alii Rhibim: alii Siſamon ſilueſtre appellāt. Ibiq; non pridē. Et in Hiſpania repente prouenit: altitudīe olee. caule ferulaceo. folio uitiū. ſemine uuaꝝ graciliū. pallidaꝝq;. Noſtri eam uocant Ricinū a ſimilitudine ſeminiſ. Coquitur id in aq̄. innatanſq; oleū tollitᷓ. At in Egypto ubi abundat ſine igni & aqua ſale aſperſum exprimitur: cibiſ fedum lucerniſ exile. Amygdalinū qđ aliqui Metopiū uocant: ex amariſ nucibuſ arefactiſ. & in offā contuſiſ aſperſū aq̄ & iterū tuſiſ exprimitur. Fit & lauro admixto drupaꝝ oleo. Quidāq; e baciſ exprimūt tantum. Alii foliiſ modo. Alii folio & cortice bacaꝝ. Nec non Styracem addūt. alioſq; odoreſ. Optima lauruſ ad id latifolia. ſilueſtriſ. nigra baciſ. Simile eſt e myrto nigra: Et hec latifolia melior. Tundūtᷓ bace aſperſe calida aq̄. mox decoquūtur. Alii foliorū molliſſīa decoquūt in oleo. & exp̄mūt. Alii deiecta ea in oleum priuſ ſole maturant. Eadem ratio & in ſatiua myrto. ſed p̄fertᷓ ſilueſtriſ. minore ſemine. quam quidem Oxymyrſinem uocant. alii Chamemyrſinē. qa corone habet ſimilitudinem: Hec eſt. n. breuiſ: fruticoſa. Fit & ex Citro Cup̄ſſo. nucibuſq; iuglandibuſ. quod Caryinon uocant. Maliſ cedri quod Cedreleon. Ex grano quoq; gnidio purgato ſemine & tuſo. Item lentiſco. Nam & Cyprinū. etiam e glāde Egyptia ut fieret odorū cauſa dictū eſt. Indi etiam ex caſtaneiſ & ſiſama atq; oriza facere dicuntur. Ichthyophagi e piſcibuſ. Inopia cogit aliquādo luminū cauſa & e Platani baciſ fieri aq̄ & ſale maceratiſ. Et Oenanthinū fit de ipſa oenāthe ut eſt dictum in unguentiſ. Glaucino muſtum incoquitur uapore lēto. Ab aliiſ ſine igne circūdatiſ uinaceiſ diebuſ. xxii. biſ ſinguliſ promixtiſ. Conſumiturq; muſtū oleo. Aliqui non Sanſucum tantum admiſcent: ſed etiam precioſiora odoramenta. Et in gymnaſiiſ quoq; conditᷓ odoribuſ: ſed uiliſſimiſ. Fit & de Aſphalto Calamo Balſamo Iri Cardamomo Meliloto Nardo gallico. Panace. Sāſuco helenio. Cinnami radice omnium ſucciſ in oleo maceratiſ expreſſiſq;. Sic & Rhodinum e roſiſ. Iuncinū e Iūco: quod eſt roſaceo ſimillimū. Item Hyoſcyamo. Lupiniſ. & Nareiſſo. Plurimū aūt in Egypto e Rhaphani ſemine aut gramine herbe quod Cortinon uocant. Item e ſiſama. & urtica. quod agroſtinū appellāt. E lilio & alibi fit ſub diuo ſole luna pruina maceratum. Suiſ herbiſ cōponunt inter Cappadociam & Seleuciam qđ Seleuticum appellant: neruiſ admodum utile. Sicut in Italia e gummi E pice fit quod picinum appellant. cū concoquitᷓ uelleribuſ ſupra halitū eiuſ expanſiſ atq; expreſſiſ. Probatum maxime e Brutia. eſt enim pinguiſſīa & reſinoſiſſima. Color oleo fuluuſ. Spōte naſcitᷓ in Syrie maritimiſ: qđ eleomeli uocāt. Manat ex arboribuſ pingue. craſſiuſ melle. reſina tenuiuſ. ſapore dulci. & hoc mediciſ. Veteri quoq; oleo uſuſ ē ad quedam genera morborum. Exiſtimatur & ebori uindicando a carie utile eſſe. Certe ſimulacrum Saturni Rome intuſ oleo repletum eſt.

CAP. VIII. De Amurca: & quibuſ hæc proſit.

Vper omnia autē celebrauit amurcam laudibuſ Cato. Dolia olearia cadoſq; illa imbui: ne bibant oleum. Amurca ſubigi areaſ terendiſ meſſibuſ: ut formice rimeq; abſint. Quin & lutum parietum & tectoria & pauimenta horreorū frumēti. Veſtiarium etiam contra teredineſ. ac noxia animalia amurca aſpergi. Semina frugum perfundi. Morbiſ quadrupedū arborum quoq; mederi illa efficaci ad ulcera īteriora humani quoq; oriſ. Lora etiā ac coria omnia & calceamina. axeſq; decocta ungi atq; eramenta. contra eruginē. Coloriſq; gratia elegantioriſ & totam ſuppellectilē ligneā ac uaſa fictilia in quiſ ficum aridam libeat aſſeruare. Aut ſi folia bacaſq; & uirgaſ myrti aliudue id genuſ ſimile. Poſtremo ligna macerata amurca : nulliuſ fumi tedio ardere. Oleã ſi lãbendo capra lingua contigerit; depaueritq; ṗmo germinatu ſterileſcere autor ẽ. M. Varro Et hactenuſ de olea atq; oleo.

CAP. VIIII. Pomorũ omĩũ genera & naturæ:

Eliqui arborum fructuſ uix ſpecie figuraue non modo ſaporibuſ ſucciſq; totiẽſ ꝑmixtiſ atq; inſitiſ enumerari queunt.

CAP. X. Nucum pinearum genera quattuor.

Randiſſimiſ pineiſ nucibuſ altiſſieq; a terra ſuſpẽſiſ: intuſ exileſ nucleoſ lacunatiſ ĩcludi toriſ ueſtitoſ alia ferrugĩſ tũica. mira nature cura molliter ſemĩa collocãdi Haꝝ genuſ altaꝝ Tarẽtinũ digitiſ fragili putamine auiũq; expoſitũ furto ĩ arbore Et terciũ Apinũ picea ſatiua nucleorũ cute ueriuſ q̄ putamine adeo molli ut ſimul mãdant̃. quartũ Pityia uocãt e pinaſtriſ: ſĩgulariſ remedii aduerſuſ tuſſĩ In melle decoctoſ nucleoſ taurini Aqceloſ uocãt. Pinea corona uictoreſ apđ Iſthinũ coronãt.

CAP. XI. De maliſ Catoneiſ & eorũ generibuſ.

Iſ ꝓxima amplitudine mala que uocamuſ cotonea: & Greci Cydonea ex Creta inſula aduecta. In curuatoſ trahunt ramoſ. prohibẽtq; creſcere parentẽ. Plura eorũ genera. Chryſomela inciſuriſ diſtincta colore ad aurũ ĩclinato. Que cãdidiora noſtratia cognomĩata odoriſ p̄ſtantiſſimi. Eſt & neapolitaniſ ſuuſ honor. Minora ex eodẽm genere Strutea odoratiuſ uibrãt: ſerotino prouẽtu. Precocia uero muſtea Struteiſ autẽ Cotonea inſita ſuũ genuſ fecere Muluianum. que ſola ex iiſ uel cruda mandunt̃. Omnia iã & uirorum ſalutatoriiſ cubilibuſ ĩcluſa ſimulacriſ noctiũ cõſciiſ ĩpoſita. Sunt preterea ſilueſtria parua e ſtruteiſ odoratiſſima in ſepibuſ naſcentia. Mala appellamuſ quanq̄ diuerſim Perſica & Granata que ĩ puniciſ arboribuſ nouẽ generũ dicta ſunt. Hiſ acinuſ ſub cortice intuſ. Lignum illiſ in corpore. Nec nõ & quedam e piriſ libralia appellata amplitudinem ſibi ponderiſ nomine aſſerunt.

CAP. XII. De Perſicorum generibuſ & pretio.

Ed ꝑſicoꝝ palma duraciniſ. nationũ habẽtq; cognomẽ Gallica & Aſiatica. Poſt autumnũ matureſcũt. eſtate precocia. intra. xxx. annoſ reperta. & ṗmo denariiſ ſingula uenũdata. Suꝑnatia e Sabiniſ ueniũt. Popularia ũdiq;. Pomũ ĩnocuũ expetit̃ egriſ. Preciũq; ſinguliſ iã triceni nummi fuere. nulliuſ maiorẽ. Quod miremur qa nõ aliud fugaciuſ. lõgiſſĩa nãq; decerpto bidui mora ẽ. cogitq; ſe uenũdari.

CAP. XIII. De Pruno & eiuſ generibuſ & nominibuſ.

Ngẽſ poſtea turba prunorũ. Verſicolor. Nigra. Cãdicanſ. Hordearia appellata a comitatu frugiſ eiuſ. Alia eodẽ colore ſeriora maioraq; : Aſinina cognominata a uilitate. Sunt & nigra ac laudatiora Cerina atq; Purpurea. Necnon ab externa gente Armeniaca. que ſola & odore cõmendantur. Peculiariſ impudentia nucibuſ eſt inſitoꝝ que faciẽ parentiſ ſuccũq; adoptiõiſ exhibẽt appellata ab utroq; Nucipruna. Et hec aũt & ꝑſica & Cerina. ac ſilueſtria ut uue autũnocadiſ condita uſq; alia naſcentia etatẽ ſibi ꝓrogant. Reliquorũ uolocitaſ cito miteſcẽtiũ trãſuolat. Nuper in Betica Malina appellari ceperunt maliſ inſita & alia amygdalina amygdaliſ. Hiſ intuſ in ligno nucleuſ amygdale ẽ. nec aliud pomũ ingenioſiuſ gemĩatũ ẽ. In ꝑegriniſ arboribuſ dicta ſunt Damaſcena a Syrie Damaſco cognominata : Iam pridẽ in Italia naſcentia grandiore q̄q̄ ligno & exiliore carne. nec unquam in ruga ſiccata qñ ſoleſ ſui deſũt. Simul dici poſſũt populareſ eorũ mixe que & ĩpe nũc cepe Rome naſci inſite ſorbiſ. In totũ qdem Perſica ꝑegrina etiam Aſie Grecieq; eſſe ex nomine ipſo apꝑet. atq; ex Perſide aduecta. Sed pruna ſilueſtria ubiq; naſci certũ eſt: quo magiſ miror huiuſ pomi mentionẽ a Catone non habitã. preſertĩ cũ cõdẽda demõſtraret quedã etiã ſilueſtria. Nã pſice arboreſ ſero & cum difficultate trãſiere ut que in Rhodo nihil ferãt: qđ primũ ab Egypto earũ fuerat hoſpitiũ. Falſum ẽ uenenata cũ cruciatu ĩ Perſiſ gigni. & penarũ cã a Regibuſ trãſlata in Egiptum terra mitigata. Id. n. de Perſia diligẽtioreſ tradũt: que in totũ alia ẽ: Mixiſ rubeſcẽtibuſ ſimiliſ. nec extra orientẽ naſci uoluit. Eam quoq; eruditioreſ negauerunt ex Perſide ꝓpter ſupplicia tranſlatã: Sed a Perſeo Mẽphi ſatã. & ob id Alexandrum illa coronari uictoreſ ibi inſtituiſſe ĩ honorem attaui ſui. Semꝑ aũt folia habet & poma ſubnaſcentibuſ aliiſ. Sed pruna quoq; oĩa poſt Catonẽ cepiſſe manifeſtũ eſt.

CAP. XIIII. De generibuſ diuerſiſ malorũ: & nominibuſ eorũ.

Alorũ plura ſunt genera. De Citeriſ cũ ſua arbore diximuſ. Medicã aũt Greci uocant patrie nomine. Eq; peregrine ſũt Zinzipha & Tubureſ: que & ipſa nõ pridẽ uenere ĩ Italiam. Hec ex Africa. Illa ex Syria. Sex papiniuſ quẽ Cõſulem uidimuſ: primuſ utraq; attulit diui Auguſti nouiſſimiſ tẽporibuſ ĩ caſtroꝝ aggeribuſ ſata: baciſ ſimiliora q̃ maliſ. Sed aggeribuſ p̃cipue decora qm̃ & intecta iã ſilue ſcandunt. Tuberũ duo genera. Candidũ. & a colore ſericum dictũ ꝑne ꝑegrina. Sũt in uno Italie agro Veronẽſi naſcẽtia que Lanata appellãt. lanugo ea obducit. Struteiſ qđẽ pſiciſq;: plurimiſ tñ peculiare nomen dedit nulla alia cõmẽdatiõe inſignibuſ. Reliq̃ cur pigeat nominatĩ ĩdicare? cũ cõditoribuſ ſuiſ eternã ꝓpagauerĩt memoriã tanq̃ ob egregiũ aliqd ĩ uita factũ. Ni fallor apꝑebit ex eo ĩgeniũ ĩſerẽdi: nihilq; tam ꝑuũ eẽ qđ nõ gloriã parere poſſit. Ergo habent originẽ a Matio Geſtioq; & Mãlio Itẽ Claudio ab hiſ cotoneo inſito. Ab Appio e Claudia gente appiana ſunt cognõinata. Odor ẽ hiſ cotoneorũ: magnitudoq;. Sed claudiãiſ color rubeuſ. Ac ne qſ id ãbitu ualuiſſe claritatiſ & familie putet Sũt & Sceptiana ab ĩuẽtore libertino inſignia rotũditate. Cato adiicit Quiriana: & que tradit ĩ doliſ cõdi Scãtiana. Oĩm aũt nuprime adoptata ſũt ꝑua gratiſſimi ſaporiſ que peteſia nominant. Patriaſ nobilitauere Camerina & Grecula. Cetera e cauſiſ traxere nomẽ. Germãitatiſ coherẽtia & gemella nunq̃ ſingula in fetu: A colore ſerica. Cognatione Melappia. Muſtea a celeritate miteſcẽdi. Que nũc melimela dicũt a ſapore melleo. Orbiculata ex figura orbiſ in rotũditatẽ circũacti. Hec in Epiro primum ꝓueniſſe argumẽto ſunt Greci: q Epirotica uocant Mammaꝝ effigie. Orthomaſtica. A conditione caſtrati ſeminiſ. que Spadonia appellãt. Melgemella a foliiſ: Folium. n. unũ aliqñ & geminũ erumpit e latere medio. Celerrime in rugaſ marceſcunt Pannucea. Stolide tument Pulmonea. Sũt qbuſ ſanguineuſ ẽ color. origine ex mori ĩſitu tracta. Cũctiſ uer que fuerunt a ſole parteſ: rubent. Sunt & ꝑua grati ſaporiſ: atq; etiam acutiora odore: ſilueſtria. Id peculiare improbatiſ & acerbitatiſ conuitiũ: & uiſ tanta ut aciẽ gladii perſtrĩgat. Dat & farina uiliſſimiſ nomen. quãq̃ primiſ aduentu decerpiq; properãtibuſ.

melappia

CAP. X.V. De Piriſ & Inſitorum uarietae.

Adem cauſa in piriſ taxat ſuperbiæ cognomine. Parca hec: ſed ociſſima. Cũctiſ aũt cruſtumina gratiſſima. Proxima iiſ Falerna a potu: quoniam tãta uiſ ſucci abũdat. Lactea hec uocãt ĩ hiſ que alii colore nigro donãt Syrie. Reliquoꝝ noĩa aliter in aliiſ atq; aliiſ lociſ appellantur. Sed cõfeſſiſ urbiſ uocabuliſ autoreſ ſuoſ nobilitauere. Decimiana. Et ex eo tractũ qđ Pſeudodecimianũ uocãt. Dolobelliana longiſſimi pediculi. Pomponiana cognomine Mammoſa. Liceriana. Seueriana: & que ex iiſ nata ſũt Tyrranniana longitudĩe pediculi diſtantia. Fauuoniana rubra:

paulo Superbiſ maiora. Lateriana aniciana. Poſt Autumnalia acidulo ſapore iucũda. Tyberiana appellant̃ que maxĩe Tyberio pͥncipi placuere. Colorãt̃ magiſ ſole: grãdeſcũtq;: alioqui eadẽ eſſent que Liceriana. Patrie nomina habẽt ſeriſſima omnium Amerina Picẽtina: Numantina. Alexandrina. Numidiana. Greca & ĩ iiſ Tarẽtina. Signina. que alii a colore Teſtacea appellãt. Sicut onychina Purpurea. Ab odore Myrrhappia Laurea. Nardina. A tẽpore hordiaria. A collo Ampullacea & Coriolana. Brute gentilitatiſ cucurbitana. Accidula ſucci. Incerta nominum cauſa ẽ Barbariciſ Veneriiſq;. que Colorata dicunt. Regiſq;. Que minimo pediculo. Seſſilia Pariciiſ Voconiiſ Viridibuſ. Oblongiſq;. Perterea dixit uolema Virgiliuſ a Catone ſumpta. Qui & Sementina & Muſtea nominat. Parſ hec uite iam pridem peruenit ad columẽ: expertiſ cuncta hominibuſ. Quippe cũ Virgiliuſ inſitã nucibuſ arbutum. maliſ platanum. ceraſiſ ulmũ dicat. Nec quicꝗ̃ ampliuſ excogitari poteſt. nullum certe pomum nouum diu iam inuenitur. Neq; omnia inſita miſceri faſ eſt: ſicut nec ſpinaſ inſeri: quando fulgura expirari non queunt. Facile quoq; genera inſita fuerunt: tot fulgura uno ictu pronunciantur. Turbinatior piriſ figura. In iiſ ſerotina ad hyemẽ uſq; ad matrẽ pẽdẽt gelu matureſcentia. Greca. Ampullacea. laurea ſicut in maliſ Amerina Scantiana. Cõdunt̃ uero pira ut uue. ac totidẽ modiſ non aliter ꝗ̃ in cadiſ Preterea que pomiſ ꝓprietaſ piriſ quoq; uini. Similiter iiſ egriſ mendenteſ in eſcam dant. ac uino & aq̃ coquũtur: atq; pulmẽtarii uicem implẽt quod non alia preter Cotonea & ſtrutea.

CAP. XVI. De Pomiſ ſeruandiſ & colligendiſ.

N uniuerſũ uero de pomiſ ſeruandiſ ꝑcipitur. Pomaria in loco frigido ac ſicco cõtabulari. Septẽtrionalibuſ feneſtriſ ſereno die patere. Auſtroſ ſpecularibuſ arcere. Aqloniſ quoq; afflatu poma deturpante rugiſ. Colligi mala poſt equinoctiũ autumnale. neq; ante. xvi. lunam: neq; añ pͥmam horam. Cadiua ſeparari ſtramẽtiſ ſtoriiſ: paleiſue ſubſterni. Rara cõponi. ut limiteſ peruii ſpiritũ equalem accipiant. Amerina maxime durare. Melimela minime.

CAP. XVII. De Cotoneiſ: Piriſ: Sorbiſ: & uuiſ ſeruandiſ.

Otoneiſ intercluſiſ ſpiramẽtũ omne adimẽdũ. Aut incoqui melle ea. ĩmergiue oportere. Punica aq̃ marina feruẽte indurari. mox triduo ſole ſiccata: ita ne nocturno rore cõtĩgãtur: ſuſpẽdi. Cũ libeat uti: aq̃ dulci plui. M. Varro & ĩ doliiſ arene ſeruari iubet. & ĩmatura obrui terra ĩ olliſ fũdo effracto. Sed ſpiritu excluſo. ac ſurculo pice illito. Sic etiã creſcere amplitudĩe maiore: ꝗ̃ poſſint ĩ arbore. Cetera mala foliiſ ficulneiſ ꝑterꝗ̃ cadiuiſ ſingula cõuolui. Ciſtiſq; uitilibuſ cõdi. Vel creta figlinarũ illini Pira in uaſiſ fictilibuſ picatiſ ĩuerſiſ obrui inter ſcrobeſ. Tarẽtina ſeriſſime legi. Anitiana ſeruari & in paſſo. Sorba uero & ĩ ſcrobibuſ gipſato operculo duũ pedũ terra ſupinducta ĩ loco aprico ĩuerſiſ uaſiſ. Et in doliiſ ut uuaſ cum ramiſ ſuſpẽdi. E ꝓxĩſ autoribuſ qdã altiuſ curã petũt. putariq; ſtati poma ac uiteſ ad hunc uſũ ꝑcipiũt decrereſcente luna: poſt horam diei tertiã celo ſereno aut ſicciſ a uentiſ. Similiter delegi & ex loiciſ ſicciſ: & añ ꝑfectã maturitatẽ: addito ut lũa ĩfra terram ſit. uuaſ cũ malleolo ſarmẽtie duro demptiſ forcipe corruptioribuſ aciniſ ĩ dolio picato recẽti ſuſpẽdi: excluſa om̃i aura oꝑculo & gypſo. Sic & ſorba ac pira illitiſ om̃ium ſurculuſ pice. Dolia ꝓcul ab aq̃ eẽ. Quidã ſiccũ palmite in gypſo cõdũt. capitibuſ eiuſ ſcylle ĩfixiſ utrinq;. Alii etiã uina habẽtibuſ doliiſ: dũ ne cõtigant ea uue. Aliq mala ĩ patiniſ fictilibuſ fluitãtia quo genere & uino odorẽ aqri putãt. Aliq oĩa hec ĩ milio ſeruare malũt. Pleriq; uero in ſcrobe duũ pedum altitudiniſ arena ſubſtrata &

fictili oꝑculo dein terra operto. Creta qdam etiam figlina uuaſ illinūt: ſiccataſq; ſole ſuſpendunt: in uſu diluentiſ cretam. Eandem in pomiſ uino ſubigunt. Mala uero generoſiſſima eadē rōne cruſtant gypſo uel cera: Que niſi niſi maturuerit īcremēto calicē rumpūt. Sēper autē ī pediculoſ collocāt ea. Alii decerpūt cū ſurculiſ. eoſq; in medullam ſambuci abditoſ obruūt. ut ſupra ſcriptū ē. Alii ſinguliſ maliſ piriſq; ſingula uaſa fictilia aſſignant. & operculo eoꝝ picato dolio iterū includunt. Nec non aliq in flocciſ capciſq; q̄ſ luto paleato illinunt. Alii hoc idem in patiniſ fictilibuſ. Aliqui & in ſcrobe ſubiecta arena: ita ſicca operiūt: mox terra. Sūt qui cotonea cera Pōtica illita melle demergant. Columella autor ē in puteoſ ciſternaſue in fictilibuſ uaſiſ pice diligenti cura illitiſ mergi. Liguria maritima alpibuſ proxima. uuaſ ſole ſiccataſ iunci faſciiſ īuoluit: cadiſq; cōditaſ gypſo īcludit. Hoc idē Greci Platani foliiſ aut uitiſ ipſiuſ: aut fici uno die in umbra ſiccatiſ: atq; in cado uinaceiſ interpoſitiſ. quo genere Coa uua & Beritia ſeruantur nulliuſ ſuauitati poſtferende. Quidam ut haſ faciant in cinere lexiuio tingūt ꝓtinuſ q̄ detraxere uitibuſ. mox in ſole ſiccant. tum foliiſ ut ſupra dictū eſt īuolutaſ uinaceiſ ſtipant. Sunt qui Malunt uuaſ in ſcobe ramentiſue abietiſ. populi. fraxini. ſeruare. Sūt q ſuſpēdi ꝓcul maliſ ꝓtinuſq; ī granariiſ iubeant quoniam optime ſit operimento puluiſ penſilibuſ. Contra uaſpaſ remedio eſt oleo aſpergi ex ore: ut de palmiſ diximuſ.

CAP. XVIII. Deficiſ genera uigintinouem: & nomina eorū.

Reliquo genere pomorū fcicuſ ampliſſīa ē. quedāq; & piriſ magnitudine emula.

De Egyptie Cyprieq; miraculiſ retulimuſ inter externaſ. Iudea rubet. oliue magnitudine rotundior tantum. ſapore meſpili. Alexandrinā hāc ibi uocāt. Craſſitudine cubitali ramoſam. materia ualidam. lente. ſine lacte. cortice uiridi: folio Tilie: ſed molli. Oneſicrituſ tradit in Hyrcania multum noſtriſ eſſe dulcioreſ. fertilioreſq;: utq; modioſ. cclxx. ſiugule ferāt. Ad noſ ex aliiſ trāſiere gētibuſ chalcidice. q̄rū plura genera. Siqdē & Lydie: que ſunt purpuree. & Mammillane ſimilitudinem māmarū habent. & Calliſtrutie parti ſapore ꝑſtātioreſ ficorū omnium frigidiſſime. Nam de Africaniſ q̄ſ multi preferūt cūctiſ magna queſtio ē: cū id genuſ in Africā nuprime tranſierit: patrie nomen obtinent. Nam Alexandrine enixioreſ. Candicanſ Terina cognomīe delicata. Nigra & Rhodia eſt. & Tyburtina de ꝑcocibuſ. Sūt & autorū nomina iiſ. Liuie Pompeie ſiccate he ſole in annuoſ uſuſ aptiſſime cū Mariſciſ: & q̄ſ arūdinei folii macula uariat. Eſt & Herculanea. & Albicerata. & Aratia alba. pediculo minimo latiſſima. Primo aūt prouenit porphyritiſ longiſſīo pediculo. Comitat̄ eam e minimiſ & uiliſſimiſ Populariſ dicta. Contra nouiſſima ſub hyeme maturatur Chelidonia. Sunt preterea eædem ſerotine & ꝑcoceſ bifere alba ac nigra cum meſſe uindemiaq; matureſcenteſ Serotine & a corio appellate duro. Ex chalcidiciſ q̄rūdā trifero ꝓuentu. Tarenti tantū ꝑdulceſ naſcunt̄ q̄ſ uocant Onaſ. Cato de ficiſ ſerēdiſ ita memorat. Ficuſ Mariſcaſ in loco cretoſo aut aperto ſerito. In loco autem craſſiore aut ſtercorato Africanaſ: ſed & Herculaneaſ. Sagontinaſ. Hybernaſ. Telianaſ: Atraſ pediculo longo. Poſtea tot ſubire nomina atq; genera: ut uel hoc ſolū eſtimantibuſ appareat mutatā eſſe uitā. Sunt & hyberne qbuſdā ꝓuinciiſ: ſicuti Moeſie: ſed arte non natura. Paruarū genuſ arborū poſt Autumnū fimo contegūt. deꝑhēſaſq; ī hiſ hyeme groſſoſ. Que mitiore celore foſſe cum arbore atq; ī lucem remiſſe nouoſ ſoleſ alioſq; q̄ qbuſ uixere: auide tanq̄ iterū nate accipiūt: & cū ueniētiū flore matureſcūt. alieno precoceſ anno. in tractu uel gelidiſſimo. Sed a Catone appellata iā tum Africana: ammonet & Africe ad ingenſ documentum uſo eo pomo

Nota bella coſa

Nāq; perniciali odio Carthaginiſ flagrāſ. nepotūq; ſecuritatiſ anxiuſ: cū clamaret in omni Senatu Certhaginem delendā. attulit quodam die in curia precocem ex ea prouintia ficū. oſtendenſq; patribuſ: Interrogo uoſ inquit quando hoc pomū dēptū putatiſ ex arbore? Cū inter omneſ recenſ eſſe conſtaret. Atq tertium inquit ante diē ſcitote decerptū Carthagine. tam prope a muriſ habemuſ hoſtem. Statiq; ſumptum eſt Punicum tertium bellū: quo Carthago deleta eſt. Quanꝙ Catone anno ſequente rapto. Quid primum in eo miremur? Curam ingenii? an occaſionē fortuitam. celeritatēq; curſuſ? an uehemētiam uiri? Super oīa eſt quo nil equidem duco mirabiliuſ: tantā illā urbē & de terrarū orbe per. cxx. annoſ urbiſ emulam uniuſ pomi argumēto euerſam. Quod non Trebia aut Traſimenuſ. non Canne buſto inſigneſ Romani nominiſ ꝑficere potuere. Nō caſtra Punica ad tertiū lapidē uallata. porteq; Coline adequitāſ ipſe Annibal tanto propiuſ Carthaginem pomo Cato adiri monuit. Colitur ficuſ arbor in fore ipſo ac Comitio Rome nata ſacra fulguribuſ ibi conditiſ. Magiſq; ob memoriam eiuſ que nutrix fuit Romuli ac Remi ruminaliſ appellata: quoniam ſub ea inuēta eſt lupa infantibuſ prebenſ rumen: ita. n. uocabāt mammā. Miraculo ex ere iuxta dicato tanꝙ in Comitium ſponte trāſiſſet. Adacto nauigio illico areſcit. Rurſuſq; cura ſacerdotū ſeritur. Fuit & ante Saturni edē Vrbiſ āno ducētesimoſexageſio ſublata ſacro a Veſtalibuſ facto cū Siluāi & Iſidiſ ſimulacrū ſubuerteret. Eadem aūt Fortuito uiuit in medio foro ubi dehiſcentia Imperii fundamēta oſtento fatali Curtiuſ maximiſ boniſ hoc eſt uirtute ac pietate ac morte ꝓclara expleuerat. Eq; fortuita eodē loco ē uitiſ atq; olea umbre gratia: ſedulitate plebeia ſate. Ara inde ſublata gladiatorio munere diui Iulii. qđ nouiſſīe parauit in foro. Admirabiliſ ē pōi huiuſce feſtinatio uniuſ in cunctiſ ad maturitatem properantiſ arte nature.

CAP. XVIIII. De Caprifico & Caprificatione.

Aprificuſ e ſilueſtri genere ficuſ nunꝙ matureſcenſ. ſed qđ ipſa non habet aliiſ trbuenſ. qm̄ ē naturaliſ cauſarū trāſituſ. atq; e putreſcentibuſ identidē generatē aliqd. Ergo culiceſ parti fraudati alimento in matre hoc ē putri eiuſ tabe ex ꝙ nati ad cognatam uolant. morſuq; ficorū crebro hoc ē auidiore paſtu aperiēteſ ora eaꝝ: atq; ita penetranteſ intuſ ſolem primo ſecū inducūt. cerealeſq; auraſ īmittūt foribuſ apertiſ: mox lacteum humorē. hoc ē infantiam pomi abſumunt quod fit & ſponte. Ideoq; ficetiſ caprificuſ ꝑmittitur ad rationē uenti: ut flatuſ euolanteſ in ficoſ ferat. Inde repertū: ut illate quoq; aliunde: & inter ſe colligate: inicerentur fico. quod in macroſo & Aglonio ſitu non deſideratur: qm̄ ſponte areſcūt: loci ſitu. rimiſq; eadem que culicū opera cauſa ꝑficit. nec non ubi multuſ puluiſ: quod euenit maxīe frequēti uia appoſita. Nāq; & pulueri uiſ ſiccandi: ſuccūq; lactiſ abſorbēdi. que ratio puluere & caprificatione hoc quoq; preſtat: ne decidāt abſumpto humore tenero: & cū ꝙdam fragilitate ponderoſo. Ficiſ molliſ omnibuſ tactuſ. maturiſ frumenta intuſ. Succuſ matureſcētibuſ lactiſ. ꝑcoctiſ melliſ. Seneſcūt ī arbore. anuſq; diſtillāt. Gūmi lacbrymā ſiccant. Honoſ laudataſ ſeruat in capſiſ. Ebuſo inſula perſtantiſſimaſ: āpliſſīaſq; & mox in Marruciniſ. At ubi copia abūdat īplent orce. in Aſia cadi. aut in Ruſpīa Africe urbe. paniſq; ſimul & obſonii uicē ſiccate īplent. utpote cū Cato cibaria ruriſ operariiſ iuſta ceu lege ſantienſ minui iubet: per fici maturitatem. cū & obſonii uicem habeant recenteſ ficuſ. Aliiſ uice caſei ueſci nuper excogitatum eſt. Ex hoc genere ſūt ut diximuſ: Caſtanee & Carice: queq; conſcendenti nauim aduerſuſ Parthoſ omē fecere. M. Craſſo uenaleſ predicantiſ uoce caunee. Omnia hec ī Albēſe ruſe Syria intulit. L. Vitelliuſ qui poſtea Cenſor fuit cum Legatuſ in ea ꝓuintia eēt: nouiſſiſ

Tyberii Ceſariſ temporibuſ.

CAP.XX.De Meſpiliſ.& eoꝝ generibuſ tribuſ.

Alorū pirorumq; generi adnumrentur uire Meſpila atq; Sorba. Meſpiliſ tria genera. Anthedon. Setania. Tertiū degenerat. Anthedoni tametſi ſimiliuſ eſt qđ Gallicum uocant Setanie tamē maiuſ pomum : candidi uſq;. acini molliore ligno. Anthedoni ceteriſ minuſ pomū: ſed odore p̄ſtantiuſ. & quod diutiuſ ſeruetur. Arbor ip̄a de āpliſſ̄iſ. Folia an̄ q̄ decidāt: rubeſcūt. Radiceſ multe atq; alte & ideo ĩextirpabileſ Non fuit hec arbor in Italia Catoniſ euo.

CAP.XXI.De Sorbiſ: & earū q̄druplici differētia.

Orbiſ q̄druplex differētia. Aliiſ.n. eorū rotūditaſ mali. Aliſ turbinatio piri. Aliiſ ouata ſpecieſ: ceu malorū aliq̄buſ. hec obnoxia acri odore & ſuauitate iucūda. Ceteriſ uini ſapor. Generoſiſſ̄ia q̄buſ circa pediculoſ folia. Quartū genuſ torminale appellāt. remedio tm̄ ꝓbabile. aſſiduū ꝓuētu. minimūq; pomo. arbore diſſimile. foliiſ pene Platani. Nō ferūt an̄ trimatū. Ex ullo genere: Cato & ſorba ſapa cōdi iubet.

CAP.XXII.De Nuce Iuglande.

B iſ locum āplitudīe uīdicauerūt que ceſſere autoritati: nuceſ iuglandeſ q̄q̄ & ip̄e nuptialiū Feſcēninoꝝ comiteſ: multū pineiſ minoreſ uniuerſitate. eedēq; portiōe āplioreſ nucleo. Nec nō & honor hiſ nature peculiariſ: gemīo ꝓtectiſ opimēto: puluinati primū caliciſ. mox lignei putaminiſ. que cauſa eaſ nuptiiſ fecit religioſaſ tot modiſ fetu munito. qđ eſt uerīſimiliuſ q̄ q̄a cadendo tripudiū ſonūue faciāt. Et haſ e Perſide a regibuſ trāſlataſ indicio ſunt greca nomina. Optimū q̄ppe earū genuſ Perſicum atq; Baſilicon uocant. Et hec fuere prima noīa. Cariō a capitiſ grauedīe ꝓpter odoriſ grauitatem conuenit dictū. Tinguntur cortice earū lane: & ruffāt capilluſ p̄mū prodeūtibuſ nucleiſ. Id cōpertū infectiſ tractatu manibuſ. Pingueſcunt uetuſtate. Sola differētia generum ī putamīe duro fragiliue & tenui: ac craſſo loculoſo & ſimplici. Solum hoc pomum natura cōpactili opimēto clauſit. nāq; ſunt bifide putaminū carine. nucleorūq; illiſ q̄dripertita diſtinctio lignea intercurſāte mēbrana. Ceteriſ q̄cquid eſt ſolidū ē: ut in auellaniſ & ipſo nucum genere. q̄ſ antea Abellinaſ patrio nomine uocabāt. In Aſiam Greciamq; e Ponto uenere: & ideo pontice nuceſ uocantur. Haſ quoq; molliſ ꝓtegit barba. Sed putamini nucleiſq; ſolida rotunditaſ ineſt. Ee & torrent̄. ūbilicuſ illiſ intuſ in uentre medio. Tertia ab iiſ natura amygdaliſ. tenuiore ſed ſimili iuglandium ſūmo opimento. Itē ſecūdo putaminiſ. Nucleuſ diſſimiliſ latitudīe. & acriore callo. Hec arbor an fuerit ī Italia Catōiſ etate dubitat̄: q̄m Grecaſ nominat q̄ſ q̄dam & ī iuglandiū genere ſeruāt. Adiicit p̄terea auellanaſ. & galbaſ. preneſtinaſ. q̄ſ maxīe laudat. & conditaſ olliſ in terra ſeruari uirideſ tradit. Nunc Thaſiæ & Albēſeſ celebrantur. & Tarētinarū duo genera. fragili putamine ac duro. Quæ ſunt ampliſſīe. & minime rotūde. Preterea molluſce putamē rūpenteſ. Sunt q̄ honori nomen interpretēt̄. & Iouiſ glandē eē dicūt. Nuper cōſularē uirū audiui biferaſ & iuglādeſ nuceſ ſe habere ꝓfitentem. De piſtaciiſ & ipſi retulimuſ. Et hec autem idem Vitelliuſ ī Italiā primuſ intulit eodē tempore. Simulq; ī Hiſpaniā Flaccuſ Pompeiuſ equeſ Romanuſ: qui cum eo militabat.

CAP.XXIII.De Caſtaneiſ genera octo.

V ceſ uocamuſ & caſtaneaſ: q̄q̄ acommodatioreſ glandium generi. Armatum iiſ echinato calice uallū. qđ inchoatum glandibuſ. Mirumq; uiliſſima eſſe que tanta occultauerit cura nature. Trini q̄buſdā ꝑtuſ ex uno calice: cortexq; lētuſ. Proxīa uero corpori mēbrana. & in iiſ & in nucibuſ ſaporē ni detrahatur: infeſtat. Torrere baſ in cibiſ gratiuſ modulatũ: laturaſ preſtanti ingenio feminarũ quandã imaginem paniſ. Sardibuſ ee ꝓuenere primũ. Ideo apud Grecoſ Sardianoſ Balanoſ appellãt. Nam diuuſ Tyberiuſ poſtea balani nomen impoſuit excellentioribuſ ſatu factiſ. Nunc plura earum genera. Tarentine facileſ. nec operoſe ſunt cibo. plane figura. Rotũdior que Balanitiſ uocat̃. purgabiliſ maxĩe. & ſpõte proſilienſ. Pura & plana eſt ex eiſ & Salariana. Tarentina minuſ tractabiliſ. Laudatior corelliana & ex ea facta: qđ dicemuſ in inſitiſ meterana quam rubenſ cortex prefert trianguliſ & popularibuſ nigriſ: que coctiue uocãt. patria laudatiſſĩiſ tarẽtũ. Et ĩ Cãpania Neapoliſ. Ceteræ ſuũ pabulo gignũtur. ſrupuloſe corticiſ: ĩtra nucleoſ quoq; ruminatione.

CA. XXIIII. De Siliquiſ: & Carnoſiſ pomiſ: de moriſ: aciniſ: & Baciſ.

Aud ꝓcul abeſſe uidentur & predulceſ Silique: niſi ꝙ in hiſ cortex ipẽ mandit̃.

Digitorũ hominiſ longitudo illiſ. & interim falcata pollicari latitudine. Glãdeſ inter poma numerari non poſſunt. Quãobrẽ in ſua natura dicentur. Reliq̃ carnoſi ſunt generiſ. eaq; baciſ atq; carnibuſ diſtant. Alia aciniſ caro. Alia moriſ. Alia unedonibuſ. Et alia aciniſ ĩter cutẽ ſuccũq;. Alia mixiſ. Alia baciſ. ut oliuiſ. Moriſ ſuccuſ in carne uinoſuſ. trini coloreſ. cãdiduſ primo. mox rubẽſ. maturiſ niger. In nouiſſĩiſ florent. Inter prima matureſcũt. Tingunt manuſ ſucco. mature: urũt acerbe. Minimum in bac arbore ingenia profecerunt: nec nominibuſ. nec inſitiſ. nec alio modo quem pomi magnitudine. Differũt mora Oſtienſia: & Thuſculana. Rome naſcunt̃ & in rubiſ. multũ differente callo. Aliud corpuſ eſt & terreſtribuſ Fragiſ: aliud cõgeneri eorum Vnedoni. quod ſolum pomum ſimile frutici terreq; gignitur. Arbor ipſa fruticoſa. fructuſ anno matureſcit. pariterq; floret ſubnaſcẽſ. & prior coquit̃. Maſ ſit an femina ſteriliſ: inter autoreſ non conſtat. Pomũ inbonorum: ut cui nomen ex argumẽto ſit. unũ tm̃ edendi. Duobuſ tamen hoc nominibuſ appellãt Greci Comarõ & Memecylon: ex quo apparet. totidem eſſe genera & apud noſ. alio uoĩe arbutuſ uocatur. Iuba autor eſt: qunquagenũ cubitorũ altitudine in Arabia eſſe eaſ. Acinoꝝ quoq; magna ẽ differẽtia. pͥmũ inter uuaſ ipſaſ: callo. teneritate. craſſitudĩe. ĩteriore ligno aliiſ paruo. & aliiſ etiam gemino: ꝗ minime feraceſ muſti. Plurimũ uero differũt hedere ſambuciq; acini. in figura etiã punici anguloſi ꝗppe ſoli. nec cutiſ ulla ſĩguliſ: ꝑter cõmunem que ẽ candida: totiſq; ſuccuſ & caro ẽ hiſ precipue quibuſ paruulum ĩeſt ligni. Magna & baciſ differẽtia. alie nãq; ſũt oliuiſ. lauriſ. & alio mõ Loto. Corniſ. alio myrtiſ. lentiſco. Aqfolio .n. ac ſpine ſine ſucco. Medioq; etiã nũc genere ĩter bacaſ acinoſq; Ceraſiſ. Pomũ iiſ pͥmo candidũ. & fere om̄ibuſ baciſ. mox aliiſ uireſcit: ut oliuiſ lauriſ. Rubet uero moriſ. ceraſiſ. corniſ. Deĩn nigreſcit moriſ. ceraſiſ. oliuiſ.

Minimũ in hac arbore ingenia profecerunt

CAP: XXV. De Ceraſiſ genera octo eorumq; nominibuſ.

Eraſi ante uictoriam Mithridaticã. L. Luculli non fuere in Italia. At urbiſ anno ſexcenteſimo octogeſĩo iſ primũ uexit e Ponto. anniſq;. cxx. tranſ Oceanũ in Britãniam uſq; peruenere. Eadem ut diximuſ in Egypto nulla cura potuere gigni. Ceraſorum Aproniana maxime rubent. nigerrima ſunt: ut Actia. Ceciliana uero & rotũda. Iulianiſ gratuſ ſapor. ſed pene tantũ ſub arbore ſua. adeo teneriſ: ut geſtatũ nõ tolerent. Principatuſ duraciniſ. que Cãpania Pliniana appellat. In Belgica uero Luſitaniſ. In ripiſ etiam Rheni. Tertiuſ iiſ coloſ e nigro ac rubenti uiridiq; ſimiliſ matureſcẽtibuſ ſemper. Minuſ quinquẽnio ẽ quod prodiere que uocant Laurea: nõ ingrate amaritudĩſ inſite in Lauro. Sũt & Macedonica paruæ arboriſ: raroq; tria cubita excedentiſ: & minore etiam nũc frutice chameceraſi. Inter prima hoc e pomiſ colono gratiam annuam refert. Septentrione frigidiſq; gaudet. Siccatur etiam ſole

Conditurq; ut oliua cadiſ.

CAP. XXVI. De Corno & Lentiſco.

Ve cura & corniſ atq; Lentiſco adhibetur: ne quid nõ hominiſ uentri natum eſſe uideatẽ. Miſcentur ſaporeſ: & alio aliuſ placere cogitur. Miſcẽtur uero & terre celiq; tractuſ. Inq; alio cibi genere India aduocatẽ. In alio Egyptuſ. Creta. Cyrene. ſinguleq; terre. Nec ceſſat in ueneficiiſ uita: dum modo omnia deuoret. Planiuſ hoc fiet in herbarum natura.

CAP. XXVII. De generibuſ ſuccoꝝ & odore.

Nterim que ſunt communia & pomiſ: omnibuſq; ſucciſ ſaporũ genera tredecim reperiuntẽ. Dulciſ Suauiſ. Pĩguiſ. Amaruſ. Auſteruſ. Acer. Acutuſ. Acerbuſ. Aciduſ. Salſuſ. Preter hec tria genera ſunt: mirabili maxime natura. Vinum in quo pluref pariter ſentiuntẽ ſaporeſ. ut Viniſ: nãq; ĩ iiſ & Auſteruſ & Acutuſ: & Dulciſ & Suauiſ. oĩeſ alieni. Alterum ẽ genuſ ĩ quo ſit & alienuſ quidem: ſed & ſuuſ quidam & peculiariſ: ut in Lacte. Siquidem ineſt ei quod tamen iure dici non poteſt dulce & pingue & ſuaue: obtinẽte lenitate. que ipſa ſuccedit in ſaporiſ uicẽ Nulluſ hic aquiſ: ne ſuccuſ quidẽ. ut tñ eo ipſo fiat aliquiſ. ac ſuum genuſ faciat. Sentire quidem aque ſaporem ullũ: ſuccũue: uitium eſt. Magnum hiſ omnibuſ in odore momẽtũ & magna cognatio q & ipſe nulluſ eſt aquiſ: aut ſi ſentitur omnino uitiũ eſt. Mirũ tria nature precipua elimenta ſine ſapore eſſe: ſine odore. ſine ſucco. aqua. aer. igniſ.

CAP. XXVIII. De Succiſ fructuuũ & arborũ: & coloribuſ: & odoribuſ: & natura pomorum: & commendatione fructuum.

Rgo ſuccorum uinoſuſ piro moro myrtho. Minime quod miremur ĩ uuiſ. At pinguiſ oliue. lauro. nuci iuglãdi. amygdaliſ. Dulciſ uuiſ ficiſ. palmiſ. Aquoſuſ pruniſ. Magna ẽ & in colore ſucci differẽtia. Sanguineuſ moriſ. ceraſiſ. corniſ. uuiſ nigriſ. Idẽ albiſ canciduſ. Lacteuſ in capite ficiſ. in corpore non itẽ. Spumeuſ maliſ. Nulliſ perſiciſ. cum preſertim duracina abũdent ſucco. Sed quiſ eiuſ ullum dixerit colorem? Sua & in odore miracula. Maliſ acutuſ. Perſiciſ dilutuſ. Dulcibuſ nulluſ. Nã & uinũ tale ſine odore. Tenue odoratiuſ. Multoq; celeriuſ talia ad uſũ ueniũt. q̃ pinguia. Que odorata: nõ eadẽ ĩ guſtu tenera: qa non ſũt pariter odor & ſapor. Quamobrẽ citreiſ odor acerrimuſ. Sapor aſꝑimuſ. Quadãtenuſ & cotoneiſ. Nulluſq; odor ficiſ. Et hactenuſ ſit ſpecieſ ac genera pomorũ. Naturaſ arctiuſ colligi par eſt. Alia ſiliquiſ gignuntur. ipſiſ dulcibuſ. ſemenq; complexiſ amarum. Cum in pluribuſ ſemina placeant. in ſiliqua damnentur. Alia baciſ q̃rum intuſ lignũ. & extra caro. ut oliuiſ. ceraſiſ. Aliquarũ intuſ bace: foriſ lignũ: ut in iiſ que ĩ Egypto diximuſ gigni Que baciſ natura eadem & pomiſ. Aliorum intuſ corpuſ: & foriſ lignum: ut nucum Aliiſ foriſ corpuſ: intuſ lignũ ut perſiciſ. & pruniſ. uitiũq; cinctũ fructu: cũ fructuſ alibi muniatẽ uitio. Putamine clauduntur nuceſ. Corio caſtanee. Detrahitur hoc iiſ. At in meſpiliſ manditur. Cruſta teguntẽ glandeſ. Cute uue. Corio & mẽbrana pũica. Carne & ſucco mora cõſtant. Cute & ſucco ceraſi. Quedam ſtatim a ligno recedãt: ut nuceſ & palme. Quedam adherent: ut oliue lauroq;. Quorũdam generi utraq; ẽ natura: ut perſiciſ. Etenim duraciniſ adheret corpuſ. elignoq; auelli nequit: cum in ceteriſ facile ſeparetur. Quibuſdam nec intuſ nec extra lignum: ut in palmarum genere. Aliquorũ lignum ipſum in uſum & pomi uicem ut genera mixe: q̃ in Egypto gigni diximuſ. Quorundã extra geminantur. uitia ut in caſtaneiſ. amygdaliſ. nucibuſq; iuglandibuſ. Quorundam natura trigemina eſt corpuſ. deinde lignũ: rurſuſq; ſemen in ligno. ut perſiciſ. Quedam ĩter ſe denſa: ut uue. ſorba. que ramoſ circũdata ex omni parte uuarū modo degrauāt. Alia rara ut in perſiciſ. Quedam alio cōtinēt: ut granata. Depēdēt alia pediculiſ: ut pira. Alia racemiſ: ut uue. palme. Alia & pediculiſ & racemiſ: ut hedere. Sambuci. Alia ramo adherent ut in lauro. Quedam utroq; modo: ut oliue. Nā & breueſ pediculi & longi. Quedam uaſculiſ conſtant: ut pūica. & meſpila. Lotoſq; in Egypto. & Euphrate. iam uero diuerſa gratia & cōmendatio. Carne palme placent. Cruſta thebaice. Succo uue & Carice. Callo pira ac mala Corpore melimela. Mora cartagine. Nuclei grano. Quedam in Egypto cute Carice Detrahitur hec ficiſ uirentibuſ ut putamē. Eadē in ſicciſ maxime placet. In papyriſ & feruliſ ſpinaq; alba: cauliſ ipſe pomū eſt. Sunt & ficulni cauleſ. In fruticoſo genere cum caule Cappariſ. In ſiliquiſ uero quod manditur quid niſi lignū eſt? Non omittenda ſeminiſ earū proprietaſ. Nam neq; corpuſ neq; lignum nec cartilago dici poteſt: neq; aliud nomen inuenit.

CA. XXIX. De Myrto: & undecim eiuſ generibuſ: coroniſq; ex ea.

Vccorū natura precipuam admirationē in myrto habet. quando ex una omīū olei uiniq; bina genera fiūt. Item myrtidanū: ut diximuſ. Et aliuſ uſuſ bace fuit apđ antiquoſ: āte q̃ piper repertrēt: illā obtinēſ uicē. Quodam etiā generoſi obſonii noīe inde tracto: quod etiam nūc myrtatū uocatur. Eadēq; origine aproꝝ ſapor commendatur: plerumq; ad intinctuſ additiſ myrtiſ. Arbor ipſa in Europa tetriore celo quod e Ceraunıiſ montibuſ incipit: primū celcei: in Elpenoriſ tumulo uiſa tradıt. Grecumq; ei nomen remanet: quo peregrinam eſſe apparet. Fuit ubi nunc Roma eſt: iam tum cōderet. Quippe ita traditur. Myrtea Verbena Romanoſ Sabinoſq; cum propter raptaſ uirgineſ dimicare uoluiſſent: depoſitiſ armiſ pacificatoſ in eo loco: qui nunc ſigna Veneriſ Cluacine habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant. & in eo quoq; arbore ſuffimenti genuſ habetur. Ideo tamen electa: quoniam cōiunctioni & huic arbori preeſt Venuſ. Haud ſcio an primeua etiam omnium in lociſ publiciſ Rome ſata ſit: fatidico quidē & memorabili augurio. Inter antiqſſima nāq; delubra habetur. Quirini hoc eſt ipſiuſ Romuli in eo acre myrti fuere due ante edem ipſam per longum tempuſ. Altera Patricia appellata. altera Plebeia. Patricia multiſ anniſ preualuit. Flaceſſente plebeia exubetanſ. ac leta: q̃diu Senatuſ quoq; floruit. Illa uigenſ. Plebeia torrida ac ſqualida. Que poſtq̃ eualuit flaceſſente Patricia Marſico bello: lāguida autoritaſ patrū facta eſt. ac paulatim in ſterilitatē emarcuit maieſtaſ. Quin & ara uetuſ fuit Veneri Myrtee. quā nunc myrteā uocant. Cato tria genera myrti prodidit. Candidam nigram: coniugalem. fortaſſiſ a coniugiiſ ex illo Cluacine genere. Nunc & alia diſtinctio Satiue aut Silueſtriſ. & in utraq; Latifolie. In ſilueſtri propria Oxymyrſine. Satiuarum genera Topiarii faciunt. Tarentinam folio minuto. Noſtratem patulo. Exoticam denſiſſimo. ſeniſ foliorum uerſibuſ. Hec non eſt in uſu. Ramoſa utraq; alia. Coniugalem exiſtimo nunc Noſtratem dici. Myrtuſ odoratiſſima eſt in Egypto. Cato docuit uinum fieri e nigra: ſiccata uſq; in arriditatem in umbra. atq; ita mulſo indita. Si non ſiccentur bace oleum gigni. Poſtea compertum & ex alba uinum fieri albū. duobuſ ſextariiſ myrti tuſe in uini tribuſ heminiſ macerate: expreſſeq;. Folia & ꝑ ſe ſiccantur in farina ad ulcerum remedia in corpore humano leniter mordaci puluere: ac refrigerandiſ ſudoribuſ. Quinimmo oleo quoq; mirum dictu ineſt quidam uini ſapor. ſimulq; pinguiſ liquor precipua ui ad corigenda uina: ſacciſ ante perfuſiſ. Retinet ꝗppe fecem: nec preter purū liquorē tranſiere patitur. Datq; ſe comitem precipua commendatione liquato. Virge quoq; eiuſ geſtate modo uiatori ꝓſunt in longo itinere pediti. Quin & uirge ānuli exꝑteſ ferri inguinū tumori medentur. Bellicis quoq; ſe rebuſ inſeruit: triūphanſq; de ſabniſ Poſthumiuſ libertuſ in Conſolatu: qui primuſ omninm ouanſ ingreſſuſ urbem eſt: qm̄ rē leuiter ſine cruore geſſerat; Myrto Venerıſ Victricıſ coronatuſ īceſſit. optabileq; arborē etiā hoſtibuſ fecit. Hec poſtea ouātiū fuit corōa: excepto. M. Craſſo q de Fugitiuiſ & Spartaco laurea coronatuſ īceſſit. Maſſuriuſ autor eſt: curru quoq; triūphanteſ. myrtea corona uſoſ. L. Piſo tradit Papyrium Maſonem: qui primuſ in monte Albano triūphauit de Corſiſ myrto coronatū ludoſ Cyrcēſeſ ſpectare ſolitū. Auuſ maternuſ Africani ſequētiſ hic fuit. M. Valeriuſ duabuſ corōiſ utebat᷑ laurea & myrtea: q & hoc uouerat.

CAP. XXX. De lauro: & eiuſ generibuſ: ac honore.

Auruſ triūphiſ ꝓprie dicat᷑ uel gratiſſīa domibuſ: Lanitrix Ceſarū Pōtificūq; Que ſola & domoſ exornat: & ante limina excubat. Duo eiuſ genera tradit Cato: Delphicam & Cypriam. Pompeiuſ Leneuſ adiecit. quam Muſtacem appellauit: quoniam muſtaceiſ ſubiceretur. Hanc eſſe folio maximo flaccidoq; & albicāte. Delphicam equali colore uiridiorem: maximiſ baciſ. atq; e uiridi. rubentibuſ. Hac uictoreſ Delphiſ coronari & triumphanteſ Rome. Cypriam eſſe folio breui nigro per margineſ imbricato criſpam. Et poſtea acceſſere genera Cimuſ hanc ſiluestrem laurum aliqui intelligunt. nonnulli ſui generiſ arborem. Differt color. eſt enim cerulea baca. Acceſſit & Regia: que cepit Auguſta appellari ampliſſīa & arbore & folio baciſ guſtatu quoq; non aſpero. Aliqui negant eandem eſſe. & ſuum genuſ Regæ faciunt longioribuſ foliiſ latioribuſq; Iidem in alio genere Bacaliam appellant hanc que uulgatiſſima eſt bacarūq; fertiliſſima. Sterilem uero earū: quod maxime miror: Triūphalem. eaq; dicūt triūphanteſ uti. niſi id a diuo Auguſto ceperit: ut docebimuſ: ex ea lauru que ei miſſa e celo minima ē altitudīe. folio criſpo ac breui: que inuenit᷑ rara. Accedit in topiario opere Taxa excreſcente ī medio folio: puulo ueluti lacinia folii. & ſine ea ſpadonia mira opacitatiſ patiētia. Itaq; quanta libeat ſub ūbra ſolum implet. Eſt & Chamedaphne ſilueſtriſ frutex. & Alexandrina: quā aliq Ideā. alii Hippoglottion. alii Daphnen. alii Carpophyllon. alii Hypelaten uocāt. Ramoſ ſpargit a radice dodrantaleſ Topiarii. ac Coronarii operiſ: folio acutiore q̄ myrti. molliore & candidiore. Maiore ſemine inter folia rubro. Pluria in Ida & circa Heracleā pōti. nec niſi ī montoſiſ. Id quoq; qđ Danaideſ uocat᷑ genuſ in nominū ābitu eſt. Alii. n. Pelaſgū. alii euthalen. alii Cephalon Alexandri uocant. Et hic frutex ē ramoſuſ. craſſiore ac molliore q̄ lauruſ folio: ex cuiuſ guſtatu accēdat᷑ odoſ. thuriſ baciſ e nigro ruffiſ. Notatum antiq̄ſ nullum genuſ lauri ī Corſica fuiſſe. quod nunc ſatū & ibi prouenit. Ipſa pacifera. ut quam pretēdi etiam īter armatoſ hoſteſ. ꝗetiſ ſit indicium. Romaniſ precipue leticie uictoriarūq; nuncia. Addit᷑ litteriſ: & militum lāceiſ. piliſq;. faſceſ Imperatorū decorat. Ex iiſ in grēio iouiſ optimi maximi depōit: quotiēſ leticiā uictoria nouā attulit. Idq; nō ꝗa ꝑpetuo uiret: nec ꝗa pacifera eſt: preferēda utiq; myrto & olee eſt. Sed ꝗa ſpectatiſſima in mōte Parnaſo. ideoq; etiā grata Appollini aſſuetiſ eo dona mittere. Iam & Regibuſ Romaniſ. teſte. L. Bruto Fortaſſiſ etiā in argumētū qm̄ ibi libertatē publicam iſ meruiſſet: Lauriferā tellurē illam oſculatuſ ex reſpōſo Et ꝗa manu ſatarū receptarūq; in domoſ fulmine ſola non icitur. Ob haſ cauſaſ equidē crediderim honorem eiſ habitū in triumphiſ potiuſ: q̄ ꝗa ſuffimentū ſit cediſ hoſtiū: & purgatio: ut tradit Maſſuriuſ. Adeoq; in ꝓfaniſ uſibuſ pollui laurū & oleā faſ nō ē: ut ne ꝓpitiandiſ ꝗdem numinibuſ accēdi ex iiſ altaria areue debeāt. Lauruſ quidem māifeſto abdicat igneſ crepitu. & ꝗ̄dam deteſtatione.

Interaneorū etiā uitia & neruoꝝ ligno torquente. Tyberium Principē tonāte celo coronari ea ſolitū ferunt contra fulminū metuſ. Sed & circa diuum Auguſtū euēta eiuſ digna memoratu. Nanq; Liuie Druſille: que poſtea Auguſta matrimōii nomen accepit cū nupta eſſet illi: gallinam conſpicui candoriſ ſedenti aquila ex alto abiecit in gremium illeſam. Intrepideq; miranti acceſſit miraculum tenente roſtro laureum ramū bonuſtū ſuiſ baciſ. Conſeruari alitē & ſobolē iuſſere aruſpiceſ. ramūq; eū ſeri ac rite cuſtodiri. Quod factū eſt ī uilla Ceſarū fluuio. Tyberii impoſita: iuxta uouum lapidem Flaminia uia. Que ob id uocat᷑ ad galliaſ. mireq; ſilua ꝓuenit. Ex ea triumphanſ poſtea Ceſar laurū in manu tenuit. coronamq; in capite geſſit. Ac deinde Imꝑatoreſ Ceſareſ cūcti. Traditusq; moſ ē ramoſ quoſ tenuerūt: ſerendi. Et durant ſilue nominibuſ ſuiſ diſcrete. Fortaſſiſ ideo mutatiſ triumphalibuſ. Vniuſ arboꝝ latīa līgua nomen imponit᷑ uiriſ. Vniuſ folia diſtīguunt᷑ appellatiōe. laureā. n. uocamuſ. Durat & in urbe impoſitum loco qui Lauretū ī Auētino uocat᷑. ubi ſilua lauri fuit. Eadem purificationibuſ adhibetur. Teſtatumq; ſit obiter & ramo eā ſeri: quoniam dubitauere Democrituſ & Theophraſtuſ. Nunc dicemuſ ſilueſtrium naturaſ.

C. PLYNII SECVNDI NATVRAIIS HISTORIAE LIBER QVINTVSDECIMVS DE PLANTIS ARBORVM FRVGIFERARVM FINIT. INCIPIT SEXTVSDECIMVS DE PIANTIS ARBORVM SILVESTRIVM FOELICITER.

CAP. Primum. Proboemium.

Omiſere arboreſ. queq; mitioribuſ ſucciſ uoluptatem prime cibiſ attulerūt: & neceſſario alimēto delitiaſ īmiſcere docuerunt. Siue ille ultro ſiue ab hoīe didicere blādoſ ſaporeſ adoptiōe & cōnubio idq; munuſ etiam feriſ uolucribuſq; dedimuſ ītra p̄dictaſ cōſtant. ꝓximū erat narrare glādiferaſ quoq;: que p̄mo uictū mortalium aluerunt nutriceſ īopiſ ac fere ſortiſ. ni p̄uerti cogeret admiratio uſu cōpta: quenā q̄liſq; eēt uita ſn̄ arbore ulla ſn̄ frutice uiuentū.

CAP. II. De quarūdā gētiū ſeptētrionaliū miſera uita: & q̄rūdam arborum miraculiſ.

Iximuſ & in oriēte ꝗdē iuxta oceanū cōpluréſ ea neceſſitate gēteſ. Sūt uero & in ſeptentrione uiſe nobiſ caucoꝝ: qui maioreſ minoreſq;. appellātur. Vaſto ibi meatu ꝑpetiuſ biſ dieꝝ noctiūq; ſingulaꝝ ītetualliſ effuſuſ ī immēſū agitur oceanuſ eternā operienſ rerū nature controuerſiam dubiūq; terre ſit: an ꝑſ mariſ. Illic miſera gēſ tumuloſ obtinet altoſ. aut tribunalia ſtructa māibuſ ad exꝑimēta altiſſimi eſtuſ caſiſ ita impoſitiſ. nauigantibuſ ſimileſ: cū integāt aque circūdati naufragiiſ. cū uero receſſerint: fugienteſ cū mari piſceſ circa tuguria uenant᷑. Nō pecudeſ hoſ habere: nō lacte ali. ut finitimoſ ne cū feriſ ꝗdē dimicare cōtigit: omī ꝓcul abacto frutice. ulua & paluſtri iunco funeſ nectūt ad pretexēda piſcibuſ retia. Captūq; manibuſ lutum uētiſ magiſ q̄ ſole ſiccāteſ. terra ciboſ & rigētia ſeptētriōe uiſcera ſua urūt. Potuſ nō niſi ex hymbre ſeruato ſcrobibuſ in ueſtibulo domuſ. Et ee gēteſ certe ſi uincant᷑ hodie a populo Ro. ſeruire ſe dicūt. Ita eſt ꝑfecto: multiſ fortuna parcit in penā. Aliud e ſiluiſ miraculam totam reliquā Germaniā referūt. Addūtq; frigori umbraſ. altiſſime tamen. Haud ꝓcul ſupradictiſ Cauciſ circa duoſ p̄cipue lacuſ. Littora ipſa obtinent quercuſ maxima auiditate naſcēdi. ſuffoſeq; fluctibuſ aut ꝓpulſe flatibuſ uaſtaſ cōplexu radicū inſulaſ ſecū afferūt. atq; ita librate ſtanteſ nauigāt ingentium ramoꝝ armamẽtiſ. ſepe territiſ claſſibuſ noſtriſ: cũ uelut de ĩduſtria fluctibuſ agerẽt. ut ĩ ꝓſpectu ſtãteſ noctu: inopeſq; remedii ille preliũ nauale aduerſuſ arboreſ inirẽt.

CAP. III. De Hyrciniæ ſilue magnitudine.

N eadẽ ſeptẽtrionali plaga Hyrcinie ſilue roboꝝ uaſtitaſ intacta & cõgenita modo: prope ĩmortali ſorte: miracula excedit. Vt alia omittanẽ: fide caritura Cõſtat attolli colleſ occurſãtium iter ſe radicũ repercuſſu. Aut ubi ſecuta telluſ non ſit: arcuſ ad ramoſ uſq;. & ipſoſ inter ſe rixanteſ curnari portarum patentium modo. ut turmaſ equitum tranſmittant.

CA. IIII. De glandiferiſ: & coronarum origine & qui frondea corona donati.

Landiferi maxime generiſ omneſ. quibuſ honoſ apud Romanoſ ꝑpetuuſ. Hinc ciuice corone militum uirtutiſ inſigne clariſſimum. Iam pridem uero & clementie Imperatorũ. poſtq̃ ciuiliũ belloꝝ ꝓfanatiõe meritũ cepit uideri: ciuẽ nõ occidere. Cedũt iiſ muraleſ. uallareſq;. & auree: q̃q̃ precio añcedenteſ. Cedunt & roſtrate: q̃uiſ in duobuſ maxime ad hoc eui celebreſ. M. Varrone e Piraticiſ belliſ dante Magno Pompeio. Itẽq;. M. Agrippa tribuẽte Ceſare e Siculiſ. que & ipſa Piratica fuere. Antea roſtra nauiũ tribunali prefixa foro decuſ erant. ueluti Populo Romano ipſa corona impoſita. Poſtq̃ uero tribunitiiſ ſeditionibuſ calcari ac pollui cepere: poſtquã uireſ ex publico in priuatũ magiſ ſinguliſq; ciuium queri. & ſacroſancta oĩa ꝓfana fecere: tũ a pedibuſ eorũ ſubire in capita ciuiũ roſtra. Dedit hanc Auguſtuſ coronã Agrippe. Sed ciuicam a genere humano accepit ipſe. Antiq̄tuſ q̄dem nulla niſi deo dabatur. Ob id Homeruſ celo tm̃ eaſ & prelio uniuerſo tribuit. Viritim uero ne in certamine q̄dem: ulli. Feruntq; primũ omnium Liberumpatrem impoſuiſſe capiti ſuo exhedera. Poſtea deorũ honori ſacrificanteſ ſumpſere uictimiſ ſimul coronatiſ. Nouiſſime & ĩ ſacriſ certaminibuſ uſurpate. in q̄buſ hodieq; nõ uictori dant. ſed patriã ab eo coronari pronunciatur. Inde natũ: ut etiã triũphaturiſ conferentur ĩ templiſ dicande. mox ut & ludiſ darenẽ. Longũ eſt: nec ex inſtitutione operiſ diſſerere q̄ſ q̃ Romanorum primuſ acceperit: neq; enim aliaſ nouerãt q̃ bellicaſ. Quod certum eſt: uni gentium huic plura ſunt genera q̃ cunctiſ. Romuluſ frõdea coronauit Hoſtum Hoſtiliũ ꝙ Fidenam ṗmuſ irrupiſſet. Auuſ hic Tulli Hoſtilii Regiſ fuit. P. decium patrẽ Tribunũ militũ frõdea donauit exercituſ ab eo ſeruatuſ. Imperatore Cornelio Coſſo Conſule Samnitium bello. Ciuica Iligna primo fuit. poſtea magiſ placuit ex Eſculo Ioui ſacra. uariatũq; & hoc cũ quercu ẽ. ac data ubiq; que fuerat: cuſtodito tñ honore glandiſ. Addite legeſ arcte. & ideo ſuperbe. q̃ſq; conferre libeat: cum illa Grecorũ ſumma que ſub ipſo Ioue datur. Quiq; patrie muroſ primuſ ſcãdẽſ audẽtẽ irrumpe. occidit. quiq; ciuem maluit ſeruare: q̃ hoſtẽ occidere. utq; eũ locũ in quo ſit actũ: obtineret hoſtiſ eo die. utq; ſeruatuſ fateat̃. aliaſ teſteſ nil ꝓſũt. ut ciuiſ fuerit. Auxiliiſ q̃uiſ rege ſeruato decuſ id non dãt. Nec creſcit honoſ idẽ Imperatore conſeruato: qm̃ conditoreſ in quocunq; ciuem ſummum eſſe uoluerunt. Accepta licet uti perpetuo ludiſ. Induenti ſemper aſſurgi etiam ab Senatu: in more eſt. Sedendi iuſ ĩ proximo Senatui. Vacatio munerũ omnium ipſi. patriq; & auo paterno. xiiii. eaſ accepit Siciniuſ Dentatuſ ut retulimuſ ſuo loco. Sex. Capitolonuſ. Iſ quidem & de duce Seruilio Africanuſ de patre ãccipere noluit apud Trebiam. O moreſ eternoſ: q̄ tanta opera honore ſolo donauerũt. & cũ reliq̃ſ coronaſ auro cõmẽdarent: ſalutẽ ciuiſ iiſ ĩ ꝑcio eẽ noluerũt: clara ꝓfeſſiõe: ſeruari q̄dem hominẽ nefaſ eẽ: lucri cauſa.

CAP. V. De Glande genera undecim.

Landeſ opeſ eſſe nunc quoq; multarū gentium etiam pace gaudentium: cōſtat.

Nec nō & inopia frugum arefactiſ mollit᷑ farina. ſpiſſatq; in paniſ uſū. Quin & hodieq; ꝑ Hiſpaniaſ ſecūdiſ menſiſ glanſ inſerit᷑. Dulcior eadē in cinere toſta. Cautū eſt p̄terea lege. xii. tabularum. ut glādē in alienū fundū ꝓcidentem liceret colligere. Genera eaꝝ multa. Diſtant fructu. ſitu. ſexu. ſapore. Nāq; alia fagee glādi figura. alia querne. & alia Iligne. Atq; īter ſe quoq; generum ſingulorū differētie. Preterea ſunt alie ſilueſtreſ. alie placidioreſ: que culta obtinent. Iam etiā in montoſiſ planiſq; diſtant. & ſexu mareſ ac femine. Itē ſapore. Dulciſſima omnium fagi. ut q̄ obſeſſoſ etiā homīeſ duraſſe in oppido Chio tradat Corneliuſ Allexander. Genera diſtīguere non dat᷑ nomībuſ: que ſunt alia alibi. ꝗppe cū robur quercūq; uulgo naſci uideamuſ. Sed eſculū nō ubiq;. Quartā uero generiſ eiuſdē que Cerruſ uocat᷑. ne Italie quidē maiori ex ꝑte notam eſſe. Diſtinguemuſ ergo proprietate naturaq;. & ubi reſ coget: etiam Greciſ nominibuſ utendum.

CAP. VI. De fagina glāde & reliq̄ſ glādibuſ: ac eaꝝ nominibuſ.

Robur quercus

Agi glāſ nucleiſ ſimiliſ. triāgula cute īcludit᷑. Foliū tenue atq; leuiſſimū. populo ſimile. celerrime flaueſcenſ. & media parte plerūq;. gignēſ ſuperne ꝑuulam bacā uiridē: cacumine aculeatam. Fagi glanſ muribuſ gratiſſima eſt. & ideo animaliſ eiuſ una ꝓuentuſ. Glireſ quoq; ſaginat. Expetit᷑ & turdiſ. Arborū fertilitaſ omniū fere alternat. ſed maxime fagi. Glandem que ꝓprie intelligitur: ferunt robur. quercuſ. eſculuſ. cerruſ. ilex. ſuber. Continentur hiſpido calice ꝑ genera pluſ minuſ. Itē cōplectente folia preter ilicē. grauia. carnoſa. ꝓcera. ſinuoſa lateribuſ. nec cum cadūt flaueſcētia. ut fagi. Pro differētia generū breuiora uel lōgiora. Iliciſ duo genera. Ex iiſ in Italia folio non multū ab oleiſ diſtant. Milaceſ a quibuſdam Greciſ dicte. In prouintiiſ aq̄folie. Iliciſ glanſ utriuſq; breuior & gracilior. q̄m Homeruſ Acylon appellat: eoq; nomine a glande diſtinguit. Maſculaſ iliceſ negant ferre. Glanſ optima in quercu. atq; grandiſſima. Mox eſculo. Nam roboriſ parua. Cerro triſtiſ. horrida echinato calice ceu caſtanee. Sed ī querna alia dultior. molliorq; femīe. mariſ ſpiſſior. Maxīe aūt probātur Latifolie ex argumēto dicte. Diſtāt autē iter ſe magnitudīe: & cutiſ tenuiate. Itē ꝙ aliiſ ſubē tūica rubigine ſcabra. Aliiſ ꝓtinuſ candidū corpuſ Probatur & ea: cuiuſ in balano utrinq; ex longitudīe extrema lapideſcit in duriciā. Melior cui in cortice: q̄ cui in corpore. Vtrūq; nō niſi mari. Preterea aliiſ ouata: aliiſ rotūda: aliiſ acutior figura. Sicut & coloſ nigrior cādidiorue q̄ p̄fert᷑ amaritudo in extremitatibuſ. medie dulceſ. Quin & pediculi breuitaſ ꝓceritaſq; differētiā habet. In ipſiſ uero arboribuſ que maximā fert: Hemeriſ uocat᷑. breuior. & in orbē comoſa: alaſq; ramoꝝ crebro cauata. Fortiuſ lignū quercuſ habet & incorruptiuſ. ramoſa & ipſa. Procerior tn̄ & craſſior caudice. Excelſiſſima autem Egilopſ. in cultiſ. amica. Ab hac ꝓxime Latifolie ꝓceritaſ: ſed minuſ utiliſ edificiiſ. atq; carbone dotata uitiiſ obnoxia eſt: q̄obrē ſolido utūtur carbone: erarioꝝ tantum officiniſ compendio. q̄m deſinente flatu ꝓtinuſ emoriēſ ſepiuſ recoq̄tur. Cetero plurimiſ citilliſ. Idē e nouelliſ melior. Aceruī confertiſ paleiſ recentibuſ luto caminātur. accēſaq; ſtrue contiſ pūgit᷑ dureſcenſ calx atq; ita ſudorē emittit. Peſſima & carboni & materie haliphleoſ dicta: cui craſſiſſimuſ cortex. atq; caudex. & plerūq; cauuſ. fungoſuſq;. nec alia putreſcit ex hoc genere. etiā cū uiuit: Quin & fulmine ſepiſſime icitur: q̄uiſ altitudīe nō excellat. Ideo ligno eiuſ nec ad ſacrificia uti faſ habetur. Eidē raro glāſ. & cū tulerit: amara: Quā p̄ter ſueſ nullum attingit animal. Ac ne eē q̄dem ſi aliud pabulū habeāt. Hoc qnoq; inter reliq̄ neglecte religioniſ ē: ꝙ e mortuo carbone ſacrificatnr. Glāſ fagea

Glans Fagea

Caro Cotibilis

ſuẽ hylarẽ facit. carnẽ coctibilẽ. ac leuẽ. & utilẽ ſtomacho. Iligna ſuẽ anguſtã nitidã ſtrigoſã: põderoſã. Querna diffuſã ac grauiſſimã. & ipa glãdiũ equæ dulciſſĩa. ꝓximã huic cerreã tradit Nigidiuſ. nec ex alia ſolidiorẽ carnẽ: ſed durã. Iligna tentari ſueſ: niſi paulatĩ det̃. hãc nouiſſimã cadere. fũgoſã carnẽ fieri eſculo. robore. ſubere.

CAP. VII. De Galla: & q̃ multa p̃ter Glãdem ferãt eedẽ arboreſ.

Ve glandem ferũt omneſ & gallã alterniſq; anniſ glandem. Sed gallã Hemeriſ optimã. & coriiſ ꝑficiendiſ aptiſſimã. Similẽ huic Latifoliam: ſed leuiorẽ multoq; minuſ ꝓbatã. Fert & nigram. Duo. n. genera ſũt. Hec tingẽdiſ utilior naſcitur autẽ galla ſole de geminiſ exeũte erũpenſ noctu ſẽper uniuerſa. Creſcit uno die cãdidior. Et ſi excepta eſt eſtu areſcit ꝓtinuſ neq; ad iuſtum incrementum ꝑuenit. hoc eſt ut nucleum fabe magnitudĩe habeat. Nigra diutiuſ uiret: creſcitq; ut interdũ mali cõpleat magnitudinẽ. Optĩa Cõmagena. Deterrima ex robore. Signũ eiuſ ꝙ cauerne tranſlucẽt. Robur p̃ter fructũ plurima alia gignit. Nãq; fert & galle utrũq; genuſ & quedam ueluti mora ni diſtarẽt arida duricie plerunq; tauri caput imitãtia. qbuſ fructuſ ineſt nucleoſ oliue ſimiliſ. Naſcunt̃ in eo & pilule. nucibuſ nõ abſimileſ ĩtuſ habenteſ flocculoſ molleſ: lucernaꝝ luminibuſ aptoſ. nã & ſñ oleo flagrãt. ſicuti galla nigra. Fert & aliã utilẽ pilulam cũ capillo uerno tempore tñ melligeni ſucci. Gignũt & alii ramorũ eiuſ pilulaſ corpori nõ pediculo adherẽteſ. candicãteſ umbiliciſ. Cetera nigra uarietate diſꝑſa. Media cocci colorẽ habẽt. Aptiſ amara inanitaſ eſt. Aliq̃ndo & pũiceſ gignit. Nec nõ & e foliiſ cõuolutaſ pilulaſ. & ĩ folio rubẽteſ. aquoſoſ nucleoſ cãdicãteſ & trãſlucidoſ: q̃diu molleſ ſĩt: ĩ qbuſ & culiceſ naſcũt̃. matureſcũt ĩ modũ.

CA. VIII De Canchry & Boleto: Suillo: uiſco: & melle ex eſculo: & robore: & quercu naſcẽtibuſ.

Erũt robora & Canchryn: ita uocat̃ pilula in medicina urendi uim habẽſ Gignitur & in abiete. larice picea. tilia. nuce. platano. poſtq̃ folia cecidere hyeme duranſ. Continet nucleum pineiſ ſimilem. Iſ creſcit hyeme. Aperit̃ uere pilula tota: Cadit cũ folia ceperint creſcere. Tam multifera ſunt. & tot reſ p̃ter glandẽ pariunt robora. Sed & boletoſ ſuilloſq; gule nouiſſĩa irritamẽta: que circa radiceſ gignũtur. Quercuſ ꝓbatiſſĩoſ. Robur aũt & Cypreſſuſ & pinuſ noxioſ. Robora ferũt & uiſcũ & mella: ut autor ẽ Heſioduſ. Cõſtatq; roreſ melleoſ e celo diximuſ cadẽteſ non aliiſ magiſ inſidere frondibuſ. Cremati quoq; roboriſ cinerẽ nitroſũ eſſe manifeſtum eſt. Omneſ tamen haſ eiuſ doteſ Ilex ſolo prouocat cocco. Granum hoc. Primoq; ceu ſpecteſ frutriceſ ꝑuoſ Aquifolie Iliciſ. Quiſquilium uocant: penſionem alterã tributi pauperibuſ hiſpanie donati. Vſum eiuſ gratiorem ĩ Conchilii mentione tradidimuſ. Gignitur & in Gallatia. Africa. Piſidia. Cilicia peſſimũ in Sardinia.

CAP. VIIII. De Agarico.

Alliarũ glandifere maxĩe arboreſ Agaricũ ferũt. Eſt aũt fũguſ candiduſ odoratuſ: antidotiſ efficax: In ſummiſ arboribuſ naſcenſ: nocte relucenſ. Signum hoc eiuſ: quod in tenebriſ decerpitur.

CAP. X. De Aegylope arbore Glandifera.

Glandiferiſ ſola: que uocatur Egylopſ. fert pannoſ arẽteſ. muſtoſo uillo. canoſ. non in cortice modo: uerũ & e ramiſ dependẽteſ cubitali magnitudine. odoratoſ. ut diximuſ inter unguenta.

CAP. XI. De Subere arbore glandifera.

Vber minima arbor. glanſ peſſima. rara. cortex tantũ in fructu. precraſſuſ ac renaſcenſ. atq; etiam in denoſ pedeſ undiq; explanatuſ. Vſuſ eiuſ anchoralibuſ maxīe nauiū. piſcātiūq; tragulıſ. & cadorū obturamētiſ. Pretera in hyberno femiaꝝ calciatu: q̄obrē non infacete Greci corticeſ arborū appellāt. Sūt q femınā Ilicē uocent. atq; ubi non naſcit̄ Ilex.: pro ea ſubere utunt̄. In carpentariſ p̄cipue fabricıſ ut circa Elin & Lacedemonē: nec in Italia tota naſcit̄: aut in Gallia omnino.

CAP. XII. Quarum arborum ſunt in uſu corticeſ.

Ortex e fago. Tilia. abiete. picea in magno uſu agreſtium. Vaſa corbeſq;: ac patentiora quedā meſſibuſ cōuehēdiſ uidemuſq; faciūt. atq; pretexa tugurioꝝ. Scribit in recenti ad duceſ explorator incidenſ litteraſ a ſuco. nec nō ī quodam uſu ſacrorū religioſuſ eſt fagi cortex. Sed nō durat arbor ipa. Scādule e robore aptiſſīe: mox e glandiferiſ aliiſ. fagoq; facillime ex omnibuſ que reſinam ferunt: ſed minime durant: preterquam e pino.

CAP. XIII. De ſcanduliſ & quando primū a Romaniſ uiſe.

Candula contectā fuiſſe Romam uſq; ad bellū Pyrrhi: anniſ q̄dringētiſ. lxx. Corneliuſ Nepoſ autor eſt. Siluarū certe diſtinguebantur inſignibuſ. Faguſ Italio Ioui etiā ē nūc ubi lucuſ Fageuſ fuit. portaq; Querculana. colle ī quem uimīa petebantur. totq; luciſ quibuſdā & geminiſ. Q. Hortēſiuſ Dictator cū plebſ ſeceſſiſſet in Ianiculum: legem in eſculeto tulit. ut ea qđ iuſſiſſet: omneſ Quiriteſ tenerent Peregrine tūc uidebantur: qm̄ nō erant ſuburbane: pinuſ atq; abieſ. Omneſq; que picē gignūt: de q̄buſ nūc dicemuſ. Simul ut tota condiēdi uina origo cognoſcat̄. Que ferūt ī Aſia aut ī oriēte p̄dictiſ picē. In europa ſex genera cognataꝝ arboꝝ reſinā ferūt.

CAP. XIIII. De Pinu & Pinaſtro & natura eaꝝ.

X iiſ pinnſ. atq; pinaſter. Folium habent capillamenti mō pretenue. longumq; & mucrone aculeatum. Pinuſ fert minimum reſine. interdum ex nucibuſ ipſiſ de quibuſ dictum. Vixq; ut aſcribatur generi. Pinaſter nihil aliud eſt quam pinuſ ſilueſtriſ: mira altitudine. & a medio ramoſa ſicut pinuſ in uertice. Copioſiorē dat hec reſinam quo dicemuſ modo. Gignitur & in planiſ. Eaſdem arboreſ alio nomine eſſe per orā Italie quaſ Stibulaſ uocant: ut pleriq; arbitrant̄: ſed graciles. ſuccīctioreſq;. & Enodeſ liburnicarum ad uſuſ. pene ſine reſina.

CAP. XV. De Picea arbore & natura eiuſ.

Icea monteſ amat atq; frigora: feraliſ arbor. & funebri indicio ad foreſ poſita. ac rogiſ uirenſ. Iam tamē & in domo recepta. tonſili facilitate. hec plurimā reſinā fūdit: interueniente candida gemma tā ſimili thuri: ut mixta uiſu diſcerni nō queat. & inde frauſ ſepiſſime Aſie. Omnibuſ iiſ generibuſ folia breui ſeta: & craſſiore. duraq; ceu Cupreſſiſ. Picee rami pene ſtatim ab radice modici uelut brachia lateribuſ īherēt.

CAP. XVI. De Abiete.

Imiliter abieti expetite nauigiiſ. Situſ ī excelſo montiū ceu maria fugerit. nec forma alia Materieſ uero precipua trabibuſ& plurimiſ uite operibuſ. Reſina ei uitiū. Vnde fructuſ unuſ picee. exiguūq; ſudat. aliquando cōtactu ſoliſ. E diuerſo materieſ que abiete pulcherrīa: picee ad fiſſileſ ſcādulaſ. cupaſq;. & alia pauca ſecamīta.

CAP. XVII. De Larice.

Vito generi ſituſ idē. eadē facieſ. Larix uocat̄. materia preſtantior longe. incorrupta uiſ humori contumax. rubenſ preterea: & odore acrior. Pluſculum huic erūpit liquoriſ. melleo colore. atq; lentiore. nunquam dureſcentiſ.

CAP. XVIII. De Teda & natura picearū.

Extū genuſ eſt Teda proprie dicta. abundantior ſucco q̄ reliq̄. p̄cior liq̄diorq; q̄ picea. flammiſ ac lumini ſacrorum etiam grata. Hanc mareſ duntaxat ferūt:

& eam quam Greci Stacten uocant odoriſ grauiſſimi. Laricis morbuſ ē ut teda fiat.
Omnia autem hec genera accenſa fuligine immodica carbonem repente expuunt : cũ
eruptioniſ crepitu. eiaculanturq; longe. excepta larice: que nec ardet. nec carbonē fa/
cit. nec alio modo igniſ ui conſumitur: ꝗ lapides. Omnia uero ea perpetuo uirēt. nec
facile diſcernũtur in frõde etiam aperitis. tanta nataliũ mixtura eſt: Sed picea minuſ
alta quam Larix. Illa craſſior leuiorq; cortice. folio uilloſior. pinguior. & denſior.
molliorq; flexu. At picee rariora ſiccioraq; folia & tēuiora ac magiſ algētia. Totaq;
horridior ē. & ꝑfuſa reſina. Lignũ uero abieti ſimiliuſ. Larix uſtiſ radicibuſ non re/
pullulat: ut in Leſbo accidit incenſo nemore pirrheo.

CAP. XVIIII. De differerentia picearũ in ſexu.

Lia etiā nũ generibuſ ipſiſ in ſexu differentia. Maſ breuior: & durior. femīa
ꝓcerior. pinguioribnſ foliis. & ſimplicibuſ. atq; nõ rigētibuſ. Lignum maribuſ
durũ. & in fabrili opere contortũ. Femine molliuſ. publico diſcrimine in ſecuribuſ.
Ee in quocũq; genere deꝑhendũt Marē quippe reſpuunt. & fragoſiuſ ſidũt. egriuſ
reuellũt. ipſaq; materieſ retorrida. & nigrior maribuſ radix. Circa Idā ī Troade Et
alia differētia ē montane maritimeq;. Nāq; in macedõia & Arcadia circa Elin ꝑmu/
tāt nomina. Nec conſtat autoribuſ quod cuiq; generi attribuant. noſ iſta Romano
diſcernimuſ iudicio.

CAP. XX. De abietiſ & picee differentia.

Bieſ e cunctiſ ampliſſima eſt. Et femina etiā ꝓlixior. Materia mollior. utiliorq;.
arbore rotundior. folio pinnato denſa ut hymbreſ non tranſmittat. at hylarior
intuitu. E ramiſ generum horũ panniculaꝝ modo nucamēta ſquāmatim compacta
dependēt. preterꝗ larici. He quoq; abieteſ maſcule p̄ma in parte nucleoſ habent. nõ
itē femine. Picee uero totiſ panniculiſ minoribuſ gracilioribuſq; minimoſ ac nigroſ.
propter quod Greci Phthirrophoron eā appellant. In eadem nucamenta cõpreſſiora
maribuſ ſunt: ac minuſ reſina roſcida.

CAP. XXI. De Taxo & natura ac uirtute eiuſ.

Imiliſ iiſ etiā nũc aſpectu eſt: ne quid pretereat Taxuſ. minuſ uirenſ. gracilisq;
& triſtiſ ac dira. nullo ſucco: ex om̄ibuſ ſola bacifera. maſ noxio fructu. Le/
tale qppe baciſ in Hiſpania p̃cipue uenenũ ineſt. Vaſa etiā uiatoria ex ea uiniſ in
Gallia facta: mortifera fuiſſe cõpertũ eſt. Hanc Seſtiuſ Similacem a Greciſ uocari
dixit. & eē in Arcadia tā p̃ſentiſ ueneni: ut ſiq dormiant ſub ea cibũue capiāt: mori/
ant. Sũt q & taxica hic appellata dicāt uenena: que nũc toxica dicimuſ: qbuſ ſagitte
tingantur. Repertum innoxiā fieri: ſi in ipſam arborem clauuſ ereuſ addicatur.

CAP. XXII. Quibuſ modiſ fiāt genera piciſ: & quõ fiat Cedruſ: &
de Spiſſa pice: & quomõ fiat: & quomodo coquatur Reſina.

Ix liqda in Europa e teda coquitur: naualibuſ muniēdiſ: multoſq; alioſ ad uſuſ.
Lignũ eiuſ cõciſũ furniſ undiq; igni extra circũdato ferro ut primuſ ſudor aque
mõ fluat in canali. Hoc in Syria cedrũ uocat. cui tanta uiſ eſt: ut in Egypto corpa
hominũ defũctorum eo perfuſa ſeruent. Sequēſ liquor craſſior iam: picē fũdt. Hec
rurſuſ in cortinaſ ereaſ coniecta : aceto ſpiſſat. & coagulata bruttie cognomē accipit.
doliſ dũtaxat : uaſiſq; ceteriſ utiliſ: lētore ab alia pice differēſ. Itē colore rutilante: &
ꝙ pinguior eſt. E teda omnia illa fiũt. E picea reſina feruentibuſ coacta lapidibuſ
in alueiſ ualidi roboriſ: aut ſi aluei nõ ſint ſtruiſ congerie: uelut in carboniſ uſu. Hec
in uinũ additur: farine modo tuſa. nigrior colore. Eadē reſina ſi cũ aq̄ leuiuſ decoq̄t
colletq;: ruffo colore lenteſcit: ac ſtillaticia uocatur. Seponũtur autem in id fere uitia

reſine corticiſq;.alia temperieſ ad crapulā. nanq; floſ cruduſ reſine cum multa baſtula tenui breuiq; auulſuſ conciditur ad cribrū minuta. deinde feruenti aqua donec coq̄t̄: perfūditur. Huiuſ expreſſū pingue p̄cipua reſina fit: atq; rara: nec niſi paucis ī locis Subalpīe Italie cōueniēſ mediciſ. Reſīe albe congiū in duobuſ aque pluuie coquūt. Alii utiliuſ putant ſine aqua coquere lento igne tota die. utriq; uaſe eriſ albi. Item Terebinthinā ī ſartagine referuenti. hanc ceteriſ preferenteſ. Proxīa ex Lētiſco.

CAP. XXIII. De Zopiſſa pice & que ſit pix optima.

On omittendum apud eoſdem Zopiſſam uocari deraſam nauibuſ maritimiſ picē cum cera: nihil non experiēte uita: multoq; efficatiorem ad omnia quibuſ piceſ reſineq; proſunt uidelicet adiecto ſaliſ callo. Aperit̄ picea e parte ſolari non plaga: ſed uulnere ablati corticiſ: cum plurimū bipedali hiatu: ut a terra cubito cū minimum abſit. Nec corpori ipſi parcitur: ut in ceteriſ: quoniam haſtula in fructu eſt. Verū hec terre paoxima laudatur. Altior amaritudinem affert. Poſtea humor omniſ e tota confluit in ulcuſ. Item in Teda. Cum id manare deſiit. Simili modo ex alia parte aperitur. Ac deinde alia. Poſtea tota arbor ſucciditur. Et medulla eiuſ uritur. Sic & in Syria Terebintho detrahunt corticeſ: ibi quidē & e ramiſ ac radicibuſ cum reſīa damnetur ex iiſ partibuſ. In Macedonia Laricem maſculam urunt. Femine radiceſ tantū. Theopompuſ ſcripſit in Apolloniatarum agro picem foſſilem non deteriorem Macedonica inueniri. Pix optīa ubiq; ex apriciſ: Aquiloniſ ſitu. Ex opaciſ horridior utruſq; preferenſ. Frigida hyeme. deterior. ac minuſ copioſa & decolor. Quidā arbitrantur in montoſiſ copia p̄ſtantiorem fieri ac coloratiorem: & dulciorem quoq; & graciorem dum reſina ſit. Decoctam autem minuſ piciſ reddere: quoniom in inferum abeat. tenuioreſq; eſſe ipſaſ arboreſ q̄ in planiſ. Sed haſ & illaſ ſerenitate ſterilioreſ. Fructum quedam ꝓximo anno ab inciſu largiūtur. Alie ſecundo. Quedam tertio. Expletur autem plaga reſina non cortice nec cicatrice: que in hac arbore non coit. Inter hec genera proprium quidam fecere ſatiuum: quoniam ex cognatione earum ſeritur: q̄liſ dicta eſt nucleiſ. Eiuſq; arboriſ imaſ parteſ tedaſ uocant. cū ſit illa arbor nil aliud quam picea feritatiſ paulum mitigate ſatu. Satiui autem materieſ ceſarum e genere fit: ſicuti docebimuſ.

CAP. XXIIII. De Fraxino & quot eiuſ genera: queue eiuſ uiſ.

Aterie enim causa reliquaſ arboreſ natura genuit. Copioſiſſimamq; fraxinum procera hec ac tereſ. pīnata & ipſa folio. Multūq; Homeri preconio & Achilliſ haſta nobilitata. Materieſ eſt ad plurima utiliſ. Ea quidēque fit in Ida Troadiſ ſtīm cedro ſimiliſ: ut ementeſ fallat cortice ablato. Greci duo genera eiuſ fecere. Longam enodem. alterem breuē duriorē fuſcioremq;: laureiſ foliiſ. Bumeliam uocant in Macedonia ampliſſimam: lentiſſimamq;. Alii ſitu diuiſere. Campeſtrem enim eſſe criſpam. Montanam ſpiſſam. Folia earū iumentiſ mortifera: ceteriſ ruminantiū īnocua Greci ꝓdidere. In Italia nec iumentiſ nocet. Contra ſerpēteſ uero ſucco expreſſo ad potum: & impoſita ulceribuſ opifera. ac nihil eque reperit̄. Tantaq; eſt uiſ: ut ne matutinaſ quidem occidenteſue umbraſ q̄uiſ ſint longiſſime: ſerpenſ arboriſ eiuſ attingat. adeo ipſam ꝓcul fugat. Experta ꝓdimuſ: ſi fronde ea gyro claudatur igniſ & ſerpenſ in igneſ potiuſ q̄ in fraxinum fugere ſerpētem. Mira nature benignitaſ: priuſ quam he prodeant florere fraxinum: nec añ conditaſ folia dimittere.

Contra serpẽtes

CA. XXV. De Tilia: Semine ac fructu eiuſ.

N Tilia maſ & femina differunt omni modo. nanq; & materieſ mariſ dura ruffiorq; ac nodoſa: & odoratior. Cortex quoq; craſſior. ac detractuſ īflexibiliſ.

Nec ſemen fert aut florem ut femina. que craſſior arbore. materia cãdida. p̄cellenſq; eſt. Mirū in hac arbore fructum a nullo animalium attingi. foliorum corticiſq; ſuccū dulcem eſſe. Inter corticem & lignum tenueſ tunicaſ multiplici membrana: e quibuſ uincula tilie euocãtur. Tenuiſſime earum phillyre coronarum leniſciſ celebreſ: antiquorum honore. Materieſ teredinem non ſentit. ꝓceritate perquã modica uerū utiliſ.

CAP. XXVI. De Acere arbore: & generibuſ eiuſ.

Cer eiuſdem fere amplitudiniſ. operū elegantia ac ſubtilitate cedro ſecundū. Plura eiuſ genera. Album quod precipui candoriſ uocatur Gallicū In Tranſpadana Italia: tranſq; alpeſ naſcenſ. Alterū genuſ criſpo macularū diſcurſu ꝗ cū excellentior fuit: a ſimilitudine caude pauonum nomen accepit. In Iſtria Retiaq; precipuum. E uiliori genere Craſſiueniū uocatur. Greci ſitu diſcernunt. Campeſtre enim cãdidum eſſe: nec criſpum. quod Glinon uocant. Montanum uero criſpiuſ duriuſq;. etiã nūc e maſcula criſpiuſ ad lautiora opera. Tertium genuſ Zygiam rubentem fiſſili ligno cortice liuido & ſcabro. Hoc alii ꝓprii generiſ eē malūt. & latine carpinū appellãt.

CAP. XXVII. De Bruſco & Molluſco arboribuſ: & natura eaꝝ.

Vlcherrimū uero eſt bruſcum. multoq; excellentiuſ etiamnum molluſcū. Tuber utrunq; arboriſ eiuſ. ſed Bruſcū intortiuſ criſpū. Molluſcum ſimpliciuſ ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet: haud dubie prefereretur Cedro. Nunc intra pugillareſ lectorūq; ſilicioſ aut laminaſ. raro uſu ſpectatur. E bruſco fiunt & mēſe nigreſcenteſ. Reperitur & in Alno Tuber: tanto deteriuſ quanto ab Acere Alnuſ ipſa diſtat. Aceriſ mareſ priuſ florent. Etiam num in ſicciſ nate preferuntur aq̄ticiſ: ſicut & fraxini.

CAP. XXVIII. De Staphylodendro arbore.

St & tranſalpeſ arbor ſimillima aceri albo in materia: que uocat̃ Staphyldoēdrō. Fert ſiliquaſ: & in iiſ nucleoſ ſapore nuciſ auellane.

CAP. XXVIIII. De Buxo. & tribuſ eiuſ generibuſ ac natura.

N primiſ uero materieſ honorata Buxo eſt raro criſpanti: nec niſi radice: cetero leniſ eſtq; materia ſolida: & quadam duricia ac pallore commendabiliſ. In ipſa uero arbore topiario opere. Tria eiuſ genera. Gallicū quod in metaſ emittitur. amplitudineq; ꝓcerior eſt. Oleaſtrum in omni uſu damnatū grauem fert odorē. Tertiū genuſ noſtratiſ uocãt. Silueſtre ut credo: mitigatū ſatu. diffuſiuſ. & dēſitate parietū uirenſ ſēper ac tōſile. Buxuſ Pyreneiſ ac Cythero montibuſ plurima. ac Berecynthio tractu. Craſſiſſima in Corſica florem non ferendo. Que cauſa amaritudiniſ melliſ. Semē illiuſ cūctiſ animãtibuſ inuiſū. Hec ĩ Olympo Macedōie gracilior: ſed breuiſ. Amat frigida. aprica. In igne quoq; duricia que ferro. nec flamma nec carbōe utiliſ.

CAP. XXX. De ulmo & generibuſ eiuſ ac ſemine.

Nter haſ atq; frugiferaſ materie uitiumq; amicitia accipitur ulmuſ. Greci duo eiuſ genera nouere. Montoſam: que ſit amplior. Campeſtrē que fruticoſa. Italia Attiniaſ uocat excelſiſſimaſ. & ex iiſ ſiccanaſ illiſ prefert: que non ſunt rigue. Alterū genuſ Gallicaſ. Tertium noſtrateſ. denſiore folio. & ab eodem pediculo numeroſiore At quartū ſilueſtre. Inter quaſ Attiniæ non ferunt. Samarã: ita uocatur ulmi ſemē. Omneſq; e radicum plantiſ proueniunt. Relique ſemine.

CAP. XXXI. De arborū natura quæ ſcilicet qualeſ appetant ſituſ.

Vnc celeberrimiſ arborum dictiſ: quedam in uniuerſum de cunnctiſ indicanda ſunt. Monteſ amant cedruſ Larix Teda: & cetere e quibuſ reſina gignitur. Item Aquifolia Buxuſ Ilex Iuniperuſ Terebĩthuſ Populuſ Ornuſ Cornuſ Carpinuſ. Eſt

Robur

Betulla

& in Apennino frutex qui uocatur Cotinuſ. ad liniamenta modo conchylii colore inſignis. Monteſ & ualleſ diligit Abieſ. Robur. Caſtanee. Tilia. Ilex. Cornuſ. Aquoſiſ montibuſ gaudent Acer. Fraxinuſ. Sorbuſ. Tilia Ceraſuſ. Non temere in montibuſ uiſe ſunt Prinuſ. Punice. Oleaſteri. Iuglanſ. Moruſ. Sambuci. Deſcẽdũt etiã in plana Cornuſ. Coriluſ. Quercuſ. Ornuſ. Acer. Fraxinuſ. Faguſ. Carpinuſ. Subeũt & in montoſa Vlmuſ. Maluſ. Piruſ. Lauruſ. Myrtuſ. Sanguinei fruticeſ Ilex: tingendiſq; ueſtibuſ naſcenteſ geniſte. Gaudet frigidiſ Sorbuſ: & magiſ etiam Betulla. Gallica hec arbor mirabili candore atq; tenuitate terribiliſ Magiſtratuum uirgiſ. Eadem circuliſ flexibiliſ. Itẽ Corbilũ ſportiſq;. Bitumẽ ex ea Gallie excoquũt. In eoſdem ſituſ comitatur & Spina nuptiarũ facibuſ auſpicatiſſima. q̄m inde fecerint paſtoreſ q rapuerunt Sabinaſ: ut autor eſt Maſſuriuſ. Nunc facibuſ Carpinuſ & Coriluſ familiariſſime. Aq̃ſ odere Cupreſſi. Iuglandeſ. Caſtanee Laburnum. Alpina & hec arbor: nec uulgo nota. Dura ac cãdida materie. cuiuſ florẽ cubitalẽ lõgitudĩe apeſ nõ attingunt. Odit & que appellatur Iouiſ barba in opere topiario: tonſiliſ. & ĩ rotunditatem ſpiſſa argenteo folio. Nõ niſi in aquoſiſ ꝓueniunt Saliceſ Alni. Populi. Siler. Liguſtra teſſeriſ utiliſſĩa. Itẽ Vaccinia Italie ĩ aucupiiſ ſata. Gallie uero etiã purpurea tingẽdi cauſa ad ſeruorũ ueſteſ. Quecũq; cõmunia ſunt montibuſ planiſq; maiora fiunt: aſpectuq; pulchriora. Que in cãpeſtribuſ: Meliora materie. Criſpiora que in montibuſ exceptiſ maliſ piriſq;.

CAP. XXXII. De foliiſ arborum & quæ urbane: queue ſilueſtreſ.

Reterea arborũ aliiſ decidunt folia. Alie ſempiterna coma uirent. Quã differentiam neceſſe eſt añcedat prior. Sũt enim arborũ quedam omnino ſilueſtreſ: quedam urbanioreſ. quaſ hiſ placet nominibuſ diſtinguere. Ergo miteſ. que fructu aut aliqua dote umbrarumue officio humaniuſ iuuant: nõ ĩprobe dicant̃ urbane.

CAP. XXXIII. Quibuſ folia non decidant: & de Rhododendro.

Arum generi nõ decidũt Olee: Lauro. Palme. Myrto. Cupreſſo. Piniſ. hedere. Rhododẽdro. Et q̃uiſ Herba dicatur Sabine Rhododendron ut noĩe apparet: a greciſ uenit. Alii Nerium uocarunt. Alii Rhodophanen. ſẽpiternum fronde roſe ſimilitudine. Caulibuſ fruticoſum. Iumentiſ capriſq; & ouibuſ uenenum eſt. Idem homini contra ſerpentium uenena remedio.

CAP. XXXIIII. Quibuſ folia Silueſtribuſ non decidant:
& quibuſ non omnia folia: & quibuſ nonnulliſ lociſ.

Ilueſtriũ generiſ folia non decidunt Abieti. Larici. Pinaſtro: Iunipero. Cedro Terebintho. Buxo. Ilici. Aquifolio. Suberi. Taxo. Tamarici: Inter utraq; genera ſunt Adrachne in Grecia: & ubiq; Vnedo. Reliqua enim folia decidunt iiſ ꝑterquã in cacuminibuſ. Nõ decidũt. autẽ & in fruticum genere quibuſdã Rubo & Calamo. In Thurino agro ubi urbſ Sydariſ fuit: ex ipſa urbe ꝓſpiciebat̃ quercuſ una nunq̃ folia dimittenſ. nec ante mediam eſtatem geminanſ. Idq; mirum eſt greciſ autoribuſ proditũ. Apud noſ poſtea ſileri. nam locorũ tanta uiſ eſt: ut circa Mẽphi Egypti: & in Elẽphantine Thebaidiſ nulli arbori decidãt: ne uitibuſ quidem.

CA. XXXV. De natura foliorũ cadentiũ: & q̄buſ folioꝝ uarii coloreſ.

Etere omneſ extra predictaſ: etenim numerare longũ eſt. folia deperdũt. Obſeruatumq; non areſcere: niſi tenuia & lata & mollia. Que uero nõ decidãt: callo craſſa & anguſta eſſe. Falſa definitio eſt: non decidere iiſ quarũ ſuccuſ pinguior ſit. Quiſ enim poteſt ĩ Ilice intelligere? Decidere Timeuſ Mathematicuſ ſole ſcorpionẽ tranſeunte ſyderiſ ui ut quodã ueneno aeriſ putat. Cur ergo non eadẽ cauſa aduerſũ omneſ polleat: iure miremur. Cadũt plurimiſ Autũno. Quedã tardiuſ. amittunt atq; in hyemeſ prorogant moraſ. Nec intereſt maturiuſ germinaſſe : utpote cum quedam prime germinẽt: & inter nouiſſimaſ nudentur: ut amygdala. Fraxini. Sãbuci. Moruſ autem nouiſſime germinat. & cum primiſ folia dimittit. Magna & ĩ hoc uiſ ſoli. Priuſ decidunt in ſicciſ macriſq; : & uetuſte priuſ arbori. Multiſ etiã antequã matureſcat fructuſ. In ſerotina ficu. & hyberna piro. & malo granato. eſt pomũ tantũ aſpici in matre. Neq; iiſ aũt que ſemper retinent comaſ: eadẽ folia durãt. ſed ſubnaſcentibuſ aliiſ: tunc areſcunt uetera. qđ euenit circa ſolſticium. maxime foliorum unitaſ in ſuo cuiq; genere permanet: preterq̃ populo. hedere. crotoni: q̃ & Cinũ diximuſ uocari.

CA. XXXVI. De Populo arbore eiuſq; generibuſ: & quoꝝ foliorum figura mutetur.

Opuli tria genera. Alba. & Nigra: & que Libyca appellatur minima folio ac nigerrima. fungiſq; enaſcentibuſ laudatiſſima. Alba folio bicolor: ſupne cãdicãſ inferiore parte uiridi. Huic nigre que & Crotoni folia ĩ iuuẽta circinate rotũditatiſ ſunt. Vetuſtiora in anguloſ exeunt. E contrario hedere anguloſa rotundantur. Populorum foliiſ grandiſſima lanugo. euolat candide. tradita folio numeroſiore candida. & ut uilli. folia. granatiſ & amygdaliſ rubentia. Mirum in primiſ id quod ulmo Tilieq; & olee populo. albe & ſalici euenit. Circũagunt enim folia earũ poſt ſolſtitiũ Nec alio argumento certiuſ intelligitur ſiduſ confectum.

CAP. XXXVII. Que folia uerſentur omnibuſ anniſ: & foliorum e palmiſ cura & uſuſ. ac foliorum mirabilia.

St & publica omnium foliorum differentia. In ipſiſ nanq; parſ inferior a terra herbido uiret colore. Ab eadem leuiora. neruoſ callumq; & articuloſ in ſupiore habent parte. Inciſuraſ uero ſubter: ut manuſ humana. Olee ſuperne candidiora: & minuſ leuia. Item hedere. Sed omniũ folia cottidie ad ſolem oſcitant. ĩterioreſ parteſ tepifieri uolẽtia. Superior pſ omñiũ lanuginem quantalamcunq; habet. Que in aliiſ gentium lana eſt. In oriente funeſ ualidoſ e palme foliiſ fieri dictum eſt. eoſq; in humore utilioreſ eẽ. Et apđ noſ uere. palme a matre integre decerpũtur. Melioreſ enĩ ſunt que non diuiſe fuerint. Siccantur ſub tecto quaterniſ diebuſ: mox in ſole expãduntur. & noctibuſ relicte: donec candore inareſcant. poſtea in opera finduntur, Latiſſima folia ſunt fico uiti Platano. Anguſta Myrto. Punice. Olee Capillata pino. Cedro. aculeata Aquifolio. & Ilicũ generi. Nam Iunipero ſpina pro folio eſt. Carnoſa Cupreſſo. Tamarici. Craſſiſſima Alno. Longa arundini. Salici. Palme etiã duplicia. Circinata piro. Mucronata malo. Anguloſa hedere. Diuiſa platano. Inſecta pectinũ modo Picee. Abieti. Sinuoſa toto ãbitu robori. Spinoſa cute Rubo Mordatia ſunt quibuſdam: ut urticiſ. Pungentia pino picee. Abieti Larici. Cedro. Aquifoliiſ. Pediculo breui olee. & Ilici. Longo uitibuſ. Tremulo populiſ. Et hiſdem ſoliſ interſe crepitantia. Iam & in pomo ipſo Mali quodam in genere parua mediiſ emicant folia. Interĩ & gemina. Preterea aliiſ circa ramoſ. Aliiſ in cacumine ramoꝝ. Robori & in ipſo caudice. Iam dẽſa ac rara. ſemperq; lata rariora. Diſpoſita Myrto. Concaua Buxo. Inordinata pomiſ. Plura eodẽ pediculo exeuntia maliſ piriſq;. Ramuloſa Vlmo. & Cytiſo. Quibuſ adiicit Cato decidua a populo quernaq; anĩalibuſ iubenſ dari non perarida. Bubuſ quidẽ & ficulnea. Ilignaq;. & hederatia. Dantur & ex arũdĩe ac lauro. Decidũt Sorbo uniuerſa. Ceteri paulatĩ. Et de foliiſ hactenuſ.

CAP. XXXIII. De ordine nature in ſatiſ: & de flore arborum & conceptu: & de germinatione & partu: & quo ordine floreãt.

Rdo autem nature ãnuuſ ita ſe habet. Primuſ ẽ cõceptuſ flare incipiẽte uento Fauonio. Exĩde uere. vi. Iduſ Febru. Hoc enim maritantur uiueſcentia e terra. Cum etiã eque ĩ Hiſpania ut diximuſ. Hic eſt genitaliſ ſpirituſ mundi a fouẽdo dictuſ ut quidam exiſtimauere. Flat ab occcaſu eꝗnoctiali uer ĩchoanſ catillitionem ruſtici uocant geſtiente natura ſemina accipere: eaq; anima inferente omnibuſ ſatiſ. Concipiũt uariiſ diebuſ: & pro ſua queq; natura. Alia protinuſ ut animalia. Tardiuſ aliꝗ̃ diutiuſ grauida partuſ gerunt. quod germinatio ideo uocatur. Pariũt uero cũ florẽt. floſq; ille ruptiſ cõſtat utriculiſ. Sed educatio ĩ pomo ẽ. Hoc & germĩatio arborũ. Floſ eſt pleni ueriſ indicium. & anni renaſcentiſ. Floſ gaudiũ arboꝝ. Tũc ſe nouaſ aliaſq; ꝗ̃ ſunt: oſtẽdũt. Tũc uariiſ coloꝝ picturiſ in certamen uſq; luxuriant. Sed hoc negatum pleriſq;. Nam nec omneſ florent. ſed ſunt triſteſ quedam: queq; non ſentiant gaudia annorum. Nam neq; Ilex. Picea. Larix. Pinuſ. ullo flore exhylarantur. nataleſue pomorũ recurſuſ ãnuoſ uerſicolori nũtio promittunt. Nec fici atq; caprifici. Protinuſ. n. fructũ floreſ gignũt. In ficiſ mirabileſ ſũt & abortuſ: ꝗ nũꝗ̃ matureſcunt. Nec Iuniperi florent. Quidã earũ duo genera tradũt. Alteram florere: nec ferre. Que uero nõ floreãt: ferre ꝓtinuſ baciſ ſubnaſcẽtibuſ que biennio hereãt. Sed id falſum. om̃ibuſq; iiſ dura facieſ ſemper. Sic & hoĩm multiſ fortuna ſine flore ẽ. Omneſ aũt germinãt etiã que non florẽt. Magna & locorum differentia. Quippe cũ ex eodem genere que ſunt ĩ paluſtribuſ priora germinẽt. Mox cãpeſtria Nouiſſima in ſiluiſ. Per ſe autem tardiuſ piri ſilueſtreſ quã cetera. Primo Fauonio germinat. Cornuſ. Proxime Lauruſ. Pauloq; ante equinoctium Tilia Acer. Inter primaſ uero populuſ ulmuſ. ſalix. alnuſ. nuceſ. Feſtinat & Platanuſ. Cetere uere concepto. Aꝗfoliũ. Terebinthuſ. Paluiruſ. Caſtanea. Glandeſ. Serotino antẽ germĩe Maluſ. Tardiſſimo Suber. Quibuſdam geminatur. germinatio. nimia ſoli ubertate: aut inuitantiſ celi uoluptate: qđ magiſ in herbiſ ſegetũ euenit. In arboribuſ tñ nimia germinatio elaſſeſcit. Sũt alie naturaleſ ꝗdem ꝗbuſdam germinatiõeſ p̄terq; uerne. que ſuiſ cõſtãt ſyderibuſ: quarũ ratio aptiuſ reddetẽ ab hoc tertio uolumĩe. Hyberna Aꝗle exortu. Eſtiua caniſ ortu. Tertia Arcturi. Haſ duaſ quidẽ oĩbuſ arboribuſ cõmuneſ putãt. Sentiri aũt maxĩe ĩ fico. uite. puniciſ. cãm afferẽteſ: qm̃ ĩ Theſſalia Macedoniaq; plurima tũc ficuſ exeat. Maxĩe tñ in Egypto apparet hec ratio. Et relique ꝗdem arboreſ ut primum cepere cõtinuant germinationẽ. Robur. & Abieſ. & Larix. intermittunt triptito. ac terna germina edũt. Ideo & ĩter ſquãmaſ corticẽ ſpargunt. Quod omnibuſ arboribuſ in germinatiõe euenit: qm̃ pregnantiũ rumpitẽ cortex. Eſt autem prima earũ incipiente uere circiter. xv. diebuſ. Iterum germinãt tranſeunte geminoſ ſole. Sic fit ut dũ prima cacumina impelluntur: ſe cutiſ apereat. geniculato incremẽto. Tertia ẽ earundẽ ad ſolſtitium breuiſſima. nec diutiuſ ſeptẽiſ diebuſ. Clareq; & tũc cernitẽ excreſcentiũ cacuminũ articulatio. Vitiſ ſola biſ ꝑturit. Cũ primũ emittit uuã: iterum cũ digerit. Eoꝝ que nõ florẽt. ꝑtuſ tm̃ ẽ. & maturitaſ. Quedam ſtatĩ in germinatione florẽt. ꝓperantq; in eo: ſed matureſcũt arde: ut uiteſ. Serotĩo quedam germĩatu florẽt: maturãtq; celeriter. ut moruſ que nouiſſĩa Vrbanarũ germinat. nec niſi exacto frigore. ob id dicta ſapientiſſima arborum. Sed cũ ceperit: intantum uniuerſa germinatio erũpit: ut una nocte ꝑagat etiã cũ ſtrepitu. Ex iiſ que hyeme. Aꝗla exoriente ut diximuſ: cõcipiunt: floret pͥma oĩm amygdala. mẽſe Ianuario. Martio uero punica. Ab ea proxime florent Armeniaca. Dein Tubureſ. & Precoceſ. Ille peregrine. he coacte. Ordine autem nature ſilueſtrium pͥme Sambucuſ: cui medulla plurima. & cui nulla cornuſ maſcula. Vrbanarum maluſ: ꝑuoq;

poſt ut ſimul poſſit uideri: piruſ: & Ceraſuſ & prunuſ. Sequit̃ Lauruſ. illāq; Cupſſuſ. Deinde punica fici. At uiteſ & olee florẽtibuſ iam iiſ germinãt. Concipiunt uergiliarũ exortu. Hoc ſiduſ illarum eſt. Floret autem ſolſtitio uitiſ. & que paulo ſeriuſ ĩcipit olea. Defloreſcunt omnia ſeptenis diebuſ: non celeriuſ. Quedam tardiuſ. Sed nulla pluribuſ biſ ſeptenis. Omnia & intra. viii. Iulii Iduſ eteſiarum precurſu. Nec ſtatim fructuſ ſequitur in aliquibuſ.

CAP. XXXVIIII. De Cornu: & que quo tempore ferant: & que fructum non ferant: & que in foeliceſ exiſtimentur: & que facillĩe ꝑdant fructum & quibuſ fructuſ añ q̃ foliũ naſcatur.

Ornuſ enim circa ſolſtitia reddit primo candidum poſtea ſaguineum. Ex eo genere femĩa poſt autũnũ fert bacaſ acerbaſ & ĩguſtabileſ cũctiſ animantibuſ. Ligno quoq; fungoſo & inutili. Sumaſ e fortiſſimiſ que ſit tãta differentia ab eodem genere. Et Terebinthuſ meſſibuſ reddit ſemen. & Acer. & Fraxinuſ. Nuceſ & mala & pira preter q̃ hyberna. aut ꝓcocia. Autũno glãdifere. Seriuſ etiamnum uergiliarũ occaſu. Eſculuſ tm̃ autũno. Incipiente aũt hyeme quedã genera mali piriq; & ſuber. Abieſ floreſ croci colore circa ſoſtitiũ. Semen uero reddit poſt Vergiliarum occaſũ. Pinuſ aũt & Picea ꝑueniũt germinatiõe. xv. fere diebuſ. Semẽ uero poſt uergiliaſ & ipſe reddũt. Cedri & Iuniperuſ & Ilex annue fere habent̃: nouuſq; fructuſ ni iiſ cũ autũno pendet. In maxima tñ admiratiõe pinuſ ẽ. habet fructum matureſcẽtem habet proxĩo ãno ad maturitatẽ uẽturũ. ac deinde tertio. nec ulla arbor auidiuſ ſe ꝓmittit. Quo menſe ex ea nux decerpit̃: eodẽ matureſcit alia. & ſic diſpẽſat̃ ut nullo nõ mẽſe matureſcant. Que ſe in arbore ipſa diuiſere: uocant̃ zamie. ledũtq; ceteraſ: niſi detrahant̃. Fructũ arborũ ſole nullũ ferunt hoc eſt ne ſemen q̄dem Tamarix. ſcopiſ tm̃ naſcenſ. Populuſ. Alnuſ. Vlmuſ. Attinia. Alaternuſ: cui folia inter Ilicem & oliuam. Infeliceſ aũt exiſtimãt̃. dãnateq; religione que neq; ſerũt̃ unq̃: neq; fructũ ferũt. Cremutiuſ autor eſt: nũq̃ uirere arborẽ: ex q̃ Phylliſ ſe ſuſpenderit. Que gũmi gignũt: poſt germinationẽ apiuntur. Gũmi uero non niſi fructu detracto ſpiſſatur. Nouelle arboreſ carent fructu: quamdiu creſcunt. Perdunt autem facillime ante maturitatem palma. ficuſ. amygdala. maluſ. piruſ. Item punica: que etiam roribuſ nimiſ & pruiniſ florem amittit. Quadecauſa inflectũt ramoſ eiuſ: ne ſubrecti hũorẽ infeſtum excipiant: atque contineant. Piruſ & amygdala etiam ſi non pluat: ſed fiat auſtrinum celum atque nubilũ: amittunt florem & ꝑmoſ fructuſ ſi cũ defloruere taleſ dieſ fuerĩt. Ociſſĩe aũt Salix amittit ſemẽ añq̃ om̃ino maturitatẽ ſentiat. ob id dicta ab Homero frugiꝑda. Sequutaq; etaſ ſcelere ſuo interp̃tata ẽ hãc ſententiã: qñ ſemẽ ſaliciſ mulieri ſterilitatiſ medicamẽtũ eẽ cõſtat. Sed hoc quoq; ꝓuidẽſ natura facile naſcẽti & depacto ſurculo incurioſiuſ ſemen dedit. Vna tm̃ ꝓdit̃ ad maturitatẽ ꝑferre ſolita in Creta inſula ipſo deſcẽſu Iouiſ ſpelũce toruũ ligneumq; magnitudine Ciceriſ. Fiunt uero quedã loci uitio infructuoſa: ſicut in Pharo Silua cedua que nil fert. Perſice arboreſ in Rhodo florent tantum. Fit hec differentia & ex ſexu. In iiſ eſſe mareſ que nõ ferunt. Aliq hoc ꝑmutãteſ mareſ eſſe: que ferant: tradũt. Facit & denſitaſ ſterilitatem. Gignẽtiũ aũt quedã ex lateribuſ ramorũ & cacumĩbuſ ferũt: ut piruſ. punica. ficuſ. myrtuſ. Cetero eadem natura que frugibuſ. nanq; & in eiſ ſpica ĩ cacumẽ naſcit̃. Legumĩa ĩ lateribuſ. Palma ſola ut dictum ẽ: ĩ ſpatuliſ habet fructũ racemiſ propendentem. Reliquiſ ſub folio pomũ: ut ꝓtegat̃: excepta fico, cui folium

Nouelle arbores q̃ diu creſcunt Carent fructu.

maximū ūbroſiſſimūq;: & id ſupra id pomū. ei demū ſeriuſ foliū naſcitur q̄ pomum. Inſigne prodit̄ ī quodā genere Cilicie Cyprie Helladiſ: ficoſ ſub folio: groſſoſ uero ſupra foliū naſci. Ficuſ & p̄coceſ habet: q̄ſ athenis Prodromoſ uocant. In Laconico genere maxime ſunt.

CAP. XL. De Biferiſ. & triferiſ arboribuſ: & que celerrīe ſeneſcant: & quæ tardiuſ: & de etatibuſ earū.

Vnt & bifere in eiſdem. In Cea inſula Caprifici trifere ſunt. Primo fetu ſequēſ euocatur. ſequenti tertiuſ. Hoc fici caprificantur. Et caprifici autē ab aduerſiſ foliiſ naſcunt̄. Bifere & ī maliſ ac piriſ quedā ſicut & p̄coceſ. Maluſ ſilueſtriſ bifera. Sequenſ eiuſ fructuſ poſt arcturū. In apriciſ maxīe. Viteſ quidem & trifere ſunt q̄ſ ob id inſanaſ uocant: q̄m in iiſ alia matureſcūt alia turgeſcūt. alia florēt. M. Varro autor ē: uitem fuiſſe Zmyrne apud matreā triferā. & malū ī agro Cōſētino Hoc aūt euēit ꝑpetuo ī Frauēneſi Africe agro de quo plura aliaſ. ea ē ſoli fertilitaſ. trifera ē & cup̄ſſuſ. Nāq; bace eiuſ colligūt mēſe Ianuario. & Maio. & Sētēbri. ternaſq; earū gerūt magnitudīeſ. Eſt uero & in ip̄iſ arboribuſ: etiā bonuſtiſ peculiariſ differentia. Sūma ſui p̄te fertilior eſt arbutuſ. Quercuſ inferiore. Iuglandeſ fici mariſce. Omneſ quo magiſ ſeneſcūt: eo maturiuſ ferunt. & ī ap̄ciſ lociſ nec pigui terra. Silueſtriora oīa tardiora. Quedā ex iiſ omīno nō matureſcūt. Itē que ſubarāt̄: aut que ablaqueātur: Celeriora neglectiſ. hec & fertiliora. Eſt etiānū etatiſ differētia. Amygdala. n. & piruſ in ſenecta fertiliſſime. ut glādifere. & quoddam genuſ ficorum Cetere magiſ ī iuuēta tardiuſq; maturāteſ. qđ notat̄ ī uitibuſ maxīe. uetuſtioribuſ n. uinū meliuſ. nonelliuſ copioſiuſ. Celerrime uero ſeneſcit. & ī ſenecta deteriorem fructū gignit maluſ. nāq; & minora poma ꝓueniūt, & uermiculiſ obnoxia. Quin & in ip̄a arbore naſcunt̄. Ficuſ ſola ex oīm arboꝝ fetu maturitatiſ cā medicat̄. Iā qdē ex portētiſ. q̄m maiora ſunt p̄cocia ꝑpoſteriſ. Omnia aūt celeriuſ ſeneſcūt p̄fecūda. Quin & ꝓtinuſ moriūt̄ aliq̄ celo fecūditatē omnē eblādito. qđ maxīe uitibuſ euēit. Cōtra Moruſ tardiſſime ſeneſcit. fructibuſ minime laboranſ. tarde & ea quoꝝ criſpa materieſ: ut Acer. Palma Populuſ.

Amigdala
Pirus } in senecta fertiles

Malus

CAP. XLI. De Silueſtriū etate: & q̄rundā genitura.

T ſubarata ociuſ ſeneſcunt. Silueſtria autem tardiſſime. Atq; in totum omniſ cura fertilitatem adiicit. Fertilitaſ ſenectam. Ideoque & preflorent elia & pregerminant. atq; in totum precocia fiūt: quoniam omniſ infirmitaſ celo magiſ accidit. Multe uero plura gignūt: ut diximuſ in glādiferiſ. Inter que lauruſ uuaſ ſuaſ. maximeq; ſteriliſ que non gignit aliud. otq; id a qbuſdā maſ exiſtimat̄. Ferūt & auellāe uilloſ compactili callo ad nihil utileſ.

CA. XLII. De Buxu: & arborū diuerſitate.

Lurima uero Buxuſ. nam & ſemen ſuum. & granum quod Cartegon uocant. & a ſeptentrione uiſcum. a meridie hyphear: de quiſ plura mox paulo. Interdūq; pariter reſ quaternaſ habent. Arborū quedā ſimpliceſ: quibuſ a radice caudex unuſ & rami frequenteſ: ut oliue. fico. uiti. Quedā fruticoſi generiſ: ut Paliuruſ. Myrtuſ. Item nux auellana. Quinīmo melior ē & copioſior fructu ī plureſ diſp̄ſa ramoſ. In qbuſdā omīno nulluſ: ut in ſuo genere Buxo. Loto tranſmarine. Quedā bifurce: atq; etiam ī gnaſ p̄teſ diffuſe. Quedam diuidue. nec ramoſe. ut ſambuci. Quedam īdiuidue ramoſe ut picee. Quibuſdam ramoꝝ ordo ſicut picee. abieti. Aliuſ īcōdituſ ut robori malo. piro. Et abieti qdē ſubrecta diuiſura: ramiq; ī celū tēdenteſ: nō in latera ꝓni. Mirū cacumībuſ eoꝝ deciſiſ morit̄. totiſ uero detrūcatiſ durat. & ſi īfra q̄ rami fuere precidatꝰ:qđ ſupeſt uiuit. Si uero cacumen tm̄ auferatur:tota moritꝰ. Alia ab radice brachiata ut Vlmuſ. Alia in cacumīe ramoſa ut pinuſ Lotoſ: ſiue Fabagreca: quā Rome a ſuauitate fructuſ ſilueſtriſ quidē:ſed ceraſorū pene natura Lotō appellāt. Precipueq; dōibuſ expetitꝰ:ramoꝝ petulātia:breui caudice latiſſima expatiātiū ūbra & ī uicinaſ domoſ ſepe trāſilientium. Nulli opacitaſ breuior:nec aufert ſolem hyeme decidētibuſ foliiſ. Nulli cortex iucundior aut oculoſ excipienſ blandiuſ. Nulli rami lōgioreſ ualidioreſq; aut plureſ. ut dixiſſe totidē arboreſ liceat. Cortice pelleſ tingūt. Radice lanaſ. Maliſ ꝓprium genuſ. feraꝝ. n. roſtra reddūt:adherētibuſ uni maximo minoribuſ. Ramoꝝ aliꝗ ceci qui nō germināt. qđ natura fit ſi nō eualuere. aut pēa cum amputatoſ cicatrix hebetauit. Que diuiduiſ in ramo natura eſt: hec uiti in oculo arundini in geniculo. Omniū terre ꝓxima craſſiora. In longitudinē excreſcūt Abieſ. Larix. Palma. Cup̄ſſuſ. Vlmuſ. & ſiq̄ uniſtirpia. Ramoſarum Ceraſuſ etiam in. xl. cubitoꝝ trabeſ eq̄li ꝑ totum duū cubitorū craſſitudīe repitur.

CAP. XLIII. De ramiſ: & cortice arborū.

Vedam ſtatim in ramoſ ſpargumtur. ut mali. Cortex aliiſ tenuiſ: ut Lauro. Tilie. Aliiſ craſſuſ:ut Robori. Aliiſ leniſ ut malo fico. Idē ſcaber robori. palme. Omnibuſ in ſenecta rugoſior. Quibuſdam rumpitꝰ ſponte: ut Viti. Quibuſdam etiā cadit:ut Malo. Vnedoni. Carnoſuſ. Suberi Pupulo. Membranaceuſ. ut uiti Harundini. Libriſ ſimiliſ Ceraſo. Multiplex tuniciſ:ut uitibuſ. Tilie. Abieti. Quibuſdā ſimplex ut Fico. Harundini.

CAP. XLIIII. De radicum arborum differentia uaria.

Agna & radicum differentia. Copioſe fico. Robori. Platano. Breueſ & āguſte Malo. Singulareſ Abieti. Larici. Singuliſ. n. innitūtur: ꝗ̄ꝗ̄ minimiſ in latera diſperſiſ. Craſſioreſ Lauro: & inequaleſ. Item olee: cui & ramoſe. At robori carnoſe. Robora ſuaſ ī ꝓfūdū agūt. Si Virgilio qdē credimuſ: Eſculuſ q̄ntū corꝑe emītet: tm̄ radice deſcēdit. Olee maliſq; & Cup̄ſſuſ ꝑ ſūma ceſpitū. Aliiſ recto meatu: ut lauro olee. Aliiſ flexuoſo: ut fico. Minutiſ hec capillamentiſ hirſuta: ut Abieſ. multeq; ſiluestriū. E qbuſ mōtani ꝓtenuia fila decerpēteſ ſpectabileſ lagēaſ & alia uaſa nectūt. Quidā nō altiuſ deſcēdere radiceſ q̄ ſoliſ calor tepefaciat. idq; natura loci tenuioreſ ſiue grauiſſiaſ dixere. qđ falſū arbitror. Apđ autoreſ certe īuenitꝰ abietiſ plātā cum trāſferretꝰ: octo cubitorū ī altitudīe: nec totā refoſſam: ſed abruptā. Maxīa ſpacio atq; plenitudīe & cedri ē. ab ea Platani. Roboriſ. & glādiferaꝝ. Quarundā radix uiuacior ſupficie: ut Lauri. itaq; cū trūco inaruit reciſa etiam letiuſ frutificat. Quidā breuitate radicū celeriuſ ſeneſcere arboreſ putant. Quod coarguunt fici: q̄ꝝ radiceſ lōgiſſime: & ſenectuſ ociſſima. Falſum arbitror & qđ aliꝗ ꝓdidere: radiceſ arborum uetuſtate minui: uiſa etenim eſt annoſa quercuſ euerſa: ui tempeſtatiſ: & iugerū ſoli āplexa. Proſtrataſ reſtitui plerūq;: & quadam terre cicatrice reuiuiſcere: uulgare ē Et familiariſſimū hoc Plataniſ: que plurimū uētoꝝ concipiūt ꝓpter dēſitatē ramoꝝ Quibuſ amputatiſ leuate onere ī ſua ſcrobe reponūtꝰ. factūq; iam ē hoc & ī Iuglandibuſ oleiſq;. ac multiſ aliiſ.

CAP. XLV. De prodigioſiſ qbuſdam arboribuſ: que reſurrexerūt.

St in exempliſ & ſine tempeſtate ullaue cauſa alia quā prodigii cecidiſſe multaſ. ac ſua ſponte reſurrexiſſe. Factū hoc populi Ro. quiritibuſ oſtentū Cimbriciſ belliſ Nucerie in luco Iunoniſ Vlmo poſtq̄ etiam cacumē amputatū erat: qm̄ ī aram ipſam ꝓcūbebat: reſtituta ſpōte: ita ut ꝓtinuſ floreret. A quo deinde temꝑe maieſtaſ Po. Ro. reſurrexit. que an̄ uaſtata cladibuſ fuerat. Memoratꝰ hoc idē factū & in

Philippiſ Salice ꝑcidua atq; detruncata. Et Stagiriſ in Muſeo Populo alba. omnia fauſti ominiſ. Sed maxime mirū Antādri Platanuſ etiā circūdolatiſ lateribuſ reſtibiliſ ſpōte facta. uiteq; reddita. Longitudīe. xv. cubitoꝝ. craſſitudīe quattuor ulnarū

CAP. XLVI. Quot modiſ arboreſ naſcātur: & ꝙ nō oīa ubiq; naſcātur.

Rboreſ q̄ſ nature debeamuſ tribuſ modiſ naſcuntur. Sponte. aut ſemīe: aut ab radice. Cura numeroſior exiſtit: de q̄ ſuo dicemuſ uolumīe. Nūc. n. totuſ ſermo de natura ē: multiſ modiſ miriſq; mēorabili. Nāq; nō oīa ī oībuſ lociſ naſci docuimuſ. nec trāſlata uiuere. hocq; aliaſ faſtidio. aliaſ cōtumacia. ſepiuſ ībecillitate eorum que trāſferūt: euenit. Aliaſ celo īuiddēte. aliaſ ſolo repugnāte. Faſtidio Balſamum alibi naſci natura q̄ in Syria noluit fere. Necnon & palmam naſci ubiq;: aut natam parere. uel cū ꝑmiſit etiā oſtēditq; ea educare que tāq̄ in uita peperit. Non habet uireſ frutex Cinnami in Syrie uicina ꝑueniendi. Non ferūt Amomi Nardiq; delicie ne in Arabia q̄dem ex India naue peregrinari. Temptauit. n. Seleucuſ Rex. Illud maxīe mirū ipaſ arboreſ plerūq; exorari ut uiuāt atq; trāmigerent. Aliq̄do & a ſolo impetrari ut alienaſ alat: aduenaſq; nutriat. celū nullo mō q̄t flecti. Viuit in Italia piperiſ arbor. Caſie uero etā in ſeptentrionali plaga. Vixit & ī Lydia Thuriſ. Sed unde ſorbēteſ ſuccū omnē ex iiſ ſoleſ coquēteſq; lacbrymā? Illud ꝓxime miꝝ mutari naturā ī iiſdē lociſ atq; improuiſo ualere. Cedrū eſtuoſiſ partibuſ dederat. & ī Lyciiſ frigidiſq; mōtibuſ naſcit̃. Friguſ ī imicū lauro fecerat. ſed ī Olympo copioſior nulla eſt. Circa Boſphoꝝ Cimeriū ī Pāticapeo urbe. om̄i mō laborauit Mythridateſ Rex & ceteri īcole: ſacrorum certe cā Laurū Myrtūq; habere: & nō cōtigit cū abundēt arboreſ ibi punice ficiq;. Iam mali & piri laudatiſſime. Frigidaſ natura eodem tractu nō gēuit arboreſ Pinū. Abietē. Piceā. Et q̄d attīet ad Pontū abire? Iuxta Romam ipſa Caſtanee Ceraſiq; egre ꝑueniunt. Perſica ī Thuſculano. nec nō nuceſ. grece cū tedio inſerūtur. Terracīa ſiluiſ ſcatet earū.

CA. XLVII. De Cupreſſo & ꝙ ex terra ſepe naſcunt̃ aliqua noua: que in ea āte nō fuerūt.

Vpreſſuſ aduena & difficillime naſcentium fuit: ut de qua uerboſiuſ ſepiuſq; quā de omnibuſ aliiſ prodiderit Cato. natu moroſa. fructu ſuperuacua. baciſ torua. folio amara. odore uiolenta. ac ne umbra quidem gratioſa. materie rara: ut pene fruticoſi generiſ. diti ſacra. & ideo funebri ſigno ad domoſ poſita. Femina ſteriliſ diu Mete demum aſpectu non repudiata diſtinguendiſ tantum pinorum ordinibuſ. Nunc uero tonſiliſ facta in denſitate parietum. coercitaque gracilitate perpetuo tenera. Trahit̃q; etiam ī picturaſ opere hiſtoriali uenatuſ claſſeſue & imagineſ rerū tenui folio breuiq; & uirēte ſuꝑueſtienſ. Duo genera earū. meta in faſtigiū cōuoluta que & femīa appellat̃. Maſ ſpargit extra ſe ramoſ. deputatq;. & accipit uitē. utraq; aūt innitit̃ in perticaſ aſſereſue āputatione ramorum: q. xiii. anno denariiſ ſinguliſ ueneūt: Queſtuoſiſſima in ſatuſ ratione ſilua. uulgoq; dotē filiarū antiqui plantaria appellabant. Huic patria inſula Creta. q̄q̄ Cato Tarentinam eam appellat. Credo ꝙ primū eo uenerit. Et in Enaria ſucciſa regerminat. Sed in Creta quocunq; loco terram mouerit q̄ſpiā niſi ſeratur alia: hec gignit̃. ꝓtinuſq; emigrat. Illa uero etiam non appellato ſolo ac ſpōte. maximeq; ī Ideiſ mōtibuſ. & quoſ Alboſ uocant ſūmiſq; iugiſ ubi niueſ nunq̄ abſunt: plurima. quod miremur. alibi nō niſi in tepore ꝓueniēſ. & nutricem magnoꝑe faſtidienſ. Nec terre tm̄ natura circa haſ refert aut perpetua celi: uerū & quedā temporaria uiſ hymbriū. alique plerūq; ſemina afferūt: & certo fluunt genere. alique etiam incognito. quod accidit Cyrenaice regioni cũ primũ ibi Laſſerpitiũ natũ ẽ: ut in herbarũ natura dicemuſ. Nata eſt & ſilua urbi ei proxima hymbre piceo craſſoq; circiter Vrbiſ Rome anno quadringenteſimo triceſimo.

CAP. XLVIII. De Hedre natura: & generibuſ eiuſ.

Edera iã dicitur in Aſia naſci. negauerat Theophraſtuſ. nec ĩ India niſi ĩ mõte Mero. Qui & harpalũ om̃i mõ laboraſſe: ut ſereret eã ĩ mediſ fruſtra. Alexãdꝝ uero ob raritatẽ ita corõato exercitu uictorẽ ex India rediſſe exẽplo Liberipatriſ: cuiuſ dei & nũc adornãt thyrſoſ galleaſq; etiã ac ſcuta ĩ thracie populiſ ĩ ſolẽnibuſ ſacriſ. Inimica arbor ſatiſ omnibuſ ſepulchraq; ac muroſ rũpenſ. Serpentium frigori gratiſſima. ut mirũ ſit illam in honore ullo habitã. Duo genera eiuſ prima ut reliq̃rũ maſ & femina. Maior traditur maſ corpore & folio duriore ac pinguiore. & flore ad purpuram accedente. Vtriuſq; autẽ floſ ſimiliſ eſt roſe ſilueſtri: niſi ꝙ caret odore. Specieſ hoꝝ geneꝝ treſ. Eſt enĩ candida: & nigra hedera. tertiaq; que uocat̃ Helix & iamnum he ſpecieſ diuiduntur in aliaſ: qm̃ eſt alia fructu tm̃ candida. alia & folio Fructũq; candidũ ferentiũ: Aliiſ dẽſuſ acinuſ & grandior racemiſ in orbẽ circũactiſ ꝗ uocantur corymbi. Item Silenitium cuiuſ eſt minor acinuſ ſparſior racemuſ. Simili mõ ĩ nigra. alicui & ſemen nigrũ. alii crocatũ: cuiuſ coroniſ poete utunt̃. foliiſ minuſ nigriſ. Quam quidam Nyſiã: alii Bacchicã uocant: Maximiſ inter nigraſ corymbiſ. Quidã apud grecoſ etiamnũ duo genera huiuſ faciũt a colore acinorum Erythranũ & Cryſocarpũ. Plurimaſ autem habet differentiaſ Helix. qm̃ folio maxime diſtat. Parua ſunt & anguloſa concinnioraq;: cum reliquoꝝ genera ſimplicia ſint. Diſtat & longitudine internodioꝝ. p̄cipue tamẽ ſterilitate: qm̃ fructũ nõ gignit. Quidã hoc etatiſ eſſe non generiſ exiſtimant. primoq; eſſe helicẽ putant fieri hederam uetuſtate Hoꝝ error manifeſtuſ intelligitur: qm̃ heliciſ plura genera reperiunt̃: ſed tria maxĩe inſignia. Herbacea ac uirenſ. que plurima eſt. Altera candido folio. Tertia uerſicolor que Thracia uocatur. Etiamnum herbacee tenuiora folia: & in ordinẽ digeſta. denſioraq;. In alio genere diuerſa omnia. Et ĩ uerſicolori alia tenuioribuſ foliiſ ac ſimiliter ordinatiſ denſioribuſq;. In altera neglecta omnia hec. Maiora quoq; ac minora ſunt folia. macularumq; habitu diſtant. Et in candidiſ alia ſunt candidiora. Adoleſcit in longitudinem maxime herbacea. Arboreſ autem necat candida omnemq; ſuccũ auferẽdo tanta craſſitudine auget̃: ut ipſa arbor fiat. Signa eiuſ folia maxĩa atq; latiſſima mãmaſ erigẽtiſ que ſũt ceteriſ inflexe. Racemi ſtanteſ ac ſubrecti. Et quãq̃ om̃iũ generi radicoſa brachia huic tñ maxime ramoſa ac robuſta. Ab ea nigre. Sed ꝓprium albe ꝙ inter media falia emittit brachia. utrũq; ſemper amplectẽſ. Hec eſt & in muriſ q̃uiſ ambiri non poſſit. Itaq; etiam pluribuſ lociſ interciſa uiuit tamen. duratq;. & totidẽ ĩitia radicũ habet: quot brachia. Quibuſ ĩcolumeſ & ſolidaſ arboreſ ſuggit. ac ſtrãgulat. eſt & ĩ fructu differẽtia. Albe nigreq; hedere: qm̃ aliiſ tãta amaritudo acini: ut aueſ nõ attingãt. Eſt & rigenſ hedera: que ſine ãminiculo ſtat. Sola om̃iũ geneꝝ ob id uocata Dẽdrociſſoſ. E diuerſo. nuq̃ niſi humi repẽſ Chameciſſoſ.

CA. XLVIIII. De Smilace: que hedera Cilicia: & mirabili experimento hedere.

Imiliſ eſt hedere e Cilicia quidem primum profecta ſed in Grecia frequentior: q̃ uocãt Smilacẽ dẽſiſ gẽiculata caulibuſ ſpinoſa. fruticoſa ramiſ. folio hederaceo. paruo. non anguloſo. a pediculo emitente pampinoſ: flore candido. olente lilium. Fert racemoſ Labruſce modo non hedere. colore rubro. complexa aciniſ maioribuſ nucleoſ undenoſ: minoribuſ ſinguloſ. nigroſ duroſq; ĩfauſta om̃ibuſ ſacriſ & coroniſ quoniã ſit lugubriſ. Virginẽ eiuſ noĩſ ꝓpter amorem iuueniſ croci mutata in hunc fruticem. Id uulguſ ignoranſ: plerũq; feſta ſua polluit hederam exiſtimando. ſicut in poetiſ aut Liberopatre aut Silẽo: q omnino neſcit quibuſ coronetur. E S milace fiunt codicilli. ꝓpriumq; materie eſt: ut admota auribuſ leuem ſonum reddat Hedere mira proditur natura adexperiẽda uina. Si uaſ fiat ex ligno eiuſ: uina tranſfluere: ac remanere aquam ſiqua mixta fuerit.

CAP. L. De Aq̃ticiſ fruticibuſ: hoc ẽ arũdinibuſ: & calamiſ & quantuſ fuerit uſuſ eorum.

Nterea q frigidiſ gaudẽt aq̃ticoſ fruticeſ dicere cõuenit. Principatũ ĩ iiſ tẽebũt arundineſ belli paciſq; experimentiſ neceſſarie: atq; etiam in deliciiſ grate. Tegulo enim earũ domuſ ſuaſ ſeptentrionaleſ populi operiũt. durãtq; eiuſ alta tecta. In reliquo uero orbe & cameraſ leuiſſie ſuſpẽdunt. Charthiſq; ſeruiũt calami. Egyptii maxime cognatione quadam papyri. Probatioreſ tamen Gnidii. Et qui in Aſia circa Anaeticũ lacũ naſcũt. Noſtratibuſ fungoſior ſubeſt natura: Cartilagine bibula que cauo corpore intuſ ſuperne tenui inareſcit ligno. Fiſſiliſ p̃acuta ſemꝑ acie geniculata. cetero gracilitaſ nodiſ diſtincta leui faſtigio tenuatur. ĩ cacumina. Craſſiore peniculo coma. neq; hac ſuꝑuacua. Aut enim ꝓ pluma ſtrata cauponarũ replet. aut ubi lĩoſiore callo ĩduruit ſicut ĩ Belgiſ cõtuſa & ĩtertecta nauiũ cõmiſſuriſ ferrũinat textuſ. glutino tenacior. rimiſq; explẽdiſ fidelior pice. Calamiſ orientiſ populi bella cõficiunt. Calamiſ ſpicula addũt irreuocabili hamo noxia. Mortẽ accelerant pinna addita colamiſ. Fitq; & ex ipſo telum aliud fracto ĩ uulneribuſ. Hiſ armiſ ſolẽ ipſum obũbrãt. ꝓpter hoc maxĩe ſerenoſ dieſ optãt. Odere uentoſ & hymbreſ q inter illoſ pacẽ eẽ cogũt. Ac ſi quiſ Ethiopaſ Egyptũ Arabaſ. Indoſ. Scytaſ Bactraſ Sarmataꝝ tot genteſ: & oriẽtiſ. omĩaq; Parthoꝝ regna diligẽtiuſ cõputet: eq̃ ferme pſ hoĩm in toto mundo calamiſ ſuperata degit. Precipuuſ hic uſuſ in Creta bellatoreſ ſuoſ p̃cipitauit. Sed in in hoc quoq; ut in ceteriſ rebuſ uicit Italia: qñ nulluſ ſagittiſ aptior calamuſ q̃ in Rheno Bononiẽſi amne cui plurima ineſt medulla. ponduſq; uolucre. Contra flatuſ quoq; peruicax Libro quippe non eadem gratia belgiciſ. hec & creticiſ commendatio: q̃q̃ preferant Indi. quorum alia quibuſdã uidetur natura quando & haſtarũ uicem prebent additiſ cuſpidibuſ.

CAP. LI. De Arundinibuſ item & differẽtiiſ ac generibuſ earꝝ & uſibuſ.

Rundini quidẽ Indice Arborea amplitudo qualem uulgo in templiſ uidemuſ.

Differre mareſ ac feminaſ in hiſ quoq; Indi tradũt. Spiſſiuſ mari corpuſ. femine capaciuſ. Nauigiorum etiam uicem preſtant: ſi credimuſ. ſingula internodia. Circa Aceſinem amnem maxime naſcuntur. Arundo omniſ ex una ſtirpe numeroſa. Atq; etiã reciſa fecundiuſ reſurgit. Radiciſ natura uiuax. geniculata & ipſa. Folia indiciſ tantum breuia. Omnibuſ uero a nodo orſa complexu tenueſ per ambitum inducunt tunicaſ. atque a medio internodio cum plurimum: deſinunt ueſtire. procumbuntq;: Latera arundini calamoq; in rotũditatem bina ſuꝑ nodoſ alterno ſemper inguine. ut alterũ ad dexteram fiat: alterum ſuperiore geniculo ab leua per uiceſ. Inde exeunt aliquando rami q ſũt calami tenueſ. Plura aũt genera. alia ſpiſſior dẽſiorq; geniculiſ: breuibuſ internodiiſ. Alia rarior maioribuſ tenuior & ipſa. Calamuſ uero aliuſ totuſ cõcauuſ. quem Syringiã uocant: utiliſſimuſ fiſtuliſ quoniã nihil eſt ei cartilaginiſ atq; carniſ. Orchomeniuſ eſt continuo foramine peruiuſ: quem Auleticon uocant. hic tibiiſ utilior. fiſtuliſ ille. Eſt aliuſ craſſiore ligno & tenui foramine. hũc totũ fungoſa replet medulla. Alius breuior. alius procerior. exilior. craſſiorq;. Fruticoſiſſimus qui uocatur donax. non niſi in aquaticis natus: quoniam & hec differentia eſt multum prelata arundine que in ſiccis prouentat. Suum genus ſagitario calamo ut diximus. Sed Cretico longiſſimis internodiis obſeq̄ũq; quo libeat flecti calefacto. Differētias faciunt & folia non multitudine: uerum robore & colore. ualida Laconicis & ab una parte denſiora quales in totum circa ſtagna gigni putant. Diſſimiles amicis. longisq; ueſtiri foliis. ſpacioſius a nodo ſcandente complexu. Eſt & obliqua arundo non in excelſitatem naſcens: ſed iuxta terram fruticis modo ſe ſpargens. ſuauiſſima in teneritate animalibus. Vocatur a quibuſdam Elegia. Eſt & in Italia naſcēs Adarca nomine paluſtris ex cortice tantum. Sub ipſa coma utiliſſima dentibus: quoniam uis eadem ē que Sinapi. De Orchomenii lacus arũdinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. Characian uocabant craſſiorem firmiorēq;. Plociam uero ſubtiliorē. Hãc in inſulis fluitantibus natare: illam in ripis expatiantis lacus. Tertia arundo ē tibialis calami quem auleticon uocant. nono hic anno naſcebatur. Nam & lacus incrementa hoc temporis ſpatio ſeruabat. prodigioſus ſiquãdo amplitudinem biennio extendiſſet: qđ notatum apud Cheroniam infauſto Athenienſium prelio. & apud Lebaida ſepe notatur: influente Cephiſo. Cum igitur anno permãſerit inundatio proficiunt: in aucupatoriam quoq; amplitudinem. Vocãtur Zeugite. Contra Bombycie maturius reciproco graciles. Feminarum latiore folio atq; caudidiore. modica lanugine aut omnino nulla ſpadonum nomine inſignibus. Huic erant armamenta ad incluſos cãtus non ſilendos ex reliquo cure miraculo. ut uenia ſit argento iam potius cani. Cedi ſolebant tempeſtiue uſq; ad Antiginem tibicinem cum adhuc ſimplici muſica uterēt: ſub arcturo. Sic preparate: aliquot poſt annos utiles eſſe incipiebant. Tunc quoq; multa domande exercitatione. & canore tibie ipſe educende: cõprimentibus ſe ligulis quod erat illis theatrorum moribus utilius. Poſt q̄ uarietas acceſſit & cãtus quoq; luxuriantes. cedi ante ſolſtitia cepte & fieri utiles in trimatu apertioribus earũ ũgulis ad flectendos ſonos. Que inde ſunt & hodie. Sed tunc ex ſua quaq; tantum arundine congruere perſuaſum erat. & ea que radicem anteceſſerat: leue tibie conuenire: que cacumen dextere. Immenſum quantum iis prelatis quas ipſe Cephiſus abluiſſet: nunc ſacrifice Thuſcorũ e Buxo: Ludicre uero Loto oſſibusq; aſininis & argento fiunt. Aucupatoria arundo a Panhormo laudatiſſima. Piſcatoria ab Aritana ex Africa. Arũdinis Italie uſus ad uineas maxime. Cato ſeri eam iubet in humidis agris bipalio ſubacto prius ſolo: oculis diſpoſitis ĩteruallo ternorũ pedum. Simul & Corrudã unde Aſparagi fiant: concordare amicitiam.

CA. LII. De ſalice: & eius generibus: & que p̄ter ſalicē utilia ſit ligature.

Alices uero circa aquam. Nulla aquaticarũ utilior licet populi uitibus placeãt. & Cecubum ducant. Licet alni ſepes muniant contraq; erũpentium amnium impetus riparũ muro ĩ tutelis ruris excubēt: ĩ aq̄̄ ſate: ceſeq; dēſius ĩ numero herede ꝓſint. Salicis tamen plura genera. Nam quedã & in ꝓceritatem magnam emittunt iugis uinearũ ꝑticas. pariũtq; balteo corticis uincula: & alie uirgas ſeq̄cis ad iũcturas lenticie. alie p̄tenues uiminibus texēdis ſpectabili ſubtilitate. Rurſus alie firmiores cordibus ac plurie agricolarũ ſuppellectili candidiores ablato cortice. leuiq; tractatu mollioribus uaſis q̄ ut e corio fiant. atq; etiã ſupinarũ in delicias cathedrarũ aptiſſia Decidua ſalici fertilitas dēſiorq; tõſura ex breui pungno uerius q̄ ramo nõ ut remur in nouiſſimis curanda arbore. Nullius quippe tutior redditus minorisue impendii aut tempeſtatũ ſecurior. Tertium locum ei in eſtimatione ruris Cato attribuit: prioreq;

quā oliuetiſ: q̃q; frumento. aut pratiſ.nec quia deſint alia uincula. Siquidē & geniſte & populi & ulmi & ſanguinei fruticeſ: & Betulle & arundo fiſſa & arundinū folia: ut in Liguria.& uitiſ ipſa: reciſiſq; aculeiſ rubi alligāt: & ītorta Coriluſ: mirūq; cōtuſo ligno alicui: maioreſ ad uincula eſſe uireſ. Salici autem precipua doſ. Findit̄ enim greca rubēſ. cādidiorq; amerina: ſed paulo fragilior. iōq; ſolido ligat nexu. In Aſia tria genera obſeruant. Nigram utiliorem uiminibuſ. Candidam agricolarum uſibuſ. Tertiam que breuiſſima ē Helicē uocant. Apud noſ quoq; multi totidem nomina imponunt. Vimineam uocant. eandem purpuream. Alteram nicelinam a colore: que ſit tenuior. Tertiam gallicam que tenuiſſima.

CAP.LIII.De Scirpiſ & eorum uſu.

Ec ī fruticum: nec ī uepriū cauliūue: neq; ī herbarū aut alio ullo q̃ ſuo genere numerēt̄ iure ſcirpi fragileſ paluſtreſq; ad tegulū tegeteſq;.e qbuſ detracto cortice cādele luminibuſ & funeribuſ ſeruiunt. Firmior qbuſdā ī lociſ eaꝝ rigor. Nāq; iiſ uellificāt nō ī Pado tm̄ nautici: uerū & ī mari piſcator africuſ p̄poſtero more uela ītra maloſ ſuſpēdenſ. Et Mappalia ſua mauri tegūt Proxīeq; eſtimanti hic uideat̄ ēē ꝙ in interiore mundi parte papyri uſui: ſed fruticoſi generiſ ſunt.

CA.LIIII.De Rubiſ atq; Sambuciſ: & earum natura.

Nter aq̄ticaſ arboreſ ſunt & rubi atq; ſambuci fūgoſi generiſ.aliter tn̄ q̃ Ferule. Quippe pluſ ligni ac ſucci utiq; Sābucco: ex q̃ magiſ canoram bucinā tubamq; credit paſtor ibi ceſe ubi gallorū cantū frutex ille nō exaudeat. Rubi mora ferūt: & alio genere ſimilitudinē roſe: q uocat̄ Cynoſbatoſ. Tertiū genuſ Ideū uocāt Greci a loco. tenuior eſt quam cetera: minoribuſq; ſpiniſ & minuſ aduncis. Floſ eiuſ contra lippitudinem illinit̄ ex melle: & ignem ſacrū. Contra ſtomachi quoq; uitia bibitur ex aqua. Sambuci acinoſ habent nigroſ atq; paruoſ: humoriſ lenti inficiendo maxime capillo: qui & ipſi aqua decocti: manduntur.

CAP.LV.De ſucciſ arborum & natura materiarum: & deſcindendiſ arboribuſ.

Vmor & cortici arboꝝ ē q ſāguiſ earū ītelligi debet.nō idē omnibuſ.ficiſ lacteuſ. Huic ad caſeoſ figurādoſ coaguli uiſ.Ceraſiſ gūmoſuſ. Vlmiſ ſaliuoſuſ. Lētuſ ac pinguiſ maliſ. Vitibuſ & Piriſ aquoſuſ. Viuaciora qbuſ lētior. Atq; in toto corpore arboꝝ ut reliquoꝝ animalium cutiſ.ſāguiſ.caro.nerui.uene.oſſa.medulle. Pro cute cortex. Miꝝ ī Moro medicis ſuccū querētibuſ fere hora diei ſecūda lapide īciſuſ manat.altiuſ fractuſ ſiccuſ uidet̄. Proximi pleriſq; adipeſ. Ii uocāt̄ a colore Alburnum mollis ac peſſima pſ ligni etiā ī robore facile putreſcēſ. teredini obnoxia. q̃re ſemper amputabitur. Subeſt huic caro. cui oſſa. id eſt materie optimū. Alternant fructuſ quibuſ ſicciuſ lignū ut olea. magiſ q̃ quibuſ carnoſum: ut ceraſuſ. Nec omnibuſ adepſ carneſue large: ſicuti nec animalium acerrimuſ. Neutrū habēt Buxuſ. Cornuſ. Olea. nec medullam. minimumq; etiam ſanguiniſ. Sicuti oſſa non habent Sorba. Carnem Sambuci. Et plurimam ambe medullam. Nec arundineſ maiore ex parte. In q̃rūdā arborū carnibuſ pulpe ueneq; ſūt. Diſcrimen earū facile. Vene latioreſ cādidioreſq; Pulpe fiſſilibuſ inſunt. Ideo fit. ut aure ad caput trabiſ quamlibet prelonge admota ictuſ ab altero capite ue grauiſ ſentiatur: penetrāte rectiſ meatibuſ ſono. Vnde deprehenditur an torta ſit materieſ nodiſq; conciſa. Quibuſdam ſunt tubera: ſicut ſunt in carne glandia. In iiſ nec uena nec pulpa. quodam callo carniſ in ſe conuoluto. Hoc precioſiſſimū in cedro & acere. Cetera menſarū genera fiſſiſ arboribuſ circināt̄ n pulpam. Alioqui fragiliſ eēt uena in orbē arboriſ ceſa. Fagiſ pectineſ trāſuerſi in pulpa apud antiquoſ. Inde & uaſiſ honoſ. Maniuſ Curiuſ iurauit ſe ex preda nihil attigiſſe preter guttum faginū quo ſacrificaret. Lignū in longitudinem ita fluctuat: ut que parſ fuit ab radice: ualidiuſ ſidat. Quibuſdam pulpa ſine uenis: mero ſtamine & tenui conſtat. Hecq; maxime fiſſilia. Alia frangi celeriora q̄m findi: quibuſ pulpa non eſt: ut olee. uiteſ. At e cōtrario totū a carne corpuſ fico. Tota oſſea eſt Ilex. Cornuſ. Robur. Cytiſuſ. Moruſ. Hebenoſ. Lotoſ. & que ſine medulla eſſe diximuſ. Ceteriſ nigricanſ color. Fulua cornuſ in uenabuliſ nitet ĩciſuriſ nodata ꝓpter decorē. Cedruſ & Larix. & Iuniperuſ rubent. Larix feminam habet: q̄m greci uocant Egida melleſ coloriſ. Inuentum eſt pictorum tabelliſ immortale. nulliſq; fiſſile rimiſ. Hoc lignum proximum medulle eſt in Abiete Leucon greci uocauere. Cedruſ quoq; duriſſima que medulle. ꝓxima ut in corpore oſſa deraſo modo limo. Et Sambuci ĩteriora mire firma traduntur. Nanq; qui uenabula ex ea faciūt: preferūt om̄ibuſ. Conſtat. n. ex cute & oſſibuſ. Cedi tempeſtiuū que decorticentur. Ut tereteſ ad tēpla ceteraq; uſuſ rotundi cū germinant. aliaſ cortice inextricabili & carie ſubnaſcente ei: materiaq; nigreſcēte. Tigna & quibuſ aufert ſecuriſ corticē a Bruma ad Fauoniū. aut ſi p̃uenire cogamur Arcturi occaſu. & ante eum Fidicule. Nouiſſima ratione ſolſtitio. Dieſ ſyderū horū reddentur ſuo loco. Vulgo ſatiſ putāt obſeruare ne que dedolande arboreſ ſternanť ante editoſ ſuoſ fructuſ. Robur uere ceſum: teredinē ſentit. Bruma autē neq; uitiatur neq; findiť. aliaſ obnoxium etiā ut torqueat ſeſe: findatq;. Quod in ſubere: tēpeſtiue quoq; ceſo euenit. Infinitum refert lunariſ ratio. nec niſi a uiceſima in triceſimam cedi uolunt. Inter omneſ conuenit utiliſſime in coitu eiuſ ſterni: quem diem alii interluniū: alii ſilentiſ lune appellāt. Sic certe Tyberiuſ Ceſar cōcremato ponte Naumachiario Laricеſ ad reſtituendū cedi ex Retia prefiniuit. Quidā dicunt: ut in coitu & ſub terra ſit luna. quod fieri non poteſt niſi noctu. Ac ſi competant coituſ in nouiſſimum diem Brume: illa eterna ſit materieſ. Proxime cum ſupradictiſ ſyderibuſ. Quidam & caniſ ortum addunt. & ſic ceſaſ materieſ in Forum Auguſtū. Nec nouelle autem ad materiē nec uetereſ utiliſſime. Circunciſaſ quoq; ad medullam alii non inutiliter relinquunt: ut omniſ humor ſtantibuſ defluat. Mirum apud antiquoſ primo Punico bello claſſem Duillii Impatoriſ ab arbore exciſa ſexageſimo die nauigaſſe. Contra uero Hieronem Regem ducentaſ. xx. naueſ effectaſ diebuſ. xlv. tradit. L. Piſo. Scđo quoq; Punico bello Scipioniſ claſſiſ. xl. die a ſecuri nauigauit: tantum tempeſtiuitaſ etiam in rapida celeritate pollet. Cato hominum ſummuſ in omni uſu: de materiiſ hec adicit. Prelum e Sappino atra potiſſimū facito. Vlmeam pineam nuceam atq; aliam materiam omnē cum effodieſ: luna decreſcente eximito. poſt meridiem ſine uento Auſtro. Tunc erit tempeſtiua cum ſemen ſuum maturū erit. Caueto ne per rorē trahaſ: aut doleſ. Idēq; mox: niſi in trimeſtri lunaq; dimidiata ne tangaſ materiam. Tūc ne effodiaſ aut precidaſ abſ terra. Diebuſ quattuor proximiſ quibuſ luna plena fuerit: optime eximitur. Omnino caueto nigrā materiā ne doleſ: ne cedaſ: neue tangaſ niſi ſiccā. neue gelidā: neue rorulentam. Tyberiuſ idem & in Capitolio condendo ſeruauit interlunia. M. Varro aduerſuſ de fluuia precepit obſeruandum Idem a pleniluniiſ. Larici & magiſ Abieti ſucciſiſ humor diu defluit. he oīm arborū altiſſime ac rectiſſime. Nauiū maliſ antemniſq; ꝓpter leuitatē preferť Abieſ. cōmuni ab iiſ pino que aut q̄driptitoſ uenaꝝ curſuſ bifidoſq; habeat. uel omnino ſimpliceſ. Fabrorum inteſtina operaria medulla ſectiliſ optima q̄dripartitiſ materiiſ & mollior q̄ cetere. Intellectuſ in cortice ꝓtinuſ peritiſ. Abietiſ que parſ a terra fuit: enodiſ eſt. Hacq; quam diximuſ ratione fluuiata decorticatť. atq; ita Sappinuſ uocatur. Superior parſ nodoſa: duriorq; Fuſterna. Et in ipſiſ autem arboribuſ roboſtioreſ aqlonieparteſ. Et in totum deterioreſ ex humidiſ opaciſq;. Spiſſioreſ ex apriciſ. & diuturne. Ideo Rome inferna. Abieſ ſupernati prefertur. Eſt per gentiū quoq; regiōeſ in iiſ differentia. Alpibuſ Apenninoq; laudatiſſ̄ie in Gallia Ciuribuſ ac monte Voſego. In Corſica. Bithinia. Ponto. Macedonia. Deterioreſ Eneatica & Arcadica. Peſſime Parnaſia & Euboea: q̄m ramoſe ibi & cōtorte. putreſcēteſq; facile. At Cedruſ in Creta Africa Syria laudatiſſ̄ia. Cedri oleo perūcta materieſ nec tineam nec cariem ſentit. Iunipero eadem uirtuſ que cedro. Vaſta hec in hiſpania: maximeq; bace eiſ. Medulla eiuſ ubicumq; ſolidior etiam q̃m cedruſ. Publicū omnium uitium uocant ſpiraſ ubi ſeſe conuoluere uene atq; nodi. Inueniuntur in quibuſdam ſicut in marmore centra id eſt duritia clauo ſimiliſ inimica ſerriſ. Et quedam forte accidunt in lapide comprehenſo aut recepto in corpuſ aut alteriuſ arboriſ ramo. Megariſ diu ſtetit oleaſter in foro: cui uiri forteſ affixerāt arma: que cortice ambiēte etaſ longa occultauerat. Fuitq; arbor illa fataliſ excidio urbiſ premonite oraculo: cū arbor arma peperiſſet. quod ſucciſe accidit ocreiſ galeiſq; intuſ repertiſ. Ferūt lapideſ ita inuentoſ ad continendoſ partuſ eſſe remedio.

CAP. LVI. De magnitudine arborū: & quæ cariē & rimam non ſentiant: & de perpetuitate materierū.

Mpliſſima arborum ad hoc eui exiſtimatur Rome uiſa: q̃m propter miraculum Tyberiuſ Ceſar in eodem pōte Naumachiario expoſuerat aduectam cum reliq̃ materie. Durauitq; ad Neroniſ prīcipiſ amphitheatꝝ. Fuit aūt trapſ e larice. longa pedeſ. cxx. bipedali craſſitudine equaliſ. quo intelligebat᷑ uix credibiliſ. reliqua altitudo faſtigium ad cacumen eſtimantibuſ. Fuit & memoria noſtra in porticibuſ ſeptorum a M. Agrippa relicta eque miraculi cauſa que delibatorio ſuperfuerat. xx. pedibuſ breuior: ſeſquipedali craſſitudine. Abieſ admirationiſ precipue uiſa in naui que ex Egypto Caii Principiſ iuſſu obeliſtum in uaticano cyrco ſtatutum: quattuorq; trūcoſ lapidiſ eiuſdem ad ſuſtinendum eum adduxit. Qua naue nil admirabiliuſ uiſū in mari: certum eſt. Cxx. modii tunc lentiſ pro ſaburra ei fuere. Longitudo ſpatium obtinuit magna ex parte oſtiēſiſ portuſ latere leuo. ibi nāq; demerſa eſt a Claudio Principe cū tribuſ molibuſ. turriū altitudine in ea exedificatiſ obiter puteolano puluere aduectiſ. Que arboriſ craſſitudo quattuor hominum ulnaſ complectentium implebat. Vulgoq; auditur. lxxx. nummorum & pluriſ maloſ ad eoſ uenundari uſuſ. Rateſ uero cōnecti xl. ſeſtertiiſ pleraſq;. At in Egypto ac Syria regeſ īopia Abietiſ cedro ad claſſeſ ferūt uſi. Maxima ea in Cipro traditur ad undeciremem Demetrii ſucciſa. cxxx. pedum longitudiniſ. Craſſitudiniſ uero ad trium homnium complexum. Germanie predoneſ ſinguliſ arboribuſ cauatiſ nauigant: quaꝝ quedam & triginta homineſ ferunt. Spiſſiſſima ex omni materie ideo & grauiſſima iudicat᷑ Hebenuſ & Buxuſ. gracileſ natura. neutra in aquiſ fluitat. Nec ſuper ſi dematur cortex. nec Larix. Ex reliquiſ ſicciſſima Lotoſ: que Rome ita appellatur. Deinde Robor exalbunatum. Et huic nigricanſ color. magiſq; etiam Cythiſo: que proxime accedere Hebenum uidetur. Quanq̃ non deſint qui Syriacaſ Terebinthoſ nigrioreſ affirment. Celebratur & Thericleſ nomine caliceſ ex terebintho ſolituſ facere torno. Per quam probat᷑ materieſ. omniū hec ſola ungi uult. meliorq; olea fit. Coloſ mire adulteratur Iuglande ac piro ſiluestri tinctiſ atq; in medicamine decoctiſ. Omnibuſ que diximuſ ſpiſſa firmitaſ. Ab hiſ proxima eſt cornuſ. q̃q̃m non poteſt uideri materieſ ꝓpter exilitatem: Sed lignum. non alio pene q̃ ad radioſ rotarum utile: aut ſiquid cuneandū ſit in ligno clauiſue figendū ceu ferreiſ Ilex item & oleaſter & olea atq; Caſtanea Carpinuſ Populuſ. Hec omnia & criſpa acerıſ mó: ſi ulla materieſ idonea eẽt. Ramiſ ſepe deputatiſ. Caſtraceo illiſ eſt: adimitq; uireſ. De cetero pleriſq; eorum. ſed utiq; Robori tanta duricia eſt: ut terebrari niſi madefactú nó queat: & ne ſic quidem adactuſ auelli clauuſ. E diuerſo clauú nó tenet cedruſ. Molliſſima Tilia. eadem uidetur & calidiſſima. argumentú afferunt: ꝙ citiſſie aſciaſ retundat. Calide moruſ lauruſ hedera. & omneſ quibuſ igniaria fiunt. Exploratorum hoc uſuſ in caſtriſ paſtoꝝq; repperit: quoniã ad excutiendú ignẽ nó ſemper lapidiſ occaſio eſt. Terit́ igitur lignú ligno: ignẽq; concipit attritu. excipiẽte materia aridi fomitiſ fungi uel foliorum facillime conceptú. Sed nihil Hedera preſtantiuſ: que teratur Lauro laurúq; terat. Probat́ & uitiſ ſilueſtriſ alia q̃ Labruſca: & ipſa Hedere modo arborem ſcandenſ. Frigidiſſima quecunq; aq̃tica. Lentiſſima autẽ. & ideo ſcutiſ faciendiſ aptiſſima: quoꝝ plaga contrahit ſe ꝓtinuſ: cluditq; ſuú uulnuſ: & ob id cótumaciuſ tranſmittit ferrum. In quo ſunt genere fici: ut Salix Tilia Betulla Sambucuſ Populuſ utraq;. Leuiſſime ex hiſ: ſicut & Salix. ideoq; utiliſſime. Omneſ autem etiam ad ciſtaſ: quecunq; flexili crate conſtant. Habent & candorẽ rigorẽq;: & in ſculpturiſ facilitatẽ. Eſt lenticia Platano. ſed madida. ſicut Alno. Siccior eadem ulmo. fraxino. Moro. Ceraſo: ſed ponderoſior. Rigorem fortiſſime ſeruat ulmuſ. ob id cardinibuſ craſſamentiſq; portaꝝ utiliſſima: qm̃ minime torquetur. Permutanda tm̃ ſicut cacumẽ ab inferiore ſit cardine: radix ſuperior. Palma eſt molliſ. Et ſuberiſ materieſ ſpiſſa. & maluſ piruſq;. necnon Acer. ſed fragileſ. & quecunq; criſpa. In omnibuſ ſilueſtriſ & maſcula differentia cuiuſq; generiſ augent. Et infecunda firmiora fertilibuſ. Niſi quo in genere mareſ ferunt: ſicut Cupreſſuſ & Cornuſ. Cariem uetuſtatẽq; non ſentiunt Cupreſſuſ. Cedruſ. Hebenuſ. Lotoſ: Buxuſ. Taxuſ. Iuniperuſ. Oleaſter. & olea. & ex reliquiſ Tardiſſime Larix. Robur. Suber. Caſtanea. Iuglanſ. Rimam fiſſuramq; non capit ſponte Cedruſ. Cupreſſuſ. Olea. Buxum maxime eternam putãt. Hebenú. & Cupreſſum. Cedrumq;. Claro de omnibuſ materiiſ ídicio in templo Epheſie Dianæ utpote tota Aſia extruente: cú q̃dringentiſ anniſ pactum ſit. Cóuenit tectú eiuſ eſſe e cedriniſ trabibuſ. De ipſo ſimulacro dee ambigit́. Ceteri ex Hebeno eſſe tradunt. Mutianuſ ter conſul ex iiſ qui ꝓxime uiſo eo ſcripſere: uitigineum. & nunq̃ mutatum ſeptieſ reſtituto templo. Hanc materiam elegiſſe Timareten etiam nomen artificiſ núcupanſ. Quod equidẽ miror: cú antiquiore Minerua: nó quoquomodo libro patri uetuſtatem attribuat. Adiicit multiſ foraminibuſ Nardo rigari: ut medicatuſ humor alat. teneatq; iuncturaſ. q̃ſ & ipſaſ eſſe modicaſ admodú miror. Valuaſ eẽ e Cupreſſo. & iam q̃dringẽtiſ prope anniſ durare materiã omnẽ noue ſimilem. Id quoq; notandú ualuaſ inglutiniſ compage q̃driennio fuiſſe. Cupreſſuſ in eaſ electa: qm̃ preter cetera uno in genere materie nitor maxime ualeat eternuſ. Nonne ſimulacrum Iouiſ in arce e Cuṕſſo durat a condita Vrbe ſexcenteſimo ſexageſimopͥmo anno dicatú? Mẽorabile & utice templú Apolliniſ: ubi indicarum cedroꝝ trabeſ durant ita ut poſite fuere pͥma urbiſ eiuſ origine anniſ. M. c. lxxxviii. Et in Hiſpaniiſ aiunt templum Diane a Zacyntho aduecte cú conditoribuſ anno ducenteſimo ante excidium Troie ut autor eſt Bocchuſ: infra oppidú ipſú id haberi. Cui pepercit religione inductuſ Annibal Iuniṕi trabibuſ etiamnum durantibuſ. Super oĩa memorat́ edeſ in Aulide eiuſdẽ dee ſeculiſ ante Troianú bellú exedificata. Cuiuſ qm̃ generiſ materie ſcientia oblitterata in plenú dici non poteſt. Vtiq; que odere ṕcellant: ea eternitate preſtare. A predictiſ Moruſ ꝓxime laudatur: que uetuſtate etiam nigreſſit. Et quedam tñ in aliiſ diuturniora ſunt uſibuſ q̃ alia. Vlmuſ in preflatu firma. Robur defoſſum. Et in aquiſ quercuſ obruta. Eadẽ ſuper terram rimoſa facit opera torquendo ſeſe. Larix in humore precipua Et

Alnuſ nigra. Robor marina aqua corrumpitur. Non improbatur in aqua & Faguſ. & iuglanſ. He quidem in iiſ que defodiuntur: uel principaleſ. Item Iuniperuſ. Eadẽ & ſubdialibuſ aptiſſima. Faguſ & Cerruſ celeriter marceſcunt. Eſculuſ quoq; humoriſ impatiẽſ. contra addacta in terrã in paluſtribuſ Alnuſ eterna. Oneriſq; q̃tilibet patiẽſ. Ceraſuſ firma. Vlmuſ & Fraxinuſ lente: ſed facile panduntur. flexileſ tñ ſtanteſq; a circũciſura ſiccate fidelioreſ. Laricem in maritimiſ nauibuſ: obnoxiã teredini tradunt. Et oĩa: p̄ter q̃ oleaſtꝝ & oleã. Quedã. n. in mari quedã ĩ terra uitiiſ opportuniora.

CAP. LVII. De quatuor generibnſ Teredinum.

Nfeſtantiũ q̃tuor genera. Teredĩeſ capite ad portionẽ grauiſſĩo. rodũt dẽtibuſ. he tm̃ in mari ſẽtiunt̃. nec aliã putãt teredinẽ ꝓprie dici. Tereſtreſ tineaſ uocãt. Culicibuſ uero ſimileſ thripaſ. Quartũ eſt & e uermiculoꝝ genere. quoꝝ ꝗdem alii putreſcente ſucco: ipſa materie alii pariunt̃. ſicut in arboribuſ. Ex eiſ ꝗ ceraſteſ uocat̃: cũ tm̃ eroſerit: ut circumagat ſe: generat alium. Hec naſci ꝓhibent in aliiſ amaritudo: ut Cupreſſo. In aliiſ duricia: ut Buxo. Tradũt & Abietẽ circa germinationeſ decorticatã q̃ diximuſ luna: aquiſ non corrumpi.

CAP. LVIII. De Perpetuitate arborum rubri mariſ: ex frutice mirabili.

Lexandri Magni comiteſ prodiderunt in Tilo rubri mariſ inſula arboreſ eſſe: ex ꝗbuſ naueſ fierent: q̃ſ. cc. anniſ durãteſ inuentaſ. & ſi mergerent̃: ĩcorruptaſ. In eadem eſſe fruticem baculiſ tantum idonee craſſitudiniſ. parium Tigrium maculiſ. ponderoſum. & cum in ſpiſſiora decidit: uitri modo fragilem.

CAP. LVIIII. De materiiſ Architecti: & quæ materieſ ad quid utiliſ: & que firmior materia infra tectum.

Pud noſ materie finduntur alique ſponte. ob id architecti eaſ fimo illitaſ ſiccari iubent: ut afflatuſ non noceant. Ponduſ ſuſtinere ualide Abieſ. Larix: etiam in tranſuerſum poſite. Robur olea incuruantur: ceduntq; ponderi: ille renitnntur. Nec temere rumpuntur. priuſq; Carie q̃ uiribuſ deficiunt. Et palma arborum ualida. In diuerſum enim curuatur. At populuſ Contra omnia inferiora panditur. Palma e cõtrario fornicat̃. Pinuſ & Cupreſſuſ aduerſuſ cariẽ tineaſq; firmiſſime. Facile pandit̃ Iuglanſ. Fiunt. n. & ex ea trabeſ. Frangiq; ſe prenuntiat ſtrepitu. Quod in Andro accidit cum e balneiſ territi ſono ꝓfugerunt. Pinuſ. Picee. Alni. ad aquarum ductuſ in tuboſ cauantur. Obrute terra plurimiſ durant anniſ. Eedem ſi non integantur: cito ſeneſcunt. miro modo fortioreſ ſi humor extra quoq; ſuperſit. Firmiſſima in rectum abieſ. Eadẽ ualuarũ repaguliſ & ad queq; libeat inteſtina opera aptiſſima ſiue Greco ſiue Campano ſiue Siculo fabrice artiſ genere ſpectabiliſ. ramentorum crinibuſ pãpinato ſemper orbe ſe uoluenſ. ad incitatoſ runcinarum raptuſ. eadem & ſubtiliſ maxĩe ſotiabiliſ glutino: in tantum ut findatur añ: que ſodida eſt.

CAP. LX. De Glutinanda materia & ligniſ ſectilibuſ.

Agna autem & glutini appetitio ꝓptereaq; ſectilibuſ laminiſ: ac in alio genere operiunt̃. Stamineam hoc uſu probãt uenam: & uocant fertileam: argumento ſimilitudiniſ. quoniam lacunoſe criſpa. In omni genere. & glutinum abdicant quedam & inter ſe & cũ aliiſ inſotiabili glutino. ſicut Robur. Sed nec fere coherent: niſi ſimilia natura: ut ſiquiſ lapidem lignũq; coniungat. Cornũ maxime audit Sorbuſ. Carpinuſ. Buxuſ. poſtea tilia. Cuicũq; operi facilia flexilia omnia: Que lenta diximuſ. Preterq; Moruſ & Caprificuſ. Durabilia. ac ſectilia que modice humida. Arida enim latiuſ q̃ uiridida ſerriſ cedũt preter robur & Buxũ que pertinatiuſ reſiſtunt. ſerrarumq; denteſ replent equalitate inerti. q̃ decauſa alterna inclinatione egerunt ſcobē. Obediētiſſia quocūq; in opere fraxinuſ. Eadēq; Corilo haſtiſ melior. Cornu leuior. Sorbo lētior. Gallica uero etiam ad curruſ flexibiliſ. Vitem emularetur Vlmuſ: ni ponduſ eſſet in culpa. Faciliſ & Faguſ: q̃q̃ fragiliſ. & tenore eodem ſectilibuſ laminiſ in tenui flexiliſ. Capſiſq; ac ſcriniiſ ſola utiliſ. Secatur in laminaſ pertenueſ & Ilex. colore quoq; non ingrata. ſed maxime fida iiſ que terūtur: ut rotarum axibuſ. Ad quoſ lentore fraxinuſ utiliſ ſicut duritia Ilex: & utroq; legitur ulmuſ. Sunt uero & parui uſuſ fabrilium miniſteriorum inſigneſ. ideoq; ꝓditum terebriſ uaginaſ ex oleaſtro. Buxo. Ilice. Vlmo. fraxino. utiliſſimaſ fieri. Ex iiſdem malleoſ. Maioreſ quoq; e pinu & Ilice. Et iiſ autē maior ad firmitatem cauſa tempeſtiue ceſure q̃ immature. Quippe cū ex olea duriſſi̊o ligno cardineſ in foribuſ diutiuſ immorati plante modo germinauerint. Cato uecteſ Aquifolioſ. Laureoſ. Vlmeoſ. fieri iubet. Higinuſ manubria ruſticiſ Carpinea. Iligna. Cerrea. Que in laminiſ ſecantur: quoꝝq; operimento ueſtigatur alia materieſ: p̄cipua ſunt Citruſ. Terebinthuſ Aceriſ genera. Buxum. Palma. Aquifolium. Ilex. Sambuci radix Populuſ. Dat & Alnuſ ut dictum eſt Tuber ſectile. ſicut Cedruſ acerq;. Nec aliarum tubera in precio. Mediaq; parſ arborum criſpior. Et quo propior radici minoribuſ magiſq; flexilibuſ maculiſ. Hec prima origo luxurie arborem alia integi. & uilioreſ ligno precioſioreſ cortice fieri: ut una arbor ſepiuſ ueniret. Excogitate ſunt & ligni brattee. Nec ſatiſ: cepere tingi animalium cornua. Denteſ ſecari. Lignumq; ebore diſtingui. mox operiri. Placuit deinde materiem & in mari queri. Teſtudo ī hoc ſecta. Nuperq; portentoſiſ ingeniiſ Principatu Neroniſ inuentū ut pigmentiſ ꝑderet ſe. pluriſq; ueniret imitata lignum. Sic lectiſ precia queruntur. Sic Terebinthū uinci iubent. Sic cedrum precioſiuſ fieri. Sic Acer decipi. Modo luxuria non fuerat cōtenta ligno. Iam lignum emi teſtudinem facit.

CAP. LXI. De arborum etate: quæ ſcilicet longo tempore durare uiſæ ſint.

Ita arborum quarundam immenſa credi poteſt. ſi quiſ ꝓfunda mundi & ſaltuſ īacceſſoſ cogitat. Veꝝ ex iiſ quaſ memoria hominū cuſtodit durāt in Veliterno. Africani prioriſ manu ſate oliue. Item Myrtuſ eodem loco conſpicue magnitudiniſ. Subeſt ſpecuſ: in quo maneſ eiuſ cuſtodire draco tradit̄. Rome uero Lotoſ in Lucine area anno qui fuit ſine Magiſtratibuſ. ccclxix. urbiſ ede condita. Incertum quātum. ipſa uetuſtior. eſſe quidem uetuſtiorem nō eſt dubiū. cum ab eo luco Lucina nominet̄. hec nunc circiter annum. ccccl. habet. Antiquior enim illa eſt: ſed incerta eiuſ etaſ. que capillata dicitur. quoniam ueſtalium uirginum capilluſ ad eam defertur. Verū altera Lotoſ in Vulcanali quod Romuluſ conſtituit ex uictoria de decimiſ equeua urbi intelligit̄: ut autor ē Maſſuriuſ. Radiceſ eiuſ in forū uſq; Ceſariſ ꝑ ſtatiōeſ municipioꝝ penetrant. Fuit cum ea Cupreſſuſ equaliſ circa ſuprema Neroniſ Principiſ ꝓlapſa: atq; neglecta. Vetuſtior autem urbe in uaticano Ilex. in qua tituluſ ereiſ litteriſ Etruſciſ religione arborem iam tunc dignam fuiſſe ſignat. Tyburteſ quoq; originem multo ante Vrbem Romam habent. Apud eoſ extant Iliceſ treſ etiā Tyburno conditore eorum uetuſtioreſ. apud quaſ inauguratuſ traditur. Fuiſſe autem eum tradunt filiū Amphiarai: qui apud Thebaſ obierit. una etate ante Iliacū bellum. Sūt autoreſ & Delphicam Platanum Agamēnoniſ manu ſatā. Et alteram in Caphie Arcadie luco. Sunt hodie ex aduerſo Ilienſium urbiſ iuxta Helleſpontum in Proteſilai ſepulchro arboreſ: que omnibuſ eiuſ cum intantum accreuere ut Ilium aſpiciant: inareſcunt. rorſuſq; adoleſcunt. iuxta urbem autem quercuſ in Ili tumulo tunc ſate dicuntur: cū cepit Ilium uocari. Argiſ olea etiamnū durare dicitur ad q̃m Ionem in uaccam mutatā arguſ Alligauerit. In Ponto circa Heracleam are ſūt Iouiſ Statiui cognomine: Ibiq; quercuſ due ab Hercule ſate. In eodem tractu portuſ Amici eſt Bebryce Rege interfecto claruſ. Eiuſ tumuluſ a ſupremo die Lauro tegitur: q̃m inſanā uocant quoniā ſiquid ex ea decerptum inferatur nauibuſ: iurgia fiant donec abiiciatur. Regionem Aulocrenen diximuſ: per quam ab Apamea in Phrygiam itur: Ibi Platanuſ oſtendit̃ ex q̃ pependit Marſya uictuſ ab Apolline: que iam tum magnitudine electa eſt. Nec non palma Deli ab eiuſdem dei etate conſpicitur. Olympie oleaſter: ex qua primuſ Herculeſ coronatuſ eſt. Et nunc cuſtoditur religioſe. Atheniſ quoq; olea durare tradit̃ in certamine edita a Minerua. E diuerſo breuiſſima uita eſt Puniciſ. fico. maliſ. Ex iiſ precocibuſ breuior q̃ ſerotiniſ. dulcibuſ q̃ acutiſ. & diutior in puniciſ. Item in uitibuſ: precipueq; fertilioribuſ. Grecinuſ autor eſt: ſexageniſ anniſ duraſſe uiteſ. Videntur & aquatice celeriuſ interire. Seneſcunt quidē uelociter. ſed radicibuſ repullulāt: Lauruſ & Mali & Punice. Firmiſſime ergo ad uiuendum olee: ut quaſ durare anniſ. cc. inter autoreſ conueniat. Eſt in ſuburbano Thuſculani agri colle qui Corne appellat̃: lucuſ antiq̃ religione Diane ſacratuſ a Latio: uelut arte tonſili coma faginei moriſ. In hoc arborem Mori eximiam etate noſtra adamauit Paſſienuſ Criſpuſ biſ Coñſſ. orator. Agrippine matrimonio: & Nerone priuigno clarior poſtea: oſculari complectiq; eam ſolituſ: non modo cubare ſub ea. uinumq; illi affundere. Vicina luco eſt Ilex & ipſa uobiliſ. xxxv. pedū ambitu caudiciſ. x. arboreſ metiēſ ſingulaſ magnitudiniſ uiſende. ſiluāq; ſola facit. Hedera necari arboreſ. certū ē. Simile qddā & ī uiſco. tāetſi tardiorē eaꝝ iniuriam arbitrant̃. Nāq; & hoc preter fructuſ agnoſcit̃ nō ī nouiſſimiſ mrabile.

CAP. LXII. Que in arboribuſ uiuant: & in terra naſci nō poſſint: & que naſcēdi ſuā ſedē nō habeāt.

Vedam. n. in terra gigni nō poſſūt & in arboribuſ naſcūt̃. nāq; cū ſuā ſedē nō habeāt: in aliena uiuūt: ſicut uiſcū. Eſt & in Syria herba que uocat̃ Caſſitiaſ: nō tm̄ arboribuſ: ſed ipſiſ etiā ſpiniſ circūuoluenſ ſeſe. Itē circa templa Theſſalica que Polypodion uocat̃ & que Dolichoſ: ac Serpillum. Oleaſtro quoq; deputato qđ gignitur uocant Phaunoſ. Quod uero in ſpina fullonia hypophacton caliculiſ inanibuſ. foliiſ paruiſ: radice alba. cuiuſ ſuccuſ ad detractioneſ in comitiali morbo utiliſſimuſ habet̃.

CAP. LXIII. De uiſci & ſimiliū natura: & de uiſco faciēdo.

Iſci tria genera nanq; eſt in Abiete & Larice Caſſitiaſ. Stelī dicit Euboea naſci. Hyphear Arcadia. Viſcū autē in quercu: robore. Ilice. pruno ſilueſtri. terebintho. nec aliiſ arboribuſ adnaſci. Pleriq; copioſiſſimū ī quercu quod Dryoſ hyphear uocant. in om̄i arbore excepta Ilice: & quercu. differentiā facit odor. utruſq; & foliū nō iucūdi odoriſ. in utroq; uiſcū amaꝝ & lentū: Hyphear ad ſaginādā pecora utiliuſ. Vitia mō purgat p̄mo. dein ea pinguefacit: que ſuffecere purgationi. Quibuſ ſit aliq̃ tabeſ intuſ: negāt durare ea. Edendi ratio etatiſ q̃drageniſ diebuſ. Adiciūt diſcrimen. in iiſ que folia mittant: & ipſi decidere. Cōtra inherere nato in eterna fronde. Om̄ino aūt ſatū nullo mō naſcit̃. Nec niſi per aluū auiū redditū. Maxime palūbiſ & turdiſ. Hec eſt natura: ut niſi maturatū in uentre auiū nō ꝓueniat. Altitudo eiuſ nō excedit cubitalē: ſemꝑ fruticoſi ac uiridiſ. Maſ fertiliſ: femina ſtereliſ. aliq̃ndo nō fert. Viſcū fit ex aciniſ q col'igūt meſſiū tēpore immaturi. Nā ſi acceſſere hymbreſ: amplitudine ꝗdem augent̃. uiſco uero marceſcūt. Siccant̃ deinde. & aridi tūdunt̃. ac conditi in aq̃ putreſcūt: duodeniſ fere diebuſ. Vnūq; hoc rerū putreſcendo gratiam inuenit. Inde in ꝓfluēte rurſuſ malleo tuſi amiſſiſ corticibuſ: interiore carne lēteſcunt. Hoc eſt uiſcū

pennıſ auium tactu ligandiſ iugulandiſ oleo ſubactũ: cũ libeat inſidiaſ molliri. Nõ eſt
omittenda in ea re & galliarum admiratio. Nihil habent Druideſ; ita ſuoſ appellant
Magoſ; uiſco & arbore in q̃ gignat̃: ſi mõ ſit robur: ſacratiuſ. Iam per ſe roboꝝ eligunt
lucoſ: nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt ut inde appellati quoq; interpretatione
Greca poſſint Druideſ uideri. Enimuero quicquid adnaſcat̃ illiſ e celo miſſum putãt.
ſignumq; eſſe electe ab ipſo deo arboriſ. Eſt autem id rarũ admodũ inuẽtu. & repertũ
magna relgiõe petit̃. Et ante om̃ia ſexta luna: que p̄ncipia menſiũ annoꝝq; iiſ facit:
& ſeculi poſt triceſimũ annũ: q̃a iam uiriũ abunde habeat. Nec ſit ſui dimedia. omnia
ſanantẽ appellanteſ ſuo uocabulo. Sacrificio epuliſq; rite ſub arbore p̃paratiſ: Duoſ
admouent candidi coloriſ tauroſ: quoꝝ cornua tũc primũ uinciant̃. Sacerdoſ candida
ueſte cultuſ arborem ſcandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur ſago. Tum
demum uictimaſ immolãt. precãteſ ut ſuũ donũ deuſ ꝓſperum faciat iiſ q̄buſ dederit.
Fecunditatem eo poto dari cuicunq; animalium ſterili arbitrantur. Contraq; uenena
omnia eſſe remedio. Tanta gentium in rebuſ friuoliſ plerunq; religio eſt.

C: PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEXTVSDECIMVS DE PLANTIS ARBORVM SILVESTRIVM FINIT. INCIPIT DECIMVS SEPTIMVS DE PLANTIS SATIVARVM FOELICITER.

CAP. I. Arborum pretia mirabilia: & de domo. L. Craſſi magnifica.

n Atura arboꝝ terra mariq; ſponte ſua ꝓuenientium: dicta eſt. Reſtat
eaꝝ que arte & humaniſ ingeniiſ fiũt: ueriuſ q̃ naſcunt̃. Sed priuſ
mirari ſuccurrit qua retulimuſ penuria ꝓindiuiſo poſſeſſaſ a feriſ:
depugnante cum iiſ homine circa caducoſ fructuſ. Circa pendenteſ
uero & cum alitibuſ: in tanta deliciarũ precia ueniſſe. clariſſimo ut
eq̄dem arbitror exemplo. L. Craſſi. atq;. Cn. Domitii Enobarbi.
Craſſuſ Orator fuit in primiſ nominiſ Romãi. Domuſ ei magnifica:
ſed aliq̃to p̄ſtãtior in eodẽ palatio. Q. Catuli: q̃ Cimbroſ cũ. C. Mario fudit. Multũ
uero pulcherrima cõſenſu omniũ etate ea in colle Viminali. C. Aq̃lii equitiſ Romani
clarioriſ etiãtum iuriſ ciuiliſ ſcientia. cũ tamẽ obiecta Craſſo ſua eſt. Nobiliſſimarum
gentiũ ambo Craſſuſ atq; Domitiuſ Cenſurã poſt Conſulatũ ſimul geſſere: anno cõdite
urbiſ ſexcenteſimo ſexageſimoſecũdo. frequentẽ iurgiiſ ꝓpter diſſimilitudinẽ morum.
Tũc. Cn. Domitiuſ ut erat uehemẽſ natura: preterea accẽſuſ odio q̃d ex emulatione
auidiſſimũ eſt grauiter increpuit tanti Cenſorẽ habitare ꝓ domo eiuſ milia nummorũ
identidẽ ꝓmittenſ. Et craſſuſ ut preſenſ ingenio ſemꝑ & faceto lepore ſollerſ. cõcedere
ſe reſpondit: exceptiſ ſex arboribuſ. ac ne uno q̃dem denario ſi adimerentur: emptam
uolente Domitio: Craſſuſ utrũne igit̃ ego ſum inq̃t queſo Domiti exẽplo graui & ab
ipſa mea Cenſura notãduſ: q̃ in domo que mihi hereditate obuenit comiter habitẽ: an
tu qui ſex arboreſ eſtimeſ? Ee fuere Loti. patula ramorum opacitate laſciue: Cecina
Largo e ꝓceribuſ crebro in iuuenta noſtra eaſ in domo ſua oſtentãte. Durauerunt q;
q̃m & de longiſſimo euo arborũ diximuſ: ad Neroniſ Principiſ incẽdia q̃buſ cremauit
urbẽ: anniſ. clxxx. poſtea cultu uirideſ iuueneſq; ni Prĩcepſ ille acceleraſſet etiã arborũ
mortem. Ac neq̃ſ uilẽ decetero Craſſi domũ: nihilq; in ea iurgãte Domitio fuiſſe dicẽdũ
p̄ter arboreſ iudicet: iam columnaſ q̃ttuor hymetii marmoriſ edilitatiſ gratia ad ſcenã
ornandam aduectaſ in atrio eiuſ domuſ ſtatuerat. cum in publico nondum eſſent ulle

marmoree. Tã receſ ẽ opulẽtia: tãtoq; tũc pluſ honoriſ arboreſ domibuſ afferebãt: ut ſine illiſ ne inimiciciarũ ꝗdem preciũ ſeruauerit Domitiuſ. Fuere ab iiſ & cognomina antiquiſ. Frondicio militi illi qui preclara facinora Vulturnũ trãſnatanſ fronde capiti impoſita: aduerſuſ Annibalem edidit. Stolonũ Licinie genti: Ita. n. appellat̃ in ipſiſ arboribuſ fruticatio inutiliſ: unde & pãpinatio inuenta: primo Stoloni dedit nomen. Fuit & arborũ cura legibuſ pͥſciſ. cautũq; eſt duodecim tabuliſ: ut qui iniuria cecidiſſet alienaſ lueret in ſingulaſ ſicloſ eriſ. xxv. Quid exiſtimamuſ? Futuraſ ne eaſ credidiſſe ad ſupradictã eſtimationẽ illoſ qui frugiferaſ tãti traxauerãt? Nec minuſ miraculũ in pomo eſt multaꝝ circa ſuburbana fructu ãnuo addito biniſ milibuſ nummum maiore ſingularum reditu: q̃ erat apud antiquoſ prediorum. Ob hoc inſita: & arborum quoq; adulterea excogitata ſũt: ut nec poma pauperibuſ naſcerent̃. Nũc ergo dicemuſ quo maxĩe mõ tm̃ ex iiſ uectigal cõtingat: uerã colẽdi rationẽ abſolutãq; ꝓdituri. & ideo non uulgata tractabimuſ: nec que conſtare animaduertimuſ. ſed incerta atq; dubia: in ꝗbuſ maxime fallit̃ uita. Nam diligentiã in ſuꝑuacuiſ affectare nõ noſtrũ eſt. Ante oĩa aũt in uniuerſum & que ad cuncta arborũ genera pertinẽt: in commune de celo terraq; dicemuſ.

CAP. II. De Natura celi ad arboreſ: & quam partem celi ſpectare debeant.

Quilone maxĩe gaudẽt: denſioreſ ab afflatu eiuſ letioreſq; & materie firmioriſ. Qua in re pleriq; fallunt̃: cũ in uineiſ pedamẽta nõ ſint a uento eo opponẽda. & id tm̃ a Septẽtrione ſeruandũ. Quinimmo tẽpeſtiua frigora plurimũ arboꝝ firmitati conferunt. & ſic optime germinãt. alioq ſi blandiant̃ Auſtri defatiſcẽteſ. ac magiſ etiã in florẽ. Nam ſi cũ defloruere ꝓtinuſ ſeq̃ntur hymbreſ: in totũ poma depereũt. adeo ut Amygdala & piri. etiã ſi oĩno nubilũ fiat: auſtrinuſue flatuſ: amittãt fetuſ. Circa uergiliaſ ꝗdem pluere: inimiciſſimũ uiti & olee: qm̃ tũc coituſ eſt earũ. Hoc eſt illud quadriduum oleiſ decretorium. hic articuluſ Auſtrini nubili parci que diximuſ. Frugeſ quoq; peiuſ matureſcunt auſtriniſ diebuſ: ſed celeriuſ. Illa ſunt noxia frigora: que ſeptentrionibuſ aut prepoſteriſ fiũt horiſ. Hyemẽ quidem aqlonia̾m eſſe: oĩbuſ ſatiſ utiliſſimũ. Hymbreſ uero tũc expetendi euidẽſ cauſa eſt: qm̃ arboreſ fetu exinanitaſ: & foliorũ quoq; amiſſione languidaſ naturale eſt auide eſurire. Cibuſ aũt earum hymber. Quare tepidã eſſe hyemẽ: ut abſumpto partu arborũ ſeq̃tur ꝓtinuſ cõceptuſ id eſt germinatio: ac deinde alia floreſcẽdi exinanitio: inutiliſſimũ exꝑimentiſ credit̃. Quinimmo ſi plureſ ita cõtinuent̃ anni. etiam ipſe moriunt̃ arboreſ: qm̃ nemini dubia pena eſt in fame laborantiũ. Ergo qui dixit hyemeſ ſerenaſ optãdaſ: nõ ꝓ arboribuſ uota fecit. Nec per ſolſtitia hymbreſ uitibuſ cõducunt. hyberno quidem puluere fieri meſſeſ letioreſ: luxuriãtiſ ingenii fertilitate dictũ eſt. Alioq uota arborũ cõmunia ſũt frugũq;: Niueſ diutinaſ ſedere. Cauſa nõ ſolũ ꝗa animã terre euaneſcentẽ exhalatiõe includunt: & cõprimunt: retroq; agũt in uireſ frugũ atq; radiceſ: uerũ ꝙ & liquorem ſenſim prebent. purum preterea leuiſſimũq;. qñ nix aquarũ celeſtium ſpuma eſt. Ergo humor ex iiſ non uniuerſuſ ingurgitanſ diluenſq;: ſed quomõ ſititur diſtillanſ uelut ex ubere: alit omnia: que non inundat. Telluſ quoq; illo modo fermẽteſcit: & ſucci plena: ac lacteſcẽtibuſ ſatiſ non effeta cũ tẽpuſ aperit: tepidiſ arridet horiſ. Ita maxime frumenta pingueſcũt: preterq̃ ubi caliduſ ſemper aer eſt: ut in Egypto. Cõtinuatio enim & ipſa cõſuetudo idem quod moduſ aliubi efficit. Plurimũq; ꝓdeſt: ubicũq; nõ eſſe qđ noceat. In maiore parte orbiſ cũ precoceſ excurrere germinationeſ euocate indulgẽtia celi ſequutiſ frigoribuſ exuruntur. Quadecauſa ſerotine hyemeſ noxie. ſilueſtribuſ quoq;: que magiſ etiam dolent urgẽte umbra ſua: nec adiuuante medicina: qm̃ ueſtire teneraſ. intorto ſtramento in ſilueſtribuſ nõ eſt. Ergo tẽpeſtiue aque hybernis primũ hymbribuſ. Deinde germinationẽ añcedentibuſ. Tertiũ tempuſ eſt cũ educãt poma: nec ꝑtinuſ: ſed iã ualido fetu. Que fructuſ ſuoſ diutiuſ continent: lõgioreſq; deſiderant ciboſ: iiſ & ſerotine aque utileſ. ut uiti olee puniciſ. He iam pluuie generiſ cuiuſq; arboribuſ diuerſo modo deſiderantur: aliiſ alio tempore maturantibuſ. Quapropter eiſdem hymbribuſ quedam ledi uideaſ: alia iuuari. Et in eodem genere ſicut in piriſ: alio die hyberna querunt pluuiaſ: alia uero precocia. Vt pariter quidam omnia deſiderent: hybernum tempuſ. Eſt ante germinationẽ que Aqlonem auſtro utiliorẽ facit: Ratio eadem mediterranea maritimiſ prefert. Sunt. n. plerũq; frigidiora. & montoſa planiſ. & noctornoſ hymbreſ diurniſ. Magiſ fruunt̃ aqſ ſata: non ſtatim auferente eaſ ſole. Connexa & ſituſ uinearũ arbuſtoꝝq; ratio eſt. q̃ſ in horaſ debeãt ſpectare. Virgiliuſ ad occaſuſ ſeri damnauit. Aliꝗ ſic maluere q̃ in exortu. A pluribuſ meredíem probari aduerto. Nec arbitror perpetuum quicq̃m in hoc precipi poſſe. Ad ſoli naturam: Ad loci ingenium: Ad celi cuiuſq; moreſ dirigenda ſolertia eſt. In Africa meredíem uineaſ ſpectare: & ſi uiti inutile colono ſalubre eſt: quoniam ipſa meredíane ſubiacet plage. Quapropter ibi ꝗ in occaſum aut ſeptentrioneſ conſeret: optime miſcebit ſolum cælo cũ Virgiliuſ occaſuſ improbet. Nec de Septentrione relinꝗ dubitatio uidet̃. Atqui in Ciſalpina Italia magna ex parte uineiſ ita poſitiſ. cõpertum eſt nullaſ eſſe fertilioreſ. Multũ rationiſ obtinẽt uenti. In Narbonenſi prouintia atq; Liguria & ꝑte Etrurie contra Circium ſerere: imperitia exiſtimatur. Eundemq; obliquũ accipere: ꝑuidentia. Iſ enim ibi eſtatem temperat. ſed tanta plerunq; uiolentia ut auferat tecta.

CAP. III. De Societate celi & terre ad arboreſ.

Vidam celũ terre parere cogũt: ut que in ſicciſ ſerant̃ orientẽ ãc Septentrioneſ ſpectent. Que in humidiſ: meredíem. Nec non ex ipſiſ uitibuſ cauſaſ mutuant̃. In frigidiſ precoceſ ſerendo. ut maturitaſ antecedat algorem. Que poma uiteſq; roreſ oderint: cõtra ortuſ: ut ſtatĩ auferat ſol. Que ament: ad occaſuſ. uel etiã ad ſeptẽtriõeſ ut diutiuſ eo fruant̃. Ceteri uero fere rationẽ nature ſequuti in Aqlonem obſeruare uiteſ: & arboreſ poni ſuaſere. Odoratiorẽ etiã fieri talem fructum Democrituſ putat.

CAP. IIII. De Qualitate regionũ uaria atq; mirabili.

Quilonis ſitũ uentoꝝq; reliquoꝝ diximuſ ſecũdo uolumine. Dicemuſq; proximo plura celeſtia. Interim manifeſtũ uidetur ſalubritatiſ argumentũ. qm̃ in meredíẽ etiam ſpectantium ſemper ante decidunt folia. Similiſ & in maritimiſ cauſa. Quibuſdã lociſ afflatuſ mariſ noxii. In plurimiſ iidem utileſ. Quibuſdam ſatiſ e longinquo aſpicere maria iucundum. Propiuſ admouere ſaliſ halitum inutile. Similiſ & fluminum ſtagnorumq; ratio. Nebuliſ adurunt aut eſtuantia refrigerant opacitate: atq; etiam rigore gaudent: que diximuſ. Quare experimentiſ optime creditur. A celo proximũ eſt terre dixiſſe rationẽ haud faciliore tractatu. quippe non eadem arboribuſ cõuenit & frugibuſ. plerunq; nec pulla qualem habet Campania: ubiq; optima uitibuſ. Aut que tenueſ exhalat nebulaſ. Nec lubrica multiſ laudata. Cretam in Albenſium Pompeianorumq; agro & argillam cunctiſ ad uineaſ generibuſ anteponunt. q̃q̃ ꝑ̃pingueſ quod excipitur in eo genere. inuicem ſabulum album. In Ticinienſi: multiſq; in lociſ nigrum. itemq; rubrum etiam pingui terre permixtum: infecundum eſt. Argumenta quoq; iudicantium ſepe uallunt. Non utiq; ſolum letum eſt: in quo procere arboreſ nitent: preterq̃ illiſ arboribuſ. Quid enim abiete proceriuſ? Aut que uixiſſe poſſit alia in loco eodem? Nec luxurioſa pabula pinguiſ ſoli ſemper ĩdicium habent. Nam quid laudatiuſ Germanie pabuliſ ? & tamen ſtatim ſubeſt harena: tenuiſſimo ceſpitum corio. Nec ſemper aquoſa eſt terra: cui proceritaſ herbarum. non hercule magiſ q̃m pinguiſ adherenſ digitiſ: quod in argilliſ arguitur. Scrobeſ quidem regeſta in eoſ nulla complet: ut denſa atq; rara ad hunc modum deprehendi poſſit. Ferroq; omīſ rubiginē obducit. Nec grauiſ aut leuior iuſto deprehendit᷑ pondere. Quod enim terreponduſ iuſtum intelligi poteſt? Nec fluminibuſ aggeſta ſemper laudabiliſ: quando ſeneſcant ſata quedam aqua. Sed neq; illa que laudatur: diu preterq̃ ſalici utiliſ ſentitur. Inter argumenta ſtipule craſſitudo eſt. tanta: alioqui in Leborino Campanie nobili campo: ut ligni uice utantur. Sed idem ſolum ubicunq; arduum opere. difficile cultu. boniſ ſuiſ acriuſ pene quam uitiiſ quem paſcit affligit agricolam. Et carbunculuſ. Que terra ita uocatur. Emendari uitem hac terra putatur. Nam Tofuſ ſcaber natura friabiliſ expetitur quoq; ab autoribuſ. Virgiliuſ & que filicem ferat: nō improbat uitibuſ. Salſeq; terre multa meliuſ creduntur. tutiora uitiiſ innaſcentium animalium. Nec colleſ opere nudantur: ſiquiſ perite fodiat. Nec campi omneſ minuſ ſoleſ atq; perflatuſ q̃ opuſ ſit: accipiunt. Et quaſdam pruiniſ ac nebuliſ paſci diximuſ uiteſ. Omnium rerum ſunt quedā in alto ſecreta. & ſuo cuiq; corde preuidenda. Quid quod mutatur ſepe iudicata quoq; ac diu comprehenſa? In Theſſalia circa Lariſſam emiſſo lacu frigidior facta ea regio eſt. oleeq; deſierunt que priuſ fuerant. Item uiteſ aduri quod non antea Thracia ſenſit amoto Hebro. Et circa Philippoſ cultura ſiccata regio mutauit celi habitum. At in Syracuſano agro aduena cultor: elapidato luto: ſole prodidit frugeſ: donec regeſſit lapideſ. In Syria leuem tenui ſulco imprimunt uomerem: quia ſubeſt ſaxum exurenſ eſtate ſemina. Iam in quibuſdam lociſ ſimileſ eſtuſ immodici & frigorū effectuſ. Eſt fertiliſ Tracia frugum rigore. & eſtibuſ Africa & Egyptuſ. In Chalchia Rhodiorum inſula locuſ quidam eſt intantum fecunduſ: ut ſuo tempore ſatum demetant hordeum. ſublatumq; ꝓtinuſ ſerant & cum aliiſ frugibuſ metant. Glareoſum oleiſ ſolum aptiſſimum in Venafrano. Pinguiſſimum in Betica. Punica uina in ſaxo coquuntur. Cecube uiteſ in Pontiniſ paludibuſ madent. Tanta eſt argumentorum & ſoli uarietaſ ac differentia. Ceſar Vopiſcuſ cum cauſam apud Cenſoreſ ageret: cāpoſ Roſie dixit Italie Sumen eſſe: in quibuſ perticaſ predie relictaſ gramen operiret. Sed non niſi ad pabulum probantur. Non tamen indocileſ natura noſ. eſſe uoluit. & uita confeſſa fecit etiam ubi bona non fecerat. Quamobrem priuſ dicamuſ crimina.

CAP. V. Terrarum genera. & uitia: & qui ager optimuſ: & de terra quam Britannia & Gallia amat: & de Grecorum doctrina:

Erram amaram ſiue macram ſiquiſ probare uelit: Demonſtrant eam atræ degeneresq; herbe. Frigidam autē retorride nata. Item uliginoſam triſtia. Rubricā oculi. Argilloſam que operi difficillīa: queq; raſtoſ ac uomereſ ingentibuſ glebiſ oneret quanq̃ aliquando non quod operi: hoc & fructui ſit aduerſum. Item e contrario cineraceam. & ſabulum album. Nam ſteriliſ denſa callo facile deprehenditur: uel uno ictu cuſpidiſ. Cato breuiter: atq; ex ſuo more uitia determinat. Terram carioſam caue. neue plauſtro neue pecore impellaſ. Quid putamuſ hac appellatione ab eo tantopere reformidari: ut pene ueſtigiiſ quoq; interdicat. Redeamuſ ad ligni cariē. & íueniemuſ illa que intantum abominatur uitia. Aride fiſtuloſe ſcabre caneſcētiſ exeſe pumicoſe. Pluſ dixit una ſignificatione q̃m poſſit ulla copia ſermoniſ enarrari. Eſt enim interpretatione uitiorum quadam non etate: que nulla in ea intelligi poteſt: ſed natura ſua anuſ terra. & ideo infecunda ad omnia: atq; etiam imbecilla. Idem agrum optimum iudicat ad radicem montium: planicie in meridiem excurrente: que eſt totiuſ Italie ſituſ.

Pulla terra

Terram uero teneram que uocetur pulla. Erit igitur hec optima & operi ſatiua. Intelligere modo libeat dictam mira ſignificatiōe teneram: & quicquid optari debet: in eo uocabulo inuenietur. Illa temperate ubertatiſ. Illa molliſ. faciliſq; culture. nec madida. nec ſitienſ. Illa poſt uomerem nigreſcenſ: qualem fonſ ingeniorum Homeruſ in armiſ abdeo celatam dixit: addiditq; miraculum nigreſcentiſ quanuiſ fieret in auro. Illa quam recentem exquirunt improbe aliteſ uomerem comitanteſ Coruiq; aratoriſ ueſtigia ipſa rodenteſ. Reddatur hoc in loco luxurie quoq; ſententia & aliqua in propoſitum. Certe Cicero lux doctrinarum altera: meliora inquit unguenta ſunt que terram: q̄m que crocum ſapiunt. hoc enim maluit dixiſſe q̃ redolent. Ita eſt profecto. Illa enim erit optima: que unguenta ſapiet? Quod ſi admonendi ſumuſ qualiſ ſit terre odor ille qui queritur: contingit ſepe etiam quieſcente ea ſub occaſu ſoliſ: in quo loco arquuſ celeſtiſ deiecerit capita ſua: & cum a ſiccitate continua immaduerit hymbre: tunc emittit illum ſuum halitum diuinum ex ſole conceptum: cui comperari ſuauitaſ nulla poſſit. Iſ eſſe odor incommota debebit. repertuſq; neminem fallet. ac de terre odore optime iudicabit. Taliſ fere eſt innoualibuſ ceſa uetere ſilua: que conſenſu laudatur. Et in frugibuſ quidē ferendiſ cadē terra utilior intelligit̃: quotienſ intermiſſa cultura quieuit. qđ in uineiſ nō fit. Eoq; diligentiuſ eligēda eſt: ne uera exiſtat opinio eoꝝ qui iam Italie terram exiſtimauere laſſam. Operiſ quidē facultaſ in aliiſ generibuſ conſtat e celo. nec pōt arari poſt hymbreſ aliqua: ubertatiſ uitio lenteſcenſ. Contra in Byzantio Africe illum centena & quinquagena fruge fertilem campū: nulliſ cū ſiccuſ eſt arabilem tauriſ: poſt hymbreſ uili aſello & a parte altera iugi anu uomerē trahente uidimuſ. ſcindi.

Terrā tr̄a emēda
lxi

Terram enim terra emendari: ut aliqui precipiūt: ſuper tenuem pingui iniecta aut gracili: bibulaq; ſuper humidā ac prepinguē: demētie operarii eſt. Quid. n. poteſt ſperare qui talē colit? Alia eſt ratio quam Britannia & Gallia inuenere alendi eam cauſa qđ genuſ uocant Margon. Spiſſior ubertaſ in ea intelligit̃. Eſt aūt q̄dam terre adepſ ac uelut glandia in corporibuſ ibi denſante ſe pinguitudiniſ nucleo. Non omiſere & hoc Greci. Quid enī intemptatū illiſ? Leucargylliō uocāt candidā argyllā qua in Megarico agro utunt̃: ſed tm̄ ī humida frigidaq; terra. Illaſ Galliaſ Britāniaſq; locupletantiſ cum cura dici conuenit. Duo genera fuerant. Plura nuper exerceri cepta. proficientibuſ ingeniiſ. Eſt enim alba. ruffa. columbina. argyllacea. tofacea. arenacea. Natura duplex. aſpera aut pinguiſ. Experimenta utriuſq; in manuſ. uſuſq; geminuſ. aut ut frugeſ tantum alant aut eædem & pabulum.

Tofacea

Frugeſ alit Tofacea alba: que ſi ſit inter fonteſ reperta: eſt ad infinitum fertiliſ. uerum aſpera tractatu. & ſi nimia iniecta eſt: exurit ſolum.

Ruffa

Proxima eſt ruffa: que uocatur Capnumargoſ intermixto lapide terre minute harenoſe: Lapiſ contunditur in ipſo campo. primiſq; anniſ ſtipula difficulter ceditur. propter lapideſ. Impendio tamen minimo leuitate dimidio minoriſ q̃ cetere inuehitur. Inſpergitur rara. ſale eam miſceri putant. utrumq; hoc genuſ ſemel iniectum in. l. anniſ ualet & frugum & pabuli ubertate.

Alba

Que pingueſ eſſe ſentiuntur ex iiſ precipua alba. Plura eiuſ genera. Mordaciſſimum quod ſupra diximuſ. Alterum genuſ albe crete argentaria eſt. Petitur ex alto in centenoſ pedeſ actiſ plerunq; puteiſ ore anguſtatiſ intuſ ut in metalliſ ſpaciante uena. hac maximæ Britannia utitur. Durat anniſ. lxxx. Neq; eſt exemplum ulliuſ qui biſ in uita hanc eidem iniecerit. Tertium genuſ candide gliſchromargon uocant. Eſt autem creta fullonia mixta pingui terra: pabuli q̃ frugū fertilior: ita ut meſſe ſublata ante ſemētē alteram letiſſimum ſecetur. Dum in fruge eſt: nullum aliud gramen emittit. Durat xxx. anniſ. denſior uiſto. Cymini modo ſtrangulat ſolum.

Columbina

Columbinam Gallia ſuo

harenacea

nomine Glaucopelon appellat. glebiſ excitatur lapidum modo. Sola gelatione ita ſoluitur: ut tenuiſſimaſ bratteaſ faciat. Hec ex equo fertiliſ. Harenacea utuntur ſi alia non ſit in uliginoſiſ uerticibuſ. & ſi alia ſit: ubi hoſ gentium ſoloſ nouimuſ: qui fertiliſſimum agrum colenteſ. ꝗcunq; terra infra pedeſ treſ effoſſa & pedali craſſitudine iniecta letificent. Sed ea non diutiuſ anniſ decem prodeſt. Hedui & Pictoneſ calce uberrimoſ fecere agroſ: que ſane & oleiſ & uitibuſ utiliſſima reperitur. Omniſ autem marga arato iniicienda eſt: ut medicamentum rapiatur. & fimi deſiderat aliquantulũ. Que primo pluſ aſpera & que in herbaſ nõ effundit̃. alioq nouitate quecunq; fuerit: ſolum ledet. Ne ſic q̄dem primo anno fertiliſ. Intereſt. & q̄li ſolo querat̃. Sicca enim humido melior. Arido pinguiſ. Temperato alterutra creta uel columbina conuenit.

CAP. VI. De Cineriſ uſu: & de fimo: & quæ ſata uberiorẽ terrã faciant: & que urant. concoqui.

Arnſpadaniſ cineriſ uſuſ adeo placet: ut anteponant fimo iumentoꝝ. q̄d quia leuiſſimũ eſt: ob id exurunt. Vtroq; tamẽ pariter nõ utunt̃ In eodẽ aruo. Nec in arbuſtiſ cinere. nec quaſdam ad frugeſ ut diximuſ. Sunt qui puluere quoq; uuaſ ali iudicent; pubeſcenteſq; puluerẽt. & uitium arboꝝq; radicibuſ aſpergãt. Quod certũ eſt Narbonenſi ꝓuintie & uindemiaſ certiuſ ſic cõcoqui: quia pluſ puluiſ ibi q̃ ſol cõfert. Fimi plureſ differentie. ipſa reſ antiq̃. Iam apud Homeꝝ regiuſ ſenex agrũ ita ſuiſ manibuſ letificãſ reperit̃. Argeuſ Rex in Grecia excogitaſſe tradit̃. Diuulgaſſe uero Herculeſ in Italia. que Regi ſuo Stercuto Fauni filio ob hoc inuentũ ĩmortalitatẽ tribuit. M. Varro ꝑncipatũ dat turdorũ fimo. ex auiariiſ. q̄d etiã pabulo boũ ſuũq; magnificat. neq; alio cibo celeriuſ pingueſcere aſſeuerat. De noſtriſ moribuſ bñ ſperare eſt: ſi tãta apud maioreſ fuere auiaria: ut ex iiſ agri ſtercurarent̃. Proximũ columella colũbariiſ: mox galliariiſ facit. Natantiũ alitũ dãnato. Ceteri autoreſ cõſenſu hũanaſ dapeſ ad hoc in ꝑmiſ aduocãt. Alii ex iiſ p̃ferunt hominũ potuſ in corioꝝ officiniſ pilo madefacto. Alii per ſeſe aqua iteꝝ largiuſq; etiã q̃ cũ bibit̃ admixta. Quippe pluſ iam ibi male domandũ eſt: cũ ad uiruſ illud uini homo acceſſerit. Hec ſũt certamina quibuſ inuicẽ ad tellurẽ quoq; alendã utunt̃ homineſ. Proxĩe ſpurciciaſ ſuũ laudãt. Columella ſoluſ damnat. Alii cuiuſcũq; quadrupediſ exitioſũ. Aliqui colũbaꝝ preferũt. proximũ deinde capraꝝ eſt. Ab hoc ouiũ. Deinde boũ. Nouiſſimuſ iumentoꝝ. He fuere apud priſcoſ differentie. ſimulq; precepta ut inuenio re tali utendi. qñ & hic uetuſtaſ utilior. Viſũq; iam eſt apud quoſdã prouintialium intantũ abundãte geniali copia pecudum farine uici cribriſ ſuperiniici. fetore aſpectuq;. temporiſ uiribuſ in quandã etiã gratiã mutato. Nuper repertum oleaſ gaudere maxime cinere e calcariiſ fornacibuſ. Varro preceptiſ adiicit eqno: q̄d ſit leuiſſimũ: ſegeteſ alendaſ. Prata uero grauiore: & quod ex hordeo fiat. Multaſq; gignit herbaſ. Quidam etiam bubulo iumentoꝝ preferunt. ouillũq; caprino. Omnibuſ uero aſininũ quoniã lentiſſime mandant. E contrario uſuſ aduerſuſ utrunq; ꝓnunciat. Inter omneſ autem conſtat: nihil eſſe utiliuſ lupini ſegete priuſq̃ ſiliquetur aratro uel bidentibuſ uerſa: manipuliſue circa radiceſ arboꝝ uel uitiũ obrutiſ. Etiam ubi nõ ſit pecuſ culmo ipſo uel etiam filice ſtercorare arbitrant̃. Cato: ſtercuſ unde fiat: ſtramenta. lupinũ. paleaſ. fabalia. ac frondiſ iligneaſ. quernaſq; ex ſegete euellito. Ebulũ. Cicutã: & circũ ſalicta herbam auctã. uluamq; ea ſubſternito ouibuſ: frondemq; putridam. Vinea ſi macruerit ſarmenta ſua comburito. & itidem inarato. Itemq;: ubi ſaturuſ eriſ frumentũ: oueſ ibi delectato. Nec nõ & ſatiſ q̄buſdam ipſiſ paſci terram dicit. Segetẽ ſtercorãt frugeſ lupinum faba. uitia. Sicut e contrario Cicer quia uellit̃ & quia ſalſũ eſt. hordeũ fenugrecũ Eruũ Hec oĩa ſegetẽ exurũt.

& om̄ia que uellunt᷑. Nudeoſ in ſegetẽ ne indideriſ. Virgiliuſ & Lino ſegetẽ exuri & auena & papauere arbitrat᷑. Fimeta ſub diuo concauo loco & qui humorẽ colligat: ſtramento intecta ne in ſole areſcant: Palo e robore depacto fieri iubet. Ita fore ne innaſcant᷑ iiſ ſerpenteſ. Fimũ miſcere terre: plurimum refert. fauonio flante ac luna ſitiẽte. id pleriq; praue intelligũt a fauonii ortu faciendũ. ac Februario menſe tantũ: cũ id pleraq; ſata aliiſ poſtulẽt menſibuſ. Quocũq; tempore fiat: curandũ ut ab occaſu equinactiali flante uento fiat: luna decreſcente. ac ſicca. Mirũ in modũ auget᷑ ubertaſ effectuſq; eiuſ obſeruatione tali.

CAP. VII. De Statione arboꝝ: & ꝙ auulſione arboreſ naſcunt᷑.

Bunde predicta rati one celi ac terre: nunc de hiſ arboribuſ dicemuſ: que cura hominũ atq; arte proueniũt. Nec pauciora prope ſũt genera. tã benigne nature gratiã retulimuſ. Aut. n. ſemine ꝓueniũt aut plãtiſ radiciſ: aut ꝓpagine: aut auulſiõe: aut ſurculo: aut inſito & cõſecto arboriſ truncto. Nã folia palmaꝝ apud Babylõioſ ſeri atq; ita arborẽ prouenire Trogũ credidiſſe demiror. Quedam pluribuſ generibuſ ſerunt᷑. Quedã omnibuſ. Ac pleraq; ex iiſ natura ipſa docuit. & in primiſ ſemen ſerere: cũ decidenſ exceptũq; terra uiueſceret. Sed quedã nõ aliter ꝓueniũt. ut Caſtanee Iuglandeſ: ceduiſ duntaxat exceptiſ. Ex ſemine aũt quanq̃ diſſimili ea quoq; quæ & aliiſ modiſ ſerunt᷑. ut uiteſ & mala atq; pira. nanq; iiſ pro ſemine nucleuſ: nõ ut ſupradictiſ fructuſ ipſe. Et Meſpila ſemĩe naſci poſſunt. Om̄ia hec tarda ꝓuentu ac degenerãtia & inſito reſtituenda. Interdum etiam Caſtanee. Quibuſdã natura contra omnino non degenerãdi: quoquomodo ſerant᷑: ut Cupreſſiſ palmiſ lauriſ. Nanq; & Lauruſ pluribuſ modiſ ſerit᷑. Genera eiuſ diximuſ. Ex iiſ Auguſta & bacaliſ. Et pinuſ ſimili mõ ſerunt᷑. Bace menſe Ianuario Aquiloniſ afflatu ſiccãte legunt᷑: expãdunt᷑q; rare ne calefiant aceruo. Poſtea q̄dam fumo ad ſerendũ parataſ urina madefaciũt. Alii in q̃lo pedibuſ in ꝓfluente deculcãt: donec auferat᷑ cutiſ. Alioqui uligo infeſtat. nec patitur naſci. In ſulco repaſtinato palmi altitudine uicene fere aceruati mẽſe Martio. Eedẽ & ꝓpagine ſerunt᷑. Triũphaliſq; Talea tantũ. Myrti genera omnia in Campania baciſ ſerunt᷑. Rome propagine Tarentina. Democrituſ & alio modo ſeri docet grandiſſimiſ bacaꝝ tuſiſ leuiter ne grana frangantur: eaq; intrita reſte circunligari: atq; ita ſeri. parietẽ fore denſitate exquo uirgule differantur. Sic & ſpinaſ ſepiſ cauſa ſerunt tomice moriſ ſpinarum circunlita. Plantaſ autem lauruſ & Myrti inopia a trimatu tempeſtiuum eſt trãſferre. Inter ea que ſemine ſeruntur Mago in nucibuſ operoſuſ eſt. Amygdale in argilla molli merediem ſpectanti. ſeri iubentur. Gaudere eaſ in dura calidaq; terra. In pingui & humida mori ac ſterileſcere. Serendaſ q̃maxime falcataſ & e nouella. fimoq; diluto maceratas per triduum. aut predige q̃ ſerant᷑. aqua mulſa. Mucrone defigi aciẽ lateriſ. In aquilonem ſpectare. ternaſ ſimul ſerendaſ. trianguli ratione. palmo inter ſe diſtanteſ. deniſ diebuſ adaq̃ri donec grandeſcant. Iuglandeſ nuceſ porrecte ſeruntur cõmiſſuriſ iacẽtibuſ. Pinee nucleiſ ſepteniſ fere in ollaſ ꝑforataſ additiſ: aut ut Lauruſ que baciſ ſerit᷑. Citrea grano & ꝓpagine. Sorba ſemine & a radice planta & auulſione proueniunt. ſed illa in calidiſ. ſorba & in frigidiſ: & humidiſ. Natura & plantaria demonſtrauit: multaꝝ radicibuſ pullulante ſobole denſa: & pariente matre quaſ enecet. eiuſ quippe umbra turba ĩdigeſta premitur: ut in lauriſ. puniciſ. plataniſ. ceraſiſ. pruniſ. Paucoꝝ in hoc genere rami parcunt ſoboli: ut ulmorum palmaꝝq;. Nulliſ uero taleſ pulluli ꝓueniunt: niſi quaꝝ radiceſ amore ſoliſ atq; hymbriſ in ſuũma tellure ſpatiant᷑. Om̄ia ea nõ ſtatĩ moriſ ẽ ĩ ſua locari: ſed pͥuſ nutrici dari: atq; ĩ ſeminariiſ adoleſcere. iterũq; migrare. Qui tranſituſ miꝝ in modũ mitigat etiam ſilueſtreſ: ſiue arboꝝ quoq;

Castanee
Iuglandes
Mespila
Laurus
Pinus

Amygdala

Citrum canis cadaver
Sorba

ut hoĩm natura nouitatiſ ac peregrinatiõiſ auida eſt. ſiue diſcedẽteſ uiruſ relinquũt:
manſueſcũtq; tractatu ceu fere dum radici auellit᷑ planta. Et aliud genuſ ſimile natura
premonſtrauit. Auulſiq; arboribuſ ſtoloneſ uixere. Quo in genere & cum parui ſunt:
auellunt᷑. partemq; aliq̃ e matriſ quoq; corpore auferũt ſecũ fimbriato corpore. Hoc
modo plantant᷑ punice. Corili. Mali. Sorbi. Meſpili. Fraxini. Fici. In pᷓmiſq; uiteſ.
Cotoneum
Cotoneũ ita ſatũ. degenerat. Ex eodẽ inuentu eſt, ſarculoſ abſciſoſ ſerere. hoc primo
ſepiſ cauſa factũ Sambuciſ Cotõeo & rubiſ depactiſ. Mox & culture: ut populiſ. alniſ.
Salici. que uel inuerſo ſurculo ſerit᷑. Iã ee ibi diſponunt᷑: ubi libeat eẽ eaſ. Quã obrẽ
ſeminarii curã ante cõuenit dici q̃ tranſeat᷑ in alia genera. Nãq; & huic principio eligi
ſolũ refert: qm̃ nutricẽ ĩdulgentiorẽ eſſe q̃ matrẽ ſepe cõuenit. Sit ergo ſiccũ ſuccoſũq;
bipalio ſubactũ. aduenis hoſpitale. & q̃m ſimillimũ terre in quã tranſſerendũ ſit. Ante
omnia elapidatũ. munitũq; ad incurſũ etiã gallinacei generiſ. Quã minime rimoſũ: ne
penetrãſ ſol exurat fibraſ. Interuallo ſeſquipedũ ſeri: ne ſe ĩter ſe cõtingãt. & noceãt.
preter alia uitia etiã uermioſa fiũt. Ideo ſarriri cõuenit ſepiuſ: herbaſq; euelli. pᷓterea
ſemina ipſa fruticãtia ſupputare: ac falcẽ pati conſueſcere. Cato & furciſ crateſ imponi
iubet altitudine hominiſ ad ſolẽ recipiendũ. Atq; integi culmo ad frigora arcenda. Sic
pirorum malorũq; ſemina nutriri: ſic pineaſ nuceſ. Sic Cupreſſoſ ſemine ſataſ & ipſaſ.
Minimiſ id graniſ cõſtat. ut uix perſpici quedã poſſit. Nõ omittendũ nature miraculũ
ex tam paruo gigni arboreſ: tanto maiore tritici & hordei grano: ne qſ fabã reputet.
Quid ſimile originiſ ſue habẽt maloꝝ piroꝝq; ſemina? hiſ principiiſ reſpuentẽ ſecureſ
materiẽ naſci indomitam. ponderibuſ immenſiſ prela. arboriſ uelis turribuſ muriſq; impellendiſ
NTA
arietibuſ. Hec eſt natura eiuſ. hec potentia. Suꝑ oĩa erit e lachryma naſci
Cupressus
aliquid: ut ſuo loco dicemuſ. Ergo e Cupreſſo femina: maſ enim ut diximuſ: nõ gignit:
pilule collecte ꝗbuſ docui menſibuſ ſiccantur ſole: rupteq; emittũt ſemen formiciſ mire
expetitũ ampliato etiã miraculo tantuli animaliſ cibo abſumi natalẽ tantaꝝ arboꝝ.
Serit᷑ menſe Aprili area eq̃ta cylindriſ: aut uolgioliſ denſata: terraq; cribriſ ſuꝑcernit᷑
polliciſ craſſitudine. Cõtra immane ponduſ attollere ſe nõ ualet. retorquet᷑q; ſub terra.
ob hoc parcit᷑ ueſtigiiſ. Leniter rigat᷑ a ſoliſ occaſu in triniſ diebuſ: ut equaliter bibat
donec erũpant. Differunt᷑ poſt annũ dodrantali ſulco cuſtodita tẽperie. ut uiridi celo
ſerant᷑: ac ſine aura. Mirumq; dictu periculum tm̃ eo die eſt. ſi rorauerit q̃ntulũcunq;
hymbrẽ aut ſi afflauerit. De reliquo tute ſũt ꝑpetua ſecuritate. Aquaſq; poſtea odere.
Zizifa
Et Zizifa grano ſeruntur menſe Aprili. Tubureſ meliuſ inſerunt᷑ in pruno ſilueſtri &
malo Cotoneo. Et in Calabria ea eſt. Spina ſilueſtriſ quecunq; optime & mixaſ recipit
utiliter & ſorboſ.

CAP. VIII. De Seminariiſ tranſſerẽdiſ: & ulmiſ ſerẽdiſ: & ſcrobibuſ.

Lantaſ ex ſeminario tranſſerre in aliud pᷓuſ q̃ ſuo loco ponant᷑. operoſe precipi
arbitror. Licet tranſlatiõe folia latiora fieri ſpondeãt. Vlmoꝝ pᷓuſ q̃ folio ueſtiant᷑:
Samara colligẽda eſt circa Martiaſ Kalen. cũ flaueſcere ĩcipit: Deinde biduo in
umbra ſiccata ſerẽda denſa in refracto terra ſuꝑ minutatim cribrata craſſitudĩe que in
cupreſſiſ. Pluuie ſi non adiuuent: rigandum. Deferẽde ex areaꝝ ueniſ poſt annum in
ulmaria interuallo pedali in unãquãq; partẽ. Maritaſ ulmoſ Autũno ſere re utiliuſ: qa
carẽt ſemine nã eæ e plantiſ ſerunt᷑. In arbuſtũ quinquẽneſ ſub urbe tranſſerunt᷑. aut
ut ꝗbuſdam placet: que uicenũ pedũ eſſe ceperũt. Sulco q nouenariuſ dicit᷑: altitudĩe
pedũ triũ. pari altitudĩe. & eo ampliuſ circa poſitaſ pedeſ terni undiq; e ſolido adaggerant᷑.
Arulaſ id uocãt in Cãpania. Interualla ex loci natura ſumunt᷑. Aridioreſ ſerẽdaſ
in campeſtribuſ cõuenit. Populoſ & fraxinoſ quia feſtinantiuſ germinãt diſponi quoq;

maturiuſ conuenit. hoc eſt ab Idibuſ febru. plantiſ & ipſaſ naſcenteſ. In diſponendiſ arboribuſ arbuſtiſq; ac uineiſ qncũcialiſ ordinũ ratio uulgata & neceſſaria. nõ ꝑflatu modo utiliſ: uerũ & aſpectu grata quoquomõ intueare in ordinẽ ſe porrigẽte uerſu. Populiſ eadẽ ratio ſemine qua ulmoſ ſerendi: tranſferendi quoq; e ſeminariiſ eadem & ſiluiſ. Ante omnia igitur in ſimilẽ tranſferri terram aut meliorẽ oportet. nec e tepidiſ aut precocibuſ in frigidoſ aut ſerotinoſ ſituſ: ut neq; ex iiſ in illoſ. Prefodere ſcrobeſ ante ſi fieri poſſet tanto: donec pingui ceſpite obducanť. Mago ante annũ fieri iubet ut ſolem pluuiaſq; combibant. aut ſi conditio largita non ſit: igneſ in medioſ fieri ante menſeſ duoſ: nec niſi poſt hymbreſ in iiſ ſeri. Altitudinem earum in archilloſo aut duro ſolo trium cubitorum eſſe in q̃q; partem. In pruniſ palmo ampliuſ. & ubiq; caminata foſſura ore compreſſiore ſint. Nigra uero terra duo cubita & palmum q̃dratiſ anguliſ. Eadem menſura Greci autoreſ conſentiunt. nõ altioreſ qno ſemipede eſſe debere. nec latioreſ duobuſ pedibuſ. Nuſq̃ uero ſeſqpede minuſ altoſ: qm̃ in humido ſolo ad uicina aque perueniat. Cato ſi locuſ aquoſuſ ſit inquit lataſ pedeſ ternoſ. In faucibuſ imiſq; palmum & pedem. altitudine quattuor pedũ. eaſ lapide conſterni: aut ſi nõ ſit perticiſ ſaligniſ uiridibuſ. Si neq; ee ſint: ſarmentiſ. ita ut in altitudinem ſemipedem trahanť. Nobiſ adiciendum uideť ex predicta arboꝝ natura: ut altiuſ dimittanť ee que ſũma tellure gaudent. tanq̃m fraxinuſ: olea. Hec & ſimilia q̃ternoſ pedeſ oportet demitti. Ceteriſ ſat eſt ſi altitudiniſ pedeſ ternoſ effecerint. Excide inquit radicẽ iſtã Papyriuſ Corſur Imperator: ad terrorem Preneſtinorum Pretoriſ. deſtringi ſecuriuſ ſe teſte: innoxium abradi parteſ que ſe nudauerint terra. Aliqui lapideſ rotundoſ ſubiici malũt: q & cõtineãt humorẽ: & tranſmittãt. Nõ itẽ planoſ facere. & a terreno arcere radicẽ exiſtimanteſ. Glarea ſubſtrata inter utranq; ſententiã fuerit. Arborem nec minorem bima nec maiorem trima tranſferri quidã ꝑcipiũt. Alii cũ annũ impleat. Cato craſſiorẽ quinq; digitiſ non omiſit. Idem precepit meridianam celi partem ſignare in cortice: ut tranſlata iiſdem & aſſuetiſ ſtatueretur horiſ ne aquilonie meridianiſ oppoſite ſolibuſ finderentur: & algerent meridiane aglonibuſ. Quod e diuerſo affectant etiã quidã in uite ficoq; permutanteſ in contrariũ. Denſiora enim folia ita fieri. magiſq; protegere fructum & minuſ amittere. ficumq; ſit etiã ſcanſilem fieri. Pleriq; id demum cauent: ut plaga deputati cacuminiſ merediem ſpectet. ignari fiſſuriſ nimii uaporiſ opponi. Id quidẽ in horam diei qntã uel octauã ſpectare maluerim. Eque latet nõ negligendũ: ne radiceſ mora inareſcant: neue a ſeptentrionibuſ aut ab ea parte celi uſq; ad exortũ brumalem uento flante effodiantur arboreſ. aut certe non aduerſe iiſ uentiſ radiceſ prebeantur. Propter quod emoriuntur ignariſ cauſe agricoliſ. Cato omneſ uentoſ & hymbrem quoq; in tota tranſlatione damnat. & ad hoc proderit q̃plurimũ terre in q̃ uixerint radicibuſ coherere: ac totaſ ceſpite circumligari. Cum ob id Cato in cordibuſ tranſferri iubeat: Proculdubio utiliſſime quidẽ ſummã terrã cõtentuſ eſt ſubdi. Quidã puniciſ maliſ ſubſtrato lapide nõ rumpi pomũ in arboribuſ tradunt. Radiceſ inflexaſ poni meliuſ. Arborẽ ita locari: ut media ſit totiuſ ſcrobiſ neceſſariũ. Ficuſ ſi in Scilla bulborũ hoc genuſ eſt: ſeriť: ociſſime ferre tradiť pomũ. neq; uermiculatiõi obnoxiũ. Quo uicio nõ carent reliq̃ poma ſimiliter ſata. Radicũ eiuſ magnã adhibendã curam ut exemptaſ appareat. nõ auulſaſ. Quiſ dubitet? q̃ ratione & reliq̃ cõfeſſa omittimuſ. ſecuti terram circa radiceſ feſtucato ſpiſſandã. Quod Cato primũ in ea re eſſe cenſet. Plagam quoq; a trunco oblini fimo & foliiſ preligari precipienſ.

Malus Punica proiecto ad radices
suillo stercor' mire proficer' credit'
& si pomorũ acidus fuerit sapor
mitescat uniq; inter acidũ dulceq; ..
Cytrus canis cadauere .

Ne punica mala fran-
gant

Ficus qua ration' inserat'.

CAP. VIIII. De Interualliſ plantandaꝝ arboꝝ.

Viuſ loci parſ eſt ad interualla pertinenſ. Quidam punicaſ & Myrtoſ & lauroſ denſioreſ ſeri iuſſerunt. In pedibuſ tñ nouenis. Maloſ ampliuſ paulo. uel magiſ etiã piroſ. magiſq; amygdalaſ. & ficuſ. qđ optíe diiudicabit ramoꝝ amplitudiniſ ratio: locoꝝq;: & umbre cuiuſq; arboriſ: qm̄ haſ quoq; obſeruari oportet.

CAP. X. Quæ umbre arboꝝ: nocuæ: que iucundae.

Reueſſunt q̃uiſ magnaꝝ arboꝝ: ꝙ in orbem ramoſ circinent. ut in maliſ piriſq;. Eedẽ enormeſ Ceraſiſ. Lauriſ. Iã quedã umbraꝝ proprietaſ. Iuglandiũ grauiſ & noxia etiam capiti humano: omnibuſq; iuxta ſatiſ. Necat germía & pinuſ. Sed uentiſ utraq; reſiſtit. qm̄ & ꝓtecta uinearũ ratione egẽt. Stillicidia pinuſ quercuſ Iliciſ põderoſiſſima. Nullũ Cupreſſi. umbra minima. & in ſe cõuoluta. Ficoꝝ leuiſ: q̃uiſ ſparſa. ideoq; inter uineaſ ſeri non uetanẽ. Vlmoꝝ leuiſ: etiam nutrienſ quecũq; opacat. Sed attico hec quoq; uideẽ e grauiſſimiſ. nec dubito ſi emittanẽ in ramoſ. Conſtricte q̄dem ulmi noxiã eſſe nõ arbitror. Iucunda & Platani q̃q̃ craſſa. Licet gramini credere nõ ſoli: haud alia letiuſ operiente toroſ. Populo nulla ludentibuſ foliiſ. Pinguiſ Alno: ſed paſcẽſ ſata. Vitiſ ſibi ſufficit mobili folio: iactatuq; crebro ſolẽ umbra tẽperanſ. Eodẽ graui ꝓtegẽſ in hymbre. Omniũ fere leuiſ umbra quoꝝ pediculi longi. Nõ faſtidiẽda hec quoq; ſciẽtia atq; nõ ĩ ultimiſ ponẽda qñ q̄buſq; ſatiſ ũbra. aut nutrix aut nouerca eſt. Iuglandiũ q̄dẽ pinoꝝq; & piceaꝝ & Abietiſ q̃cunq; attigere: nõ dubie uenenũ eſt.

CAP. XI. De Stillicidiiſ: & ubi plantari arboreſ debeant.

Tillicidii breuiſ diffinitio eſt: Omniũ quæ ꝓiectu frondiſ ita diffundunẽ: ut ꝑ ipſaſ nõ defluat hymbreſ: ſtilla ſeua eſt. Ergo plurimũ ĩtererit hac in queſtiõe terra in q̃ ſeremuſ: inq̃ntũ arboreſ q̃ſq; alat. Iã ꝑ ſe colleſ minora querũt interualla. Ventoſiſ lociſ crebrioreſ ſeri cõducit. Olea tñ maximo ĩteruallo de q̃ Catoniſ Italica ſententia eſt. In. xxv. pedibuſ minimũ: plurimũ. xxx. ſeri. Sed hoc uariaẽ locorum natura. Non alia maior in Betica arbor. In Africa uero fideſ peneſ autoreſ erit. Maliariaſ uocari multaſ narrat a pondere olei quod ferant annuo prouẽtu. Ideo. lxxv. pedeſ Mago interuallo dedit undiq; etiã in macro ſolo ac duro atq; uẽtoſo. Cũ minimũ xlv. Betica quidem uberrimaſ meſſeſ inter oleaſ metit. Illam inſcitiam pudendam eſſe cõueniet. & adultaſ inter ſeſe luctari iuſto pluſ. & in ſenectã ꝑcipitare: aut plerunq; ipſiſ qui poſuere coarguẽtibuſ imperitiã ſuã: totaſ excidere. Nihil eſt fediuſ agricoliſ. q̃ geſte rei penitentia. multo iam ut preſtet laxitate delinquere.

Nota

CAP. XII. Quæ arboreſ tardi creſcãt: & quæ celeriter & de Sabina.

Vedã aũt natura tarde creſcũt. & ĩ p̄miſ ſemíe tm̄ naſcẽtia: & lõgo euo durãtia. At que cito occidũt: uelocia ſunt. ut ficuſ. punica. prunuſ. maluſ. piruſ. myrtuſ. ſalix: & tñ antecedũt diuitiuſ. In trimatu enim fere incipiũt oſtendẽteſ ſe ante. Ex iiſ lentiſſima Piruſ. Ociſſima omniũ Cypruſ & pſeudocapiriuſ frutex. ꝓtinuſ ení floret: ſemẽq; ꝓfert. Om̄ia uero celeriuſ adoleſcũt ſtolonibuſ ablatiſ. unãq; in ſtirpẽ redactiſ alimentiſ. Eadem natura & propagineſ docuit. Rubi nãq; curuati gracilitate & ſimul proceritate nimia defigunt rurſuſ in terrã capita. Iterumq; naſcunẽ. ex ſeſe repleturi omnia: ni reſiſtat cultura. Prorſuſ ut poſſint uideri homineſ terre cauſa geniti. Ita peſſima atq; execranda reſ propaginem tamen docuit: atq; radicẽ acq̄ri uiridẽ. Eadem autem natura eſt hederiſ. Cato ꝓpagari preter uitem tradit ficũ oleã punica malorũ genera omnia. Laurum prunoſ. myrtuſ. nuceſ. auellanaſ. & preneſtinaſ. platanum. Propagationum duo genera. ramo ab arbore depreſſo in ſcrobẽ q̃ttuor pedũ quoq;. & poſt biennium amputato flexu. plantaq; tranſlata poſt trimatũ. q̃ſi longiuſ ferre libeat in q̃liſ ſtatim aut uaſiſ fictilibuſ defodere ꝓpagineſ aptiſſimũ: ut ĩ iiſ traſſeranẽ.

Alteꝝ genuſ luxurioſiuſ. radiceſ in ipſa arbore ſollicitãdo traiectiſ ꝑ uaſa fictilia uel q̄loſ ramiſ terraq; circũpactiſ: atq; hoc blandimẽto ĩpetratiſ radicibuſ. inter poma ipſa & cacumina: In ſumma.n. cacumina hoc modo petunť audaci ingenio: Arborẽ aliam longe a tellure faciẽdi. Eodẽ quo ſupra biennii ſpatio abſciſa propagine: & cum q̄liſ. illiſ ſata. Sabina herba ꝓpagine ſeriť. & auulſione. Tradũt fece uini aut e parietibuſ latere tuſo mire ali. Iiſdem modiſ Roſmarinum ſerunt. & ramo: quoniã neutri ſemen. Rododendron propagine & ſemine.

CAP.XIII. De Satione arborum & inſitione: & quomõ inuenta ſit terna arboꝝ inſerẽdi emplaſtratio.

Emine quoq; inſerere natura docuit raptim auiũ fame deuorato: ſolidoq; & alui tepore madido cũ fecũdo fimi medicamine abiecto in mollibuſ arboꝝ lecticiſ. & uẽtiſ ſepe trãſlato in aliq̄ſ corticũ rimaſ. unde uidimuſ ceraſũ in ſalice. platanũ ĩ lauro. Laurũ in Ceraſo. & bacaſ ſimul diſcoloreſ. Tradũt & monedulã condentem ſemina in theſauroſ cauernaꝝ eiuſdẽ rei p̃bere cauſaſ. Hinc nata Inoculatio ſutorie ſimili fiſtula aperiẽdi in arbore oculũ cortice exciſo: ſemẽq; includẽdi eadẽ fiſtula ſublatũ ex alia. In ficiſ aũt & maliſ hec fuit ĩoculatio antiq̄. Virgiliana querit ſinum in nodo gemme expulſi corticiſ gẽmãq; ex alia arbore includit. Et hactenuſ natura ipſa docuit. Inſitionem aũt caſuſ magiſter aliuſ: & pene numeroſior. ad hũc modũ. Agricula ſeduluſ caſã ſepiſ munimẽto cingẽſ: quo minuſ putreſcerẽt ſudeſ limẽ ſubdidit ex hedera. At ille uiuaci morſu apprehenſe ſuam ex alieno fecere uitã. apparuitq; truncũ eſſe ꝑ terra. Auferť ergo ſerra eq̄liter ſuꝑficieſ. leuigať falce trũcuſ. Rõ poſtea duplex. Et p̄ma inter corticẽ lignũq; ĩſerẽdi. Timebãt priſci truncũ findere. Mox ĩforare auſi medio. Ipſiq; medulle calamũ imprimebant unum inſerenteſ. neq;.n. plureſ capiebat medulla ſubtilior. Poſtea ratio uel ſenoſ adiecit mortalitati eoꝝ ex numero ſuccurrere ꝑſuaſa ꝑ media trũco leniter fiſſo cuneoq; tenui fiſſurã cuſtodiẽte: donec cuſpidatim deciſuſ deſcẽdat in rimã calamuſ. Multa in hoc ſeruãda. Primũ omniũ que patiať coitũ talẽ arbor: & cuiuſ arboriſ calamuſ. Varie quoq; & non iiſdem partibuſ. Subeſt omnibuſ Succuſ. Vitibuſ ficiſq; media ſicciora: & e ſumma parte conceptuſ: Ideo illinc ſurculi petunť. Oleiſ circa mediaſ ſuccuſ. Inde & Surculi. Cacumina ſitiunt. Facillime coaleſcunt: Quibuſ eadem corticiſ natura. queq; pariter florentie eiuſdem hore gignationẽ ſuccorũq; ſotietatem habent. Lenta.n. reſ quotienſ humidiſ repugnant ſicca. mollibuſ corticum duri. Reliqua obſeruatio ne fiſſura in nodo fiat: repudiat quippe aduenam inhoſpitaliſ duritia: ut in parte nitidiſſima. ne longior multo tribuſ digitiſ: ne obliqua ne tranſ lucenſ. Virgiliuſ ex cacumine inſeri uetat. Certumq; eſt ab humeriſ arborum orientẽ eſtiuũ ſpectantibuſ ſurculoſ petendoſ: & e feracibuſ & e germine nouello: niſi uetuſte arbori inſerantur: ii enim robuſtioreſ eſſe debent. Preterea ut pregnanteſ hoc eſt germinatiõe turgenteſ: & qui parere illo ſperauerĩt anno. Bini utiq; nec tenuioreſ digito minimo. Inſerunť autem & inuerſi cũ id agiť ut minor altitudo in latitudinem ſe fundat. Ante om̃ia gemmãteſ nitere cõueniet. nihil uſq̄ ulceroſũ eſſe aut retorridũ. Spei fauet Medulla calami cõmiſſure ſi in matre ligni corticiſq; iungať. Id.n. ſatiuſ: q̄ foriſ cortici eq̄ri. Calami ex acutio medullã ne nudet. Tenui tamen fiſtula detegat ut faſtigatio leui deſcendat cuneo tribuſ nõ amplior digitiſ. Quod facillime contingit tinctum. aqua. ne excutiať in uento: ne cortex a ligno decidat alterutri. Calamuſ ad corticẽ uſq; ſuum deprimatur. Ne laxeť dũ deprimiť. neue cortex repliceť in rugaſ. ideo lachrimanteſ calamoſ inſeri nõ oportet. Nõ hercule magiſ q̄ aridoſ. qa illo modo labat humore nimio cortex. Hoc uitali defectu non humeſcit neq; concorporat. Id etiã religioniſ ſeruant: ut luna creſcente calamuſ utraq; deprimat᷑ manu. Et alioqui in hoc opere due ſimul manuſ minuſ nituntur neceſſario temperamento. Validiuſ enim demiſſi tardiuſ ferunt: fortiuſ durant. Contrarium ex diuerſo: ne hiſcat nimium rima: laxaq; capiat. aut ne parum exprimat aut cõpreſſum necet. Hoc maxĩe precauendũ ut preualide accipientiſ trunco in media fiſſura relinq̃n᷑. Quidã ueſtigio fiſſure falce in trunciſ facto ſalice preligant marginẽ ipſum. poſtea cuneoſ figũt continente uinclo libertatẽ dehiſcendi. Quedã in plantario inſita. eodẽ die trãſferunt᷑. Si craſſior trũcuſ inſeratur: inter corticem & lignũ inſeri meliuſ cuneo optime oſſeo ne cortice rumpatur laxato. Ceraſi libro dempto finduntur. he ſole & poſt brumam inſerunt᷑. dempto libro habent ueluti lanuginem que ſi cõprehendit inſitũ: putrefacit. Incolumi cuneo adactũ utiliſſime aſtringit᷑. Inſerere aptiſſimũ q̃ ꝓximum terre patiat᷑ nodoꝝ truncíq; ratio. Eminere calami ſex digitorũ longitudine non ampliuſ debent. Cato argylle uel crete harenã fimũq; bubulũ admiſceri: atq; ita uſq; ad lentorem ſubigi iubet. idq; interponi & circũlini. Ex iiſ que cõmentatuſ eſt; facile apparet illa etate inter lignũ & corticem nec alio modo inſerere ſolitoſ. aut ultra latitudinẽ duum digitorum calamoſ dimittere. Inſeri aũt precepit pira ac mala per uer: & poſt ſolſtitium diebuſ. L. poſt uindemiã. Oleaſ aũt & ficoſ ꝑ uer tm̄ luna ſitiente hoc eſt ſicca. Preterea poſt meredíem: ac ſine uento auſtro. Mirũ ꝙ nõ contentuſ inſitũ muniſſe ut dictũ eſt: & ceſpite ab hymbre frigoribuſq; ꝓtexiſſe ac mollibuſ bifidorum uiminum faſcibuſ: lingua bubula: herbe id genuſ eſt: inſuꝑ obtegi iubet. eãq; illigari opertã ſtramẽtiſ. Nũc aũt abunde arbitrãt᷑ paleato luto libro farcire duoſ digitoſ inſito extante. Verno inſerenteſ tempuſ urget: incitantibuſ ſe gẽmiſ: preter q̃ in olea: cuiuſ diutiſſime oculi parturiũt. minimũq; ſucci habent ſub cortice: q nimiuſ inſitiſ nocet. Punica uero & ficum. q̃q̃ aliaſ ſicca ſint recraſtinare minime utile. Pirum uel florentẽ inſerere licet: & in magum quoq; menſem ꝓtendere inſitionem. Quod ſi longiuſ afferant᷑ pomorum calami rapo infixoſ optime cuſtodire ſuccũ arbitrant᷑. ſeruariq; inter duoſ imbriceſ iuxta riuoſ uel piſcinaſ utrinq; terra obſtructoſ.

CAP. XIIII. De uite inſerenda.

Itium uero in ſcrobibuſ ſicciſ ſtramento opertoſ ac deinde terra obrutoſ: ut cacumĩe exiſtant. Cato uitẽ tribuſ modiſ inſerit. Preſectã findi iubet ꝑ medullã. In eã ſurculoſ exacutoſ. ut dictũ ẽ: addi. medullaſ iungi. Altero ſi ſeſe uiteſ cõtingant: utriuſq; in obliquũ latere contrario adraſo iũctiſ medulliſ colligari. Tertiũ genuſ eſt: terebrare uitem in obliquũ ad medullam. calamoſq; addere longoſ pedeſ binoſ. atq; ita ligatũ inſitum intritaq; illitum operire terra calamiſ ſubrectiſ. Noſtra etaſ correxit: ut Gallica uteret᷑ terebra que excauat nec urit: q̃m aduſtio omniſ habetat atq; ut gemmaſcere incipienſ liget᷑ calamuſ. Nec pluſ q̃ biniſ ab inſito emineat oculiſ ulmeo uimĩe alligatuſ binaq; circũdaret᷑ acie a duabuſ ꝑtibuſ: ut ĩde potiuſ diſtellet humor q maxĩe uiteſ infeſtat. Deinde cum eualuiſcent flagella pedeſ binoſ: uinculum inſiti incideretur ubertati craſſitudine ꝑmiſſa. Vitibuſ inſerendiſ tempuſ dedere ab eqnoctio autumno ad germinationiſ initia. Satiue plante ſilueſtriũ radicibuſ inſerunt᷑ natura ſiccioribuſ. Si. n. ſatiue ſilueſtribuſ inſerant᷑: degenerant in feritatẽ. Reliq̃ cælo conſtãt. Aptiſſĩa inſitiſ ſiccitaſ. Huiuſ. n. remediũ appoſitiſ fictilibuſ uaſiſ modicuſ humor per cinerem diſtillat. Inoculatio roreſ amat leueſ.

CAP. XV. De Emplaſtratione.

Mplaſtratio & ipſa ex inoculatione nata uideri põt. Craſſo aũt maxĩe cortici cõuenit ſicut eſt ficiſ. Ergo amputatiſ omnibuſ ramiſ ne ſuccũ auocẽt: nitidiſſima in parte q̄q; precipua cernatur hylaritaſ: exēpta ſcutula ita ne deſcendat ultra ferrū cortici ĩprimit̄. ex alia cortex par cū ſui germiniſ māma: ſic cōpage dēſata ut cicatrici locuſ nō ſit. & ſtatim unitaſ fiat. nō humorē nō afflatū recipiēſ. nihil ominuſ tn̄ & luto munire & uĩculo meliuſ. Hoc genuſ n̄ p̄dē reptū uolūt: q nouiſ moribuſ fauēt. Sed id etiā apud ueteres Grecoſ inuenit̄. Et apud Catonē: q oleā ficūq; ſic inſeri iuſſit mēſura etiā p̄finita ſcd̄m reliq̄ diligentiā ſuā. Corticeſ ſcalpro excidi q̄ttuor digitoꝝ lōgitudĩe. & triū latitudine atq; ita coagmētari & illa ſua intrita oblini. Eadē ratiōe & in malo. Quidā huic generi miſcueri fiſſurā in uitibuſ exempta cortice teſſella ſurculo a latere plano adigendo. Tot modiſ inſitam arborem. Vidimuſ iuxta Tyburteſ Tiliam omni genere pomoꝝ onuſtā alio ramo nucibuſ. alio baciſ alio aūt ficiſ. piriſ. puniciſ. maloꝝq; generibuſ. Sed huic fuit breuiſ uita. Nec tamen omnem experimentiſ aſſequi naturā poſſumuſ. Quedā. n. naſci niſi ſponte nullo mō queunt. Eaq; immitibuſ & deſertiſ tm̄ lociſ ꝓueniunt. Capaciſſima inſitoꝝ omnium dicit̄ Platanuſ. Poſtea Robur. uerum utraq; ſaporeſ corrumpunt. Quedam omni genere inſerunt̄: ut ficuſ & punice. Vitiſ non recipit emplaſtra: nec q̄buſ tenuiſ ac caducuſ rimoſuſq; cortex. Neq; inoculationē ſicce aut humoriſ exigui. Fertiliſſima omnium inoculatio. Poſtea emplaſtratio. Sed utraq; infirmiſſima. & que cortice nituntur tm̄: uel leui aura ociſſime deplantantur. Inſerere firmiſſimum & fecundiuſ q̄ ſerere.

CAP. XVI. Exemplum Inſitiōiſ Cornelii Romani: & de quarundam arboꝝ Satione.

On eſt omittēda raritaſ uniuſ exēpli. Corelliuſ Equeſ Romanuſ Aceſte genituſ inſeruit caſtaneam ſuomet ipſam ſurculo in Neapolitano agro. Sic facta eſt caſtanea que ab ipſo nomen accepit: inter laudataſ. Poſtea hereſ eiuſdem libertuſ Corellianā iteꝝ inſeuit. Hec eſt ĩter eaſ differentia copioſior. hec Corelliana melior. Reliq̄ genera caſuſ ingenio ſuo excogitauit. ac defractoſ ſerere ramoſ docuit. cū pali defixi radiceſ cepiſſent. Multa ſic ſerunt̄. in primiſq; ficuſ. omnibuſ q̄dem aliiſ modiſ naſcenſ: preterq̄ Talea. Optĩe q̄dem ſi uaſtiore ramo pali modo exacuto adigat̄ alte exiguo ſuper terram relicto capite eoq; ipſo harena coop̄to. Ramo ſerunt̄ & punica paliſ laxato p̄uſ meatu. Itē myrtuſ. Omniū horū longitudine triū pedum. craſſitudĩe minuſ brachiali. Cortice diligenter ſeruato: trūco exacuto. Myrtuſ & Taleiſ ſeritur. Moruſ Talea tm̄: quoniam in ulmo eam inſeri religio fulgurū ꝓhibet. Qua ꝓpter de Talearū ſatu nunc dicendū eſt. Seruandū in eo ante oĩa: ut Talee ex feracibuſ fiāt arboribuſ. ne curue neue ſcabre aut furce. ne tenuioreſ q̄m ut manum impleant: ne minoreſ pedalibuſ. ut illibato cortice. atq; ut ſectura inferior ponatur ſemp. & q̄d erit ab radice. accumuletq; germinatio terra: donec robur planta capiat. Que cuſtodienda in Talearum cultura Cato iudicauerit: ipſiuſ uerbiſ optime precipiemuſ.

Morus

CAP. XVII. De Cultura oleaꝝ & q̄buſ temporibuſ inſitō fiat.

Aleaſ oleaginaſ q̄ſ ĩ ſcrobe ſaturuſ eriſ: tripedaneaſ facito. Diligēterq; tractato. ne liber laboret. Cum dolabiſ: aut ſecabiſ. Quaſ in ſemiario ſaturuſ eriſ pedaleſ facito. Eaſ ſic inſerito. locuſ bipalio ſubactuſ ſit. beneq; gluttuſ. Cū Taleā demittiſ: pede Taleā opprimito. Si parū deſcendat: malleo aut mateola adigito: cauetoq; ne librum ſcindaſ. Cum adigiſ: palo priuſ locum ne feceriſ quo Taleā demittaſ. Ita meliuſ uiuet Talea. Et ubi trime ſūt: tū deniq; cure ſint: ubi liber ſe uertet. Si in Scrobibuſ aut in ſulciſ ſeraſ: ternaſ taleaſ ponito. Eaſ diuaricato ſup terrā. nec pluſ q̄ttuor digitiſ ſupra terrā emineāt uel oculoſ ſerito. Diligenter eximere oleā oportet: & radiceſ q̄ plurimaſ cū terra ferre. Vbi radiceſ bene operueriſ: calcare bene: ne quid noceat. Si quiſ querat qđ tẽpuſ olee ſerende ſit: agro ſicco ꝑ ſementẽ. agro leto per uer. Oliuetũ diebuſ. xv. añ equinoctiũ uernũ incipito putare. Ex eo die dieſ. xl. recte putabiſ. Id hoc modo putato. Qua locuſ recte ferax erit: que arida erũt: & ſi quid uetuſ ĩterfregerit in ea omnia eximito. Qua locuſ ferax non erit: id pluſ concidito. aratoq; bene. enodatoq;. Stirpeſ leueſ facito. circum oleaſ autũno ablaqueato. & ſtercuſ adiicito. Qui oliuetum ſepiſſime & altiliſſime miſcebit: iſ tenuiſſimaſ radiceſ exarabit. Radiceſ ſi ſurſũ abibũt: craſſioreſ fient. & eo in radiceſ uireſ olee abibunt. Que genera olearum uel in quo genere terre uiuere & ſeri debeant: ſpectareq; oliueta: diximuſ in ratione olei. Mago in colle & ſicciſ & argilla & inter Autumnum & Brumam ſeri iuſſit. In Craſſo aut humido aut ſubriguo a meſſe ad Brumam. Quod precepiſſe eum Africe intelligitur. Italia quidem nunc uere maxime ſerit. Sed & Autumno ſi libeat. Poſt equinoctium xl. diebuſ ad Virgiliarum occaſum. xiiii. ſoli dieſ ſunt quibuſ ſeri noceat. Africe peculiare quidem in oleaſtro eſt inſerere. Quadam eternitate conſeneſcunt proxima adoptione uirga emiſſa: atq; ita alia arbore ex eadem iuueneſcẽte. Iterũq; & quotienſ opuſ ſit. ut eiuſ eadem oliueta conſtent. Inſeritur autẽ oleaſter calamo & inoculatione. Olea ubi quercuſ effoſſa ſit: male ponitur: quoniam uermeſ qui rauce uocantur: in radice quercuſ naſcunt̃: & tranſeunt. Non inhumare taleaſ aut ſiccare: priuſq̃ ſerant̃. utiliuſ compertum. Vetuſ oliuetum ab eqnoctio uerno intra Virgiliarum exortum interradi alterniſ anniſ meliuſ inuentum. Item muſcum circumdare radici. Circumfodi autem omnibuſ anniſ a ſolſtitio duum cubitorum ſcrobe pedali altitudine. Stercorari tertio anno. Mago idem amygdalaſ ab occaſu Arcturi ad Brumam ſeri iubet. Pira non eodem tempore omnia quoniam neq; floreant. Eadem oblonga aut rotunda ab occaſu Vergiliarum ad Brumam. Reliqua genera media hyeme ab occaſu ſagitte Subſolanum aut ſeptentrioneſ ſpectantia. Laurum ab occaſu Aquile ad occaſum ſagitte. Confeſſa enim de tempore ſerendi que ratio eſt. uere. & Autumno. Id ex magna parte fieri decreuere. Eſt & alia hora circa caniſ ortuſ paucioribuſ nota: qm̄ non omnibuſ lociſ utiliſ pariter intelligitur. Sed haud omittenda nobiſ non tractuſ alicuiuſ rationem: uerum nature potiuſ indagantibuſ. In Cyrenaica regione ſub eteſiarum flatu conſerunt. Nec non & in Grecia oleã: maxime in laconia. Coinſula & uiteſ tunc ſerit. Ceteri apud Grecoſ inoculare & inſerere nõ dubitant. Sed arborẽ non ſerunt. Plurimumq; in eo locorum natura pollet. Nanq; in Egypto omni ſerunt menſe. & ubicumq; hymbreſ eſtiui non ſunt. ut in India & Ethiopia. neceſſario poſt hec Autumno ſeruntur arboreſ. Ergo tria tempora eadem germinationiſ uer & caniſ arcturiq; ortuſ. Neq; enim animalium tantum eſt ad coitum auiditaſ: ſed multo maior eſt terre ac ſatorum omnium libido. Qua tempeſtiue uti plurimum intereſt conceptuſ. Peculiare utiq; in inſitiſ. cum ſit mutua cupiditaſ utrinq; coeundi. Qui uer probant: ab equinoctio ſtatim admittunt: predicanteſ germina parturire. ideo facileſ corticum eſſe amplexuſ. Qui preferunt Autumnũ: ab Arcturi exortu: quoniã ſtatim radicem quandam capiant: & ad uer parata ueniant. atq; non protinuſ germinatio auferat uireſ. Quedam tamen ſtatutum tempuſ anni habent ubiq; ut Ceraſi & amygdale circa Brumam ſerendi uel inſerendi. De pluribuſ locorum ſituſ optime iudicabit. Frigida & aquoſa uerno conſeri oportet. Sicca & calida Autumno. Communiſ quidem Italie ratio tempora ad hunc modum diſtribuit. Mora ab Idibuſ februariiſ in equinoctium. Pira in Autumnum ita ut Brumam. xv. ne minuſ diebuſ antecedant. Maliſ eſtiuiſ & cotoneiſ: Item ſorbiſ pruniſ poſt mediam hyemem in Iduſ februariaſ. Siliquæ Grece & Perſici ante Brumam per Autumnũ. Nucibuſ Iuglãdi &

Morus

pinee & auellane grece atq; caſtanee a Kalē. Martiuſ ad Iduſ eaſdē. Salici & geniſte circa Martiaſ Kalen. Hanc in ſicciſ ſemine: illam in humidiſ uirga ſeri diximuſ.

CAP. XVIII. Quæ arboreſ ſocietate gaudeāt: & de diſciplina ablaqueandi: & aculeandi.

Sc etiam num noua īſerendi ratio: ne qd ſcienſ ꝗdem ꝑteream qđ uſq̃ īuenerim: a Columella excogitata ut affirmat ipſe. q̃ uel diuerſe īſotiabileſq; nature arboꝝ copulent̄. ut fici. atq; olee. Iuxta hāc ſeri ficũ iubet: nō āplıore īteruallo q̃ ut cōtingi large poſſit. ramo olee q̃maxime ſequaci. atq; obedituro. Eumq; om̄i īterim tempore edomari meditatione curuandi. poſtea fico adepta uireſ quod euenire trime. atq; utiq; quinquēni ſolet: detruncata ſuperficie ipſaq; deputata ut dictum eſt adraſo cacumine defigi in cruce fici cuſtoditũ uinculiſ: ne curuatura fugiat. Ita quodam propaginum inſitoꝝq; tēperamēto triennio cōmuni inter duaſ matreſ coaleſcere. q̃rto anno abſciſũ totũ adoptātiſ eſſe. nōdum uulgata ratiōe. haud mihi certe ſatiſ cōperta. Cetero eadē illa de calidiſ frigidiſq; & humidiſ & ſicciſ ſupradicta ratio. & ſcrobeſ fodere mōſtrauit. In aquoſiſ enim neq; altoſ neq; amploſ facere cōuenit. Altoſ in eſtiuoſo ſolo & ſicco: ut q̃maxīe accipiant aquā: contineantq;. Hec & apud ueteres arboreſ colendi ratio eſt. Feruentibuſ enim lociſ accumulant eſtate radiceſ: operiuntq;: ne ſoliſ ardor adurat. Alıubi ablaqueant perflatuſq; admittunt. Iidem hyeme cumuliſ a gelu uindicant. Contra illi hyeme aperiunt. humoremq; ſitientibuſ querunt. Vbicumq; circunfodiendi arboreſ ratio in circuitu pedeſ in urbem ternoſ. neq; id in pratiſ. quando amore ſoliſ humoriſq; in ſumma tellure oberrant. Et de arboribuſ hec quidem fructuſ gratia ſerendiſ inſerendiſq; in uniuerſum ſint dicta.

CAP. XVIIII. De Saliceto: & Arūdineto & cæteriſ ceduiſ ad perticaſ & paloſ.

Inc reſtat earum ratio que ꝓpter aliaſ ſeruntur: uineaſ maxime. ceduo ligno.

Principatũ in iiſ obtinēt ſaliceſ: q̃rum ſatio fit loco madido tñ refoſſo duoſ pedeſ & ſemipedem. talea ſeſquipedali: uel pertica: que utilior quo plenior. Interuallo eſſe debēt pedeſ ſenoſ trime. pedibuſ biniſ a terra putatiōe coercent̄: ut ſic ſe in latitudinē fundant: ac ſine ſcaliſ tondeant̄. Salix enim fecundior eſt quo terre ꝓpior. haſ quoq; om̄ibuſ anniſ cōfodi iubēt: menſe Aprili. Hec eſt uiminaliũ cultura. Particaliſ & uirga & talea ſeritur. Foſſura eadem. Perticaſ ex ea iuſtum eſt cedi quarto fere anno. Et he autem ſeneſcentium propagine ſarciunt locum. pertica immerſa ac poſt annũ reciſa. Saliciſ uiminaliſ iugera ſingula ſufficiunt. xxv. uinee iugeribuſ. Eiuſdem rei cauſa Populuſ alba ſeritur bipedaneo paſtinatu: talea ſeſquipedali biduo ſiccata palmipede interuallo. terra ſuperiniecta duorum cubitorum craſſitudine. Arundo etiamnum dulciore q̃m he ſolo gaudet. Seritur bulbo radiciſ: quem alii oculum appellant dodrantali ſcrobe: interuallo duum pedum & ſemipediſ. reficiturq; ex ſeſe uetere arundineto extirpato: quod utiliuſ repertum q̃m caſtrare ſicut antea. Nanq; inter ſe radiceſ ſerpunt. mutuoq; diſcurſu necantur. Tempuſ inſerendi priuſq̃m oculi arundinũ intumeſcant: ante Kalendaſ Martiaſ. Creſcit ad Brumam uſq;: deſinitq; cũ dureſcere incipit. Hocq; ſignum quod tempeſtiuam habet ceſuram. Et hanc autem quotienſ & uineam fodiendam putant. Seritur & tranſuerſa non alte terra condita. Erumpuntq; ſinguliſ oculiſ totidem plante. Seritur & deplantata pedali ſulco biniſ obrutiſ gemmiſ: ut tertiuſ noduſ terram attingat. prono cacumine: ne roreſ concipiat. Ceditur decreſcente luna. Vineiſ anno ſiccata utilior q̃ uiridiſ. Caſtanea pedamentiſ omnibuſ prefertur facilitate tractatuſ. perdurandi peruicacia. regerminatione cedua uel ſalice letior. Querit ſolum facile. necnon harenoſum: maximeq; ſabulum humidum aut carbunculum: uel tofi etiam farinam quamlibet opaco ſeptētrionaliq; & ꝑfrigido ſitu: uel etiam decliui. Recuſat eadem Galliam Rubricam Cretam: omnemq; terræ fecunditatem. ſeri nuce diximus: ſed niſi ex maximis non prouenit. nec niſi quinis aceruatim ſatis. Perfringi ſolum debet ſupra ex Nouembri menſe in februarium: quo ſolute ſponte cadunt ex arbore atq; ſubnaſcuntur. Interualla ſint pedalia undiq; ſulco dodrantali. Ex hoc ſeminario transferuntur in aliud bipedali interuallo plus biennio. Sunt & propagines nulli quidem faciliores. Nudata enim radice. tota in ſulco proſternitur. Tunc ex cacumine ſuper terram relicto renaſcitur & alia ab radice. Sed trāſlata neſcit hoſpitare. pauetq; nouitatē. Biēnio fere poſtea ꝑſilit. Ideo nucibus potius ꝗ radice. plantaria cedua implent̃. Cultura nō alia ꝗ ſupra dictis fodiendis ſupputandiſq; per biennium ſequens. De cetero ipſa ſe colit umbra ſtolones ſuperuacuos enecante. Cedit̃ intra ſeptimū annū. Sufficiūt pedamēta iugeri unius uicenis uinearꝝ iugeribus: qn̄ etiā ea bifida ſtirpe fiunt. Durātq; ultra alterā ſilue ſue ceſurā. Eſculus ſimiliter prouenit ceſura: triennio ſenior. minus moroſa naſci. In q̃cunq; terra ſeritur: naſcitur e balano ſed non niſi Eſculi: ſcrobe dodrātali: interuallis duorū pedū ſeritur leuiter q̃ter anno. Hoc pedamentū minime putreſcit. Leſūq; maxīe fruticat. Preter hec ſunt cedua que diximus: fraxinus. laurus ꝑſica. corilus. malus: ſed tardius naſcunt̃. terrāq; defixa. uix tolerāt. non modo humorē. Sambucus contra firmiſſima ad palū. Taleis ſeritur ut Populus. Nam de Cupreſſo ſatis diximus.

CAP. XX. De Culturis: & diſciplina excolendarꝝ uineārū.

T predictis uelut armamētis uinearꝝ: Reſtat ipſarꝝ natura p̄cipua tradēda cura Vitiū ſurculis & q̃rundā arborꝝ. quibus fungoſior intus natura eſt: genicolatis ramorꝝ nodis interſepiūt medullā. Ferule ipſe breues: & ad ſumma breuiores articulis utiq; duobus internodia includunt. Medulla ſiue illa uitalis anima eſt ante ſe tendit longitudinē impellēs q̃diu nodi peruia patet fiſtula. Cū uero cōcreti ademere tranſitū: repercuſſa erūpit ab ima ſui parte: iuxta priorē nodū alternis laterꝝ ſemꝑ inguinibus: ut dictum eſt in arundine ac ferula. quorum dextrum ab imo intelligitur articulo. leuum in proximo. atq; ita per uices. Hec uocatur in uite gemma. cum ibi ceſpitem facit. Ante uero q̃m faciat in cōcauo oculos. & in cacumine ipſo germē: Sic palmites nepotes uue folia pampini gignuntur. Mirūq; firmiora eſſe in dextra parte genita. Hos ergo in ſurculis nodos cum ſeruntur: medios ſecare oportet: ita ne profluat medulla: & in fico q̄dem dodrantales pax illi ſolo patefacto ſerūtur: ſic ut deſcendāt: que proxima arbori fuerint. Duo oculi extra terram emineant. Oculi autem in arborum ſurculis proprie uocantur: unde germinant. Hac decauſa & in plantariis aliquādo eodem anno ferunt quos fuere laturi fructus in arbore: cum tempeſtiue ſati pregnantes inchoatos conceptus alibi pariunt. Ita ſatas ficos tertio anno transferre facile. Hoc pro ſeneſcendi celeritate attributum huic arbori: ut citiſſime proueniat. Vitium numeroſior ſatus. Primum omniū nihil ſeritur ex iis niſi inutile & deputatum in ſarmento. Opputatur autem q̄cquid proximo tulit fructum. Solebat capitulatus utrinq; e duro ſurculus ſeri. eoq; argumento malleolus etiam uocatur nunc poſtea auelli cum ſua calce ceptus eſt: ut in fico. neq; aliud eſt uiuacius. Tertium genus adiectum etiam num expeditius ſine calce quod ſagitte uocantur: cum intorti panguntur. Id enim cum deciſi nec intorti trigemmes. Plures autem ex eodem ſurculo hoc modo fiunt. Serere e pampinariis ſagittas ſterele eſt nec niſi fecundas oportet. Que raros habent nodos: infecunde iudicantur. At denſitas gemmarum fertilitatis indicium eſt.

Quidam ſeri uetant niſi eoſ qui floruerint ſorculoſ. Sagittaſ ſerere minuſ utile: qm̄ in transſferēdo facile rumpit᷑ qđ intortū fuit. Serunt᷑ pedali nō breuioreſ longitudīe quinq; ſexue nodoꝝ. Pauciores tribuſ gemmiſ in hac menſura eſſe nō poterūt. Inſeri eodem die quo putant᷑: utiliſſimū. Si multo poſtea neceſſe ſit ſerere cuſtoditoſ uti precipimuſ oportet caueri utiq; ne extra terram poſiti ſole inareſcant: uentoue aut frigore hebetent᷑. Qui diutiuſ in ſicco fuerint priuſ q̄ ſerant᷑: in aq̄ pluribuſ diebuſ reuiuiſcāt. Solū apricū: & q̄ampliſſimū in ſeminario ſiue in uinea bidente paſtinari debet ternoſ pedeſ bipalio alte: in area reiici quaternoꝝ pedū fermento. ita ut in pedeſ binoſ foſſa procedat. foſſū purgari & extendi ne crudum relinquatur. Verum & exigi menſura. Male paſtinatum deprehendunt ſcamna inequalia. Metienda eſt & ea parſ quæ interiacet puluiniſ. Surculi ſeruntur & in ſcrobe. & in ſulco longiore: ſuper quoſ tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili ſolo fruſtra: niſi ſubſtrato pinguiore. Nec minuſ q̄m duoſ integi oportet. & proximam attingi terram. & eodem paxillo deprimi & ſpiſſari. Intereſſe in plantario ſeſquipedeſ inter bina ſemina in latitudinem: in longitudinem ſemiſſeſ. Ita ſatoſ malleoloſ. xxiiii. menſe recidere ad imum articulum. niſi ipſi parcatur. Oculorum inde materia emicat cum qua. xxxvi. menſe uiue radix transſfertur. Eſt & luxurioſa ratio uiteſ ſerendi ut quatuor malleoli uehementi uinculo colligentur in parte luxurioſa. atq; ita uel per oſſa bubuli cruriſ uel per colla fictilia traiecti obruantur: biniſ eminentibuſ gemmiſ. Humeſcunt hoc modo. reciſiq; palmitem emittunt. Poſtea fiſtula fracta: radix libere capit uireſ. Vuamq; fert & omnium corporum ſuorū acinoſ. In alio genere inuentu nouicio finditur malleoluſ: medullaq; eraſa in ſe colligantur ipſi cauleſ: ita ut gemmiſ parcatur omni modo. Tum malleolo in terram fixo. mixta ſeritur. & cum ſpargere ceperit cauleſ: decidit᷑: foditᷓq; ſepiuſ. Taliſ uue acinoſ nihil intuſ ligni habituroſ Columella promittit: cum uiuere ſemina ipſa per q̄mmirum ſit & medulla adempta naſci. Surculiſ etiam quibuſnam ſit articulatio arboriſ: non omittendum uidetur. Namq; Buxi tenuiſſimiſ quiniſ ſeniſue colligatiſ depacti proueniunt. Quondam in obſeruatione erat: ut defringerentur ex imputata Buxo: aliter uiuere nō crediti. Detraxere hec experimenta ſeminarii curaq;. Sequitur uinearū ratio. quinq; geneꝝ hē. Sparſiſ per terrā palmitibuſ. Aut ꝑ ſe uite ſubrecta. Vel cum amminiculo ſine iugo. Aut pedate ſimplici iugo. Aut compluuiate q̄drupliсi. Que pedate ratio erit eadē intelligit᷑ eiuſ quoq; in q̄ ſine amminiculo uitiſ ꝑ ſe ſtabit. id enī nō fit niſi pedamēti inopia. Simplici iugo cōſtat. porrecto ordine quē Canteriū appellāt. Meliorq; ea uino. q̄n ſibi ipſa non obūbrat. aſſiduoq; ſole coquit᷑. & afflatū magiſ ſentit: & celeriuſ rorē dimittit. Pampinationi quoq; & occationi omīq; operi facilior. Super cetera defloreſcit utiliuſ. Iugū fit pertica aut arūdine aut crine. funiculoue ut in hiſpania Brunduſioq;. Compluuiata copioſior uino eſt. dicta a cauiſ edium cōpluuiiſ. Diuidit᷑ in quaternaſ parteſ totidē iugiſ. Huiuſ ſerendi ratio dicetur: eadē ualitura in omī genere. In hoc uero numeroſior tm̄. Hiſ uero tribuſ ſerit᷑ modiſ. Optīe in paſtinato. Proxīe in ſulco. Nouiſſime in ſcrobe. De paſtinatione dictū eſt.

CAP. XXI. De Sulco: & uineaꝝ putatione & cultu.

Vlco latitudo pale ſatiſ eſt. Scrobibuſ ternorum pedum in q̄mcumq; partem. Altitudo in quocunq; genere tripedaliſ. ideo nec uitiſ minor transſferri debet. Extatura etiam num duabuſ gemmiſ. Emolliri terram minutiſ in ſcrobe ima ſulciſ fimoq; miſceri neceſſarium. Cliuoſa altioreſ poſcunt ſcrobeſ. Preterea puluinatiſ a deuexitate labriſ. Que ex iiſ longioreſ fient: ut uiteſ binaſ accipiant. e diuerſo alie locabunt᷑. Eſſe uitiſ radicem in media ſcrobe oportet. Sed ipſā innixā ſolido in orientē equinoctialē ſpectare. Adminicula p̄ma e calamo accipere. uineaſ limitari decumano. xviii. pedū latitudiniſ ad cōtrarioſ uehiculoꝝ trāſituſ. aliiſq; conuerſiſ limitibuſ. denum pedum diſtingui per media iugera. Aut ſi maior moduſ ſit: totidē pedum cardine quot decumano limitari. Semper uero qntaniſ ſemitari. hoc eſt in qnto quoq; palo ſingule iugo pagine includantur. Solo ſpiſſo non niſi repaſtinato. nec niſi uiue radicem ſeri. Tenero & ſoluto uel malleolum ſulco uel ſcrobe. In colleſ ſulcoſ agere tranſuerſoſ: meliuſ q̃m paſtinare ut defluuia paliſ eorum contineantur. Aquoſo celo uel ſicco ſolo Malleoloſ ſerere Autumno: niſi ſi tractuſ ratio mutauerit. Siccuſ .n. & caliduſ autūno poſcit ſeri. Humiduſ frigiduſq; etiā Veriſ exitu. In arido ſolo uiue radix quoq; fruſtra ſeritur. Male & in ſicciſ malleoluſ: niſi poſt hymbrem. Aut in riguiſ. uel frondenſ uitiſ. & uſq; ad ſolſtitiū recte. uſq; uer ut in Hiſpania. Quieſcere uentoſ ſationiſ die: utiliſſimum. Pleriq; auſtroſ optant. Cato abdicat. Intereſſe medio temperamēto inter binaſ uiteſ oportet pedeſ qnoſ. Minimū aūt leto ſolo pedeſ q̃ternoſ. Tenui plurimum octonoſ. Vmbri & Marſi ad uicenoſ intermittunt arationiſ gratia: in iiſ que uocant Proculeta. Pluuio & caliginoſo tractu rarioreſ poni. ſicco denſioreſ congruit. Subtilitaſ parſimonie compendia inuenit. cum uinea in paſtinato ſeratur: obiter ſeminariū faciendi ut uiuiradix loco ſuo. & malleoluſ qui traſferatur inter uiteſ eo ordine ſerat᷑. Que ratio in iugero circiter. xvi. uiuiradicem donat. Intra biennium aūt fructuſ: quo tardiuſ in ſato prouenit q̃m in tranſlato. Viuiradix poſita in uinea poſt annum reſecat᷑ uſq; ad terram: ut unuſ tantū emineat oculuſ āminiculo iuxta affixo: & fimo addito. Simili modo & ſecundo anno reciditur. uireſq; concipit: & intra ſe paſcit ſuffecturaſ oneri. Aliaſ feſtinatione pariendi: gracileſcat: ac e mucida ni cohibeatur caſtigatione tali: in fetum exeat tota. Nihil auidiuſ naſcitur. ac niſi ad pariendum uireſ ſeruent᷑: tota fit fetuſ. Pedamenta optima que diximuſ: aut radice. robur. oleaq; aut ſi non ſint: pali iunipero. Cupreſſo. alburno. Sambuco. Reliquoꝝ generū ſudeſ omnibuſ anniſ recidunt᷑. Saluberrima in iugo harundo connexa faſciculiſ durat qniſ anniſ. Cum breuioreſ palmiteſ ſarmento iungunt᷑ inter ſe funium modo: ex hoc arcuſ funeta dicuntur. Tertiuſ uinee annuſ palmitem uelocem robuſtumq; emittit: in quem faciat etaſ uitem. Hic in iugum inſilit. Quidam tunc excecant eum ſupina falce auferendo oculoſ ut noxia iniuria longiuſ euocent. Vtilior enim conſuetudo pariendi. ſatiuſq; pampinoſ adiudicate detergere: uſq; quo placeat roborari eam. Sūt qui uetāt tangi ꝓximo anno: quo tranſlata ſit: neq; an̄ q̃drageſimū menſem falce curari. Tunc aūt ad treſ gēmaſ recidi. Alii ꝓximo quidē anno recidunt. Sed ut ternoſ quaternoſue ſinguliſ anniſ adiciant articuloſ. Quarto demū perducāt ad iugū. ideo utriuſq; fructū tardum. Preterea retorridum & nodoſum puluinoſūq; reddit incremento. Optimum aūt matrem eſſe firmam. poſtea fetum audacē. Nec tutum eſt: qđ cicatricoſū. magno impitie errore. Quicquid eſt tale. plagiſ naſcit᷑: nō e matre. totaſ .n. habet illa uireſ dū roborat᷑: & ānuoſ accipit tota fetuſ: cū ꝑmiſſum fuerit naſci. Nil natura portionibuſ parit. Que cum excreuerit: ſatiſ firma protinuſ in iugo collocari debebit. Si etiamnū infirmior erit ſub ipſo iugo hoſpitari. reciſa uiribuſ non etate decernitur. Temerariū eſt an̄ craſſitudinē pollicarē uiti imperare. Sequenti anno palmiteſ ſalutent᷑ ꝓ uiribuſ matriſ ſinguli aut gemini. Iidem & ſecundo ſi cogit infirmitaſ: nutriantur. Tertioq; demum anno duo adiciantur. Nec ſunt plureſ q̃terniſ unq̃ ꝑmittendi. Breuiterq; nō indulgendū eſt: & ſemp inhibēda fecūditaſ. In ea eſt .n. natura ut ꝑere malit q̃ uiuere. Quicquid materie adimit᷑: fructui accedit. Illa ſemina mauult q̃ fructum gigni. q̄m fructuſ caduca reſ eſt. Sic ꝑnicioſe luxuriat. Nec ampliat ſe: ſed egerit. Dabit cōſiliū

Vitis nãt ẽ pariendi
magis q̃ uiuendi

& ſoli natura. In macro etiam ſi uireſ habebit: reciſa intra iugum moret̃ ne om̃iſ fetura ſub eo exeat. Minimũ id eſſe debebit interuallũ: ut attingat iugũ: ſuperq; nõ teneat: adeo non recũbat in eo: nec delicate ſe ſpargat. Ita temperet̃ hic moduſ: ut creſcere etiã malit: q̃ parere. Palmeſ duaſ treſue gẽmaſ ſub iugo habere debet ex materiiſ q̃buſ materia naſcat̃. tũc ꝑ iugũ mergi alligariq; ut ſuſtineat̃ iugo. nõ pendeat. Vinculo mox aſtrictiuſ a tertia gemma alligari: q̃m & ſic coercet̃ impetuſ materie. Denſioreſq; citra pampini exultant. Cacumen religari uetant. Natura hec eſt: deiecta parſ aut preligata fructũ dat. plurimumq; ipſa curuatura. Quod citra eſt: materiẽ mittit: offẽſante credo ſpiritu & illa quam diximuſ: medulla. Que ita emicuerit materia: fructũ dabit anno ſequente. Sic duo genera palmitũ. Quod e duro exit materiaq; in ꝓximũ annũ ꝓmittit: pampinariũ uocat̃. aut ubi ſupra cicatricẽ eſt: fructuariũ. Alterũ ex amminiculo palmite. ſemperq; fructuarium relinquit̃ ſub iugo. Et qui uocat̃ cuſtoſ. Hic eſt nouelluſ palmeſ nõ lõgior tribuſ gẽmiſ. ꝓximo ãno materiã daturuſ? Si uitiſ luxuria ſe cõſumpſerit. & aliuſ iuxta eũ ueruce magnitudine: q furũculuſ appellatur Si forte cuſtoſ fallat. Vitiſ anteq̃m ſeptimum annum compleat: a ſurculo euocata ad fructum eiuueneſcit. ac morit̃. Nec ueterem placet palmitẽ in longũ & ad q̃rtum uſq; pedamentum emitti. quod alii draconeſ: alii iuniculoſ uocant ut faciant que maſculeta appellãt. cum induruit uitiſ. Peſſimũ in uinea traducere. Quinto anno & ipſi palmiteſ intorquent̃. ſinguleq; e ſinguliſ materie emittunt̃: ac deinde e ꝓximiſ. p̊oreſq; amputant̃. Semper cuſtodẽ relinq̃ meliuſ. Sed iſ ꝓximuſ uiti eſſe debet: nec lõgior q̃ dictũ eſt. & ſi luxuriauerint: palmiteſ intorqueri: ut q̃tuor materiaſ uel duaſ ſi uniiuga erit uinea: emittat. Si per ſe uitiſ ordinabit̃ ſine pedamento: q̃lecunq; tñ initio amminiculũ deſiderabit: dũ ſtare condiſcat & recta ſurgere. Cetera primordia eadẽ. Diuidi autem ꝓ putatiõe polliciſ ineq̃li examĩe undiq; ne p̃grauet fructuſ ꝑte aliq̃. obiter idẽ deprimẽſ ꝓhibebit in excelſum emicare. Huic uinee triũ pedũ altitudo excelſior nutat. ceteriſ a quinto: dũ ne excedat hominiſ longitudinẽ iuſtam. Iiſ quoq; que ſpargunt̃ in terra: breuiſ ad innitendũ caueaſ circũdant: ſcrobibuſ ꝑ ambitũ factiſ: ne uagi palmiteſ iter ſe pugnent occurſanteſ. Maiorq; parſ terrarũ ita ſupinam in tellure uindemiã metit. Siquidem & in Africa & ĩ egipto Siriaq; ac tota Aſia & multiſ lociſ Europe hic moſ preualet. Ibi ergo iuxta terram comprimi debet uitiſ. Eodem modo & tempore nutrita radice: quo in iugata uinea: ut ſemp tm̃ polliceſ relinq̃ntur fertili ſolo cũ tribuſ gẽmiſ. graciliore quiniſ. Preſtatq; multoſ eſſe q̃m longoſ. Que de natura ſoli diximuſ: tanto potentiora ſentientur q̃to ꝓpior fuerit uua terre. Genera ſeparari ac ſinguliſ conſeri tractibuſ: utiliſſimnm. Mixtura. n. generꝫ etiã in uino: non mõ in muſto diſcorſ. Aut ſi miſceant̃: nõ alia q̃ pariter matureſcentia iungi neceſſariũ. Iuga altiora quo letior ager: & quo planior. Item roſcido. nebuloſo. minuſq; uentoſo: conueniunt. Contra humiliora gracili. & arido. eſtuoſo. uentiſq; expoſito. Iuga ad pedamentũ q̃ arctiſſimo nodo uinciri oportet: uitẽ leui cõtineri. Que genera uitium & in q̃li ſolo celoq; eſſent conſerenda: cũ enumeraremuſ naturaſ earũ & uinorum: notauimuſ. De reliquo cultu uehementer ambigit̃. Pleriq; eſtate tota poſt ſinguloſ roreſ confodi iubent uineam. Alii uetant gemmantẽ: decuti enim oculoſ tactuq; intrantium deteri: & ob id arcendũ procul omne quidem pecuſ: ſed maxime lanatum: quoniam facillime auferat gemmaſ. Inimicoſ & pubeſcente uua raſtroſ. Satiſq; eſſe. uineam ter anno confodi ab equinoctio uerno. ad uergiliarum exortum. & caniſ ortum: & nigreſcente acino. Quidam ita determinant. ueterem ſemel a uindemia ante Brumam: cum alii ablaqueare & ſtercorare ſatiſ putent. Iterum ab Idibuſ apriliſ ante q̃m concipiat. hoc eſt in. vi. Iduſ

Miſtura ñ in uino
nec in muſto utilis

Magi. Deinde priuſq̄ florere incipiat. Et cum defloruerit. Et uariante ſe uua. Periciores affirmant ſi iuſto ſepiuſ fodiatur: intantū tenereſcere acinoſ: ut rumpant̄. Que fodiuntur: ante feruenteſ horaſ diei fodiendaſ conuenit. Sicuti lutum: neq; arare neq; fodere. Foſſione puluerem excitatum contra ſoleſ nebulaſq; prodeſſe. Pampinatio uerna in confeſſo eſt ab Idibuſ Maiiſ intra dieſ. x. utiq; anteq̄m florere incipiat: & eam infra iugum debere fieri. De ſequente uariant ſententie. Cum defloruerit: aliqui pampinandum putant. Alii ſub ipſa maturitate. Sed de hiſ Catoniſ precepta decernent. Nanq; & putationum tradenda ratio eſt. Protinuſ hanc a uindemia ubi celi tepor indulget: adoriuntur. Sed hoc fieri nunq̄m debet ratione nature ante Aquile exortum: ut in ſyderum cauſiſ docebimuſ proximo uolumine. Immo uero fauonio: quoniam anceps culpa ſit prepropere feſtinationiſ. Si ſauciaſ recenti medicia mordeat quedam hyemiſ ruminatio: certum eſt. gemmaſ earum frigore hebetari. Plagaſq; findi. Et celi uitio exuri oculoſ lachryma diſtillante. Nam gelu fragileſ fieri qſ neſciat? Operarum iſta computatio eſt. In latifundiſ non legitima nature feſtinatio quo maturiuſ putantur aptiſ diebuſ: eo pluſ materie fundunt: quo ſeriuſ: eo fructum uberiorem. Quare macraſ priuſ conuenit putare. ualidaſ nouiſſime. Plagam omnem obliquam fieri: ut facile decidant hymbreſ: & ad terram uerti q̄m leuiſſima cicatrice acie falciſ exacta. plagaq; conuelata. Recidi autem ſemper inter duaſ gemmaſ: ne ſit uulnuſ oculiſ. In reciſa parte. Nigram eſſe eam exiſtimant: & donec ad ſinceram ueniatur recidendam: quoniam e uitioſa materie utiliſ non exeat. Si macra uitiſ idoneoſ palmiteſ nō habeat: ad terram recidi eā: nouoſq; elici utiliſſimū. In pampinatione non hoſ detrahere pampinoſ q cum uua ſint. id. n. uuaſ ſupplantat: preterq̄ in nouella uinea. Inutileſ iudicantur in latere nati non ab oculo. Quippe etiā uua que naſcatur e duro rigeſcente: ut niſi ferro detrahi non poſſit. Pedamentū quidam inter duaſ uiteſ utiliuſ putant ſtatui. & faciliuſ ablaqueantur ita: meliuſq; eſt uniiuge uinee: ſi tamen & ipſi iugo ſint uireſ. nec flatui infeſta regio. In q̄dripertita q̄m proximum oneri amminiculum eſſe debet: ne tamen impedimentum ſentiat ablaqueatio cubito abeſſe non ampliuſ. Ablaqueari autem priuſ q̄m putari iubent. Cato de omni cultura uitium ita precipit. Quam altiſſimam uineam facito. Alligatoq; recte: dum ne nimium conſtringaſ. hocq; mō eam curato. Capita uitium putata circūfodito. Arare incipito. Vltra citraq; ſulcoſ perpetuoſ ducito. Viteſ teneraſ q̄m primum propagato. Vetereſ q̄m minimum caſtrato. Potiuſ ſi opuſ fuerit deuicito. bienniöq; poſt precidito. Vitem nouellam reſecari tum erit tempuſ: ubi ualebit. Si uinea ab uite caluata erit: ſulcoſ inter ponito. Ibiq; uiuiradicem ſerito. Vmbrā a ſulciſ remoueto. crebroq; fodito. In uinea ueteri ſerito ocynum. Si macra erit quod granum capit: ne ſerito. Et circum capita addito ſtercuſ. paleaſ uinaceaſ. aliquid horum: quo rectiuſ ualeat Vbi uinea frondere ceperit: pampinato. Vineaſ nouellaſ alligato crebro ne cauliſ prefringat̄. & que iā in perticā ibit: Eiuſ pāpinoſ teneroſ alligato leuiter. porrigitoq;. Que ubi recte ſteterint: ubi uua uaria fieri ceperit. Viteſ ſubligato. Vitiſ inſitio una eſt per uer. Altera cum uua floret ea optima eſt. Vineā ueterē ſi in alium locū transferre uoleſ: duntaxat brachium craſſū: primum deputato. Binaſ gemmaſ nec āpliuſ relinquito. Ex radicibuſ bene effodito. Et caue radiceſ ne ſaucieſ. Ita uti fuerit: ponito in ſcrobe: aut in ſulco. operitoq;. & bene occultato. eodēq; modo uineā ſtatuito alligato: flexatoq; uti fuerit: crebroq; fodito. Ocynū quod in uinea ſeri iubet: antiq appellabant pabulum: umbre patienſ quod celerrime proueniat.

CAP. XXII. Ratio arbuſtoꝝ & iteꝝ de uineaꝝ putatiōe.

Equitur arbuſti ratio mirꝝ in modũ damnata a Saſerna patre filioq; celebrata Scrofe: uetuſtiſſimiſ poſt Catonem peritiſſimiſq; ac ne a ſcrofa quidem niſi uni Italie conceſſa. cũ tam longo iudicet̃ euo Nobilia uina nõ niſi in arbuſtiſ gigni. & in iiſ quoq; laudatiora ſũmiſ. ſicut uberiora imiſ: adeo excelſitate proficit̃. Hac ratione & arboreſ eligunt̃. Prima omnium Vlmuſ. excepta ꝓpter nimiã frondẽ Atinia. deinde Populuſ nigra eadẽ decauſa minuſ denſa folio. Nõ ſperuũt pleriq; & fraxinũ ficũq; & etiam oleam ſi non ſit umbroſa ramiſ. Haꝝ ſatuſ cultuſq; abunde tractatuſ eſt. Ante triceſimũſextũ menſẽ attingi falce uetant̃. Alterna ſeruant̃ brachia. Alterniſ putant̃ anniſ. Sexto anno maritant̃. Trãſpadana Italia preter ſupradicta. cornu. Populo Tilia. Acere. Orno: Carpino. Quercu arbuſtat agroſ. Venetia ſalice ꝓpter uliginẽ ſoli. Et ulmuſ detruncata a media inter ramoꝝ ſcamna digerit̃: nulla fere. xx. pedum altiore arbore. Tabulata earum ab octauo pede altitudiniſ dilatantur in collibuſ ſicciſq; agriſ. A duodecimo. In campeſtribuſ & humidiſ. Meridianum ſolem ſpectare palmiteſ debent. Rami a protectu digitorum modo ſubrigi tonſili in iiſ. tenuium quoq; uirgultorum barba ne obumbrent. Interuallum uiſtum arborum ſi aretur ſolum. quadrageni pedeſ in terga: frontemq; in latera uiceni. Si non aretur: hoc in omneſ parteſ. Singuliſ denaſ ſepe adnutriunt uiteſ. damnato agricola minuſ terniſ. Maritare niſi ualidaſ. inimicum: enecante ueloci uitium incremento. Serere tripedaneo ſcrobe neceſſarium: Diſtanteſ inter ſeſe. Arboremq; ſinguliſ pedibuſ. Nihil ibi malleoliſ atq; paſtinationi. Nulla fodiendi impendia. utpute cum arbuſti ratio hoc peculiari dote preſtet: ꝙ in eodem ſolo ſeri frugeſ & uitibuſ prodeſt. Superq; ꝙ uindicanſ ſe altitudo. non ut in uinea ad arcendaſ animaliũ iniuriaſ pariete uel ſepe: uel foſſaꝝ utiq; ĩpendio muniri ſe cogat in arbuſto. Et predicta eſt ſola uiuiradiciſ ratio: Itẽ propaginũ. & hec gemina ut diximuſ. Qualoꝝ in ipſo tabulato maxime probata: quoniã a pecore tutiſſima eſt. Altera deflexa uite uel palmite iuxta ſuam arborẽ: aut citra proximã celibem. Quod ſupra terrã eſt e matre radi iubet̃ ne fruticet. In terra nõ paucioreſ gẽme q̃tuor obruunt̃. ad radicẽ capiendã. extra ĩ capite bine relinquũt̃. Vitiſ in arbuſto q̃ttuor pedeſ in longo conſtat. omni ſulco treſ lato: alto: duoſ cum ſemipede. Poſt annũ ꝓpago incidit̃ ad medullã. ut paulatim radicibuſ aſſueſcat ſuiſ. Cauliſ a capite ad duaſ gemmaſ recidit̃. Tertio totuſ merguſ abſcidit̃. reponit̃q; altiuſ in terrã ne ex reciſo frondeat. Tolli uiuiradix a uindemia ꝓtinuſ debet. Nuꝑ reptũ draconem ſerere iuxta arborem: ita palmitem appellamuſ emeritum pluribuſq; induratum anniſ. Hunc preciſum q̃m maxima amplitudine tribuſ partibuſ longitudiniſ deraſo cortice quatinuſ obruatur: unde & raſilem uocant: deprimere ſulco: reliqua parte ad arborem erecta: ociſſimum in uite. Si graciliſ ſit uitiſ aut terra uſitatum eſt q̃ proxime ſolum decidi donec firmetur radix: ſicut neq; roſcidã ſeri neq; ſeptentriõiſ flatu. Viteſ Aquilonem ſpectare debent ipſe. Palmiteſ autem earundem ad meridiem. Non eſt feſtinandum ad putationem nouelle: ſed primo in circuloſ materieſ colligẽda: nec niſi ualide putatio admouenda. Seriora fere anno ad fructum arbuſta: q̃m uitu iugata. Sunt qui omnino putari uetant priuſ q̃ arborum longitudinem equauerit. Prima falce ſex pedeſ a terra recidatur. flagello infra relicto & naſci coacto in curuationem materie. Treſ ei gemme non ampliuſ deputato ſuperſint. Exq; iiſ emiſſi palmiteſ proximo anno imiſ inferantur ſcamniſ. ac per ſinguloſ annoſ ad ſuperiora ſcandant: relicto ſemper duramento in ſinguliſ tabulatiſ & emiſſario uno qui ſubeat: uſquequo placuerit. De cetero putatione omni. flagella que proxime tulerint: recidantur. Noua circunciſiſ undiq; capreoliſ aſpergantur in tabulatiſ. Vernacula putatio deiectiſ per ramoſ uitium crinibuſ circunueſtit arborem. crineſq; ipſoſ uuiſ. Gallica in traduceſ porrigitur. Emilie uie in radiceſ Atinearum ambitu. frondem earum fugienſ. Eſt quorundam imperitia ſub ramo uitem uinculo ſuſpendendi. ſuffocantiũ iniuria. quando contineri debet uimine non arctari. Quinimmo etiam qbuſ ſaliceſ ſuperſunt: molliore hoc uinculo facere malunt. herbaq; quam ſiculi uocant Ampelodeſmen. Grecia uero uniuerſa iunco cypero ulua. Liberam quoq; uinculo per aliquot dieſ uagari. & inconditam ſpargi atq; in terra quam per totum annum ſpectauerit: recumbere. Nanq; ut ueterina a iugo & caneſ a curſu uolutatio iuuat: Ita tum & uitium porrigi lumboſ. Arbor quoq; ipſa gaudet aſſiduo leuata onere: ſimiliſ reſpiranti. Nihil eſt in opere nature: quod non exemplo dierum noctiumq; aliquaſ uiceſ feriarum uelit. ob id protinuſ a uindemia putari: & laſſaſ etiamnũ fructu edito: improbatur: ut putate rurſuſ alligentur alio loco. Nanq; orbita uinculi ſentiũt uexatione non dubia. Traduceſ Gallici cultura biniſ utrinq; lateribuſ ſi parſ quadrageno diſtet ſpatio: quaterniſ ſi Viceno inter ſe obuii miſcentur alligunturq; uno conciliati uirgultorum comitatu obiter ligati qua deficiãt. Aut ſi breuitaſ non patiat̃ ipſorum: adalligato protenduntur in uiduam arborem iunco. Traducem bimum precidere ſolebant. Oneratiſ enim uetuſtate meliuſ donare tempuſ ut tranſilem faciãt ſi largiatur craſſituto. aliaſ utile toroſ futuri draconiſ paſci. Vnum etiamnum genuſ eſt medium inter hec & propaginem. Totaſ ſupplantandi in terram uiteſ cuneiſq; findendi: & in ſulcoſ plureſ ſimul ex una propagandi gracilitate ſingularum firmata circunligatiſ haſtilibuſ: nec reciſiſ qui a lateribuſ excurrunt: pampiniſ. Nouarienſiſ agricola traducum turba nõ contentuſ: nec copia ramoꝝ: impoſitiſ etiamnũ patibuliſ. palmiteſ circunuoluit. Itaq; preter ſoli uitia cultura quoq; torua fiunt uina. Alia culpa iuxta urbem uaraciniſ que alterniſ putantur anniſ. non quia id uiti conducat. ſed quia uilitatem redditũu impendia exuperẽt. Mediũ temperamentũ in Carſulano ſequũt̃. carioſaſq; tm̃ uitiſ parteſ ĩcipiẽteſ marceſcere deputãdo: ceteriſ ad uuã relictiſ detracto onere ſupuacuo ꝓ nutrimento oĩ eſt raritaſ uulneriſ. Sed niſi pingui ſolo taliſ cultura degenerat in labruſcã. Arbuſta arari q̃ altiſſime deſiderãt. etſi tm̃ frumẽti ratio nõ exigit. Pampinari ea nõ eſt moriſ. & hoc cõpendiũ opere. Deputant̃ cũ uite pariter inter ſecata denſitate ramoꝝ qui ſint ſupuacui: & abſumãt alimẽta. Plagaſ ad ſeptentrionẽ aut ad meridiẽ ſpectare uetuimuſ. Meliuſ ſi neq; in occaſuſ ſoliſ. diu enim dolent talia quoq; ulcera. & difficile ſaneſcunt algendo minuſ eſtuandoue. Nõ eadem in uite que in arbuſtiſ libertaſ qm̃ icta latera eſt faciliuſ abſcõdere. & detorquere quoueliſ. plagaſ in arborũ tonſura ſupputatione uelut caliceſ faciendi ne conſiſtat humor. Viti adminicula addenda que ſcandat apprehenſa ſi maioreſ ſint.

CAP. XXIII. De Seruandiſ uuiſ & arboꝝ uariiſ morbiſ ac modeliſ.

Itium generoſaꝝ pergulaſ Quinq̃tribuſ putandaſ: & q̃rum ſeruare uuaſ libeat decreſcente luna: tradunt. Que uero inter lunio ſint putate. nulliſ animalium obnoxiaſ eſſe. Alia ratione plena luna noctu tondẽdaſ: cũ ſit ea in leone Scorpione Sagittario Tauro: atq; in totũ ſerendaſ plena aut creſcente utiq; cenſent. Sufficiunt in Italia cultoreſ deni in centena iugera uinearũ. At abunde de ſatu cultuq; arborum tractato: qm̃ de palmiſ ac Cytiſo in peregriniſ arboribuſ affatim diximuſ: ne qd deſit: indicanda reliq̃ natura ſit: magnopere ptinenſ ad oĩa ea. Infeſtãt nanq; & arboreſ morbiſ. Quid. n. genitum caret iiſ maliſ? Et ſilueſtrium quidem pnicioſoſ negant eſſe.

Vexariq; tantum grãdine in germinatione aut flore. Aduri quoq; feruore aut flatu fragiliore ꝑpoſtero die q̃ ſuo. Frigora etiã obſũt: ut diximuſ. Quid ergo? nõ ne & uiteſ algore intereũt: hoc q̃dem eſt quo dep̄hendat̃ ſoli uitiũ: q̃m nõ euenit niſi in frigido. Itaq; per hyemeſ celi rigorẽ ꝓbamuſ. Nõ. n. ſolũ ĩfirmiſſime arboreſ gelu periclitant̃: ſed maxime. uexatiſq; ita prima cacumina inareſcũt: q̃m ꝑſtrictuſ gelu nõ potuit eo peruenire humor. Arboꝝ q̃dam cõmuneſ morbi. Quidã priuati generꝝ. Cõmuniſ uermiculatio eſt. Sideratio. & dolor membroꝝ: unde partiũ adhibita ſotietate nominum quoq; cũ hominũ miſeriſ trunca dicimuſ certe corpora: & oculoſ germinũ exuſtoſ: ac multa ſimili ſorte. Itaq; laborãt & fame cruditate: que fiunt humoriſ q̃ntitate. Alique uero & obeſitate: ut om̃ia que ferunt reſinã: nimia piguedine in tedã mutant̃. Et cũ radiceſ quoq; pingueſcere cepere: intereũt. ut animalia nimio adipe. Quin & peſtilẽtia ꝑ genera: ſicut inter homineſ: nũc ſeruitia nũc plebeſ urbana uel ruſtica. Vermiculãt̃ magiſ minuſue quedã. omneſ tamen fere. Idq; aueſ caui corticiſ ſono experiunt̃. Iam quidẽ & in hoc luxuria eſſe cepit: pregrandeſq; roboꝝ delicatiore uſurpari cibo. coſſeſ uocant. Atq; etiam farina ſaginati. Ii quoq; altileſ fiunt Maxime autem arborũ hec ſentiunt. piri. mali. fici: minuſq; que amare ſunt & odorate. Eoꝝ qui in ficiſ exiſtunt: alii naſcunt̃ ex illiſ. alioſ parit qui uocat̃ ceraſteſ. Om̃eſ tamen in Ceraſtem figurant̃. ſonumq; edunt paruuli ſtridoriſ. Et Sorbuſ arbor infeſtatur uermiculiſ ruffiſ piloſiſ: atq; ita emorit̃. Meſpila quoq; in ſenecta obnoxia ei morbo eſt. Sideratio tota e celo conſtat: q̃propter & grando in iiſ cauſiſ intelligi debet. & carbunculatio. qđ pruinaꝝ iniuria euenit. hec enim uerno tempore inuitatiſ & erumpere audentibuſ ſatiſ mollibuſ inſidenſ adurit lacteſcenteſ germinũ oculoſ: quod in flore carbunculũ uocant. Pruine ꝑniciosior natura: q̃m lapſa perſidet: gelatq;: ac ne aura quidẽ ulla depellit̃: quia nõ fit niſi immoto aere & ſereno. Propriũ tamen ſyderationiſ eſt ſub ortu caniſ ſiccitatum uapor. cum inſite ac nouelle arboreſ moriunt̃: precipue ficuſ & uiteſ. Olea preter uermiculationẽ q̃ eque ac ficuſ ſẽtit: clauũ etiam patit̃. ſiue fungũ placet dici: uel patellã. hec eſt ſoliſ exuſtio. Nocere tradit Cato & rubrũ muſcum. Nocet plerũq; uitibuſ atq; oleiſ & nimia fertilitaſ. Scabieſ communiſ omnium eſt. Impetigo & que adnaſci ſolent cochelee: peculiaria ficorum uitia. Nec ubiq;. Sũt enim quedã egretudĩeſ & locorum. Verum ut homini neruorũ cruciatuſ: ſic & arbori ac duobuſ eque modiſ. Aut enim in pedeſ hoc eſt radiceſ irrumpit uiſ morbi: aut in articuloſ: hoc eſt cacuminum digitoſ: q longiſſime a toto corꝑe exeunt inareſcũt ergo & ſunt apud Grecoſ ſua nomina utriq; uitio. Vndiq; p̄mo dolor: mox & macieſ earũ partiũ fragiliſ. poſtremo tabeſ morbuſq; nõ intrante ſucco. aut nõ peruenĩete: maxĩeq; id fici ſentiũt. Caprificuſ oĩbuſ ĩmuniſ eſt. que adhuc diximuſ. Scabieſ gignitur roribuſ lentiſ poſt Vergiliaſ. nam ſi rarioreſ fuere ꝓfundũt arborem: nõ ſcalpũt ſcabie. Ceteꝝ ſi cadũt. Siue hymbreſ nimii fuere. Alio modo ficuſ laborat radicibuſ madidiſ. Vitibuſ p̃ter uermiculationẽ & ſiderationẽ morbuſ peculiariſ articulatio. tribuſ decauſiſ. Vna ut tempeſtatum germinibuſ ablatiſ. Altera ut notauit Theophraſtuſ in ſupinũ exciſiſ. Tertia culture imperitia leſiſ. Om̃eſ enim earum iniurie in articuliſ ſentiũtur. Siderationiſ genuſ eſt in hiſ defloreſcẽtibuſ roratio. Aut cũ acini priuſq̃ creſcant: decoquunt̃ in callũ. Egrotant & cum alſere: leſiſ uredine Attonſarum oculiſ. Ex calore hoc euenit intẽpeſtiuo. q̃m omnia mõ cõſtãt. certoq; temperamento fiũt. Et culpa uinitorũ colentiũ: cũ. preſtringunt̃: ut dictũ eſt. Aut circunfoſſor iniurioſo ictu uerberauit. Vel etiam ſubarator imprudenſ luxauit radiceſ. corpuſue deſquãmauit. Eſt & quedã cõtuſio falciſ hebetioriſ. Quibuſ om̃ibuſ cauſiſ difficiliuſ tolerant frigora aut eſtuſ: quoniã in ulcuſ penetrat om̃iſ a foriſ iniuria. Infirmiſſima uero maluſ. maximeq; que dulciſ eſt: Quibuſdã debilitaſ ſterilitatẽ non necẽ affert: ut ſi quiſ pino cacumẽ auferat uel palme. Stereleſcũt enim nec moriunt̃.

Pruine nã

Quid peſſimum uiti
bus aut oleis deflort

Egrotant aliq̄n & poma ipſa per ſe ſine arbore: ſi neceſſariſ temporibuſ hymbreſ aut teporiſ uel afflatuſ defuere: aut contrario abundauere. Decidunt. n. deteriora fiunt. Peſſimum eſt inter om̄ia cū defloreſcentē uitē & oleā ꝑcutit hymber: qm̄ ſimul defluit fructuſ. Sunt eadē cauſa naſcenteſ & Eruce dirū aĩal: erodūtq; frondem: alie florē Oliuarū quoq; ut in Mileto: ac depaſtā arborē turpi facie relinquūt. Naſcitur hoc malū tempore humido & lento. Fit aliud ex eodē ſi ſol acrior inſecutuſ: inuſſerit ip̄m uitium. ideoq; inaruerit. Eſt etiā num peculiare oliuiſ ac uitibuſ: qđ Araneū uocant. cum ueloti tale inuoluūt fructū & abſumūt. Adurūt. & flatuſ ꝗdam eaſ maxime. ſed & alioſ fructuſ. Nam uerm̄iculationem & poma ipſa per ſe ꝗbuſdam anniſ ſentiunt. mala. pira. Meſpila punica. In oliuia ancipiti euentu: qn̄ ſubeūt nati fructū adimūt. Augent ſi in ipſo nucleo fuere erodenteſ eum. Gigni illoſ ꝓhibent pluuie que fiūt poſt Arcturum. Eedem ſi auſtrine fuere: generant. In druppiſ quoq; que matureſcenteſ tunc ſunt precipue caduce: id riguiſ magiſ euenit: etiā ſi non ceciderint: faſtidiendiſ. Sunt & culicū genera aliqbuſ moleſta: ut glandibuſ fico qui uident᷑ ex humore naſci tunc dulci ſubdito corticibuſ. Et egrotatio quidē fere in iiſ eſt. Quedā tempoꝝ cauſe aut locoꝝ non ꝓprie dicunt᷑ morbi: qm̄ ꝓtinuſ necant. ſicut tabeſ cū inuaſerit arborē. aut uredo. Vel flatuſ alicuiuſ regioniſ ꝓpriuſ: ut eſt in Apulia Atabuluſ: In Euboea Olympiaſ. hic enim ſi flauerit circa Brumā: exurit frigore arefaciēſ: ut nulliſ ſolibuſ poſtea recreari poſſint. Hoc genere conualleſ & appoſita fluminibuſ laborant: precipueq;: uitiſ. olea. ficuſ. Quod cum euenerit: detegitur ſtatim in germinatione. In oliuiſ tardiuſ. Sed in omnibuſ ſignum eſt reuiuiſcendi: ſi folia amiſere. Alioqui quaſ puteſ preualuiſſe: moriuntur. Nonnunq̄ inareſcūt folia: eadēq; reuiuiſcunt. Alie in ſeptētrionalibuſ: ut in Panto Phrygia frigore aut gelu laborāt: ſi poſt brumā cōtinuauere xl. diebuſ. Ibi aūt in reliquiſ ꝑtibuſ: ſi ꝓtinuſ editiſ fructibuſ gelatio magna cōſecuta eſt: etiam pauciſ diebuſ necat. Que iniuria hominum conſtant: ſecundaſ habēt cauſaſ. Pix. oleum. adepſ inimica p̃cipue nouelliſ. Cortice in orbe detracto necant᷑: excepto Subere: quod ſic etiam iuuat᷑. craſſeſcēſ enī preſtringit & ſtrangulat. Nec Andrachne offendit᷑: ſi nō ſimul incidat᷑ & corpuſ. Alioq & Ceraſuſ & tilia & uitiſ: corticē mittūt: ſed non uitalem. nec ꝓximū corpori. ueꝝ eū qui ſubnaſcēte alio expellit᷑. Quarundā natura rimoſuſ cortex. ut Plataniſ. Tilie renaſcitur paulominuſ q̃m totuſ. Ergo iiſ q̃rum cicatricem trahit: medent᷑ luto fimoq;. & aliq̄n ꝓſunt: ſi nō uehementior frigoꝝ uel calorum uiſ ſecuta eſt. Quedam tardiuſ ita moriunt᷑: ut robora & quercuſ. Refert & tempuſ anni. Abieti enim & pino ſiquiſ detraxerit. ſole taurū uel geminoſ trāſeunte cū germinant: ſtatim moriunt᷑. Eandē iniuriā hyeme paſſe diutiuſ tolerant. Similiter Ilex & Robur & quercuſ. Quod ſi anguſta decorticatio fuerit: nil nocet ſupradictiſ. Infirmioreſ quidē & in ſolo gracili uel ab una tm̄ parte detractuſ interemit. Similem & decacuminatio rationem habet. Cupreſſi. picee. cedri. Ee enim detracto cacumine aut ignibuſ aduſto: intereunt. Similem & depaſtio animaliū. Oleā ꝗdem etiā ſi lābat capra ſterileſcere autor eſt Varro: ut diximuſ. Quedā hac iniuria moriunt᷑. Aliqua deteriora fiunt: ut amigdale: ex dulcibuſ enī transfigurant᷑ in amaraſ. Aliq̄ uero etiā utiliora: ut apud Chioſ priuſquā Phocida appellāt. Nā detruncatio diximuſ quibuſ ꝓdeſſet. Intereūt pleraq; & fiſſa ſtirpe. exceptiſ uite malo fico punica. Quedā uel ab ulcere. Ficuſ hanc iniuriā ſpernit. & omnia que reſinā gignunt. Radicibuſ amputatiſ mori: minime mirū eſt. Plereq; tn̄ nō oībuſ. ſed maximiſ: aut que ſūt inter illaſ uitaleſ: abſciſiſ. moriunt᷑. Necat inuicē inter ſeſe umbra. Vel denſitate atq; alimenti rapina. Necat & hedera uincienſ. Nec uiſcum prodeſt. & Cytiſuſ: nec aureo quod Alimō

Greci uocant. Quorundã natura nõ necat ꝗdem: ſed ledit odore aut ſucci mixtura: ut rhaphanuſ & lauruſ uitẽ. Olfactrix enim intelligit̃. & tangi eam odore mirũ in modũ. ideoq; cum iuxta ſit: auerti & recedere. ſaporemq; inimicũ fugere. Hinc ſumſit Androcideſ medicinam cõtra ebrietateſ rhaphanũ mandi precipienſ. Odit & caulẽ & omne oluſ. Odit. & Corylũ: Niſi ꝑcul abſint triſtiſ atq; egra. Nitꝝ ꝗdem. & alumẽ marina aqua calida & fabe putamina uel erui ultima uenena ſunt inter uitia arboꝝ.

CAP. XXIIII. De ꝓdigiiſ ex arboꝝ mutatione exempla uaria.

St & ꝓdigiiſ locuſ. Inuenimuſ enim ſub foliiſ nataſ uitem ficũ & malũ punicum ſtirpe fructum tuliſſe: non palmite aut ramiſ. Vitẽ uuaſ ſine foliiſ. Oleaſ quoq; amiſiſſe folia baciſ herentibuſ. Sũt & miracula fortuita. Nã & oliua in totũ ambuſta: reuixit. Et in Boetia deroſe a locuſtiſ ficuſ: iterum germinauere. Mutant̃ arboreſ & colore. Fiuntq; ex nigriſ candide: nõ ſemꝑ ꝓdigioſe. & maxĩe que ex ſemine naſcũt̃: ut Populuſ alba in nigrũ tranſit. Quidã & Sorbũ ſi in calidiora loca uenerit: ſterileſcere putant. Prodigio autem fiunt ex dulcibuſ acerba poma: aut dulcia ex acerbiſ. E caprifico fici. Et cõtra. Graui oſtento cũ in deteriora mutant̃. Ex olea in oleaſtrũ. Ex candida uua & fico: in nigraſ: ut Laodicee Xerxiſ aduentu Platano in oleam mutata. Qualibuſ oſtẽtiſ Ariſtãdri apud Grecoſ uolumẽ ſcatet: ne in ĩfinitũ abeamuſ. Apud noſ uero. C. Epidii cõmentarii: in ꝗbuſ arboreſ locute reperiant̃. Subſedit in Cumano arbor graui oſtento: paulo ante Pompeii Magni bella ciuilia. pauciſ ramiſ eminentibuſ. inuentũ Sybilliniſ libriſ ĩternetionẽ hominũ fore. tantoq; eam maiorẽ q̃nto ꝓpiuſ ab urbe poſtea facta eſſet. Sũt ꝓdigia & cum alieniſ lociſ naſcunt̃: ut in capitibuſ ſtatuarum. uel ariſ. & cum in arboribuſ ipſiſ aliene. Ficuſ in lauro nata eſt Cyrici añ obſidionẽ. Simili modo Trallibuſ palma in baſi Ceſariſ dictatoriſ circa bella ciuilia eiuſ. Nec non & Rome in Capitolio in capite iouiſ bello Perſei enata palma uictoriã triũphoſq; portendit. ac tempeſtatibuſ ꝓſtrata eodẽ loco ficuſ enata eſt. M. Meſſalle. C. Caſſii Cenſoꝝ luſtro a quo tẽpore pudiciciã ſubuerſã Piſo grauiſ autor ꝓdidit. Suꝑ omnia que unq̃ audita ſũt: etiã ꝓdigiũ in noſtro euo Neroniſ Principiſ ruina factum in agro Marucino Vectii Marcelli e primiſ Equeſtriſ ordiniſ oliueto uniuerſo uiam publicam trangreſſo: aruiſq; inde e contrario in locũ oliueti profectiſ.

CAP. XXV. De remediiſ ex arboribuſ: & que rigatione proficiãt: & quomodo rigandũ: ac de Riguiſ. mirabilia.

Vnc expoſitiſ arboꝝ morbiſ: cõſentaneũ eſt dicere & remedia. Ex iiſ quedã ſũt cõmunia omniũ. Quedã ꝓpria q̃rundã. Cõmunia. ablaqueatio. accumulatio. afflari radiceſ: aut cooperiri. riguiſ dato potu uel ablato fimi ſucco refectiſ. Putatiõe leuatiſ onere. Item ſucco emiſſo: ꝗbuſdã ueluti detractio ſanguiniſ circũraſi corticiſ. uitiũ extenuatio. & domitura palmitũ. Gemmarũ ſi friguſ retorridaſ hirtaſq; fecerit: Repumicatio & quedã politura. Arboꝝ iiſ alie magiſ: alie minuſ gaudent. ueluti Cupreſſuſ. & aquã aſpernat̃ & fimum. & circunfoſſurã. amputationẽq; & oĩa remedia odit. Quinetiã necatur. Riguiſ & uiteſ & punice precipue aluntur. Ficuſ ipſa arbor Riguiſ alitur. Pomum uero eiuſ inareſcit. Amigdale ſi colant̃: foſſione florẽ amittunt. Nec inſitaſ circunfodere oportet: priuſq̃ ualide ferre ceperint poma. Plurime autem amputari ſibi uolunt oneroſa ac ſuperuacua: ſicut noſ unguem & capillum. Recidunt̃ uetereſ tote. Ac rurſuſ a Stolone aliquo reſurgũt. ſed nõ oĩeſ. nec niſi quarũ naturã pati diximuſ. Rigua eſtiuiſ uaporibuſ utilia. hyeme inimica. autũno uaria. & hoc eſt ex natura ſoli: Quippe cũ uindemiator Hiſpaniarum ſtagnante ſolo uuaſ demetat. Ceterũ maiore in parte orbiſ etiam pluuia aut omni aqua ſeri & arari non conuenit.

Cupreſsus

Circa caniſ ortū rigua maxīe ꝓſūt.ac ne tūc quidē nimia. q̄m īebriatiſ radicibuſ nocēt. Et etaſ modū temperat. Nouelle enim minuſ ſitiūt. Deſiderāt aūt maxime rigari: que aſſueuere. Contra ſicciſ lociſ genita: nō expetūt humorē niſi neceſſariū. Aſperiora uina rigari utiq; cupiūt. In Sulmonenſi Italiæ agro pago Fabiano: ubi & arua rigantur: mirum ꝙ herbe aqua illa necantur frugeſ aluntur. & riguiſ pro ſarculo eſt. In eodem agro Bruma. tanto magiſ ſi niueſ ſcateant geletue: ne griguſ uiteſ adurat: circūfūdunt riguiſ: qđ ibi tepidare uocant. memorabili natura in amne ſolo. Sed idem in eſtate uix tolerandi rigoriſ.

CAP. XXVI. De Caprificatione: & Stercoratione arboꝝ.

Arbunculi ac rubiginum remedia demonſtrabimuſ uolumine proximo. Interim eſt & caprificatio quædā in remediiſ. Cū macie corticiſ ex egretudīe aſtringēte ſe: iuſtoq; pluſ uitalia arboꝝ comprimēte exactā falciſ aciē utraq; manu imprimenteſ perpetuiſ inciſuriſ deducūt. ac ueluti cutē laxant. Salutare id fuiſſe argumento ſunt dilatate cicatriceſ. & internato corpore explete. Magnaq; ex parte ſimiliſ hominum medicina & arboꝝ eſt: q̄n earū quoq; terebrant̄ oſſa. Amygdalæ ex amariſ dulceſ fiūt ſi circunfoſſo ſtipite: & ab ima parte circūforato defluēſ pituita abſtergatur. Et ulmiſ detrahitur ſuccuſ inutiliſ ſupra terrā foratiſ uſq; ad medullā in ſenecta: aut cū alimēto nimio abundare ſentiunt̄. Idem & ficoꝝ turgido cortice inciſuriſ in obliquum leuibuſ emittit̄. Ita fit ne decidant fructuſ. Pomiferiſ que germināt: nec ferūt fructum fiſſa radice īdit̄ lapiſ: fertileſq; fiūt. Hoc idē in amygdaliſ e robore cuneo adacto. In piriſ ſorbiſq; e teda ac cinere & terra cooperto etiā radiceſ circūcidiſſe ꝓdeſt. Vitiū luxuriantiū. ficoꝝq; & circunciſiſ cinerē addidiſſe. Fici ſerotine fiunt ſi ꝑme groſſi cū fabe magnitudinē exceſſere: detrahant̄. Subnaſcunt̄ enī quæ ſeriuſ matureſcunt. Eedē cū frondere incipiūt: Si cacumina rami cuiuſq; detrahant̄: firmioreſ fertilioreſq; fiūt. nā caprificatio maturat in ea: Culiceſ naſci e groſſiſ manifeſtū eſt: quoniā cū euolauere non inueniuntur intuſ grana que in eoſ uerſa apparet. Exeundi tanta eſt auiditaſ: ut pleriq; aut pede relicto aut penna pariter erūpant. Eſt & aliud genuſ culicum quoſ uocāt centrinaſ fuciſ apū ſimileſ ignauia maliciaq; cū pernicie ueroꝝ & utiliū. Interimūt enim illoſ atq; ipſi moriunt̄. Vexant & tinee ſemina ficoꝝ. Contra quaſ remediū in eadē ſcrobe defodere italicā lentiſcū in uerſa parte que fuerit a cacumine. Vberrimaſ aūt ficuſ lubrica amurca diluta & cū fimo infuſa radicibuſ frondere īcipientium facit. Caprificoꝝ laudant̄ maxime nigre. & in petroſiſ: q̄m frumenta plurima habeat caprificatio ipſa poſt hymbrē. In primiſ aūt cauendū: ne ex remediiſ uitia fiāt. quod euenit nimia aut intempeſtiua medicina. Interlucatio arboribuſ ꝓdeſt. ſed omnium annoꝝ trucidatio inutiliſſima. Vitiſ tantū tonſurā annuam querit. Alternā Myrtuſ. punice. olee: quia celeriter fruticeſcunt. Cetere rariuſ tondent̄. Nulla autūno: Ac ne radunt̄ quidē niſi uere putatione: Plage: At uitalia ſūt oīa quecūq; non ſuperuacua Similiſ ſtercoratio. Gaudent eo: ſed cauendum eſt: ne in feruore ſoliſ admoueatur. ne immaturiuſ: ne ualidiuſ q̄ opuſ ſit. Vrit uineaſ ſuillū: niſi q̄nquēnio īterpoſito: ꝑterq; ſi riguiſ diluat̄. Et e coriarioꝝ ſordibuſ: niſi admixta aq̄. Itē largiuſ. Iuſtū exiſtimāt. in denoſ pedeſ q̄dratoſ treſ modioſ. Id q̄dem ſoli natura decernit. Columbino ac ſuillo plagiſ quoq; arboꝝ medent̄. Si mala punica acida naſcant̄: ablaqueatiſ radicibuſ fimū ſuillum adhibent. eo anno uinolenta: proximo dulcia futura. Alii urina hominiſ aqua mixta rigāda cenſēt quater anno. ſinguliſ amphoriſ: aut cacumina ſpargi uino laſere diluto. Si findant̄ in arbore: pediculū īcorqueri. Ficiſ utiq; amurcā adfundi. Ceteriſ arboribuſ egriſ fecem uini aut lupinum circū radiceſ eaꝝ ſeri. Aq̄ quoq; lupini decocti circũfuſa pomiſ ꝓdeſt. Fici cũ Vulcanalibuſ tonuerit: cadẽt. Remediũ eſt: ut ante ſtipula ordeacea aree ſtringant᷑. Ceraſoſ p̄coceſ facit: cogitq; matureſcere calx admota radicibuſ. Et hec añ om̃ia poma interuelli meliuſ eſt: ut que relicta ſũt grandeſcant.

CAP. XXVII. De diuerſiſ medicamẽtiſ arboꝝ contra uenenata & noxia animalia.

Vedã pena emendant᷑: aut morſu excitant᷑: ut palme & lentiſci. Saliſ enim aqſ aluntur. Saliſ uim & ciniſ ſed leniorẽ habet: ideo ficiſ aſpergunt᷑ rutaq; ne fiãt uermioſe. neue radiceſ putreſcãt. Quin & uitiũ radicibuſ aq̃m ſalſam iubent affundi: ſi ſint lachrymoſe. Si uero fructuſ eaꝝ decidãt: cinerẽ aceto aſpergi: ipſaſq; inlini aut ſãdaraca ſi putreſcat uua. Si uero fertileſ non ſunt: aceto acri ſubacto cinere rigari atq; oblini. Quod ſi fructũ nõ maturent: priuſ inareſcentẽ: preciſaꝝ ad radiceſ plagã fibraſq; aceto acri & urina uetuſta madefacere. atq; eo luto obruere. Sepe fodere. Oleaꝝ ſi paꝝ ꝓmiſere fructuſ nudataſ radiceſ hyberno frigori opponũt. Eaq; caſtigatione ꝑficiũt. Om̃ia hec annua celi ratione conſtant. Et aliq̃n ſeriuſ poſcunt᷑. aliq̃n celeriuſ. Nec non igniſ aliq̃d ꝓdeſt: ut arũdini. ambuſta nanq; denſior mitiorq; ſurgit. Cato & medicamenta quedã cõponit. menſure quoq; diſtinctione ad maioꝝ arborum radiceſ amphorã ad minoꝝ urnã amurce & aque portionẽ equam: ablaqueatiſ priuſ radicibuſ: paulatim affundi iubenſ. In olea hoc ampliuſ: ſtramentiſ antea circũpoſitiſ. Itẽ fico. Huiuſ p̄cipue ueterẽ terrã adaggerari radicibuſ. Ita futurum ut nõ decidant groſſi. maiorq; fecunditaſ. nec ſcabra proueniat. Simili modo ne conuoluoluſ fiat in uinea: amurce congioſ duoſ decoctoſ in craſſitudinẽ melliſ. rurſuſq; cũ bituminiſ tertia parte & ſulphuriſ quarta ſub diuo. nã alioq̃n exardeſcat ſub tecto. Hoc uiteſ circa capita ſub brachiiſ ungui. ita non fore cõuoluolum. Quidã contenti ſunt fumo huiuſ mixture ſuffire uineaſ ſc̃do flatu cõtinuo triduo. Pleriq; non minuſ auxilii & alimẽti arbitrant᷑ in urina q̃ Cato in amurca addita mõ aque pari portione: q̃m ꝑ ſe noceat. Alii uoluocẽ appellãt animal p̄rodenſ pubeſcenteſ uuaſ. Quod ne accidat falceſ cũ ſint exacute fibrina pelle detergũt: atq; ita putant. aut ſanguine urſino liniri uolunt poſt putationẽ eaſdẽ. Sũt arboꝝ peſteſ & formice. haſ abigũt rubrica ac pice liquida perunctiſ caudicibuſ. Necnõ & piſce ſuſpẽſo iuxta ĩ unũ locũ cõgregãt. Aut lupino trito cũ oleo radiceſ linũt. Multi & talpaſ amurca necãt. cõtraq; erucaſ. & mala ne putreſcant lacerte uiridiſ felle tangi cacumina iubent. Priuatim autem contra erucaſ ambiri arboreſ ſingulaſ a muliere menſiſ incitati nudiſ pedibuſ recincta. Item ne quod animal paſtu malefico decerpat frondem: fimo boum diluto aſpergi folia: quotienſ hymber ĩterueniat: q̃m abluat᷑ ita uiruſ medicaminiſ. mira quedã excogitãte ſolertia humana. Quippe cũ auerti carmine grandineſ credant pleriq;. cuiuſ uerba inſerere nõ equidem ſerio auſim: quanq̃ a Catone prodita. Cõtra luxata membra ubi iungẽde. harundinũ fiſſure. Idem arboreſ religioſaſ lucoſq; ſuccidi permiſit Sacrificio priuſ facto: cuiuſ rei rationem notionemq; eodem uolumine tradidit.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER DECIMVS SEPTIMVS DE PLANTIS SATVIARVM ARBORVM FINIT: INCIPIT DECIMVS OCTAVVS DE FRVGVM NATVRA: ET STVDIO AGRI COLENDI FOELICITER.

CAP. I. Quod antiquiſ maximũ ſtudium agriculture fuit.

5

Equit̃ natura frugũ. hortoꝝq; ac florũ: Queq; alia: ꝑter arboreſ: aut fruticeſ: benigna Tellure ꝓueniũt. uel per ſe tantũ: herbarum immenſa contemplatione: ſiquiſ eſtimet: uarietatẽ: numerum: floreſ: odoreſ: coloreſq;: & ſuccoſ: ac uireſ eaꝝ: quaſ ſalutiſ: aut uoluptatiſ hominũ gratia: gignit. Qua in parte primũ omnium patrocinari Terre. & adeſſe cunctoꝝ parenti iuuat: quanq̃ inter initia operiſ defenſe: qm̃ tamẽ ipſa materia intuſ accedit: ad reputationẽ eiuſdem parientiſ: & noxia. Noſtriſ eam criminibuſ urgemuſ. culpamq; noſtrã illi imputamuſ. Genuit uenena. ſed quiſ inuenit illa: preter hominem? Cauere ac refugere alitibuſ: feriſq; ſatiſ eſt. Atq; cũ in arboreſ exacuant: limentq; cornua Elephanti: & duro ſaxo Rhinoceroteſ: & utroq; apri dentiũ ſicaſ: ſciantq; ad nocendum ſe ꝑparare animalia: qđ tamẽ eorum: tela ſua: excepto homine: ueneniſ tinguit? Noſ & ſagittaſ ungimuſ. & ferro ipſi nocentiuſ aliqd damuſ. Noſ & flumina inficimuſ. & rerũ nature elementa. Ipſũ quoq;: quo uiuit̃: aerẽ: in perniciẽ uertimuſ. Neq; eſt: ut putamuſ ignorari ea: ab animalibuſ. quequidẽ que ꝑpararẽt cõtra ſerpentiũ dimicationẽ: que poſt preliũ: ad medendũ: excogitarit: ĩdicauimuſ. Nec ab ullo: ꝑter hominẽ: ueneno pugnat̃ alieno. Fateamur ergo culpã: ne iiſ quidẽ: que naſcunt̃: contenti. etenim q̃nto plura eorum genera humana manu fiunt. Quid? non & homineſ quidam ad uenena naſcunt̃? Atra hominum: ceu ſerpentiũ lingua uibrat: tabeſq; animi: contrectata adurit: culpantium om̃ia. Ac diraꝝ alitũ mõ: tenebriſ quoq;: & ipſaꝝ noctiũ qeti: inuidentiũ: gemitu: que ſola uox eoꝝ eſt: ut inauſpicataꝝ animantiũ uoce: obuii: quot uetẽt agere: aut ꝓdeſſe uite. Nec ullũ aliud abbominati ſpirituſ ꝑmiũ nouere: q̃ odiſſe om̃ia. Veꝝ & in hoc: eadẽ nature maieſtaſ: tanto plureſ bonoſ genuit: ac frugi quanto fertilior in iiſ: que iuuant: aluntq;. Quorũ eſtimatione: & gaudio: noſ quoq; relictiſ: exuſtioni ſue iſtiſ hominũ turbiſ: pergamuſ excolere uitã: eoq; conſtantiuſ: quo opere nobiſ maior: q̃m fame gratia expetitur. Quippe ſermo circa rura eſt: agreſteſq; uſuſ. Sed quibuſ uita: honoſq; apud priſcoſ maximuſ fuerit.

CAP. II. Quæ corona ꝑma Romæ: & de Romanoꝝ paupertate.

Ruoꝝ Sacerdoteſ Rumuluſ in ꝑmiſ inſtituit: ſeq; duodecimũ Fratẽ appellauit. inter illoſ: ab Acca Laurẽtia nutrice ſua: ſpicea corona: que uitta alba colligaret: in Sacerdotio ei: pro religioſiſſimo inſigni data. Que ꝑma apud Romanoſ fuit corona. honoſq; iſ: nõ niſi uita finit̃. & exuleſ etiã: captoſq; comitat̃. Bina tũc iugera populo Ro. ſatiſ erant. nulliq; maiorẽ modũ attribuit. quo ſeruoſ paulo ante principiſ Neroniſ cõtempto: huiuſ ſpatii uiridia: & piſcinaſ iuuat habere maioreſ. gratũq;: ſi nõ aliquem & culinaſ. Numa inſtituit deoſ fruge colere. & mola ſalſa ſupplicare. Atq; ut autor eſt Hemina: far torrere. qm̃ toſtũ cibo ſalubriuſ eſſet. Id uno modo cõſequutũ: ſtatuendo: nõ eſſe puꝝ ad rem diuinã: niſi toſtũ. Iſ & Fortune Calue inſtituit farriſ torrendi feriaſ. Et eque religioſaſ Terminiſ agroꝝ. hoſ enim deoſ tũc maxĩe nouerãt. Seiãq; a ſerendo: Segeſtam a ſegetibuſ appellabãt. quaꝝ ſimulacra in cyrco uidemuſ. Tertiã ex hiſ nominare ſub tecto: eſt religio. Ac ne deguſtabãt qdam nouaſ frugeſ: aut uina. anteq̃ Sacerdoteſ primitiaſ libaſſent.

bina tm̃ iugera sat erant priscis romanis

CAP. III. Do Iugero: & actu: & legibuſ circa pecora: & quibuſ temporibuſ fuerit ſũma uilitaſ annone: & q in agricultura illuſtreſ.

Vgeꝝ uocabat̃: qđ uno iugo boũ: in die exarari potuiſſet. Actuſ in quo boueſ agerent̃: cũ arat̃: uno impetu iuſto. hic erat. c. xx. pedũ. duplicatuſq; in longitudinẽ: iugeꝝ faciebat. Dona ampliſſima imperatoꝝ: ac fortiũ ciuiũ. quantũ quiſ uno

Dona amplissima imperatoꝝ

die plurimũ circũaruiſſet. Item q̃rtarii farriſ: aut hemine: cõferẽte populo. Cognomĩa etiã prima inde: Piluni: qui pilũ piſtriniſ inuenerũt. Piſoneſ: a piſendo. Iam Fabioꝝ. Lentinorum. Ciceronum. ut quiſquiſ aliquod optime genuſ ſereret. Iuniorum familie Bubulcum nominarunt: qui bubuſ optime utebatur: Quin & in ſacriſ nihil religioſiuſ confarrationiſ uinculo erat. Noueq; nupte farreũ preferebant. Agrum male colere: Cenſorium probrum iudicabatur. Atq; ut refert Cato: quem uirum: bonum colonum dixiſſent: ampliſſime laudaſſe exiſtimabant. Hinc & locupleteſ dicebant: loci: hoc eſt agri: plenoſ. Pecunia ipſa a pecore appellabatur. Etiam nunc in tabuliſ Cenſoriiſ paſcua dicunẽ omnia: ex quibuſ populuſ redditus habet: quia diu hoc ſolum uectigal fuerat: Multatio quoq;: non niſi ouium: boumq; impendio dicebatur. Non omittenda priſcarum legum beniuolentia. Cautũ quippe eſt: ne bouem priuſ q̃ ouem nominaret: qui indiceret multã. Ludoſ: boum cauſa celebranteſ: Bupetioſ uocabant. Seruiuſ Rex ouium boumq; effigie primum araſ ſignauit. Frugem quidem aratro queſitam: nocte pauiſſe: ac ſecuiſſe: puberi: duodecim tabuliſ capitale erat. ſuſpenſumq;: Cereri necari iubebant grauiuſ: q̃m homicidio conuictum impubem Pretoriſ arbitratu uerberari: noxamue: duplionemue: decerni. Iam diſtinctio honoſq; ciuitatiſ ipſiuſ: non aliunde erat. Ruſtice tribuſ laudatiſſime eorum: qui rura haberent. Vrbane: uero in quaſ transferri ignominia eſſet: deſidie probro. Itaq; quattuor ſole erant: a partibuſ urbiſ: in quaſ habitabant: Suburbana. Pallatina. Collina. Eſquilina. Nundiniſ urbem reuiſitabant. & ideo Comitia Nundiniſ haberi non licebat: ne plebſ ruſtica auocaretur. Quieſ ſomnuſq; in ſtramentiſ erat. Gloriam deniq; ipſam a farriſ honore: adoriam appellabãt. Equidẽ etiã uerba priſce ſignificationiſ admiror. Ita enĩ eſt in cõmẽtariiſ Pontificum. Augurio cautario augendo: dieſ conſtituanẽ: priuſ q̃m frumenta uaginiſ exeant. & anteq̃m in uaginaſ perueniant. Ergo hiſ moribuſ non modo ſufficiebant frugeſ: nulla Prouintiarum paſcente Italiam: uerum etiam annone uilitaſ ĩcredibiliſ erat. Manniuſ Martiuſ Ediliſ Plebiſ primum frumentum populo in modioſ aſſibuſ donauit. Minutiuſ Augurinuſ qui. Sp. Helium coarguerat: farriſ precium in triniſ Nundiniſ ad aſſem redegit. undecimuſ: plebei tribunuſ. qua de cauſa ſtatua ei extra portam Trigeminam a Populo: ſtipe collata: ſtatuta eſt. Trebiuſ in Edilitate aſſibuſ populo frumentum preſtitit. quam ob cauſã: & ei ſtatue in Capitolio & Palatio dicate ſunt. Ipſe ſupremo die Populi humeriſ portatuſ in rogum eſt. Verum quo anno Mater deum aduecta Romam eſt: maiorem ea eſtate factam eſſe: q̃ antecedentibuſ anniſ decem facta eſſet: tradunt. M. Varro autor eſt. cum. L. Metelluſ in triumpho plurimoſ duxit elephantoſ: aſſibuſ ſinguliſ farriſ modioſ fuiſſe. Item uini congioſ. Ficiq; ſicce pondo. xxx. Olei pondo. x. Carniſ pondo. xii. Nec e latifundiiſ ſingulorum contingebat arcentium uicinoſ. Quippe etiam legeſ Stoloniſ Licinii incluſo modo quingentorum iugerum. & ipſo ſua lege damnato: cum ſubſtituta filii perſona ampliuſ poſſideret. luxuriantiſ iam Reipublice fuit iſta menſura. Manii quidẽ Curii poſt triumphoſ: immenſumq; terrarum adiectum Imperio: nota contio eſt: pernitioſũ intelligi ciuẽ: cui ſeptem iugera nõ eſſent ſatiſ. Hec aũt menſura Plebi poſt exactoſ Regeſ: aſſignata eſt. Quenam ergo tante ubertatiſ cauſa erat? Ipſorũ tunc manibuſ Imperatorum colebantur agri: ut faſ eſt credere: gaudẽte Terra uomere laureato & Triumphali aratore. Siue illi eadẽ cura ſemina tractabant: q̃ bella: eadẽq; diligẽtia arua diſponebant: q̃ caſtra: ſiue honeſtiſ manibuſ: omnia letiuſ proueniunt quoniam & curioſiuſ fiunt. Serentem inuenerunt dati honoreſ: Serranum: unde cognomen. Aranti quattuor ſua iugera in Vaticano: que prata Quintia appellantur. Cincinato

septem iugera
de inde assignata

uiator attulit Dictaturam. & quidem ut tradit Norbanuſ nudo: plenoq; pulueriſ etiā numore. Cui Viator: uela corpuſ inquit: ut proferam Senatuſ Populiq; Romani mandata. Taleſ tum etiam Viatoreſ erant. quibuſ id ipſum nomen inditū eſt: ſubinde ex agriſ Senatum ducesq; accerſentibuſ. At nunc eadem illa: uincti pedeſ: damnatę manuſ inſcripti uultuſ: exercent. Non tamen ſurda Tellure: que parenſ appellatur: coliq; dicit̃ & ipſa: honore hinc aſſumpto. ut nūc inuita ea: & indigne ferente: credat̃ id fieri. Sed noſ miramur ergaſtuloꝝ nō eadē emolumēta eſſe: que fuerūt Imperatoꝝ. Igit̃ de cultura agri ꝑcipere principale fuit: & apud exteroſ. Siquidē & Regeſ fecere. Hiero Philometer. Attaluſ. Archelauſ. Et Duceſ Xenophon & Penuſ etiā Mago. Cui quidem tm̄ honorē Senatuſ noſter attribuit: Carthagine capta: ut cum Reguliſ Africe bibliothecaſ donaret: uniuſ eiuſ duo de. xxx. uolumĩa cēſeret in Latinā linguā transferenda: cū. M. Cato ꝑcepta condidiſſet: peritiſq; lingue Punice dandū negotiū. In quo ꝑceſſit omĩſ uir tum clariſſime familie. D. Syllanuſ ſapientie compoſitiſſime: quoſ ſequeremur: pretexuimuſ: in hoc uolumĩe nō ingrate nominando. M. Varronē qui octogeſimum primum uite aunum ageñſ: de ea re prodendū putauit.

E

CAP. IIII. De Agricultura prefatio.

Pud Romanſ multo ſerior uitiū cultura eſſe cepit. Primoq;: ut neceſſe erat: arua tantū coluere. Quoꝝ nobiſ ratio nūc tractabit̃. nō uulgari modo: ueꝝ ut adhuc fecimuſ: & uetuſtiſ: & poſtea inuentiſ: omni cura perquiſitiſ: cauſaq; rerum & ratione ſimul eruta. Dicemuſ & ſydera. Syderumq; ipſoꝝ terreſtria ſigna dabimuſ indubitata. q̃nquidē qui adhuc ea diligentiuſ tractauere: quibuſuiſ oratoribuſ potiuſ: q̃ agricoliſ: ſcripſiſſe poſſunt uideri. Ac primū omniū oraculiſ maiore ex parte agemuſ: que non in alio uite genere plura: certiorave ſunt. Cur enim non uideant̃ oracula: a certiſſimo die: maximeq; ueridico uſu: profecta? Principiū aūt a Catone ſumemuſ.

CAP. V. Lauſ Agricolarū: & que obſeruanda in agro parando.

Ortiſſimi uiri: & militeſ ſtrenuiſſimi: ex agricoliſ gignuntur: minimeq; male cogitāteſ. Prediū ne cupide emaſ. In re ruſtica: operi ne parcaſ. In agro emēdo: minĩe. Quod male emptū eſt ſemꝑ penitet. Agrū paraturoſ: ante oĩa intueri oportet aquaꝝ uim: aut uicinū. Singula magnaſ interpretationeſ habent. nec dubiaſ. Cato in cōterminiſ hoc ampliuſ eſtimari iubet: quo pacto uiuant. In bono eſt inqt: religione bñ utenti. Attiliuſ Reguluſ ille: Punico bello biſ Cōſul: aiebat: neq; fecuudiſſimiſ lociſ inſalubrē agꝝ pandū: neq; effetiſ ſaluberrimū. Salubritaſ loci: nō ſemꝑ incolaꝝ colore detegit̃. qm̄ aſſueti in peſtilentibuſ durāt. Preterea ſūt quedā: partibuſ anni ſalubria Nihil autem ſalutare eſt: niſi quod toto anno ſalubre. Maluſ eſt ager: cū quo dominuſ luctatur. Cato inter prima ſpectari iubet: num ſolum: ſua uirtute ualeat: qua dictū eſt poſitione. Vt operariorum copia: prope ſit. Oppidumq; ualidū. Vt nauigiorum euectuſ: uel itinerum. Vt bene edificatuſ: & cultuſ: in quo falli pleroſq; uideo. Segnitiem enim prioriſ domini: pro emptore eſſe arbitrātur. Nihil eſt damnoſiuſ deſerto agro. Itaq; Cato: de bono domino meliuſ emi. nec temere contemnendam alienam diſciplinam. Agroq; ut homini: q̄uiſ queſtuoſuſ ſit: ſi tamen & ſumptuoſuſ: nō multum ſupereſſe. Ille in agro queſtuoſiſſimam iudicat uitem. nō fruſtra: quoniam ante omnia de impenſe ratione cauit. Proxime hortoſ irriguoſ: nec id falſo: ſi ſub oppido ſint. Et prata: que antiqui parata dixere. Idemq; Cato interrogatuſ: quiſ eſſet certiſſimuſ queſtuſ? reſpondit: ſi bene paſcaſ. Qui proximuſ ſit. At bene ſumma omnium in hoc ſpectanda fuit: ut fructuſ iſ maxime probaretur: qui q̃ minimo impendio cōſtaturuſ eſſet. Hoc ex locorum occaſione: aliter alibi decernitur. Eodemq; ꝑtinet: ꝙ agricolā

Qđ male emptum est semp poenitet

Attilius Regulus

Nit aūt salutare ē ni quod toto año salubre uendacem oportere eſſe: dixit. Fundū in adoleſcentia conſerendum: ſine contatione. edificandnm: non niſi conſito agro. Tunc quoq; contanter. optimumq; eſt: ut uulgo dixere: aliena inſania frui ſed ita: ut uillarum tutela nō ſit oneri. eū tñ q̄ bñ habitet: ſepiuſ uentitare in agrum. frontemq; domini pluſ ꝓdeſſe: q̄ occipitiū: non mentiunt̄.

CAP. VI. De Villaꝝ poſitiōe & ꝑceptiſ antiquoꝝ de agro colēdo.

Oduſ hic probat̄: ut neq; funduſ uillā querat. neq; uilla fundū. Nō ut fecerūt iuxta diuerſū: eadē etate exempliſ. L. Luculluſ Q. Sceuola. Cū uilla; Sceuole funduſ; careret. Villa Luculli: agro. Quo in genere Cenſoria caſtigatio erat: minuſ arare. q̄m uerrere. Nec hoc ſine arte q̄dam eſt. Nouiſſimuſ uillam in Miſinenſi poſuit C. Mariuſ. vii. Conſul. ſed peritia caſtra metandi: ſicut compatuſ ei in ceteriſ etiam: Sylla Felix. Quoſ cecoſ fuiſſe: dicere conuenit. Neq; iuxta paludeſ ponendam eſſe. Neq; aduerſo amne. Quanq̄ Homeruſ omnino e flumine ſemper antelucanaſ auraſ inſalubreſ; ueriſſime tradit. Spectare: in eſtuoſiſ lociſ: ſeptentrionem debet. meredięm: in frigidiſ. In temperatiſ: exortū equinoctialem. Agri ipſiuſ bonitaſ: q̄buſ argumētiſ iudicanda ſit: q̄q̄ de terre optimo genere diſſerenteſ: abunde dixiſſe poſſumuſ uideri: Etiam num tamen traditaſ notaſ: ſubſignabimuſ Catoniſ maxime uerbiſ. Ebulum: uel prunuſ ſilueſtriſ: uel rubuſ: bulbuſ minutuſ: trifoliū: herba pratēſiſ. quercuſ ſilueſtriſ: piruſ: maluſq;: frumentarii ſoli note. Item nigra terra & cinerei coloriſ. Omniſ creta coquit: niſi permacra. Sabulū etiam: niſi id pertenue eſt. & multo campeſtribuſ magiſ: q̄m cliuoſiſ: reſpondent eadem. Modum agri imprimiſ ſeruandum antiqui putauere. Quippe ita cenſebāt. ſatiuſ eſſe minuſ ſerere: & meliuſ arare. Qua in ſentētia & Virgilium fuiſſe uideo. Verumq; confitentibuſ: latifundia prodidere Italiam. Iam uero & Prouintiaſ. ſex: & ſemiſſem domini Africe poſſidebant: cū īterfecit eoſ Nero princepſ. Nō fraudabo Magnitudine hac quoq; ſua: Cn. Pompeium. qui nunq̄ agrū mercatuſ eſt conterminum. Agro empto; domum uendendā inclementer; atq; non ex utilitate publici ſtatuſ; Mago cenſuit. hoc exordio precepta pandere ingreſſuſ: ut tamē apꝑeat: aſſiduitatem deſideratam ab eo. Dehinc peritia Villicorum in cura habenda eſt. Multaq; de iiſ Cato ꝑcepit: nobiſ ſatiſ ſit dixiſſe: q̄ proximū domino corde eſſe debere & tamen ſibimetipſi non uideri. Coli rura ergaſtuliſ: peſſimum eſt. ut quicquid agit̄ a deſperantibuſ. Temerariū uideatur: unam uocem antiquorum poſuiſſe: & fortaſſiſ incredibile penituſ eſtimet̄: nihil minuſ expedire: q̄ agrum optime colere. L. Tariuſ Ruffuſ infima natalium humilitate: Conſulatum militari induſtria merituſ: antique aliaſ ꝑſimonie: circiter mille Seſtertium liberalitate diui Auguſti cōgeſtū: uſq; ad detractionē herediſ exhauſit: agroſ in Piceno coemēdo. colēdoq; in gloriā. Internetionē ergo: famemq; cenſemuſ? Immo hercule iudico modum rerum omnium utiliſſimum. Bene colere neceſſarium eſt. Optime: damnoſum. Preterq̄m ſobole ſua colono: aut paſcendiſ: Alioqui domino: aliquaſ meſſeſ colligere: nō expedit: ſi computet̄ impendiū opere. Nec temere oliuā: nec quaſdam terraſ diligenter colere: ſicut in Sicilia tradūt: itaq; decipi aduenaſ. Quonam igit̄ modo utiliſſime colunt̄ agri? ex oraculo ſcilicet: maliſ: ac boniſ. Sed defendi equū eſt abauoſ: qui preceptiſ ſuiſ ꝓſpexere uite. Namq; cum dicerent: maliſ: intelligere uoluere uiliſſimoſ. Summum prouidentie illorū fuit: ut q̄ minimum eſſet impendii. Precipiebant enim iſta: q Triūphali: denaſ argenti libraſ in ſupellectile: crimini dabāt. qui mortuo uillico relinquere uictoriaſ: & reuerti in ſua rura poſtulabant. quorum predia colenda: ſuſcipiebat Reſpub. exercituſq; ducebant: Senatu illiſ uillicante. Inde illa reliqua oracula. Neq̄ agricolam eſſe: quiſq̄ſ emeret: q̄d preſtare ei funduſ poſſet. Malum patremfamiliaſ: quiſquiſ interdiu faceret: quod

Lucullus.
Sceuola.

censoria castigatio
min' arare q̃ uerrere

Marius
Scylla
ceci.

Homerus

Agri boni nota indicia

Cato

Virgilius.

Cn. Pompeius.

Mago

Tarius Ruffus.

noctu poſſet: niſi in tēpeſtate celi. peiorē: q ꝑfeſtiſ diebuſ ageret: qđ feriatiſ deberet. Peſſimū: qui ſereno die: ſub tecto potiuſ operaret̄: q̃ in agro. Nequeo mihi tempare: quo minuſ unum exemplum antiquitatiſ afferam: ex quo intelligi poſſit: apud populū: etiā de culturiſ agēdi: morē fuiſſe. q̃liter defēdi ſoliti ſint illi uiri: C. Furiuſ Creſinuſ: e ſeruitute liberatuſ: cū in paruo admodum agello largioreſ multo fructuſ ꝑciperet: q̃ ex āpliſſimiſ uicinitaſ: in inuidia magna erat: ceu frugeſ alienaſ pelliceret ueneficiiſ. Quamobrem a Sp. Albino Curuli: die dicta: metuenſ damnationē: cū in ſuffragium Tribuſ oporteret ire. inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit: & adduxit filiā ualidā: atq; ut ait Piſo: bene curatam: ac ueſtitam: ferramenta egregie facta: graueſ ligōeſ: uomereſ pōderoſoſ: boueſ ſaturoſ: poſtea dixit: uenefitia mea Quiriteſ hec ſūt. nec poſſum uobiſ oſtēdere: aut in forum adducere lucubrationeſ: uigiliaſq;: & ſudoreſ. Omnium ſententiiſ abſolutuſ itaq; eſt. Profecto opera: non impenſa: cultura cōſtat. Et ideo maioreſ fertiliſſimum in agro oculum domini eſſe dixerunt. Reliq̃ precepta reddentur ſuiſ lociſ: que propria ſingulorum generum erunt. Interim communia: que ſuccurrunt: non omittemuſ. Et in primiſ Catoniſ humaniſſimum: & utiliſſimum. Id agendum: ut diligant uicini. Cauſaſ reddit ille: q̃ſ exiſtimamuſ nulli eſſe dubiaſ. Inter prima: idem cauet: ne Familie male ſit. Nihil ſero faciendum: in agricultura omneſ cenſent. Iterumq;: ſuo queq; tempore facienda. Et tertio precepto: p̄termiſſa fruſtra reuocari. De terra carioſa execratio Catoniſ abunde indicata eſt. Quanq̃m predicere non ceſſat iſ. Quicquid per aſellum fieri poteſt: uiliſſime cōſtat. Filix biennio moriť: ſi frondem agere non patiariſ. Id efficaciſſime contingit: germinantiſ ramiſ baculo decuſſiſ. Succuſ enim ex ipſa defluenſ necat radiceſ. Aiunt & circa ſolſtitium auulſaſ: non renaſci: nec harundine ſectaſ: aut exarataſ: uomeri harūdine impoſita. Similiter & harundinem exarari: filice uomeri impoſita: precipiunt. Iuncoſuſ ager uerti pala debet. At in ſaxoſo: bidentibuſ. Fruteta igni optime tolluntur. Humidiorem agrum foſſione concidi: atq; ſiccari: utiliſſimum eſt. Foſſaſ autem retuſiſ lociſ: apertaſ relinq. In ſolutiore terra: ſepibuſ firmari. In reprocibuſ: ac ſupiniſ: lateribuſ ꝑcumbere. q̃ſdā obcecari. & in aliaſ dirigi. maioreſ patētioreſq;: ſi ſit occaſio: ſilice uel glarea ſterni: ora utrinq; lapidibuſ ſtatuminari. & alio ſupintegi. Silue extirpande rōnem Democrituſ prodidit. Lupini flore: in ſucco cicute uno die macerato: ſparſiſq; radicibuſ.

C. furius Cresinus

Vtilissimū ut diligant uicini

CAP. VII. De frugum uariiſ generibuſ: & natura ac deferentia eaꝝ ob celi terreq; naturā.

T qm̄ p̄paratuſ eſt ager: natura. nūc indicabiť frugū. Sunt aūt duo prima earū genera. Frumēta: ut triticum hordeū. Et legumina: ut faba & cicer. Differētia uero notior: q̃ ut indicari deceat. Frumenti ipſiuſ: totidem genera: per tempora: ſatu diuiſa. Hyberna: que circa Vergiliarum occaſum: terra per hyemem nutriuntur. ut Triticum. Far. Hordeum. Eſtiua: que eſtate: ante Vergiliarum exortum ſeruntur: ut Miliū: Panicum Siſania. Horminum. Irio. Italie dumtaxat ritu. Alioq in Grecia & Aſia omnia Vergiliarum occaſu ſeruntur. Quedam autē utroq; tempore in Italia. Ex hiſ quedam & tertio. ueriſ ſcilicet. Aliq uerna. Milium. Panicum. Lentem. Cicer. Halicam appellant. Sementina autem. Triticum. Hordeum. Fabā. Napū. Rapā. Et in tritici genere parſ aliqua pabuli eſt quadrupedum cauſa ſati: ut Farrago. Et in leguminibuſ: ut uitia. At communiſ quadrupedum: hominumq; uſui. Lupinuſ. Legumina omnia: ſingulaſ habent radiceſ. preter Fabam, eaſq; ſurculoſaſ. quia non in multa diuiduntur. Altiſſimaſ autem cicer. Frumenta multiſ radicantur fibriſ ſine ramiſ. Erumpit a primo ſatu Hordeum die ſeptimo. Legumina quarto: uel cum tardiſſime: vii. Faba a. xv. ad. xx. Legumina in Egypto tertio die. Ex Hordeo alteꝝ caput grani in radicē exit: alterū in herbam. que & p̄or floret. Radicem craſſior parſ grani fundit. Tenuior florem. Ceteriſ ſeminibuſ eadem parſ: & radicem & florē. Frumenta: hyeme in herba ſūt. Verno tēpore faſtigant̄ in ſtipulā: que ſūt hyberni generiſ. At Milium & Panicum in culmen geniculatum & concauum. Siſama uero in ferulaceum. Omnium ſatorum fructuſ: aut ſpiciſ continetur: ut Tritici. Hordei. Muniturq; uallo ariſtarum quadruplici. Aut includitur ſiliquiſ: ut leguminum. Aut uaſculiſ: ut Siſame ac Papaueriſ. Milium ac Panicum tantum pro indiuiſo & paruiſ auibuſ expoſita ſunt. indefenſa quippe mēbraniſ continent̄. Panicū a paniculiſ dictū: cacumine languido mutante: paulatim extenuato culmo: pene in ſurculum: predēſiſ aceruat̄ graniſ. cum longiſſima pedali: obſimili come: granū complexe: que fimbriato capillo curuatur. Sunt & panico genera. Māmoſo. Epāno: puiſ racemato paniculiſ. & cacumine gemino. Quin & colore diſtinguit̄. Candido: nigro. ruffo. etiā purpureo. Paniſ multifarie & e milio fit. e panico rariuſ. Sed nullum frumento pōderoſiuſ. aut quod coquendo magiſ creſcat. Lx. enim pondo paniſ e modio reducunt. modiumq; pultiſ: ex tribuſ ſextariiſ madidiſ. Milium intra hoſ decem annoſ: ex India in Italiam inuectum eſt: nigrum colore: amplum grano. harundineū culmo. Adoleſcit ad pedeſ altitudine ſeptem. pregrandibuſ culmiſ. Lobaſ uocant: omnium frugum fertiliſſimum. Ex uno grano terni ſextarii gignuntur. Seri debet in humidiſ. Frumenta quedam: in genu tertio ſpicam incipiunt concipere. Quedam in quarto: ſed etiānum occultam. Genicula autem ſunt. Tritico quaterna. Farri ſena. Hordeo octona. Sed non ante ſupradictum geniculorum numerum conceptuſ eſt ſpice. qui ut ſpem ſui fecerit: quattuor: aut quinq; tardiſſime diebuſ florere incipiunt. totidemq; aut paulo pluribuſ defloreſcunt. hordea uero: cum tardiſſime: vii. Varro quater noueniſ diebuſ frugeſ abſolui tradit. & menſe nono meti. Fabe in folia exeunt. ac deinde caulem emittunt: nulliſ diſtinctum internodiiſ. Reliqua legumina ſurculoſa ſunt. Ex iiſ: ramoſa. Cicer. Eruum. Lenſ. Quorundam cauleſ ſparguntur in terram: ſi non habeant adminiculū: ut Piſorum quod ſi non habuere: deteriora fiunt. Leguminum unicauliſ faba ſola. Vnuſ & lupiniſ. Ceteriſ ramoſuſ: pretenui ſurculo. Omnibuſ uero fiſtuloſuſ. Folium: quedam a radice mittunt. Quedam a cacumine. Frumentum uero: & Hordeum Viciaq; & quicquid in ſtipula eſt: in cacumine unū folium habet. Sed Hordeo ſcabra ſunt. Ceteriſ leuia. Multiplicia contra: Fabe. Ciceri. Piſo. Frumentiſ folium harundinaceum. Fabe rotundum. & magne leguminum parti. Longiora Eruilie: & Piſo. Faſioliſ uenoſa. Siſame & Irioni ſanguinea. Cadunt folia lupino tantum: & Papaueri. Legumina diutiuſ florent. & ex iiſ Eruum ac Cicer. ſed diutiſſime Faba xl. diebuſ. Non aūt ſinguli ſcapi tam diu: quoniam alio deſinente: aliuſ incipit. Nec tota segeſ: ſicut frumenti pariter. Siliquantur uero omnia diuerſiſ diebuſ. & ab ima primū p̄te: paulatim flore ſubeunte. Frumenta: cū defloruere: craſſeſcūt: maturant̄q;. cum plurimū: diebuſ. xl. perficiūtur. Item Faba. pauciſſimiſ Cicer. Id enim a ſemēte diebuſ. xl. perficitur. Milium & Panicum: & Siſama: & oīa eſtiua: q̄draginta diebuſ maturant̄ a Flore. Magna terre: celiq; differentia. In Egypto enim Hordeum ſexto a ſatu menſe. Frumenta: ſeptimo: metuntur. In Hellade Hordeum. In Peloponneſo: octauo. Et frumenta etiamnum tardiuſ. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur. In faba leguminibuſq; alterniſ lateribuſ ſiliquantur. Fortiora hyeme Frumenta: leguminaq; in cibo. Tunice frumento plureſ. Hordeum maxime nudum: & Halica. Sed precipue auena. Calamuſ altior frumento: q̄ Hordeo. Ariſta mordacior Hordeo.

Frumenta

Milium

Varro

In area exteruntur Triticum & Siligo & Hordeum. ſic & ſeruntur pura: qualiter moluntur. quia toſta non ſunt. E diuerſo Far. Milium. Panicum: purgari: niſi toſta non poſſunt. Itaq; hec cum ſuiſ Folliculiſ ſerunt̃ cruda. Et Far in uaginuliſ ſuiſ ſeruãt ad ſatuſ. atq; non torrent. Leuiſſimum ex iiſ Hordeum. raro excedit. xv. libraſ. Et faba. xxii. Ponderoſiuſ Far. magiſq; etiamnum Triticum. Far in Egypto: ex Olyra conficitur. Tertium genuſ ſpice hoc ibi eſt. Gallie quoq; ſuum genuſ farriſ dedere: qđ illic Brance uocant: apud noſ Sãdalam: nitidiſſimi grani. Et alia differẽtia eſt: ꝙ fere quaterniſ libriſ: pluſ reddit paniſ: q̃ Far aliud. Populum Romanum Farre tantum e frumento. ccc. anniſ uſum Verriuſ tradidit. Tritici genera plura que fecere gẽteſ, Italico: nullum equidẽ cõperauerim: candore: ac pondere. quo maxĩe decernit̃. Montaniſ modo competur. Italie agriſ externum. In quo principatũ tenuit Boetia. Deĩde Sicilia. Mox Africa. Tertium ponduſ erat Tracio: Syrioq;. Deĩde Egyptio Athletarum cum decreto. quorum capacitaſ: iumentiſ ſimiliſ. quem diximuſ: ordinem fecerat. Grecia & Ponticum laudauit: quod in Italiam non peruenit. Ex om̃i eodem genere grani pretulit Dracuntium: & Stlentium: & Selenuſium argumento craſſiſſimi calami. Itaq; pingui ſolo hec genera aſſignabat. Leuiſſimum & maxime inane: ſeu tenuiſſimi calami: in humidiſ ſeri iubebat: quoniam multo egeret alimento. He fuere ſentẽtie Alexãdro Magno regnãte: cũ clariſſĩa fuit Grecia. atq; in toto orbe terraꝝ potentiſſima. ita tñ: ut ante mortem eiuſ anniſ fere. c. xlv. Sophocleſ poeta: in fabula Triptolemo: Frumentum Italicum ante cuncta laudauerit. ad uerbum tranſlata ſentẽtia. Et Fortunatã Italiã frumẽto caneſcere candido. Que lauſ peculiariſ hodie Italico ẽ. Quo magiſ admiror poſteroſ Grecoꝝ nullã mentionẽ huiuſ feciſſe frumẽti. Nũc ex iiſ generibuſ: que Romã inuehunt̃: leuiſſimũ eſt Gallicũ. atq; e Cherſonneſo aduectũ: quippe non excedũt in modiũ uicenaſ libraſ: ſi qſ granũ ip̃m põderet. Adiicit Sardiũ ſex libraſ. Alexandrinũ & trienteſ. Hoc eſt & Siculi ponduſ. Boeticũ totam librã addit. Africũ & dodranteſ. In Trãſpadana Italia ſcio uicenaſ q̃naſ li. farriſ modioſ pẽdere. Circa Cluſiũ & ſenaſ. Lex nature certa ẽ: ut in quocũq; genere: pane militari tertia portio ad grani põduſ accedat. Sicut optimũ eſſe frumentũ: qđ impactũ cõgiũ aque capiat. Quibuſdã generibuſ: per ſe ponduſ: ſicut Balearico: modio Tritici: paniſ pondo. xxx. reddit. Quibuſdam impermixtiſ: ut Cyprio: & Alexandrino: xx. prope libraſ nõ excedentibuſ. Cypriũ fuſcũ eſt. panẽ nigꝝ facit. Itaq; miſcet̃ Alexandrinũ candidum: redduntq;. xxv. pondo. Thebaicum libraſ adiicit. Marina aqua ſubigi quod pleriq; maritimiſ in lociſ faciunt: occaſione lucrandi ſaliſ: uiliſſimum. non alia de cauſa opportuniora morbiſ corpora exiſtunt. Gallie & Hiſpanie frumento in potum reſoluto: quibuſ diximuſ generibuſ: ſpuma ita concreta: pro fermento. utunt̃: qua de cauſa leuior illiſ: q̃ ceteriſ paniſ eſt. Differentia eſt & calami. Craſſior quippe melioriſ eſt generiſ. Plurimiſ tuniciſ Tracium Triticum ueſtitur: ob nimia frigora illi plage exquiſitum. Eadem cauſa: & Trimeſtria inuenit: detinentibuſ terraſ niuibuſ quod tertio fere ſatum menſe: ut in reliquo orbe metitur. Totiſ hoc Alpibuſ notũ. & hyemalibuſ prouinciiſ. Nullum hoc frumẽto letiuſ. Vnicalamum p̃terea: nec uſq; capax. ſeriturq; non niſi tenui terra. Eſt & bimeſtre circa Tracium ſinum: quod. xl. die quo ſatum eſt matureſcit. mirũq; nulli frumento pluſ eſſe ponderiſ. & furfuribuſ carere. Vtit̃ eo & Sicilia & Achaia: montoſiſ utraq; partibuſ. Euboea quoq; circa Cariſtũ. Intantum fallitur Columella: qui ne trimeſtriſ quidem proprium genuſ exiſtimauerit eſſe: cum ſit antiquiſſimum. Greci Trimenon uocant. Tradunt in Bactriſ grana tãte magnitudiniſ fieri: ut ſingula: ſpicaſ noſtraſ equent. Primum ex omnibuſ frumentiſ ſeritur Hordeum. Dabimuſ & dieſ ſerendi cuiq; generi: natura ſingulorum expoſita. Hordeũ Indiſ ſatiuũ & ſilueſtre: ex quo paniſ apud eoſ p̄cipuuſ. Italici quidẽ maxĩe Oriza gaudent: ex q̃ Ptiſanã conficiũt: q̃m reliq mortaleſ ex Hordeo. Orize qdẽ folia carnoſa: porro ſimilia. ſed latiora: altitudo cubitaliſ: floſ purpureuſ: radix gemine rotunditatiſ. Antiquiſſimum in cibiſ Hordeum ſicut athentenſiũ ritu: Menandro autore apparet. & gladiatorum cognomine: qui hordearii uocabantur. Polentam quoq; Greci non aliunde p̄ferunt. pluribuſ fit hec modiſ. Greci perfuſũ aqua Hordeũ ſiccãt nocte una. ac poſtero die frigũt. deĩde moliſ frangũt. Sũt: qui uehemẽtiuſ toſtum: rurſuſ exigua aqua aſpergant. ſiccentq; priuſ q̃ molant. Alii uero uirentibuſ ſpiciſ: decuſſũ hordeum recenſ purgant. madidumq; in pila tundunt. atq; in corbibuſ eluunt. ac ſiccatum ſole: rurſuſ tundunt. & purgatum molunt. Quocunq; aũt genere p̄parato: uiceniſ hordei libriſ. ternaſ ſeminiſ lini: & coriandri ſelibraſ: ſaliſq; acetabulo: torrenteſ ante omnia: miſcent in mola. Qui diutiuſ: uolunt ſeruare: cum polline: ac furfuribuſ ſuiſ: condunt nouiſ fictilibuſ. Italia ſine perfuſione: toſtũ: in ſubtilẽ farinã molit: iiſdem additiſ. atq; etiã milio. Panem ex hordeo antiquiſ uſitatũ: uita damnauit. quadrupedumq; tradidit refectibuſ. Ptiſane inde uſuſ ualidiſſimuſ: ſaluberrimuſq;: tantopere probatur. Vnum laudibuſ eiuſ uolumen dicauit Hippocrateſ: clariſſimuſ medicine ſcientia. Ptiſane bonitaſ precipua Vticenſi. In Egypto uero ea eſt: que fit ex Hordeo: cui ſũt bini ãguli. In Boetia & Africa genuſ ex quo fiat Hordei: Glabꝝ appellat Turraniuſ. Idẽ Olyrã & Orizam eandẽ eſſe: exiſtimat. Ptiſane cõficiende uulgata ratio eſt. Simili mõ ex Tritici ſemine Tragũ fit in Cãpania tm̃ & Egypto. Amilũ ex om̃i Tritico ac ſiligine. Sed optimũ ex trimeſtri. Inuentio eiuſ Chio ĩſule debet᷑. & hodie laudatiſſimum inde eſt appellatum ab eo: ꝙ ſine mola fiat. Proximum trimeſtri: quod e minime ponderoſo Tritico. Madeſcit dulci aq̃: in ligneiſ uaſiſ: ita ut integat᷑: quinqeſ in die mutata. Meliuſ ſi & in nocte: ita ut miſceatur pariter: emolitũ: priuſ q̃ aceſcat. liniteoq; aut ſportiſ ſiccatũ: tegule infundit᷑: illite fermento. atq; ita in ſole denſat᷑. Poſt Chiũ: maxime laudat᷑ Creticũ: mox Egyptiũ. Probat᷑ aũt leuitate: & leuore. atq; ut recenſ ſit. Iam & Catoniſ dictu. Apud noſ Hordei farina & ad medendũ utunt᷑. Miꝝq; in uſu iumẽtoꝝ: ignibuſ durato: ac poſtea molito: offiſq; humana manu dimiſſiſ: maioreſ in aluũ uireſ: toroſq; corporiſ fieri. Spice quedã binoſ ordineſ habẽt. quedã plureſ uſq; ad ſenoſ. Grano ipſi aliquot differentie. longiuſ. leuiuſq;: aut breuiuſ: aut rotũdiuſ: candidiuſ: nigriuſ. uel cui purpura eſt. Vltimo ad polentã cõtra tẽpeſtateſ cãdido maxĩa infirmitaſ. Hordeũ frugũ omniũ moliſſimũ eſt. ſeri nõ ualet niſi in ſicca: & ſoluta terra: ac niſi leta. palea ex optimiſ. Stramento uero eiuſ: nullum compatur. Hordeum ex omni Frumento minime calamitoſum. quia tollitur ante q̃m Triticũ occupet rubigo. Itaq; ſapienteſ agricole Triticũ cibariiſ tantũ ſerunt. Hordeũ ſartulo ſeri dicunt: propterea celerrime redit. fertiliſſimumq;. Quod in Hiſpania: & Cartagine: Aprili menſe collectum eſt: hoc ſeritur eodem menſe in Celtiberia. eodẽq; anno biſ naſcit᷑. Rapitur omne a p̾ma ſtatim a maturitate: feſtinãtiuſ q̃ cetera. fragili enim ſtipula: & tenuiſſima palea granum continetur. Meliorem etiam polentam fieri tradunt: ſi non exacta maturitate tollatur.

CAP. VIII. Nõ om̃ia frumenti genera ubiq; naſci: & de reliquiſ in oriente generibuſ.

Rumenti genera nõ eadẽ ubiq;. neq; ubi eadẽ ſũt: iiſdẽ nominibuſ. Vulgatiſſĩa: Far: quod Adoreũ uetereſ appellauere. Siligo. Triticum. Hec plurimiſ terriſ communia. Arinca Galliaꝝ ꝓpria. copioſa & Italie eſt. In Egypto autem: ac Syria:

Ciliciaq; & Aſia: ac Grecie parte: peculiareſ. Zea Olyra. Typhe. Egyptuſ ſimilaginē cōficit e tritico ſuo: neq̄q̄ Italice parem. Qui Zea utunt᷑: nō habent Far. Eſt & hec Italie. In Cāpania maxime: ſemēq; appellatur. hoc habet nomē reſ preclara. ut mox docebimuſ. ꝓpter quā Homeruſ. Zedoroſ arura: dixit. Nō ut arbitrāt᷑ aliq: qm̄ uitā donaret. Amylū quoq; ex ea fit: pͥore craſſiuſ. Hec ſola differētia eſt. Ex om̄i genere duriſſimū Far. & cōtra hyemeſ firmiſſimū. patit᷑ frigidiſſimoſ locoſ. & minuſ ſubactoſ. uel eſtuooſ: ſiciēteſq;. pͥmuſ autiqſ Latio cibuſ. magno argumēto: ī Adorie doniſ: ſicuti diximuſ. Pulte aūt: non pane: longo tēpore uixiſſe Romanoſ: manifeſtū. qm̄ inde & pulmētaria hodieq; dicunt᷑. Et Enniuſ ātiquiſſimuſ Vateſ: obſidioniſ famē deſcribenſ: offā eripuiſſe plorātibuſ liberiſ: patreſ cōmemorat. Et hodie ſacra pͥſca: atq; Nataliū: pulte fritilla conficiunt᷑. uidet᷑q; tam pulſ ignota Grecie fuiſſe: q̄ Italie polēta. Tritici ſemine: auidiuſ nullū eſt: nec quo pluſ alimēti trahat. Siliginem dixerim ꝓprie Tritici deliciaſ. cādor eſt: & ſine uirtute: & ſine pondere. cōuenienſ humidiſ tractibuſ: qualeſ Italie ſūt: & Gallie Comate. ſed & trāſ alpeſ in Allobrogū tm̄ Aruernoꝝq; agro ꝑtinax. In ceteriſ ibi partibuſ biennio: in Triticū tranſit. Remediū: ut grauiſſima queq; grana eiuſ ſerant᷑.

CAP. VIIII. De Piſturiſ: & molitura: & farina.

Siligine lautiſſimuſ paniſ. piſtrinarumq; opera laudatiſſima. Precellit in Italia: ſi Campana Piſiſ nate miſceatur. ruffior illa. at Piſana cādidior. ponderoſior uero cretacea. Iuſtū eſt e grano Cāpanie: quā uocant caſtratam: e modio: redire ſextarioſ q̄ttuor Siliginiſ. Vel e gregali: ſine caſtratura: ſextarioſ quinq;. p̄terea floriſ ſemodiū. Et cibarii: qđ ſecundariū uocant: ſextarioſ. iiii. Furfuriſ: ſextarioſ totidē. E Piſana aūt: Siliginiſ ſextarioſ quinq;. Cetera paria ſūt. Cluſina Arretinaq; etiānum ſextarioſ Siliginiſ acciūt. in reliqſ pareſ. Si uero Pollinē facere libeat. xvi. pondo paniſ redeūt. Et cibarii tria. Furfurumq; ſemodiū. mole diſcrimīe hoc cōſtat. Nā que ſicca molunt᷑: pluſ farine reddūt. que falſa aqua ſparſa: candidiorem medullam. uerum pluſ retinent in furfure. Farinam a farre dictam: nomine ipſo apparet. Siliginee farine modiuſ Gallice. xxii. libraſ paniſ reddit. Italice duabuſ: tribuſue ampliuſ: in Artopticio pane. Nam furnaceiſ binaſ adiciunt libraſ: in quocumq; genere.

CAP. X. De Similagine & Siligine

Imilago ex tritico fit laudatiſſima. Ex Africo iuſtū eſt e modiiſ redire ſemodioſ. & Polliniſ ſextarioſ quinq;. ita enim appellāt in Tritico: qđ Florē in Siligine. Hoc Erarie officine Cartarieq; utunt᷑. Preterea ſecūdarii ſextarioſ q̄ttuor: furfuꝝq; tantundē. Paneſ uero e modio Similaginiſ. c. xxii. E floriſ modio. c. xvii. Precium huic: ānona media: in modioſ farine. xl. aſſeſ. Similagini caſtrate octōiſ aſſibuſ āpliuſ. Siligini caſtrate duplū. Eſt & alia diſtinctio. Similago. l. Pollin autem. xvii. pondo paniſ reddere uiſa Tritici. xxx. cū triēte. & ſecūdarii paniſ ꝗnaſ ſelibraſ. totidē cibarii. & furfuꝝ ſextarioſ ſex. Siligo nūq̄ matureſcit pariter. nec ulla ſegetū minuſ dilationē patit᷑: ꝓpter teneritatē: uſq; maturuere: ꝓtinuſ granū demittētibuſ. ſed minuſ q̄ cetera frumēta: in ſtipula periclitat᷑: qm̄ ſēper rectā habet ſpicā. nec rorē cōtinet: ꝗ rubiginē faciat. Ex Africa dulciſſimuſ paniſ. ipa ſpiſſior: q̄ far. & maior. ſpica eadē: & ponderoſior. Raro modiuſ grani: nō. xvi. libraſ implet. Exterit᷑ in Grecia difficulter. Ob id iumentiſ dari ab Homero dicta. hec enī eſt: quā uocat Olyrā. Eadem in Egypto faciliſ: fertiliſq;. Far ſine ariſta eſt. Item Siligo: excepta ea: que Laconica appellat᷑. adiciuntur iiſ genera: Bromoſ: ſiligo ex cepticia: & tragoſ: externa omnia: ab oriente inuecta: orize ſimilia.

CAP. XI. De Tiphe: & eiuſ generibuſ.

Iphe & ipſa eiuſdē generiſ: ex qua fit in noſtro orbe oriza. Apud Grecoſ eſt: & Iſia. Traduntq; eam: ac Tiphen: cū ſint degenereſ: redire ad frumentum: ſi piſte ſerant̃. nec ꝓtinuſ. ſed tertio anno. Tritico nihil eſt fertiliuſ. hoc enī natura ei tribuit: qm̃ eo maxīe alat hominem: utpote cū e modio: ſi ſit aptū ſolū: q̃le in Byzantio Africe cāpo: centeni qnquageni modii reddant̃. Miſit ex eo loco diuo Auguſto Procurator eiuſ: ex uno grano: uix credibile dictu: ꝗdringēta: paucis minuſ: germina. extātq; de ea re epiſtole. Miſit & Neroni ſimiliter. ccc. lx. ſtipulaſ: ex uno grano. Cū centeſimo quidem & Leontini Sicilie campi fundūt. aliiq;. & tota Betica. & in primiſ Egyptuſ. Fertiliſſima Tritici genera: ramoſū aut qđ cētigranū uocāt. Inuētuſ eſt iam & ſcapuſ unuſ centum fabiſ honuſtuſ. Eſtiua frumenta diximuſ Siſamā. Milium. Panicum.

Quā ꝓ benigna hōi nrā

Ex uno grano 400 gm̄ina

[illegible]

CAP. XII. De Siſama: Irione & Hormino.

Iſama ab Indiſ uenit. ex ea & oleū faciūt. Color eiuſ candiduſ. huic ſimile eſt in Aſia Greciaq; Eriſimū. idēq; erat: niſi pīguiuſ eſſet. qđ apud noſ uocant Irionē: medicaminibuſ annumerandū potiuſ: q̄ frugibuſ. Eiuſdē nature & Horminū a Greciſ dictū: ſed Cymio ſimile: ſeritq; cū Siſama hoc & Iriōe. Nullū anīal ueſcit̃ uirētibuſ.

CAP. XIII. De Piſtura: & ratione piſendi.

Iſtura nō omniū faciliſ. Quippe & Etruria ſpicā farriſ toſti piſēte: pilo p̄ferrato: fiſtula ferrata: & ſtella incuſ denticulata: ut niſi intenti piſant: concidant̃ grana: ferroq; frangant̃. Maior parſ Italie ruido utit̃ pilo. rotiſ etiā ꝗſ aqua uerſet obiter: & molat. De ipſa ratiōe piſendi: Maioniſ ꝓponet̃ ſententia. Triticū ante ꝑfundi aqua multa iubet. poſtea euelli. Deinde ſole ſiccatū: pila repeti. Simili modo hordeū. huiuſ ſextarioſ. xx. ſpargi duobuſ ſextariiſ aque. Lentē torrere p̄uſ. deinde cū furfuribuſ leuiter piſi. Aut addito in ſextarioſ. xx. lateriſ crudi fruſto. & arene ſemodio. Eruiliā iiſdem modiſ: quibuſ lentē. Siſamam in calida maceratā: exporrigi. Deinde confricari. frigide immergi. ut palee fluctuent. iteꝝq; exporrigi in ſole ſuper linthea: quod niſi feſtinato peragatur: lurido colore muceſcere. Et ipſa autem que exoluuntur: uariam piſturarū rationem habent. Acuſ uocat̃: cū per ſe piſitur: ſpica tantū: aurificū ad uſuſ. Si uero in area terit̃: cū ſtipula: palea: ut maiore in terraꝝ p̄te: ad pabula iumentoꝝ. Milii & Panici & Siſame appludā uocant purgamenta. & alibi aliiſ nominibuſ. Milio Cāpania gaudet p̄cipue: pultēq; candidā ex eo facit. Fit & paniſ p̄dulciſ. Sarmataꝝ quoq; gēteſ hac maxīe pulte alūt: & cruda etiā farīa: eq̃no lacte: uel ſāguine: e cruriſ ueniſ admixto. Ethiopeſ non aliam frugē: q̄ milii Hordeiq; nouere. Panico & Gallie quedā: p̄cipue Aquitania utitur. Sed Circūpadana Italia addita faba ſine qua nihil cōficiūt. Pōtice gēteſ nullū panico p̄ferunt cibū. Cetero eſtiua frumēta riguiſ magiſ etiam: q̄ hymbribuſ gaudent. Milium & Panicum aquiſ minime: cum in folia exeunt. Vetant ea inter uiteſ: arboreſq; frugiferaſ ſeri: terrā emacrari hoc ſatu exiſtimanteſ.

CAP. XIIII. De Fermentiſ: ex quibuſ & quomodo fiant.

Ilii precipuuſ ad fermenta uſuſ e muſto ſubacti in annuum tempuſ. Simili fit ex Tritici ipſiuſ furfuribuſ minutiſ: & optimiſ: e muſto albo triduo maturato ſubactiſ: ac ſole ſiccatiſ. Inde paſtilloſ in pane faciendo dilutoſ: cum ſimilagine ſeminiſ feruefaciunt. atq; ita farine miſcent. ſic optimū panē fieri arbitranteſ. Greci in binoſ ſemodioſ farine ſatiſ eſſe: beſſeſ fermenti cōſtituere. Et hec quidē genera uinde miiſ tm̄ fiūt. Quo libeat uero tēpore ex aq̄ hordeoq; bilibreſ offe feruēti foco: uel fictili patīa torrent̃ cinere: & carbone: uſq; dū rubeant. poſtea operiunt̃ in uaſiſ: donec aceſcāt. hinc fermentū diluit̃. Cū fieret aūt paniſ hordeaceuſ eruilie: aut cicerule farine ipſe:

admixtiõe fermẽtabant᷑. Iuſtũq; erat: due libre: in quinq; ſemodioſ. Nũc fermentũ fit ex ipſa farina: que ſubigit᷑ ṗuſ q̃ addat᷑ ſal: ad pultiſ modũ decocta: & relicta: donec aceſcat. Vulgo uero nec ſufferuere faciunt. ſed tm̃ pridie aſſeruata materia utunt᷑. Palãq; natura eſt acore fermẽtari. ſicut & ualidiora eſſe corpora que fermãtato pane alunt᷑. qppe cũ apud ueteres põde roſiſſimo cuiq;. p̄cipua tritico ſalubritaſ ꝓbibita ſit.

CAP. XV. De Paniſ faciendi ratione & genere.

Aniſ ipſiuſ uaria genera ꝓſequi ſuperuacuũ uidet᷑. aliaſ ab obſoniiſ appellari. ut Oſtrearii. aliaſ a deliciiſ ut Artolagani. aliaſ a feſtinatione ut Speuſticii Necnõ a coquẽdi rõne ut Furnacei: uel Artopteſii. aut in clibaniſ cocti: non pridem etiam e Parthiſ aduecto. quẽ alii Aq̃ticũ uocãt. qm̃ aq̃ trahit᷑ a tenui: & ſpongioſa ianitate. alii Parthicũ. Sũma lauſ Siliginiſ bonitate: & cribri tenuitate cõſtat. Quidã ex ouiſ: aut lacte ſubigũt. Butyro uero genteſ etiã pacate: ad operiſ piſtorii genera tranſeunte cura. Durat ſua piceno in paniſ inuẽtione gratia: ex alice materia. cũ nouem diebuſ macerata: decimo ad ſpẽm tracta: & ſubacta uuepaſſe ſucco eſt. ibi poſtea in furniſ olliſ indita: que rumpant᷑: ibi torrent. Neq; eſt ex eo cibuſ: niſi madefacto quod fit: lacte maxime mulſo.

CAP. XVI. Quando primum piſtoreſ Romæ.

Iſtoreſ Rome nõ fuerũt ad Perſicum uſq; bellum: anniſ ab urbe condita ſuper quingentoſ octoginta. Ipſi paneſ faciebant Quiriteſ: mulieꝝq; id opuſ erat. ſicut etiã nũc in plurimiſ gẽtiũ. Artoptã Plautuſ appellat ĩ fabula: quã Aululariã ſcripſit. magna ob id cõcertatione eruditoꝝ: an iſ uerſuſ poete ſit illiuſ: certũq; ſit Attei Capitoniſ ſentẽtia: toſtũ panẽ lautioribuſ coquere ſolitoſ. piſtoreſq; tm̃ eoſ qui far piſebãt: nominatoſ. Nec cocoſ uero habebant in ſeruitiiſ: eoſq; ex macello conducebant.

CAP. XVII. De Cribroꝝ generibuſ.

Ribrorum genera Galliæ ſetiſ equorum inuenere. Hiſpanie lino excuſſoria & pollinaria. Egyptuſ e papyro atq; iunco.

CAP. XVIII. De Alicæ rõne: & agro Cãpaĩe: & quomõ Alica adulterat᷑.

Ed inter hec dicat᷑ ṗma & Alice ratio: p̄ſtãtiſſime. ſaluberrimeq;. palma frugum ĩdubitanter Italiã cõtingit. Fit ſine dubio: & in Egypto: ſed admodũ ſpernẽda. ĩ Italia uero pluribuſ lociſ. ſicut Veronẽſi Piſanoq; agro. In Cãpania tñ laudatiſſiuſ campuſ eſt: montibuſ ſubiacet nimboſiſ totiſ ꝗdem. xl. milibuſ paſſuum planitie. Gratia terre eiuſ: ut ꝓtinuſ ſoli natura dicatur: puluerea ſumma. inferior bibula: & pumiciſ fiſtulanſ uice. Mõtium quoq; culpa in bonum cedit. Crebroſ enim hymbreſ percolat: atq; tranſmittit. nec dilui: aut madere uoluit propter facilitatem culture. Eadem acceptum humorem nulliſ fontibuſ reddat: ſed temperat. & cõcoquenſ intra ſe: uice fuſi: continet. Seritur toto anno. Panico ſemel. biſ Farre & tamen uere: ſegeteſ que inter qeuere: fundunt roſam: odoratiorem ſatiua. adeo terra non ceſſat parere. Vnde uulgo dictum: pluſ apud Campanoſ unguenti: q̃ apud ceteroſ olei: fieri. quantũ autem uniuerſaſ terraſ campuſ hic campanuſ antecedit: tantum ipſum parſ eiuſ: que Laborie uocantur: quem Phlegreum Greci appellant. Finiuntur laborie: uia ab utroq; latere Conſulari: que a puteoliſ: & que a cumiſ Capuam ducit. Alica fit e Zea: quam ſemen appellauimuſ. Tundit᷑ granũ eiuſ in pila lignea uel lapidiſ duritia conterit᷑. nobiliuſ: ut notum eſt: pilo uinctorum: penali opera. Primori ineſt pyxiſ ferrea. excuſſiſ inde tuniciſ: iterum iiſdem armamentiſ nudata concidit᷑ medulla. Ita fiunt alice tria genera. minimum. ac ſecundarium. grandiſſimum uero apherema appellant. Non dum habent candorem ſuum: quo precellunt. Iam tamen Alexandrine preferuntur. poſtea: miꝝ dictu: admiſcet̃ creta: que tranſit in corpuſ. coloremq; & teneritatem: affert. Inuenit̃ hec inter Puteoloſ & Neapolim: in colle Leucogeo appellato. Extatq; diui Auguſti decretum: quo anno ad uicena milia Neapolitaniſ: pro eo numerari iuſſit e fiſco ſuo: Coloniã deducenſ Capuam. adiecitq; cauſam afferendi: qm̃ negaſſent Campani alicam cõfici: ſine eo metallo poſſe. In eodẽ repit̃ & ſulphur. Emicãtq; fõteſ Oraxi oculoꝝ claritati: & uulnerum medicine: dentiumq; firmitati. Alica adulterina fit maxime e Zea. que in Africa degenerat. latioreſ eiuſ ſpice: nigrioreſq; & breui ſtipula. Piſunt cum arena. & ſic quoq; difficulter conterunt utriculoſ. fitq; dimidia modii menſura. poſteaq; gypſi parſ quarta inſpergitur. atq; ut coheſerit: farinario cribro ſubcernunt. Que in eo remãſit: exceptitia appellat̃. & grandiſſima eſt. Rurſuſ que tranſiit: artiore cernit̃. & ſecundaria uocatur. Item cribraria: que ſimili modo in tertio remãſit cribro anguſtiſſimo: & tantũ harenaſ tranſmittente. Alia ratio ubiq; adulterãdi. Ex Tritico candidiſſima atq; grandiſſĩa eligũt grana. & ſemicocta in olliſ: poſtea arefaciũt ſole: ad initiũ: rurſuſq; leuiter aſperſa: moliſ frãgũt. Ex zea pulchriuſ: q̃ ex tritico: fit granũ: q̃uiſ id alice uitiũ ſit. Candorem aũt ei pro creta: lactiſ incocti mixtura confert.

CAP. XVIIII. De Leguminũ natura & generibuſ eoꝝ.

faba

Equit̃ natura leguminũ. inter que: maxĩe honoſ fabe. Quippe ex qua tẽptatuſ ſit etiã paniſ. Lomentũ appellat̃ farĩa ea. adgrauatq; põduſ illa: & omĩ legumĩe. Iã uero & pabulo uenaliſ. Fabe multiplex uſuſ: oĩm q̃drupedũ generi. p̃cipue hoĩ. Frumẽto etiã miſcet̃ apud pleraſq; gẽteſ: & maxĩe panico: ſolida: ac delicatiuſ fracta. Quin & p̃ſco ritu: fabacia ſue religiõiſ diiſ in ſacro eſt. p̃ualenſ pulmẽtari cibo. & hebetare ſenſuſ exiſtĩata. in ſomnia quoq; facere: ob hoc pythagorica ſentetnia dãnata. Vel: ut alii tradidere: qm̃ mortuoꝝ aĩe ſũt in ea. q̃ decauſa parẽtando utiq; aſſumit̃. Varro: & ob hec: flaminẽ ea nõ ueſci tradit: qm̃ & in flore eiuſ littere lugubreſ reperiant̃. In eadẽ peculiariſ religio. Nãq; fabã utiq; in frugibuſ referre moſ eſt: auſpitii cauſa. que ideo refriua appellat̃. Et actiõibuſ eã adhiberi lucroſũ putant. Sola certe frugum etiã exeſa repletur creſcente luna. Aqua marina aliaue ſalſa non percoquit̃. Seritur ante uergiliarum occaſum leguminum prima: ut antecedat hyemẽ. Virgiliuſ per uer eam ſeri iubet Circũpadane Italie ritu. Sed maior parſ malũt fabalia mature ſationiſ: q̃ trimeſtrẽ fructũ eiuſ. Nanq; ſilique: cauleſq;: gratiſſimi ſũt pabulo pecori. Aq̃ſ: in flore maxĩe: concupiſcit. Cũ uero defloruit: exiguaſ deſiderat. Solum in quo ſata eſt letificat: ſtercoriſ uice. Ideo circa Macedoniã: Theſſaliãq; cũ florere incepit. uertũt arua. Naſcit̃ & ſua ſpõte pleriſq; in lociſ. ſicut ſeptentrionaliſ Oceani ĩſuliſ. q̃ſ ob id noſtri fabariaſ appellant. Itẽ in Mauritania ſilueſtriſ paſſim. ſed p̃dura: & que percoqui non poſſit. Naſcitur & in Egypto ſpinoſo caule. q̃ decauſa Crocodili aculeoſ timenteſ refugiunt. Longitudo ſcapo quattuor cubitorum eſt. Ampliſſima craſſitudo. Octona genicula habet. Molli calamo. Simile caput papaueri. Colore roſeo. In eo fabe non ſupra tricenaſ. Folia ampla fructuſ ipſe amaruſ: & odore. ſed radix pg̃ lata. Incolarum cibuſ cruda. & omnino decocta. harundinum radicibuſ ſimiliſ. Naſcit̃ & in Syria Ciliciaq;. Et in Thorone Chalcidiſ lacu. Ex leguminibuſ aũt: nouẽbri ſerũt̃: Lenſ & in Grecia Piſa. Lenſ amat ſolũ tenue magiſ q̃ pingue. Celũ utiq; ſiccũ. Duo genera eiuſ in Egypto: alterũ rotundiuſ: nigriuſq;. alterũ ſua figura unde uario uſu tranſlatũ eſt in lenticulaſ nomẽ. Inuenio apud autoreſ eq̃nimitatẽ fieri ueſcẽtibuſ ea. Piſũ in apriciſ ſeri debet frigoꝝ ĩpatientiſſimũ. Ideo ĩ Italia. & in auſteriore celo: nõ niſi uerno tẽpore. terra facili: ac ſoluta. Ciceriſ natura ẽ gigni cũ ſalſilagĩe. iõ ſolũ urit. Nec niſi madefactũ p̃die ſeri debet. differẽtie plureſ: magnitudĩe: figura. colore. ſapore.

Eſt enī arietino capiti ſimile. unde ita appellat̄. Albū: nigꝝq;. eſt & colūbinū: qđ alii Veneriū uocāt: candidū: rotundū. leue. Arietino minus. qđ religio ꝑuigiliis adhibet. Eſt & Cicercula minuti ciceris ineqūlis angulos habēs ueluti Piſū. Dulciſſimū aūt id: qđ Eruo ſimillimū. Firmiuſq;: qđ nigꝝ: & ruffū: q̄ qđ albū. Silique rotūde ciceri. ceteriſq; leguminū longe. & ad figurā ſeminis late. Piſo cilindracie. Faſioloꝝ cū ipſis mandunt̄ granis. Serere eos qua uelis terra licet: ab idibus octobris in kalenđ nouembris.

CAP. XX. De Rapis & Napis Amiternis.

Egumina. cum mateſcere ceperint: rapienda ſunt: quoniam cito exiliunt. latentq; cum decidere ſicut & lupinum. Quanq̄ prius dixiſſe conueniat de rapis. in tranſcurſu eas attigere noſtri. paulo diligentius greci. & ipſi tamen inter hortenſia. Si iuſtus ordo fiat: a frumēto ꝑtinus: aut certe faba: dicendis. quando alii preſtātior uſus ab iis non eſt. Ante omnia nanq; cunctis animalibus naſcuntur. nec in nouiſſimis. ſaciant ruris alitū quoq; genera: magiſq; ſi decoquantur aqua. quadrupedes & fronde earū gaudent. Et homini: non minore rapaciorum ſuis horis gratia: q̄ cimarum. Flaccidorum quoq;: & in horreis enecatorum: uel maiore: q̄m uirentium. Ipſa uero durant & in ſua terra ſeruata. & poſtea paſſa pene & aliū ꝓuentum fameq; ſentiri ꝓhibent. A uino: atq; meſſe: tertius hic Tranſpadanis fructus. Terram non moroſe eligit. pene ubi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis: & pruinis: ac frigore ultro aluntur: amplitudine mirabili. Vidi. xl. libras excedentia. In cibis quidē noſtris pluribus modis cōmendant̄. durantq; ad alia ſinapis acrimonia domita. etiam coloribus picta. preter ſuum ſemen: ſex aliis: purpureo quoq;: neq; aliud in cibis tingui decet. Genera eorum greci duo prima fecere. maſculinum. femininumq;. & ea ſerendi modo: ex eodem ſemine. Dēſiore enī ſatu: maſculeſcere. Item in terra difficili. Semen preſtantius: quo ſubtilius. Species uero omniū tres. Aut enim in latitudinē fundi. Aut in rotunditatē globari. Tertiam ſpeciē ſilueſtrē appellauere: in longitudinē radice ꝑcurrente: rhaphani ſimilitudine: & folio āguloſo: ſcabroq;. ſucco acri. Qui circa meſſē exceptus: oculos purgat: medeturq; caligini: admixto lacte mulierum. Frigore dulciora fieri exiſtimantur & grandiora. Tepore in folia exeunt. Palma in Nurſino agro naſcentibus. Taxatio in libras: ſeſtertii ſinguli: & in penuria bini. Proxima in Algido natis. Napi uero Amiternini. quoꝝ eadē fere natura. Gaudēt eque frigidis. ſerunt̄ & añ kalenđ. Martias. in iugero ſextarii q̄ttuor. Diligētiores q̄nto ſulco napū ſeri iubēt. rapā q̄rto. utroq; ſtercorato. rapā latiorē fieri ſi palea ſeminet̄. Serere nudū uolūt: ꝓcantē ſibi & uicinis ſerere ſe. Satus utriq; generi iuſtus inter duoꝝ numinum dies feſtos Neptumni atq; Vulcani. Feruntq; ſubtili obſeruatione. quota luna: procedente hyeme: nix prima ceciderit: ſi totidem numinum die intra predictum temporis ſpatium ſerantur: mire prouenire. Seruntur & uere in calidis atq; humidis.

CAP. XXI. De Lupino & natura ac ſatione eius.

Vpino eſt uſus ꝓximus. cū ſit & homini: & quadrupedū generi: ungulas habēti: cōmunis. Remediū eius: ne metentes fugiat exiliēdo: ut ab hymbre tollat̄. Nec ullius: que ſeruntur: natura aſſenſu terre mirabilior eſt. Primum omnium: cum ſole cotidie circumagitur. horaſq; agricolis etiam nubilo: demonſtrat. Ter preterea floret. terram amat. terraq; operiri non uult. Et unū hoc ſerit̄: nō arato. ubi fuerit maxime ſabuloſa: & ſicca. atq; etiam harenoſa. Coli utiq; non uult. Tellurem adeo amat: ut q̄uis fruteto ſolo coniectum inter folia: uepreſq;: ad terram tamen radice perueniat. Pingueſcere hoc ſatu arua: uineaſq;: diximus. Itaq; adeo nō egit fimo: ut optimi uicem repſentet. nihilq; aliud nullo īpendio cōſtat: ut qđ ne ſerēdi q̄dē gratia opus ſit afferre.

Protinuſ ſerit̃ ex aruo. Ac ne ſpargi quidẽ poſtulat. decidẽſ ſponte. Primũq; omnium ſerit̃: nouiſſimũ tollit̃. Vtrunq; ſeptẽbri fere mẽſe. quia ſi nõ ãceſſerit hyemẽ: frigoribuſ obnoxiũ eſt. Impune p̃terea iacet: uel derelictũ etiã: ſi nõ ꝓtinuſ ſequuti: obruãt hymbreſ: ab omnibuſ animalibuſ: amaritudine ſua tutum. Plerunq; tamen leui ſulco integũt. Ex denſiore terra: rubricã maxime amat. Ad hanc alendã: poſt tertiũ florẽ uerti debet. In Sabulo: poſt ſcd̃m. Cretoſa tantũ limoſaq; odit. & in iiſ nõ prouenit. Maceratum calida aqua: homini in cibo eſt. Nam bouem unũ modii ſinguli ſatiant. ualidumq; preſtant. Quando etiã impoſitũ pueroꝝ uentribuſ pro remedio eſt. Condi in fumo maxime conuenit: quoniã in humido uermiculi umbilicum eiuſ in ſterelitatẽ caſtrant. Si depaſtum ſit in fronde: inarari protinuſ ſolum: eſt opuſ.

CAP. XXII. De uicia & eiuſ ſatione.

T uitia pingueſcũt arua. nec ipſa agricoliſ operoſa. uno ſulco ſata. nõ ſarrit̃: nõ ſtercorat̃: nec aliud q̃ deoccat̃. Satiõiſ eiuſ tria tẽpora. circa occaſũ acturi: ut decẽbri mẽſe paſcat. tũc optĩe ſerit̃ in ſemẽ. eque nãq; fert depaſta. Seđa ſatio mẽſe Ianuarii eſt. Nouiſſĩa Martio. Ac tum ad frondẽ utiliſſima. Siccitatẽ ex oĩbuſ: que ſeruntur: maxime amat. nõ aſpernat̃ etiam umbroſa. ex ſemine eiuſ: ſi lecta matura eſt: palea ceteriſ prefertur. uitibuſ preripit ſuccum. langueſcuntq; ſi in arbuſtiſ ſerat̃.

CAP. XXIII. De Eruo & Satione eiuſ.

Ec Erui operoſa cura eſt. hoc ampliuſ: q̃ uitia runcat̃. & ipſũ medicaminiſ uim obtinẽſ. Quippe per eum diuũ Auguſtũ curatũ: epiſtoliſ ipſiuſ memoria extat. Sufficiunt ſinguliſ boum iugiſ modii quini ſati. Martio menſe ſatũ: noxiũ eſſe bubuſ: aiunt. Item autumno grauedinoſum. Innoxium autem fieri: primo uere ſatum.

CAP. XXIIII. De Foeno græco: & faragine: & Ocyno.

T Sicilia hoc eſt fenũ grecũ: ſcarificatiõe ſerit̃: nõ altiore q̃tuor digitoꝝ ſulco. quantoq; peiuſ tractat̃: tanto ꝓuenit meliuſ. Raꝝ dictu: eſſe aliquid: cui proſit negligentia. Id autem quod Secale atq; farrago appellatur: occari tantum deſiderat. Secale Taurini ſub alpibuſ aſiam uocant: deterrimum: & tñ ad arcendũ famem: utile. fecũda: ſed gracili ſtipula: nigricia triſte. ſed pondere precipuũ. Admiſcetur huic far: ut mitiget amaritudinẽ eiuſ. & tñ ſic quoq; ĩgratiſſimũ uẽtri eſt. Naſcit̃ qualicũq; ſolo: cũ centeſĩo grano. ipſũq; pro letamine eſt. Farrago ex recremẽtiſ farriſ ꝑdenſa ſerit̃. admixta aliquãdo & uitia. Eadẽ aliqñ in Africa fit ex hordeo. Om̃ia hec pabularia. Degeneratq; ex leguminibuſ: que uocat̃ Cracca. intantum columbiſ grata: ut paſtaſ ea negent illiuſ loci fugitiuaſ fieri. Apud antiquoſ erat pabuli genuſ quod Cato ocynum uocat: quo ciebant aluum bubuſ. id erat e pabuliſ ſegete uiridi deſecta: anteq̃ gelaret. Sura Manuliuſ id aliter interpretatur. & tradit fabe modioſ. x. uicie duoſ. tantũdem & Eruilie: in iugero: autumno miſceri & ſeri ſolitoſ. Meliuſ & auena Greca: cui non cadit ſemen: admixta. hoc uocitatũ Ocinum. boũq; cauſa ſeri ſolitũ. Varro appellatũ a celeritate prouenĩendi: a greco quod ocyſ oceoſ dicunt.



Ne columbi fugiat
Ocinum

CAP. XXV. De Medica & Cytiſo.

Edica externa etiã Grecie ut a mediſ aduecta: ꝑ bella Perſarũ que dariuſ ĩtulit. Sed uel in ꝓmiſ dicẽda tãta doſ eiuſ. ut cũ uno ſatu: ãpliuſ q̃ triceniſ anniſ duret. Similiſ eſt trifolio caule. foliiſq; geniculata. quicq̃d in caule aſſurgit: ĩ folia cõtrahit̃. Vnum de ea & Cytiſo uolumen Amphilochuſ fecit confuſum. Solum in quo ſeratur: elapidatum: purgatumq;. Subigitur autumno. mox aratum: & occatum: integit̃ crate iterum: & tertio: quiniſ diebuſ interpoſitiſ: & fimo addito. Poſcit autem ſiccũ: ſuccoſũ: uel riguũ. Ita preparatũ ſeritur menſe Maio. aliaſ pruiniſ obnoxia. Opuſ eſt dẽſitate ſeminiſ omnia occupari. internaſcenteſq; herbaſ excludi. Id preſtant in iugera modia uicena. immouendū ne adurat. terraq; ꝑtinuſ ītegi debet. ſi ſit humidū ſolū: herboſūue uincit̃. & deſciſcit in pratū. Ideo ꝑtinuſ altitudine unciali herbiſ om̄ibuſ liberanda eſt. manu potiuſ q̃ ſarculo. Secat̃ incipienſ florere. & quotienſ refloruit. id ſexieſ euenit ꝑ annoſ. cū minimū quater: in ſemē matureſcere: ꝓhibendū eſt. quia pabulū utiliuſ eſt uſq; ad trimatū. Verno ſeri debet. liberariq; ceteriſ herbiſ. ad trimatū marriſ a ſolo radi. Itaq; relique herbe intereūt ſine ipſiuſ damno: ꝓpter altitudinē radicum. Si euicerint herbe: remediū unicū eſt: aratio: ſepiuſ uertendo: donec omneſ alie radiceſ intereant. Dari non ad ſatietatem debet: ne repellere ſanguinem neceſſe ſit. & uiridiſ utilior eſt. Areſcit ſurculoſe. ac poſtremo in puluerē inutilem extenuatur. De Cytiſo: cui & ipſi principatuſ datur in pabuliſ: affatim diximuſ inter fruticeſ. & nunc frugum omnium natura peragenda eſt. cuiuſ in parte de uitiiſ quoq; dicatur.

CAP. XXVI. De uitiiſ frugum.

Rimū omniū frumēti uitium Auena eſt. Et hordeū in eam degenerat: ſicut ipſa frumēti fit inſtar. Quippe cū Germanie populi edāt eam. neq; alia pulte uiuāt. Soli maxīe celiq; humore hoc euenit uitiū. Sequentē cauſā habet imbecillitaſ ſeminiſ cū diutiuſ retentū eſt terra: priuſq̃ erumpat. Eadē eſt ratio ſi carioſū fuit: cū ſereret̃. Prima aūt ſtatim eruptiōe agnoſcit̃. ex quo apparet in radice eſſe cauſā. Eſt & aliud ex uicino auene uitiū: cū āplitudine īchoata granū: ſed nō dū matura. ꝑuſ q̃ roboret̃ corpuſ afflatu noxio caſſū & inane a ſpica euaneſcit quodā abortiuo. Vēti aūt tribuſ tēporibuſ nocēt frumēto: & hordeo. In flore. Aut ꝑtinuſ cū defloruere. Vel matureſcere incipiētibuſ. Tūc enim exinaniūt grana. Prioribuſ cauſiſ naſci ꝓhibēt. Nocet & ſol creber e nube. Naſcuntur & uermiculi in radice: cum ſementē hymbribuſ ſequutiſ: incluſerit repentinuſ calor humorem. Gignunt̃ & in grano: cum ſpice in pluuiiſ calor inferueſcit. Eſt &: cantharis dictuſ: ſcarabeuſ paruuſ: frumenta erodenſ. Omnia ea animalia cum cibo deficiunt. Oleum: pix: adepſ contraria ſeminibuſ. Cauendumq; ne contacta eiſ: tunc ſerant̃. Hymber in herba utiliſ tantum. Florentibuſ aūt frumēto & hordeo nocet. Leguminibuſ innocuuſ: preter q̃m Ciceri. Matureſcentia frumenta hymbre leduntur. Et hordeum magiſ. Naſcitur & herba alba: paniaco ſimiliſ: occupanſ arua. pecori quoq; mortifera. Nam lolium: & tribulum: & carduum: lappamq;: non minuſ q̃ rubū: inter frugū morboſ potiuſ: q̃ īter ipſiuſ terre peſteſ: numerauerim. Celeſte frugum: uinearumq; malum: nullo minuſ noxium: eſt rubigo: frequentiſſima hec in roſcido tractu. conuallibuſq;. ac perflatum non habentibuſ. E diuerſo carent ea uentoſa: & excelſa. Inter uitia ſegetum: & luxuria eſt: cum onerata fertilitate ꝑcumbunt. Comune autem om̄ium ſatorum uitium: urica: etiam ciceriſ cum ſalſilaginē eiuſ abluendo hymber dulciuſ id facit. Eſt herba que cicer enecat: & eruum: circumligando ſe: uocatur Orobanche. Triticum ſimili modo era. Hordeum feſtuca que uocatur Egilopſ. Lentem herba ſecuricula quam Greci a ſimilitudine pelecinon uocant. Et he quidem complexu necant. Circa Phillippoſ autem antranium uomināt in pingui ſolo herbam: qua faba necatur. Era nonnunq̃ in macro: cum udam quidam uentuſ afflauerit. Ere granum minimum eſt: in cortice aculeato. Cum eſt in pane: celerrime uertigineſ facit. Aiuntq; in Aſia & Grecia balneatoreſ: cum uelint turbam pellere: carbonibuſ id ſemen inicere. Naſcitur & phalangiuſ in eruo beſtiola aranei generiſ: ſi hyemſ aquoſa ſit. Limaceſ naſcunt̃ in uicia. Aliquando e terra coclee minute mirum in modum erodenteſ eam. Et morbi quidem fere hi ſunt.

Venti tribꝫ tp̄ibꝫ fru
mento noxij
Not̄ ~ ſol creber e nube

CAP. XXVII. De Remediiſ contra uitia frugum.

Emedia eoꝝ quecunq; ꝑtinent ad herbaſ. in ſarculo. & cũ ſemen iactat̃ cinere.

Que uero in ſemine & circa radicem conſiſtunt: ꝓcedente cura cauent̃. Vino aũt ſemina perfuſa: minuſ egrotare exiſtimant. Virgiliuſ nitro & amurca ꝑfundi iubet fabam: ſic etiam grandeſcere promittit. Quidam uero ſi triduo ante ſatum urina & aqua maceretur precipue adoleſcere putant. Ter quidem ſartam modium fracte: e modio ſolide reddere. Reliqua ſemina cupreſſi foliiſ tuſiſ: ſi miſceantur: non eſſe uermiculiſ obnoxia. Nec ſi interlunio ſerantur. Multe ad milii remedia: rubetam noctu aruo circunferri iubent. priuſ q̃ ſarriatur. defodiq; in medio incluſam uaſe fictili. ita nec paſſerem: nec fermem nocere. ſed eruendam: priuſ q̃ metatur: alioquin amaꝝ fieri. Quin & armo talpe contacta ſemina uberiora eſſe. Democrituſ ſucco herbe: que appellatur Aizoon: in teguliſ naſcenſ tabuliſ ue latine uero ſeduma ut dicit ille medicata ſeri iubet omnia ſemina. Vulgo uero ſi dulcedo noceat: & uermeſ radicibuſ inhereant: remedium eſt amurca pura: ac ſine ſale ſpargere. deinde ſarrire. Si in articulum ſegeſ ire ceperit: runcare: ne herbe uincant. Peſtem a milio: atq; panico: ſturnoꝝ paſſerũue agmina ſcio abigi herba: cuiuſ nomẽ eſt ignotum: in quattuor anguliſ ſegetiſ defoſſa. mirum dictu: ut omnino nulla auiſ intret. Mureſ abiguntur cinere muſtele: uel feliſ: diluto: & ſemine ſparſo. uel decoctarum aqua: ſed redolet uiruſ animalium eoꝝ etiam in pane. ob id felle bubulo ſemina attingi: utiliuſ putant. Rubigo quidem maxima ſegetum peſtiſ: lauri ramiſ in aruo defixiſ: tranſit in earum folia ex aruiſ. Luxuria ſegetum caſtigat̃ dente pecoriſ in herba dumtaxat. & depaſte quidem uel ſepiuſ: nullã in ſpica iniuriam ſentiunt. Retonſarum uero etiam ſemel omnino: certum eſt granum longiuſ fieri: ſed inane: caſſumq;. ac ſatũ non naſci. Babylone tamen biſ ſecant: tertio depaſcunt. alioq folia tm̃ fierẽt. ſic quoq; cũ qntodecimo fenore meſſeſ reddit exilitaſ ſoli. Verum diligentioribuſ: cum centeſimo quinquageſimo. Neq; eſt cura difficiliſ. q̃ diutiſſime aquari gaudent: ut prepinguiſ & denſa ubertaſ diluatur. Limum autem non inuehunt Euphrateſ Tigriſq;: ſicut in Egipto Niluſ. Nec terra ipſa herbaſ gignit. Vbertatiſ tamen tante ſũt: ut ſequẽte anno: ſpõte reſtibiliſ fiat ſegeſ: impſſiſ ueſtigio ſeminibuſ. Que tãta ſoli differẽtia ãmonet terre genera in frugeſ deſcribere.

CAP. XXVIII. Quid in quoque genere terre debeat ſeri.

Gitur Catoniſ hec ſententia eſt. In agro craſſo & leto frumentum ſeri. Si uero nebuloſuſ ſit: idem. Rhaphanũ: miliũ: panicũ. In frigido: & aquoſo: priuſ ſerendum. Poſtea in calido. In ſolo aũt rubricoſo: uel pullo: uel arenoſo: ſi non ſit aquoſũ: lupinum. In cretoſo & rubricoſo & aquoſiore agro: adoreum. In ſicco: & nõ herboſo. nec umbroſo: triticum. In ſolo ualido: fabam. Viciam uero: q̃ minime aquoſo herbidoq;. Siliginem & triticum in aperto loco edito: qui ſole q̃diutiſſime torreat̃. Lentem in fruteto: & Rrubricoſo qui non ſit herbiduſ. Hordeum in nouali: & in aruo quod reſtibile poſſit fieri: trimeſtre. ubi ſementẽ maturã facere nõ poſſit. & cuiuſ craſſitudo ſit reſtibiliſ. Subtiliſ & illa ſententia: ſerenda eſſe ea in tenuiore terra: que non multo indigent ſucco. ut Cytiſuſ: & Cicer. exceptiſ leguminibuſ que uelluntur e terra: non ſubſecantur. Vnde & legumina appellata: quia ita leguntur. In pingui autẽ que cibi ſunt maioriſ: ut oluſ triticũ. ſiligo. linum. Sic ergo tenue ſolum hordeo dabit̃. minuſ enim alimenti radix poſcit. Leuior terra: denſiorq; tritico. In loco humili far adoreum potiuſ: q̃m triticum ſeretur. Temperato & triticum & hordeum. Colleſ robuſtiuſ: ſed minuſ: reddunt triticum. Far & ſiligo. & cretoſum & uliginoſum ſolum ſortiuntur.

CAP. XXVIIII. De Prodigiiſ frugum.

St & in frugibuſ oſtentū. Semel: quod equidem inuenerim: accidit. P. Elio. Cn. Cornelio Conſſ. quo anno ſuperatuſ eſt Annibal. In arboribuſ enim tunc nata ꝓduntur frumenta. Et qm̄ de frugū terreq; generibuſ abūde diximuſ: nunc de arandi ratione dicemuſ. Ante omnia egypti felicitate commemorata.

CAP. XXX. De Arandi diſciplina.

Iluſ ibi coloni uice fungenſ: euagari incipit: ut diximuſ: a ſolſtitio: aut noua luna. ac primo lente: deinde uehementiuſ q̄diu in leone ſol eſt. mox pigreſcit: in uirginē tranſgreſſo. atq; in libra reſidet. Si. xii. cubitoſ nō exceſſerit: fameſ certa eſt: nec minuſ ſi xvi exuperauerit. tanto enim tardiuſ decidit: q̄nto abundātiuſ creuit. & ſementē arcet. Vulgo credebat᷑: ab eiuſ deceſſu ſerere ſolitoſ: mox ſueſ īpellere: ueſtigiſ ſemina deprimēteſ. & in madido ſolo. credo antiqtuſ factitatum. Nūc quoq; non multo grauiore opera. ſed tn̄ inarari certū eſt abiecta ꝑuſ ſemīa in limo degreſſi āniſ. hoc eſt nouēbri mēſe incipiente. poſtea pauci runcant. qd᷑ Botaniſmon uocant. Reliq̄ parſ: nō niſi cum falce arua uiſit: paulo ante kalend᷑. aprilis. peragit᷑ aūt meſſiſ menſe maio. ſtipula nunq̄ cubitali. Quippe ſabulū ſubeſt. granūq; limo tm̄ continet᷑. Excellentiuſ in Thebaidiſ regionibuſ frumentum: q̄ paluſtribuſ Egyptuſ. ſimiliſ ratio: ſed felicitaſ maior: Babylonie ac Seleucie Euphrate: atq; Tigri reſtangnantibuſ: qm̄ ibi rigandi moduſ manu temperat᷑. Syria quoq; tenui ſulco arat: cū multifariam in Italia octoni boueſ id ſinguloſ uomereſ anhelent. In omni quidem parte culture: ſed in hac maxime ualet oraculum illud: quid queq; regio patiatur.

CAP. XXXI. De Vomeꝝ generibuſ.

Omeꝝ plura genera. Culter uocat᷑: ꝓdenſam priuſ: q̄ preſcindat᷑ terram ſecanſ: futuriſq; ſulciſ ueſtigia ꝑſcribenſ inciſuriſ: q̄ſ reſupinuſ in arādo mordeat uomer. Alteꝝ genuſ eſt uulgare roſtratū uti uectiſ. Tertiū: in ſolo facili: nec toto porrectū dentali: ſed exigua cuſpide: in roſtro latior. hec q̄rto generi: ſed executior: in mucronē faſtigata. eodemq; gladio ſcindeſ ſolum: & acie lateꝝ radiceſ herbarū ſecanſ: nō ꝑdem inuentum in Rhecia. Gallie uero duaſ addiderunt rotulaſ. quod genuſ uocant planaratrum. Cuſpiſ effigiem pale habet. Serunt ita non niſi culta terra: & fere noua. Latitudo uomeriſ ceſpiteſ uerſat. Semē ꝓtinuſ iniciunt. Crateſq; dentataſ ſuptrahūt: nec ſarrienda ſūt hoc modo ſata. ſed procelliſ biniſ: terniſq; ſic arant. Vno iugo boum conſeri anno: faciliſ ſoli quadragena iugera: difficiliſ tricena: iuſtum eſt.

CAP. XXXII. De Temporibuſ arādi & iūctione Boum.

N arando magnopere ſeruandū eſt Catoniſ oraculū. Quid eſt primū? agꝝ bene colere. Quid ſecundū? bene arare. Quid tertiū? ſtercorare. Sulco uario ne areſ. tēpeſtiue areſ. Tepidioribuſ lociſ: a bruma proſcindi arua oportet. At frigidioribuſ: ab eqnoctio uerno. Et maturiuſ ſicca regiōe: q̄ humida maturiuſ denſa terra: q̄ ſoluta pīgui: q̄ macra. ubi ſicce & graueſ eſtateſ: terra cretoſa aut graciliſ: utiliuſ īter ſolſtitiū & autūni eqnoctiū: aratur. Vbi leueſ eſtuſ: frequenteſ hymbreſ: pingue herboſumq; ſolum. ibi meliuſ caloribuſ. Altū & graue ſolū: etiā hyeme moueri placet. Tenue ualde & aridū paulo ante ſationiſ tempuſ. Sūt & hic ſue legeſ. Lutoſam terram ne tangito. Vi omni arato. priuſ q̄ areſ: ꝓſcindito. hoc utilitatē habet: q inuerſo ceſpite herbaꝝ radiceſ necantur. Quidam utiq;: ab equinoctio uerno proſcindi uolunt. quodq; uere ſemel aratum eſt: a temporiſ argumento: ueruactū uocatur. hoc in nouali atq; regeto neceſſarium eſt. Nouale eſt: quod alterniſ anniſ ſeritur. Araturoſ boueſ q̄ arctiſſime iungi oportet: ut capitibuſ ſublatiſ arēt. ſic minime colla contundūt. Si inter arboreſ uiteſq; aretur fiſtelliſ capiſtrari: ne germinum tenera precerpant. Securiculā inſitiuā

ueruactum ·

Nouale altnis ānis seritur

Boues araturos arctissime iungendos · ~

pendere: qua intercidantur radiceſ. hoc meliuſ: q̃ conuelli aratro. boueſq; luctari. In arando uerſum pagi. nec ſtrigare in actu ſepiuſ. Iuſtũ eſt ꝓſcindi ſulco dodrantali: iugerum uno die. iterari ſeſquiiugerum. ſi ſit facilitaſ ſoli. Si minuſ proſcindi ſemiſſẽ. iterari aſſem: quando & animalium labori natura legeſ ſtatuit. Omne aruum rectiſ ſulciſ: mox & obliquiſ ſubigi debet. In collibuſ: tranſuerſo tm̄ monte arat᷑: ſed modo in ſuperiora modo in inferiora roſtrante uomere. Tantumq; eſt laboriſ homini: ut etiam boum uice fungat᷑. Certe ſine hoc animali montane genteſ ſarculiſ arant. Arator: niſi incuruuſ: preuaricatur. Inde tranſlatum hoc crimen in forum. Ibi itaq; caueatur: ubi inuentum eſt. Purget uomerem ſubinde ſtimuluſ cuſpidatuſ rulla. Stanna inter duoſ ſulcoſ cruda: ne relinquant᷑: glebe ne exultent. Male arat᷑ aruũ: quod ſatiſ fragilibuſ occandum eſt. Id demum recte ſubactum erit: ubi non intelliget᷑ utro uomer ierit. In uſu eſt: & colaticiaſ interponere: ſi ita locuſ poſcat: ampliore ſulco: que in foſſaſ aquam educant.

Rulla

CAP.XXXIII. De Occatione: & quodã arãdi genere: & de iteratione: & reſectione.

Ratione per tranſuerũ iterata: occatio ſequitur: ubi reſ poſcit: crate uel raſtro. Et ſato ſemine: iteratio. Hoc quoq;: ubi conſuetudo patitur crate dentata: uel tabula aratro adnexa. quod uocant lerare. operienteſ ſemina. unde primum appellata deliratio eſt. Quarto ſeri ſulco Virgiliuſ exiſtimatur uoluiſſe: cum dixit optimam eſſe ſegetem. que biſ ſolem. biſ frigura ſenſiſſet. Spiſſiuſ ſolum ſicut pleꝝq; in Italia quinto ſulco ſeri: meliuſ eſt. In Thuſciſ uero nono. At fabam: & uiciam non proſciſſo ſerere: ſine damno: compendium opere eſt. Non omittemuſ unam etiamnũ arandi rationẽ: in Tranſpadana Italia bellorum iniuria excogitatam. Salaſſi cum ſubiectoſ Alpibuſ depopularent᷑ agroſ: panicum miliumq; iam excreſcenſ temptauere. Poſtq̃ reſpuebat natura: inararunt. At ille meſſeſ duplicate: docuere: quod nunc uocant artrare: id eſt aratrare: ut credo tũc dictum. Hoc fit: uel incipiente culmo. uel cum iam: ſi aut bina: ternaue emiſerit folia. Nec recenſ ſubtrahemuſ exemplũ. In Treuerico agro tertio añ hũc annũ cõpertũ. nã cũ hyeme ꝑgelida capte ſegeteſ eſſẽt: reſeuerũt: reſarriẽteſ cãpoſ mẽſe martio: uberrimaſq; meſſeſ habuerũt. Nũc reliq̃ cultura tradet᷑: per genera frugũ.

CAP.XXXIIII. De cultura terre per genera frugũ

Iliginẽ. far. triticũ. ſemen. hordeũ occato ſarrito. runcato. quibuſ dictum erit diebuſ. Singule opere cuiuſq; generi in iugero ſufficiẽt. Sarculatio induratam hyberno rigore ſoli triſticiã laxat tẽporibuſ uerniſ: nouoſq; ſoleſ admittit. Qui ſarriet caueat: ne frumenti radiceſ ſuffodiat. Triticũ. hordeũ. ſemen. fabã. biſ ſarire: meliuſ. Runcatio cũ ſegeſ in articulo eſt: euolſiſ ĩutilibuſ herbiſ: frugũ radicẽ uĩdicat. ſegetẽq; diſcernit a ceſpite. Leguminũ cicer eadẽ: que far deſiderat. Faba rũcari nõ geſtit: q̃m euincit herbaſ. Lupinum runcat᷑ tm̄. Milium panicum occatur. & ſeritur. nõ iterat᷑. non runcatur. Sicilia & faſioli occantur tantum. Sunt genera terre: quorum ubertaſ pectinari ſegetẽ in herba cogat. Cratiſ & hoc genuſ: dẽtate ſtiliſ ferreiſ. Eadẽq; nihilomĩuſ & depaſcunt᷑. Que depaſta ſũt: ſarculo iteꝝ excitari neceſſariũ. At in bactriſ: Africa. Cyrene. omnia hec ſuperflua: fecit indulgentia celi. & a ſemente. non niſi noniſ menſibuſ in aream redeunt. quia ſiccitaſ coercet herbaſ. frugeſ nocturno tactaſ rore nutrienſ. Virgiliuſ alterniſ ceſſare arua ſuadet. & hoc: ſi patiantur ruriſ ſpatia: utiliſſimum proculdubio eſt. ꝙ ſi neget conditio: far ſerendũ. Vnde lupinũ: aut uicia: aut faba: ſublata ſint. & que terram faciant letiorem. In primiſq; & hoc notandum: quedam propter alia ſeri obiter: ſed paꝝ prouenire: priori diximuſ uolumine. ne eadẽ ſepiuſ dicantur. Plurimum enim refert ſoli cuiuſq; ratio.

CAP. XXXV: Exempla diuerſarum terrarum de Súma fertilitate: & bifera uite: & aquaꝝ differẽtia.

Iuitaſ Africe: in mediiſ ſita areniſ. Syrtiſ petentibuſ Leptin: que magna uocat᷑. Tacape: felici ſuꝑ oĩe miraculũ: riguo ſolo: terniſ fere milibuſ paſſuũ in omnẽ partem. Fonſ abundat larguſ quidẽ: ſed certiſ horaꝝ ſpatiiſ diſpenſatuſ inter incolaſ. Palme ibi p̄grandi ſubdit᷑ olea. huic ficuſ. fico punica. illi uitiſ. ſub uite ſerit᷑ frumentũ mox legumẽ: demũ oluſ. oĩa eodẽ anno. oĩaq; aliena ũbra alunt᷑. Quaterna cubita eiuſ ſoli in q̃dratũ. nec ut apporrectiſ metiant᷑ digitiſ: ſed in pugnũ contractiſ. q̃terniſ denariiſ uenundant᷑. Super omnia eſt: biferam uitẽ biſ anno uindemiare. & niſi multiplici partu exinaniatur ubertaſ: pereant luxuria ſinguli fructuſ. Nunc uero toto anno metitur aliquid. Conſtatq; fertilitati non occurrere homineſ. Aquarum quoq; differentia magna riguiſ eſt. In narbonenſi Prouintia nobiliſ fonſ Orge nomine eſt. In eo herbe naſcunt᷑ intantum expetite bubuſ: ut merſiſ capitibuſ: totiſ eaſ querant uiribuſ. Sed illaſ in aqua naſcenteſ: certum eſt: non niſi hymbribuſ ali.

CAP. XXXVI. De qualitate terræ in ſatione & ſtercoratione.

Rgo quiſq; ſuã terram: aquãq; nouerit. Si fuerit illa terra: quã appellauimuſ teneram: poterit ſublato hordeo: milium ſeri. eo condito raphanuſ. iiſ ſublatiſ: hordeũ: uel triticũ. ſicut in Campanea. ſatiſq; taliſ terra aratur. cum ſerit᷑. Aliuſ ordo ut ubi adoreũ fuerit: ceſſet quatuor menſibuſ hyberniſ. & uernã fabam recipiat: aut antehyemalẽ: ne ceſſet. Necnõ minuſ pinguiſ alternari põt: ita: ſi frumento ſublato: legumẽ tertio ſerat᷑. Gracilior & in annũ tertiũ ceſſet. Frumentũ quidã ſeri uetant: niſi in ea: que proximo anno quieuerit. Maximam huiuſ loci partem ſtercorationiſ optinet ratio: de qua: & priore diximuſ uolumine. hoc tantum unum in confeſſo eſt: niſi ſtercorato: ſeri nõ oportere. quanq̃m & hic legeſ ſint proprie. Milium panicum. rapa. napuſ. niſi in ſtercoratione: non ſeruntur. Non ſtercorato frumentum potiuſ: q̃m hordeum ſerito. Item in noualibuſ. tametſi in illiſ Fabam ſeri uolunt. Eandem ubicunq; q̃ recentiſſime ſtercorato ſolo. Autumno aliquid ſaturuſ ſeptẽbri menſe fimum inaret poſt hymbrem. Vtiq; ſi uerno erit ſaturuſ: per hyemem fimum diſponat. Iuſtũ eſt ueiaſ. xviii. iugero tribui. Diſpergere autem: priuſ q̃m areſcat: aut iactato ſemine. Si hec omiſſa ſit ſtercoratio: ſequenſ eſt: priuſ q̃ ſerat ante puluerem. Quod ut hanc quoq; curã determinemuſ: iuſtũ eſt: ſingulaſ ueiaſ fimi denario ire: in ſingulaſ pecudeſ minoreſ. in maioreſ denaſ. niſi hic male ſubſtrauiſſe pecori colonum appareat. Sunt qui optime ſtercorari putent ſub diuo retibuſ incluſa pecorum manſione. Ager: ſi nõ ſtercoratur: alget. ſi nimium ſtercoratuſ eſt: aduritur. ſatiuſq; eſt id ſepe: q̃ ſupra modũ facere: quo calidiuſ ſolum eſt: eo minuſ addi ſtercoriſ: ratio eſt.

CAP. XXXVII. De Bonitate Seminũ & diſciplina ſeminãdi: & q̃ntũ ex unoquoq; genere frumẽti in iugero ſerendũ: & de tẽporibuſ ſerendi.

Emen optimũ anniculũ. Bimũ deteriuſ. Trimũ peſſimũ. Vltra: ſterile. Et in imo omniũ definita generatio eſt. Quod in ima aree ſubſedit: ad ſemẽ reſeruãdũ eſt. id enim optimum qm̄ grauiſſimum. Neq; alio modo utiliuſ deſpergitur. Que ſpica per interualla ſemina habebit: abiiciet᷑. Optimũ eſt granũ: quod rubet. & dentibuſ fractũ eundem habet colorem. Deteriuſ: cui pluſ intuſ albi eſt. Certũ terraſ aliaſ: pluſ ſeminiſ recipere: aliaſ: minuſ. Religioſumq; inde primũ coloniſ auguriũ: cum auidiuſ accipiat: eſurire creditur: & comeſſe ſemen. Sationem lociſ humidiſ celeriuſ fieri: ratio eſt: ne ſemẽ hymbre putreſcat. ſicciſ: ſeriuſ: ut pluuię ſequant᷑. ne diu iacẽſ: atq; nõ concipiẽſ:

euaneſcat. Itemq; feſtinata ſatione: denſũ ſpargi ſemen: quia tarde cõcipiat. Serotina rarum: quia denſitate nimia necetur. Artiſ quoq; cuiuſdam eſt equaliter ſpargere. Manuſ utiq; congruere debet cum gradu. Semperq; cum dextro pede. Fit quoq; quorundam occulta ratione: ꝙ ſorſ genialiſ: atq; fecunda eſt. Non tranſferendum eſt ex frigidiſ lociſ ſemen in calida. Neq; ex p̄cocibuſ: in ſerotina. nihilq; in cõtrariũ preripere: quadã falſa diligentia. Serere in iugero temperati ſoli: iuſtum eſt. Tritici: aut Siliginiſ modioſ. v. Farriſ aut ſeminiſ: quod frumenti genuſ ita appellamuſ. x. Hordei. vi. Fabe quintam partem ampliuſ: q̃ Tritici. Vicie. xii. Ciceriſ & cicercule & Piſi. iii. Lupini. x. Lentiſ. iii. Sed hanc cum fimo arido ſeri uolunt. Erui. vi. Sicilie. vi. Faſiolorum. iiii. Pabuli. xx. Milii: panici ſextarioſ quattuor. Pingui ſolo pluſ. Gracili minuſ. Eſt & alia diſtinctio. In denſo aut cretoſo: aut uliginoſo ſolo: Tritici aut ſiliginiſ modioſ. vi. In ſoluta terra: & nuda: & ſicca: & leta: quattuor. Macieſ enim ſoli maior: niſi rarum culmũ habeat: ſpicã minutã facit: & inanẽ. Pinguia arua ex una ſeminiſ radice: fruticem numeroſum fundunt: denſamq; ſegetem ex raro ſemine: emittunt. Ergo inter quattuor & ſex modioſ: pro natura ſoli: alii quinq; non minuſ ſeri: pluresue precipiunt. Item in conſito: aut cliuoſo: aut macro: hoc pertinet. Oraculum illud magnopere cuſtodiendum: ſegetem ne defrugeſ. Adiecit hiſ Acciuſ in Praxidico: ut ſereretur cum luna eſſet in Ariete: Geminiſ. Leone. Libra. Aquario. Zoroaſtreſ: Sole. xii. ꝑteſ Scorpioniſ tranſgreſſo: cũ luna eſſet in Tauro. Sequitur: huc dilata: & maxima indigenſ cura: de tempore frugeſ ſerendi: queſtio. Magnaq; ex parte ratione ſyderum connexa. Quamobrẽ ſentẽtiaſ omniũ in primiſ ad id ꝑtinẽteſ exponemuſ. Heſioduſ: qui princepſ omniũ de agricultura precepit. unũ tempuſ ſerẽdi tradidit: ad Vergiliarũ occaſũ. Scribebat enĩ in Boetia Helladiſ: ubi ita ſeri diximuſ. Inter diligentiſſimoſ conuenit: ut in alitum: quadrupedumq; genitura: eſſe quoſdã ad conceptum impetuſ terre. Hoſ greci ita definiũt: cum ſit calida: & humida. Virgiliuſ Triticũ & far ad uergiliarum occaſum ſeri iubet. Hordeũ inter equinoctiũ autumni & brumam. Viciam uero: faſioloſ: & lentem: Boote occidente. Quo fit ut horũ ſydeꝝ: aliorumq;: exortuſ & occaſuſ dirigendi ſint in ſuoſ dieſ. Sunt qui & ante uergiliarum occaſum ſeri iubeant duntaxat in arida terra: calidiſq; prouinciiſ. Cuſtodiri enim ſemẽ corrumpente humore: & a proximo hymbre uno die erumpere. Alii ſtatim ab occaſu uergiliarum ſequi hymbreſ a ſeptimo fere die. Aliq;: in frigidiſ: ab equinoctio autũni. In calidiſ ſeriuſ. ne ante hyemem luxurient. Inter omẽſ autẽ conuenit: circa brumam ſerendum non eſſe. magno argumento: quoniam hyberna ſemina cum ante brumam ſata ſint: ſeptimo die erumpant. Si poſt brumam: uix. xl. Sunt qui properent: atq; ita pronuncient: feſtinatam ſementẽ ſepe decipere: ſerotinam ſemper. Econtrario alii uel uere potiuſ ſerendum: q̃ male in autumno. Atq; ubi fuerit neceſſe inter fauonium & uernum equinoctium. Quidam omiſſa celeſti cura ut inutili: temporibuſ definiunt. Vere linum: & auenam: & papauer: atq; uti nunc etiam Tranſpadani ſeruant. uſq; in quinquatribuſ fabam: ſiliginem: nouembri menſe. Far ſeptembri extremo: uſq; in iduſ octobriſ. Alii poſt hunc diem in kalend̄. Nouembriſ. Ita hiſ nulla nature cura eſt: illiſ nimia. Et ideo ceca ſubtilitaſ: cum reſ inter ruſticoſ geratur: litterarumq; experteſ: non modo ſyderum. Et confitendum eſt celo maxime conſtare ea. Quippe. Virgilio iubente p̄diſci uentoſ ante omnia: ac ſyderũ moreſ. neq; aliter q̃ nauigantibuſ ſeruari. Speſ ardua: & immenſa: miſceri poſſe celeſtem diuinitatem imperitie: ſed contẽplanda tamen grandi uite emolumento. Priuſ tamen ſideraliſ difficultaſ: quam ſenſere etiam periti: ſubiicienda contemplationi eſt. quo deinde letior menſ diſcedat a celo: & facta ſentiat. que futura prenoſci non poſſunt.

CAP. XXXVIII. Digeſtio Sydeꝝ in dieſ ac nocteſ.

Rimum omniũ dierũ ipſorum anni: ſoliſq; motuſ: prope inexplicabiliſ ratio eſt. At. ccc. lxv. adiciunt etiamnũ intercalarioſ diei noctiſq; quadranteſ. Ita fit ut tradi nõ poſſit certa sydeꝝ tẽpora. Accedit cõfeſſa reꝝ obſcuritaſ: nũc ꝑcurrente: nec paucis diebuſ: tempeſtatũ ſignificatiõe: qđ prochimaſin greci uocãt: nũc poſtueniẽte. qđ epichemaſin. & pleꝝq; aliaſ citiuſ: aliaſ tardiuſ celi effectu ad terrã deciduo. unde uulgo: ſerenitate reddita: confectũ ſyduſ audimuſ. Preterea cũ oĩa hec ſtatiſ ſideribuſ: celoq; adfixiſ cõſtẽt: interueniũt motuſ ſtellaꝝ grandineſ. hymbreſ: & ipſi nõ leui effectu ut docuimuſ. turbãtq; cõcepte ſpei ordinẽ. Idq; ne nobiſ tñ putemuſ accidere & reliqua uallit animalia: ſagatiora circa hoc: ut quo uita eoꝝ cõſtet. eſtiuaſq; aliteſ præpoſtero: aut præpropero rigore. nec añ hybernoſ eſtuſ. Ideo Virgiliuſ errantiũ quoq; ſiderum rationem ediſcendam precepit ammonenſ obſeruandum frigide Saturni ſtelle tranſitum. Sunt qui certiſſimum ueriſ indicium arbitrentur: ob infirmitatem animaliſ papilioniſ prouentum. Ideo ipſo anno: cum cõmentaremur hec: notatum eſt. prouẽtum eorum ter repetito frigore extinctum. aduenaſq; uolucreſ ad. vi. kalendꝫ Februarii ſpem ueriſ attuliſſe. mox ſeuiſſima hyeme cõflictataſ. Reſ anceps: primum omnium: a celo peti legem. Deinde eam argumentiſ eſſe querendam. Super omnia eſt mundi conuexitaſ: terrarumq; globi differẽtia: eodem ſidere alio tempore aliiſ apiente ſe gentibuſ. Quo fit: ut cauſa eiuſ nõ iiſdem diebuſ ubiq; ualeat. Addidere difficultatẽ & autoreſ: diuerſiſ in lociſ obſeruando: mox etiam in iiſdem diuerſa prodendo. Treſ autem fuere ſecte. Chaldea. Egyptia. Greca. Hiſ addidit apud noſ quartam Ceſar Dictator. annoſ ad ſoliſ curſũ redigẽſ ſinguloſ. Soſigene perito ſcientie eiuſ adhibito. Et ea ipſa ratio poſtea cõperto errore: correcta eſt. ita ut duodecim anniſ cõtinuiſ nõ intercalaretur. quia ceperat ſidera annuſ morari: qui priuſ antecedebat. Et Soſigeneſ ipſe tribuſ cõmentationibuſ: quanq̃ diligentior eſſet ceteriſ: nõ ceſſauit tñ addubitare: ipſe ſemet corrigendo. Autoreſ prodidere ea: que pretexuimuſ uolumini huic: raro ulliuſ ſententia cũ alio cõgruente. Minuſ hoc in reliquiſ miꝝ: quoſ diuerſi excuſauere tractuſ. Eorum qui in eadem regione diſſidere: unam diſcordiam ponemuſ. Exempli gratia. occaſum Vergiliarum matutinum Heſioduſ: nam huiuſ quoq; nomine extat aſtroloia: tradidit fieri: cum equinoctium autumni conficeretur. Thaleſ. xxv. die ab equinoctio. Anaximander uigintinouem. Eudemon. xlviii. Noſ ſequemur obſeruationem Ceſariſ. maximeq; hec erit Italie ratio. Dicemuſ tamen & aliorum placita. quoniam non uniuſ terre: ſed totiuſ nature interpreteſ ſumuſ: non Autoribuſ poſitiſ: id enim uerboſum eſt: ſed regionibuſ: ut legenteſ tantũ meminerint: breuitatiſ gratia. Cum Attica nominata fuerit ſimul intelligere Cycladaſ inſulaſ. Cum macedonia: Magneſiam: Traciam. Cum Egyptuſ: Phenicem: Cyprum: Ciliciam. Cum Boetia: Locridem Phocidem & finitimoſ ſemper tractuſ. Cum Helleſpontuſ: Cherſonneſum & continentia uſq; Atho montem. Cũ Ionia: Aſiam & inſulaſ Aſie. Cum Pelopõneſuſ: Achaiã & ad Heſpeꝝ iacenteſ terraſ. Chaldei. Aſſyriam & Babiloniã demonſtrabunt. Africam: Hiſpaniã: Galliaſ: ſileri nõ erit. miꝝ. nemo enim obſeruauit in iiſ. qui ſideꝝ proderet exortuſ. non tamen difficili ratione dinoſcẽt in illiſ quoq; terriſ digeſtione circulorum: quam in ſexto uolumine fecimuſ: qua cognitio celi non gentium modo: uerum urbiũ quoq; ſingularũ intelligitur: nota ex iiſ terriſ quaſ nominauimuſ: ſumpta cõuexitate circuli pertinentiſ ad quaſ quiſq; queret: & terraſ ad earum ſideꝝ exortuſ: per omnium circulorũ pareſ umbraſ. Indicandum & illud. Tempeſtateſ ipſaſ ardoreſ

Tempestates ipsas ardores suos habẽt quadrinis ãnis & easdẽ nõ mag̃ differentia reuerti rõe solis octonis uõ augeri ſuoſ habere q̃drinıſ annıſ. & eaſdem: nõ magna differẽtia reuerti ratione ſolıſ. octõiſ uero augeri eaſdem: centeſima reuoluẽte ſe luna. Omnıſ aũt ratio obſeruata eſt tribuſ modıſ. exortu ſiderum. occaſuq; & ipſorum temporum cardinibuſ. Exortuſ occaſuſq; binıſ modıſ intelliguntur. Aut enim aduentu ſolıſ occultantᷓ ſtelle: & conſpici deſinũt. aut eiuſdẽ abſceſſu: proferũt ſe in emerſum. hoc meliuſ: q̃ exortũ cõſuetudo dixiſſet. & illud occultationẽ potiuſ q̃ occaſũ. Illo mõ quo die incipiunt apparere: uel deſinũt: oriente ſole: aut occidente: matutini ueſpertinıue congnominati: prout alterutrıſ eorũ mane uel crepuſculo contingit. dodranteſ horarũ: cũ minimũ: interualla ea deſiderant ante ſolıſ ortum: uel poſt occaſum: ut aſpici poſſint. Preterea bıſ quedam exoriuntur & occidunt. Omniſq; ſermo de iıſ eſt ſtellıſ. q̃ſ adhibere celo diximuſ. Cardo tempoꝝ: quadripartita anni diſtinctione conſtat. Per incrementa lucıſ augetur hæc a bruma & equatᷓ noctibuſ. uerno eqnoctio in diebuſ. xc. tribuſ horıſ. Deinde ſuperat nocteſ ad ſolſtitium diebuſ. xciiii. horıſ. xii. uſq; ad equinoctium autumni. & cum equata die ꝓcedit ex eo ad brumam diebuſ. lxxxix. horıſ tribuſ. Hore nunc in omni acceſſione equinoctialeſ. non cuiuſcũq; diei ſignificantur. omneſq; ee differentie fiunt in octauıſ partibuſ ſinguloꝝ. Bruma capricorni ad octauo kalend̃. Ianurii fere. Equinoctium uernum: Arietıſ. Solſtitium: Cancri. Alterumq; equinoctium: Libre. Qui & ipſi dieſ raro: non aliquoſ tempeſtatum ſignificatuſ habent. Rurſuſ hii cardineſ ſingulıſ etiamnum articulıſ temporum diuiduntur: per media omneſ dierum ſpatia. quoniam inter ſolſtitium. & equinoctium Autumni. Fidicule occaſuſ qui Autumnum inchoat dieſ xlvi. At ab equinoctio eo ad brumam Vergiliarum matutinuſ occaſuſ hyemem: dieſ xliii. Inter brumam & equinoctium dieſ. xlv. Flatuſ fauonii uernum tempuſ. Ab equinoctio uerno initium eſtatıſ. dieſ. xlviii. Vergiliarum exortuſ matutinuſ. Noſ incipiemuſ a ſementibuſ frumenti: hoc eſt Vergiliarum occaſu matutino. nec deinde paruorum ſiderum mentione: concidenda ratio eſt: & difficultaſ rerum augenda. cum ſiduſ uehemenſ orionıſ iıſdem diebuſ longo decedat ſpatio. Sementibuſ tempora pleriq; preſumunt. & ab. xi. die autũnalıſ eqnoctii frugeſ ſerũt: aduenıente Corone exortu: cõtinuıſ diebuſ. certo prope hymbrium promiſſu. Xenophon non anteq̃ deuſ ſignum dederit. hoc Cicero Nouembrıſ hymbre fieri interpretatuſ eſt. cum ſit uera ratio: non priuſ ſerendi: q̃m folia ceperint decidere. Hoc ipſo Vergiliarum occaſu fieri putant. Aliqui ad. iii. iduſ Nouembrıſ ut diximuſ ſeruant: quoniã id ſiduſ etiam ueſtıſ inſtitor eſt. & eſt in celo notatu facillimum. Ergo ex occaſu eiuſ de hyeme augurantur: q̃buſ eſt cura negotiatorıſ inſidiandi auaritie. Nubilo occaſu: pluuioſam hyemẽ denũciat. ſtatimq; augẽt lacernarũ pretia. Sereno aſperam. & reliquarum ueſtium accendunt. Sed ille indocilıſ celi agricola hoc ſignũ habeat inter ſuoſ uepreſ: humũq; ſuã aſpiciẽſ: cum folia uiderit decidua. Sic iudicatur anni temperieſ: alibi tardiuſ. alibi maturiuſ. Ita enim ſentitur: ut celi lociq; efficit natura. Idq; in hac ratione precellit: ꝙ eadem & in mundo publica eſt. & unicuiq; loco peculiarıſ. Miretur hoc qui non meminerit ipſo brumali die pulegium in carnariıſ florere: adeo nihil eſſe occultum natura uoluit. & ſerendi igitur hoc ſignum dedit. Hec eſt uera interpretatio: argumentum nature ſecũ afferenſ. Quippe ſe & terra peti ſuadet promittitq; quandam ſtercorıſ uicem: & cõtra rigorıſ terram: ſatuſq; operiri a ſe nunciat. & monet feſtinari. Varro in fabe utiq; ſatu: hanc obſeruationem cuſtodire precipit. Alii plena luna ſerendam. Lentem uero a. xxv. ad. xxx. Viciam quoq; iſdem lune diebuſ. Ita demum ſine limacibuſ fore. Quidam pabuli cauſa ſic ſeri iubent. ſeminıſ autem uere. Eſt & alia manifeſtior ratio: mirabiliore nature ꝓuidentia. In qua Ciceronıſ ſententiã: ipſiuſ uerbıſ ſubſignabimuſ. Cic°.

Iam uero ſemper uiridiſ:ſemperq; grauata
Lentiſcuſ triplici ſolita eſt grandeſcere foetu.
Ter frugeſ fundenſ:tria tempora monſtrat arandi.

Ex iiſ unum hoc erit idem & lino: & papaueri ſerendo. Cato de papauere ita tradit. Virgaſ & ſarmenta que tibi in ſatione ſupant:in ſegete cōburito:ubi eaſ cōbuſſeriſ: ibi papauer ſerito ſilueſtre:quod in miro uſu eſt:melle decoctum ad faucium remedia uiſq; ſomnifera etiam ſatiuo. Et hactenuſ de hyberna ſemente.

CAP. XXXVIIII. Replicatio totiuſ culture: & quid quoq; menſe in agro fieri oporteat.

Erū ut pariter omīſ culture quoddā breuiariū peragat̄:eodē tēpore cōuenit & arboreſ ſtercorare. Accumulare itē uineaſ. Sufficit in iugeꝝ opera. Et ubi patiet̄ loci ratio, arbuſta ac uineaſ putare. Seminariiſ ſolū bipalio p̄parare. Foueaſ aperire. Aquā de agro pellere. Torcular lauare & recōdere. A kalend̄. Nouēbriſ gallinis oua ſupponere nolito donec bruma conficiatur. In eum diem terna dena ſubiicito eſtate tota. Hyeme pauciora, non tamē infra nouena. Democrituſ talem futuram hyemem arbitratur: qualiſ fuerit brume dieſ. & circa eum terni. Item ſolſtitio eſtatem. Circa brumam pleriq; biſſeptem halcyonum foetura uentorum quietem. molliuſ celum. Sed & in hiſ: & in aliiſ omnibuſ:ex euentu ſignificationum:intelligi ſidera debebunt:non ad dieſ utiq; prefinitoſ:ſpectari tempeſtatum uadimonia. Per brumā uitem ne colito. Vina tum deficari:uel etiam diffundi:Higinuſ ſuadet a confecta ea ſeptimo die utiq; ſi ſeptima luna competat. Ceraſa circa brumam ſeri. Bubuſ glandem tunc aſpergi:cōuenit in iuga ſingula modioſ. largior ualitudinem infeſtat. & quocumq; tempore det̄: ſi minuſ. xxx. diebuſ continuiſ data ſit narrant uerna ſcabie penitere. Materiei cedēde tempuſ hoc dedimuſ. Reliqua opera: nucturna maxime uigilia conſtant: cum ſint nocteſ tanto amplioreſ. Qualoſ:crateſ:fiſcinaſ:texere. faceſ incidere. rudicaſ p̄parare. interdiu. xxx. paloſ. lx. In lucubratione ueſpertina rudicaſ. v. paloſ. x. Totidem antelucano. A bruma in fauoniū Ceſari nobilia ſydera ſignificāt. iii. kalend̄. Ianuarii matutino:Caniſ occidēſ. Quo die Attice finitimiſ regionibuſ:Aquila ueſperi occidere traditur. Pridie nonaſ Ianuarii Ceſari Delphinuſ matutino exoritur. & poſtero die Fidicula. Quo Egypto Sagitta ueſperi occidit. Item ad. vi. Iduſ Ianuari eiuſdem Delphini ueſpertino occaſu. continui dieſ hyemant Italie. & cum ſol in aquariū ſētiat̄ tranſire. qd̄ fere..xvi. kalend̄. Februarii euenit. viii. kalend̄. ſtella regia:Venuſ appellata Tuberoni in pectore leoniſ occidit matutino. Et pridie nonaſ Februarii. fidicula ueſperi. Huiuſ temporiſ nouiſſimiſ diebuſ:ubicumq; patietur celi ratio:terram ad roſarum & uinee ſatum:uertere bipalio oportet. Iugero opere. lx. ſufficiunt. Foſſaſ purgare:aut nouaſ facere. Antelucaniſ ferramenta acuere. manubria aptare. Dolia quaſſa ſarcire. ipſoꝝq; laminaſ ſcabēdo purgare. aut nouaſ facere. Antelucaniſ a fauonio in equinoctiū uernū Ceſari ſignificat. xvii. kalend̄. Martii triduum uarie. & . viii. Kalend̄. hirundiniſ uiſu. & poſtero die arcturi exortu ueſpertino. Item. iii. nonaſ Martii Ceſar Cancri exortu id fieri obſeruauit. Maior parſ autorum Vindemitoriſ emerſu. viii. Iduſ Aquiloniſ Piſciſ exortu. & poſtero die Orioniſ. In Attica Miluū apparere obſeruatur. Ceſar & Iduſ Martiaſ feraleſ ſibi annotauit Scorpioniſ occaſu. Xv. uero kalend̄. Apriliſ Itaile Miluum oſtendit. Xii. kalend̄. Equum occidere matutino. Hoc interuallum temporiſ uegetiſſimū agricoliſ:maximeq; operoſū eſt. In quo precipue falluntur. neq; enim illo die uocantur ad munia: quo fauoniuſ flare debeat:ſed quo cepit. Hoc acri intentione ſeruandum eſt. hoc illo menſe ſignum deuſ habet: obſeruatione minime fallaci: aut dubia. Si quiſ attendat: unde ſpiret iſ uentuſ. quaq; ꝑte ueniat. diximuſ ſecundo uolumine. & dicemuſ mox paulo operoſiuſ. Interim eo die: quiſquiſ ille fuerit: quo flare ceperit. non utiq; . vi. iduſ Februarii: ſed ſiue ante: q̃ uer preuenerit: ſiue poſtq̃ hyemarit: poſt eã diem inq̃ innumera ruſticoſ cura diſtringat. & prima queq; peragant: que differri nequeunt. Trimeſtria ſerantur. Viteſ putentur: qua diximuſ ratione. Olee curentur. Poma ſerantur. inſeranturq;. Vinee paſtinentur. Semina digerantur. Inſtaurentur alia. Harundineſ. ſaliceſ. geniſte. ſerantur. cedanturq;. Serantur uero ulmi. populi. platani. uti dictum eſt. Tũ & ſegeteſ conuenit purgare. Sarrire hybernaſ frugeſ: maximeq; far. Lex certa in eo cum quattuor fibrarum eſſe ceperit. Faba uero non ante q̃ trium foliorum. Tunc quoq; leui ſarculo purgare uerius: q̃ fodere. Florentem utiq;. xv. primiſ diebuſ non attingere. Hordeum niſi ſit ſiccũ: ne ſerito. Putationẽ equinoctio peractam habeto. Vinee iugerum quaterne opere putant. alligantq;. In arbuſto ſingule opere. xv. arboreſ. Eodem hoc tempore hortorum roſariorumq; cura eſt. que ſeperatim ꝓximiſ uoluminibuſ dicentur. Eodem & topiariorum. Tunc optime ſcrobeſ fiunt. Terra in futurum ꝓſcinditur: Virgilio maxime autore: ut glebaſ ſol coquat. Vtilior ſentẽtia: que non niſi temperatum ſolum in medio uere arari iubet: quoniam in pingui ſtatim ſulcoſ occupãt herbe. in gracili inſequuti eſtuſ exiccãt. certũq; ſuccũ futuriſ ſeminibuſ auferunt. Talia autumno meliuſ arari certũ eſt. Cato uerna opera ſic definit. ſcrobeſ fieri. ſemſaria ꝓpagari in lociſ craſſiſ: & humidiſ. ulmoſ. ficoſ. poma. oleaſ. prata ſtercorari luna ſitiente: que rigua nõ erũt. ab afflatu fauonii defendi. purgari herbaſ: malaſ radicituſ erui. ficuſ interpurgari. ſeminaria fieri. & uetera ſarciri. Hec anteq̃m uinea florere ĩcipiat. Itẽq; piro florẽte: arare ĩcipiat macra: harenoſaq;. poſt ea utiq; grauiſſĩa & aquoſiſſima. ita poſtremo arato. Ergo hec aratio haſ habebit notaſ. Lentiſci primũ fructum oſtendentiſ. ac piri florentiſ. Erit & tertio in bulborum ſatu ſcylle. Item in coronamentorum Narciſſi. nanq; & hec ter florent. primoq; flore primã arationem oſtendunt: medio ſecundam: tertio nouiſſimã: quãdo inter ſeſe alia: aliaſ notaſ p̄bent. Ac non in nouiſſimiſ cauetur: ne fabiſ florentibuſ attingatur hedera. id enim noxium & exitiale eſt ei tempuſ. Quedam uero & ſuaſ habent notaſ. ſicuti ficuſ. cũ folia pauca in cacumine acetabuli modo germinent: tunc maxime ſerendaſ ficuſ. Equinoctium uernum ad. viii. kalend. Aprilis peragi uidetur. Ab eo ad Vergiliarũ exortum matutinum: Ceſari ſignificant kalend. Aprilis. iii. nonaſ Aprilis. In Attica Vergilie ueſperi occultantur. Eedem poſtridie in Boetia. Ceſari autem & Caldeiſ noniſ Egypto Orion & gladiuſ eiuſ incipiunt abſcondi. Ceſari. vi. iduſ ſignificatur hymber Libre occaſu. Xiiii. Kalend. Maii. Egypto Sucule occidũt ueſperi: ſiduſ uehemenſ. & terra mariq; turbidum: xvi. Attice. Xv. Ceſari. continuoq; triduo ſignificat. Aſſyrie autem. xii. kalend. hoc eſt uulgo appellatum ſiduſ palilicium. quoniã. xi. kalend. Maii Vrbiſ Rome natalis: quo fere ſerenitaſ redditur: claritatem obſeruationi dedit: nimborum argumento Hyadaſ appellantibuſ Greciſ haſ ſtellaſ. quod noſtri a ſimilitudine cognominiſ. Greci propter ſueſ impoſitum arbitranteſ. imperitia appellauere Suculaſ. Ceſari ad. viii. kald. notatur dieſ. vii. Kald. Egypto Hedi exoriunt. vi. Kald. Boetie & Attice Caniſ ueſperi occultatur. Fidicula mane oritur. v. Kalend. Aſſyrie Orion totuſ abſconditur. Tertio autem Caniſ. vi. Nonaſ Maii Ceſari Sucule matutino exoriuntur. Et octo Iduſ Capella pluuialiſ. Egypto autem eodem die Caniſ ueſperi occultatur. Sic fere in: vi. Iduſ Maii. qui eſt uergiliarum exortuſ decurrunt ſidera. In hoc tẽporiſ interuallo. xv. diebuſ primiſ agricole rapienda ſant ea: q̃buſ pagendiſ ante equinoctium nō ſuffecerit. dum ſciat inde natam exprobrationē fedam putantiū uiteſ per imitationē cantuſ alitiſ temporarii: quē Cuculū uocant. dedecuſ enim habēt: obprobriūq; meritū: falcem ab illa uolucre in uite deprehendi. & ob id petulantie ſaleſ etiam cum primo uere laudantur. Auſpitio tamen deteſtabileſ uidentur. adeo minima quoq; in agro naturalibuſ trahunt̄ argumentiſ. Extremo autem panici: miliiq; ſatio eſt. Iuſtum eſt hoc ſeri maturato hordeo. atq; etiā in eodem aruo. Eſtq; ſignum illiuſ maturitatiſ: & horum ſationiſ cōmune: lucenteſ ueſpere per arua cicidele. ita appellāt ruſtici ſtellanteſ uolatuſ. Greci uero lampyridaſ: incredibili benignitate nature.

CAP. XL. De Agricoliſ: ut aſpiciant Stellaſ: ſed magiſ tēpora ſerēde frugiſ: & ortuſ occaſuſq; Syderiſ in qbuſdā herbiſ: & de ſtellaꝝ ortu & occaſu.

Am Vergiliaſ in celo notabileſ natura fecerat. non tn̄ iiſ cōtenta: terreſtreſ fecit aliaſ. ueluti uociferāſ: cur celū intueriſ agricola? Cur ſidera queriſ ruſtice? iam te breuiore ſōno feſſū p̄munt nocteſ. Ecce tibi inter herbaſ tuaſ ſpargo peculiareſ ſtellaſ. eaſq; ueſpere & ab opere diſurgenti oſtendo. Ac ne poſſiſ p̄terire. miraculo ſollicito. uideſne ut fulgor: igni ſimiliſ: alarū conpreſſu tegatur? ſecūq; lucē habeat & nocte: Dedi ecce tibi herbaſ horarū indiceſ. & ut: ne ſic quidē oculoſ tuoſ a terra reuoceſ: heliotropium ac lupinum circūaguntur cum ſole. Cur etiam nunc altiuſ ſpectaſ? ipſumq; celum ſcrutariſ? Habeſ ante pedeſ tuoſ ecce Vergiliaſ. In certiſ ee diebuſ proueniunt: durantq; federe ſyderiſ huiuſce. partūq; eaſ illiuſ eſſe: certū eſt. proinde quiſq; eſtiuoſ fructuſ ante illaſ ſeuerit: ipſe fruſtrabitur ſeſe. Hoc interuallo & apicula procedenſ fabam florere indicat. fabaq; floreſcenſ eam euocat. Dabitur & aliud finiti frigoriſ inditium. Cum germinare uideriſ morum: iniuriā poſtea frigoriſ timere nolito. Ergo operator. Taleaſ oliuarum ponere. Ipſaſq; oleaſ interradere. Rigare prata equinoctii diebuſ primiſ. Cum herba creuerit in feſtucam: arcere aquaſ. Vineaſ pampinare. Et huic lex ſua cum papini q̄ttuor digitoſ longitudine expleuerint. Pampinat una opera iugerum. Segeteſ iterare. Seritur uero diebuſ. xx. Ab equinoctio: ſartura nocere & uinee: & ſegeti exiſtimatur. Et oueſ lauandi hoc idem tempuſ eſt. A Vergiliarum exortu: ſignificant Ceſari: poſtridie: arcturi occaſuſ matutini. iii. Iduſ Maii. Fidicule exortuſ. Xii. Kalend̄. Iunii. Capella ueſpere occidenſ. Et in Attica Caniſ. xi. kalend̄: Ceſari Orioniſ gladiuſ occidere incipit. iii. Nonaſ Iunii. Ceſari & Aſſyrie Aqla ueſpi orit̄. viii. Iduſ. Arcturuſ matutino occidit. Italie. viii. &. iiii. Iduſ. Delphinuſ ueſpi exoritur. Xvii. kalend̄. Iulii gladiuſ Orioniſ exoritur. Quod in Egypto poſt q̄triduum. Xi. kalend̄. eiuſdem Orioniſ gladiuſ. Ceſari occidere incipit. viii. kalend̄. Iulii uere longiſſima dieſ totiuſ anni & nox breuiſſima. ſolſtitium cōficiunt. In hoc tēporiſ interuallo uinee pampinantur. curaturq; ut uinea uetuſ ſemel foſſa ſit: biſ nouella. Oueſ tondentur. Lupinum: ſtercorandi cauſa: uertitur. Terra proſcinditur. Vitia in pabulum ſecatur. Faba metitur: deinde concutitur.

CAP. XLI. De Pratiſ & reparatione eorum.

Rata circa kalend̄. Iunii cedūt: quoꝝ facillīa agricoliſ cura ac minimi īpendii. hec de ſe poſtulat dici. Relinq debēt ī leto ſolo: uel humido: uel riguo. eaq; aqua pluuia rigari uia publica: Vtiliſſimū. ſimul & herbe arare: deinde cratire. ſerere florē ex fenilibuſ. atq; ex p̄ſepibuſ feno dilapſū ſpargere: p̄uſ q̄ craciāt. nec p̄mo anno rigari nec paſci ante ſecūda feniſetia: ne herbe uellant̄: obtrituq; hebetent̄. Seneſcūt prata: reſtituiq; debent. Faba in iiſ ſata: uel rapiſ: uel milio: mox inſequente anno frumēto: rurſuſq; in prata tertio relinq. Preterea quotiēſ ſecta ſit. Sicilire. hoc eſt: que feniſeceſ pretereũt: ſecari. Eſt enim in p̓miſ inutile enaſci herbaſ ſementaturaſ. Herba optima in prato: trifolii. Proxima graminiſ. Peſſima mimuli. Siliqua etiam dira ferendiſ. inuiſa & equiſelii eſt a ſimilitudine equine ſete. Secundi tempuſ cum ſpica deflorеſcere ceperit: atq; roborari. ſecandũq;: anteq̃ inareſcat. Cato: fenũ inquit non ſeceſ. priuſ q̃ ſemen maturum ſit. Quidam pridie rigant ubi ſunt rigua. Noctibuſ roſcidiſ ſecari meliuſ. Quedam parteſ Italie poſt meſſem ſecant. Fuit hoc quoq; maioriſ impendii apud prioreſ. Creticiſ tantum: Tranſmariniſq; cotibuſ notiſ. nec niſi oleo falciſ aciem excitantibuſ. Igitur cornu ꝓpter oleũ ad cruſ ligato feniſex incedebat. Italia aq̃rtaſ coteſ dedit. lime uice imperanteſ ferro. Sed aquaria protinuſ uirent. Falcium duo genera. Italicum breuiuſ. ac uel inter uepreſ quoq; tractabile. Galliarum latifundia maioriſ compendii. quippe mediaſ cedunt herbaſ. breuioreſq; pretereunt. Itali fenum ex una dextera manu ſecant. Iuſtum eſt una opera iugerũ in die deſecari. Alligariq; manipuloſ tria milia. cc. quaternorum pondo. Sectum uerti ad ſolem: nec niſi ſiccum conſtrui: oportet. ni fuerit hoc obſeruatũ diligẽter: exhalare matutino nebulã q̃ndã: metaſq; mox ſole accendi: & conflagrari: certum eſt. Rurſuſ rigari deſecta oportet: ut ſecetur autumnale fenum. quod uocant cordum. Interamne in Vnbria quater anno ſecantur etiam non rigua. Ter uero pleriſq; in lociſ. & poſtea in ipſo pabulo nõ minuſ emolumenti eſt: q̃m a feno. Armentorum id cura: iumentorumq; progeneratio ſuum cuiq; conſilium dabit. Optimum maxime quadrigarum queſtuſ. Solſtitium peragi in octaua parte Cancri &. viii. kalẽđ. Iulii diximuſ. Magnuſ hic anni cardo: magna reſ mundi. Ex hoc uſq; ad Brumam decreſcũt dieſ qui creueũt ſex menſibuſ. ac ſol ipſe ad Aqlonẽ ſcandẽſ: aſper: ardua emẽſuſ: ab ea meta incipit flecti: & digredi ad Auſtrum: aucturuſ nocteſ aliiſ ſex menſibuſ: ablaturuſq; diei menſuram. Ex hoc deinde conuehendi: rapiendiq; fructuſ alioſ: atq; alioſ: tempuſ. & preparandi ſe contra ſeuam: feramq; hyemem. dicebatq; hoc diſcrimen indubitatiſ notiſ ſignaſſe naturam. Quãobrẽ eaſ manibuſ ipſiſ agricolaꝝ ĩgeſſit. uertiq; iuſſit ipſa die folia. & eſſe cõfecti ſyderiſ ſignum. Nec ſilueſtrium tantam arborum: remotarumq;: ne in ſaltuſ deuioſ: monteſq; eundum eſſet querentibuſ ſigna: non rurſuſ proximarum: urbanarumq;. & que topiario tantum uſu colunt̃: quãq̃ & in iiſ illa uiſantur. Vertit olee ante pedeſ ſate. Vertit tilie: ad mille uſuſ petende. Vertit populi albe: etiam uitibuſ nupte. Adhuc parum eſt inquit. ulmũ uite dodatam habeſ. & huiuſ ueternorũ pabulo uerſa folia ſtringiſ: ſtringenſ aũt deputaſ. Aſpice & tenebiſ ſyduſ. alia parte celum reſpicit q̃ quam ſpectauere pridie. Salice omnia alligaſ: humillima arborum. ipſe toto capite altior. & huiuſ folia circumaguntur. quid te ruſticum quereriſ? Non ſtat per me: quo minuſ celum intelligaſ: & celeſtia ſciaſ. Dabo & auribuſ ſignum. Palumbium utiq; exaudi gemituſ. Tranſiſſe ſolſtitium cantu: ne puteſ. niſi cum incubantem uideriſ palumbem. A ſolſtitio uſq; ad fidicule occaſum. vi. kalenđ. Iulii Ceſari Orion exorit̃. Zona autem eiuſ. iiii. nonaſ: Aſſyrie. Egypto uero Procyon matutino eſtuoſuſ: qđ ſyduſ apud Romanoſ non habet nomen: niſi Caniculam hanc uelimuſ intelligi: hoc eſt: minorem canem. Sane ut in aſtriſ pingitur. Eſt autem magnopere pertinẽſ: ſicut paulo mox docebimuſ. III. nonaſ. Chaldeiſ Corona occidit matutino. Attice Orion totuſ eo die exorit̃. pridie Iduſ Iulii. & Egyptiſ Orion deſinit exoriri. XVI. Kalđ Auguſti. Aſſyrie Proceron exorit̃. Deinde poſtridie fere ubiq; confeſſum inter omẽſ ſyduſ indicanſ: quod Caniſ ortum uocamuſ: ſole primam partem Leoniſ ingreſſo. Hoc fit poſt Solſtitium. xxiii. dieſ. Sentiunt id maria & terre: multe uero & fere ut ſuiſ lociſ diximuſ. Neq; eſt ei minor ueneratio: q̃m deſcriptiſ in deoſ ſtelliſ. Accenditq;

ſolem.& magnam eſtuſ obtinet cauſam. Xviii. Kalend̄. Auguſti Egypto Aquila occidit matutino: Eteſiarumq; prodromi flatuſ incipiunt.quod Ceſar.x.kald̄.ſentire Italiam exiſtimauit. Aquila Attice matutino occidit. III. Kalend̄. Regia in pectore Leoniſ ſtella matutino Ceſari immergitur. Octauo Iduſ. Auguſti. Arcturuſ mediuſ occidit. III. Iduſ Fidicula occaſu ſuo Autumnum inchoat: uti iſ adnotat. Sed & uera ratio id fieri inuenit.vi.Iduſ eiuſdem. In hoc temporiſ interuallo reſ ſūma uitiū agit̄ decretorio uuiſ ſydere illo: quod Caniculam appellauimuſ.unde carbunculare dicunt̄. ut quodam urediniſ carbone exuſte.nō comparantur huic malo grandiniſ procelle. nec queq; unq̄ annone intulere caritatem. Agrorū quippe mala ſunt illa. Carbūculuſ autem regionum: late patentium: non difficili remedio: niſi calumniari magiſ naturam rerum homineſ: q̄ ſibi prodeſſe mallent. Ferunt Democritum. qui primuſ intellexit: oſtenditq; cū terriſ celi ſotietatē: ſpernētibuſ hāc curā eiuſ opulentiſſimiſ ciuibuſ ꝓuiſa olei caritate ex futuro Vergiliarū ortu: qua diximuſ ratiōe: oſtendemuſq; iā pleniuſ: magna uilitate tūc ꝓpter ſpem oliue: coemiſſe in toto tractu omne oleum: mirantibuſ qui paupertatē: & quietē doctrinarū ei ſciebant in primiſ cordi eſſe. atq; ut apparuit cauſa: & ingenſ diuitiaꝝ curſuſ: reſtituiſſe mercedē anxie: & auide dominoꝝ penitentie. cōtentuſ ita ꝓbaſſe: opeſ ſibi: cū uellet: in facili fore. Hoc Seſtiuſ poſtea e Romaniſ ſapiētie ſectatoribuſ Atheniſ fecit eadē rōne. tanta litterarū occaſio eſt. Quaſ equidē miſcebo agreſtibuſ negotiiſ: q̄m potero dilucide: atq; perſpicue. Plerıq; dixere: rorem inuſtum ſole agri frugibuſ rubiginiſ cauſam eſſe.& carbunculi uitibuſ. quod ex parte falſum eſſe arbitror: omnēq; uredinē frigore tantum: innoxio conſtare ſole. Id manifeſtum fiet attendentibuſ. Nam primū omnium hoc non euenire niſi noctibuſ: & ante ſoliſ ardorem: deprehenditur: totūq; lunari ratione conſtat. quoniam taliſ iniuria non fit niſi interlunio. plenaue luna. hoc eſt preualente. utroq; enim habitu plena eſt: ut ſepiuſ diximuſ: ſed interlunio: omne lumen quod a ſole accipit. celo regerit. Differētia utriuſq; habituſ magna: ſed manifeſta. nanq; interlunio eſtate calidiſſima eſt. hyeme gelida. Ecōtrario ī plenilunio eſtate gelidaſ facit nocteſ: hyeme tepidaſ. cauſa euidēſ. Sed alia reddit̄ a Fabiano Greciſq; autoribuſ. Eſtate enim interlunio neceſſe eſt: ut cū ſole nobiſ ꝓximo circulo currat: igne eiuſ cominuſ recepto candēſ: eadē interlunio abſit hyeme quando abſcedit & ſol. Item plenilunio eſtiuo procul abeat auerſa ſoli. hyeme autem ad noſ per eſtiuum circulum accedat. Ergo per ſe roſcida: quotiēſ alget: infinitum quantum illo tempore cadenteſ pruinaſ congelat. Ante omnia autem duo genera celeſtiſ iniurie meminiſſe debemuſ. Vnū: quod tempeſtateſ uocamuſ. in quibuſ grandineſ: ꝓcelle: ceteraq; ſimilia intelligunt̄. que cū acciderint: uiſ maior appellatur. Hec ab horridiſ ſyderibuſ exeunt: ut ſepiuſ diximuſ: ueluti Arcturo. Orione. Hediſ. Alia ſunt illa: que ſilēte celo ſereniſq; noctibuſ: fiūt: nullo ſentiente: niſi cū facta ſūt. publica hec. & magne differentie a ṗoribuſ: aliiſ rubiginē. aliiſ uredinē. aliiſ carbūculū appellantibuſ. Omnibuſ uero ſterilitatem. De hiſ nūc dicemuſ: a nullo ante noſ ꝓdita. priuſq; cauſaſ reddemuſ.

CAP. XLII. De Tēpeſtatibuſ utriuſq; tēporiſ: & remediiſ Sterelitatū.

Væ ſūt p̄ter lunarē. pauciſq; celi lociſ eſſe cōſtat. Nāq; Vergilie ṗuatim attinēt ad fructuſ: ut q̄rum exortu eſtaſ incipiat: occaſu hyemſ: ſemeſtri ſpatio: intra ſe meſſeſ: uindemiaſq;: & omniū maturitatē: cōplexe. Eſt p̄terea in celo: q uocat̄ lacteuſ circuluſ: etiā uiſu faciliſ. Huiuſ defluuio: uelut ex ubere aliquo: ſata cūcta lateſcūt: duoꝝ ſydeꝝ obſeruatiōe: Aq̄le in ſeptentrionali parte. & in auſtrina: Canicule. Cuiuſ mentionē ſuo loco fecimuſ. Ipſe circuluſ fert̄ ꝑ Sagittariū: & Geminoſ: ſoliſ centꝝ īfra eqnoctialẽ circulũ ſecãſ: cõmiſſuraſ eoꝝ obtinẽte: hic Aq̄la illic Canicula. Iõ effectuſ utriuſq; ad om̄eſ frugiferaſ ꝑtinet terraſ: qm̄ in iiſ tm̄ lociſ ſoliſ terreq; cẽtra congruũt. Igitur horum ſyderum diebuſ: ſi puruſ atq; mitiſ aer genitalem illum: lacteumq; ſuccũ tranſmiſerit in terraſ: leta adoleſcunt ſata. Si luna qua dictum eſt ratione: roſcidum friguſ aſperſerit: admixta amaritudo: ut in lacte: puerperium necat. Moduſ in terriſ huiuſ iniurie: quam fecit in quacunq; conuexitate comitatuſ utriuſq; cauſe. Et ideo non pariter in toto orbe ſentitur. ut nec dieſ. Aquilam diximuſ in Italia exoriri: ad xiii. Kalẽd. Ianuarii. nec patit̃ ratio nature quicq̃ in ſatiſ ante eũ diem ſpei eſſe certe. Si uero interlunium incidat: om̄eſ hybernoſ fructuſ: & p̄coceſ: ledi neceſſe eſt. Rudiſ fuit priſcoꝝ uita: atq; ſine litteriſ. nõ minuſ tñ ingenioſã fuiſſe: in illiſ obſeruationem apparebit: q̃ nunc eſſe rationem. Tria nanq; tempora fructibuſ metuebant. Propter quod inſtituerunt feriaſ. dieſq; feſtoſ rubigalia. floralia. uinalia. Rubigalia Numa conſtituit: anno regni ſui. xi. que nunc aguntur: ad. vii. kalẽd. Maii. quoniam tũc fere ſegeteſ Rubigo occupat. Hoc tempuſ Varro determinat ſole Tauri partem decimam obtinẽte. ſicut tunc ferebat ratio. Sed uera cauſa eſt: ꝙ poſt dieſ undeuiginti ab equinoctio uerno: per id quatriduum: uaria gentium obſeruatione: in. iiii. kalẽd. Maii Caniſ occidit: ſyduſ & per ſe uehemenſ: & cui preoccidere Caniculam neceſſe ſit. Idẽ itaq; Floralia. iiii. kalẽd. eaſdẽ inſtituerũt: Vrbiſ anno q̃ngenteſimo ſextodecio: ex oraculiſ Sibylle: ut om̄ia bene defloreſcerent. Hunc diem Varro determinat ſole Tauri partem quartamdecimam obtinẽte. Ergo ſi in hoc quatriduum inciderit plenilunium: frugeſ: & omnia: que florebunt: ledi neceſſe erit. Vinalia priora: que ante hoſ dieſ ſunt. ix. kalẽd. Martii: deguſtandiſ uiniſ inſtituta. nihil ad fructuſ attinẽt. Nec que adhuc diximuſ: ad uiteſ: oleaſq;: quoniã earũ conceptuſ exortu Vergiliarum incipit: ad. vi. Iduſ Maii: ut docuimuſ. Aliud hoc q̃triduum eſt: qđ neq; rore ſordere uelint. exhorrent enim frigidũ ſyduſ Arcturi poſtridie occidenſ. & multo minuſ plenilunium ĩcidere. IIII. Nonaſ Iunii iterum Aquila exoritur ueſperi: decretorio die florentibuſ oleiſ: uitibuſq;: ſi plenilunium in eum incidat. Equidem & ſolſtitium. viii. Kalẽd. Iulii: in ſimili caſu dixerim: & caniſ ortum: poſt dieſ a ſolſtitio. xxiii. Sed interlunio accidente: quoniam uapore conſtat culpa. aciniq; precoquunt̃ in callum. Rurſuſ plenilunium nocet ad. iiii. nonaſ Iulii cum Egypto Canicula exoritur. Vel certe. xvi. Kalẽd. Auguſti cũ Italie. Item. xiii. Kalẽd. Auguſti cũ Aquila occidit: uſq; in. x. kalẽd. eiuſdem. Extra haſ cauſaſ ſunt Vinalia altera: que agunt̃ ad. xiii. kalẽd. Septembriſ. Et Varro a Fidicula incipiente occidere mane: determinat. qđ uult initium Autũni eſſe. Et hunc diem feſtum tempeſtatibuſ leniendiſ eſſe inſtitutum. Nunc Fidiculam occidere ad ſextam iduſ Auguſti ſeruatur. Intra hec conſtat celeſtiſ ſterilitaſ. Neq; negauerim: poſſe eam permutari: arbitrio legẽtium: locoꝝ eſtimantiũ naturaſ. Sed a nobiſ rationẽ demonſtratã eſſe: ſatiſ eſt. Reliqua obſeruatione cuiuſq;: conſtabunt. Alterutrum quidem fore in cauſa: hoc eſt plenilunium: aut interlunium: non erit dubium. Et in hoc mirabilem: admirari benignitatem nature: ſuccurrit. Iam primum: hanc iniuriã omnibuſ anniſ accidere non poſſe: propter ſtatoſ ſyderũ curſuſ. Nec niſi pauciſ noctibuſ anni. Idq; quando futurũ ſit: facile noſci. Ac ne per omneſ menſeſ timeretur: earum quoq; lege diuiſum. Eſtate interlunia preterq̃ biduo: ſecura eſſe. Hyeme plenilunia. Nec niſi eſtiuiſ: breuiſſimiſq; noctibuſ metui. non diebuſ item ualere. Preterea tam facile intelligi: ut formica minimum animal interlunio quieſcat. Plenilunio etiã noctibuſ operet̃. Auem Param: oriente Syrio: ipſo die nõ apparere. & donec occidat. E diuerſo Chlorionem: prodire ipſo Solſtitii die. Neutrum uero

Aquile ortus

Rubigalia
Floralia
Vinalia
festa

Canis ortus

Para auis
Chlorio

lune ſtatum noxium eſſe. nec noctibuſ quidem: niſi ſereniſ: & omni aura quieſcente. quoniam neq; in nube: neq; in flatu: cadunt roreſ. Sic quoq; non ſine remedio. Sarmenta: aut paleaꝝ aceruoſ: & euulſaſ herbaſ: fruticeſq; per uineaſ: cãpoſq; cũ timebiſ: incendito. fumuſ medebitur. Hic e paleiſ & contra nebulaſ auxiliat᷑: ubi nebule nocẽt. Quidam: treſ cancroſ uiuoſ cremari iubent in arbuſtiſ: ut Carbunculi non noceant. Alii Siluri carnem leuiter uri a uento. ut per totã uineam fumuſ diſpergatur. Varro auctor eſt: ſi Fidiculæ occaſu: quod eſt initium autumni: uua picta conſecretur inter uiteſ: minuſ nocere tempeſtateſ. Archibiuſ: ad Antiochum Syrie Regem ſcripſit: ſi fictili nouo obſerata: obruat᷑ rubeta rana in media ſegete: nõ eſſe noxiaſ tempeſtateſ. Opera ruſtica huiuſ interualli. Terram iterare. Arboreſ circumfodere. Vbi eſtiuoſa regio poſcat: accumulare. Germinantia: niſi in ſolo luxurioſo: fodienda non ſunt. Seminaria purgari ſarculo. Meſſem hordeaceã facere. Areã ad meſſẽ creta p̃parare Catoniſ ſententia: amurca temperata. Virgilii operoſiuſ. Maiore ex parte equant tm̃ & fimo bubulo dilutiore illinunt. Id ſatiſ ad pulueriſ remedium: uidetur.

CAP. XLIII. De meſſe & Tritico & Siligine ſeruandiſ.

Eſſiſ ipſiuſ ratio uaria. Galliaꝝ latifundiiſ ualli pregrandeſ: dẽtibuſ in margine infeſtiſ: duabuſ rotiſ per ſegetẽ impellunt᷑: iumẽto in cõtrariũ iũcto. ita direpte: in uallum cadunt ſpice. Stipule: alibi media falce precidũtur. atq; inter duaſ mergiteſ ſpica deſtringitur. Alibi ab radice euellunt. Quod qui faciunt: proſcindi ab ſe obiter agrum: interpretantur: cum extrahant ſuccum. Differentia hec. Vbi ſtipula domoſ contegunt: q̃m longiſſimam ſeruant. Vbi feni inopia eſt: ſtramento paleam querunt. Panici culmo nõ tegunt. Milii culmũ fere inurũt. Hordei ſtipulã bubuſ gratiſſimam ſeruant. Panicum & milium pectine manualii ſigillatim legunt Gallie. Meſſiſ ipſa alibi tribuliſ in area. Alibi equorum greſſibuſ exteritur. Alibi perticiſ flagellatur. Triticum quo ſeriuſ metitur. copioſiuſ inuenitur. Quo celeriuſ uero: eo ſpecioſiuſ. ac robuſtiuſ. Lex aptiſſima anteq̃m granum indureſcat. & cum iam traxerit colorem. Oraculum uero: biduo celeriuſ meſſẽ facere: potiuſ q̃ triduo ſeriuſ. Siliginiſ & Tritici etiam ratio in area horreoq;. Far: quia difficulter excutitur: conuenit cum palea ſua condi. & ſtipula tantũ: & ariſtiſ liberatur.

CAP. XLIIII. De Paleæ uſu & Seruatione.

Alea plureſ gentiũ ꝓ feno utunt᷑. Melior ea: que tenuior. minutiorq;. & pulueri ꝓpior. Ideo optima: e milio. Proxĩa. hordeo. Peſſĩa: ex tritico. preterq̃ iumẽtiſ opere laborantibuſ. Culmũ ſaxoſiſ lociſ: cũ inaruerit: baculo frangũt: ſubſtratu aĩaliũ. Si palea deficit: & culmuſ teritur. Ratio hec: maturiuſ deſectuſ: muria diu aſpergit᷑. dehinc in manipuloſ ſiccatuſ conuoluit᷑. atq; ita: pro feno: bubuſ dat᷑. Sũt q accendũt in aruo: & ſtipulaſ: magno Virgilii preconio. Summa autem ratio: ut herbarũ ſemen exurant. Rituſ diuerſitatem: magnitudo facit meſſium: & raritaſ operarioꝝ.

CAP. XLV. De Frumento ſeruando & leguminibuſ: & qualia debent eſſe horrea.

Onnexa eſt ratio: frumenti ſeruandi. Horrea operoſa: tripedali craſſitudine: pariete lateritio: exedificari iubẽt aliq Preterea ſuperne impleri. nec ad flatuſ admittere: aut feneſtraſ habere ullaſ. Alii ab exortu tm̃ eſtiuo: aut ſeptentrione. eaq; ſine calce cõſtrui: q̃m ſit frumẽto inimiciſſima. Nã que de amurca p̃ceperĩt: ĩdicauimuſ. Alibi cõtra: ſuſpendũt granaria lignea colũniſ. & ꝑflari undiq; malũt. atq; etiã a fũdo. Alii omnino pendunt. & ab afflatu extenuari granũ arbitrant᷑. & ſi teguliſ ſubiaceat: conuerueſcere. Multi uentilare quoq; uetant. gurgulionẽ enim non deſcendere infra quatuor digitoſ: nec ampliuſ periclitari. Columella & Fauonium uentum conferre frumento predicit. quod miror equidem: ſicciſſimum alioquin. Sunt qui rubetā ranā in limine horrei pede e longioribuſ ſuſpenſā: inuehere iubeant. Nobiſ referre plurimum tempeſtiuitaſ condendi uidebitur. Nam ſi parum toſtum: atq; robuſtū collectū ſit: aut calidum conditum: inimica innaſci neceſſe eſt. Diuturnitatiſ cauſe pluereſ. Aut in ipſiuſ grani corio: cum eſt numeroſiuſ: ut milio. Aut ſucci pinguedine: qui pro humore ſufficit tantū: ut Siſame. Aut amaritudine: ut lupino: & Cicercule. in tritico maxime creſcunt animalia: quoniam ſpiſſitate ſua cōcaleſcit. & furfure craſſo ueſtit᷑. tenuior hordeo palea. exiliſ: & legumini. Ideo non generant. Faba craſſioribuſ tunicis operitur: ob hoc efferueſcit. Quidam ipſum triticū diuturnitatiſ gratia: aſꝑgunt amurca. mille modioſ q̃drantali. Alii Chalcidica: aut Cariotica: creta. aut etiā Abſinthio. Eſt & Olynthi: ac Perinthi: Euboee terra: que corrumpi non ſinat. Nec fere condita in ſpica ledunt᷑. Vtiliſſime tamen ſeruantur in ſcrobibuſ: quoſ Syroſ uocant: ut in Cappadocia: & Tracia: & Hiſpania. Africa Ante ōmia: ut ſicco ſolo fiāt: curat᷑. Mox ut palea ſubſternantur. Preterea cum ſpica ſua conduntur. Ita frumenta ſi nulluſ ſpirituſ penetret: certū eſt nihil maleficium naſci. Varro autor eſt ſic conditum Triticum: durare anniſ quinquaginta. Milium uero centum. Fabam & legumina in oleariiſ cadiſ oblita cinere: longo tempore ſeruari. Idem fabam a Pyrrhi Regiſ etate in quodā ſpecu Ambratie: uſq; ad piraticū Pompei magni bellū duraſſe. anniſ circiter c. xx. Ciceri tantum nulle beſtiole in horreiſ innaſcuntur. Sunt qui urceiſ cinere ſubſtratiſ: & illitiſ: acetum habentibuſ. leguminum aceruoſ ſuperingerant: ita nō naſci malefica credenteſ. Alii qui in ſalſamentariiſ cadiſ gypſo illināt. Alii qui lentem aceto laſerpitiato reſpergant: ſiccatāq; oleo inungant. Sed breuiſſima obſeruatio: ꝙ uitiiſ carere ueliſ: interlunio legere. Quare plurimum refert: condere quiſ malit: an uēdere. Creſcente enim luna frumenta grandeſcunt.

CAP. XLVI. De Vindemia: & Autūni temporibuſ.

Equit᷑ ex diuiſione tempoꝝ. Autūnuſ a Fidicule occaſu ad equinoctiū: ac deīde Vergiliarū occaſū: initiūq; hyemiſ iiſ interualliſ ſignificat᷑. Pridie Iduſ Auguſti Attice equuſ oriēſ. Veſpa Egypto & Ceſari Delphinuſ occidēſ. XI. kalđ. Septembriſ Ceſari & Aſſyrie ſtella que Vindemiator appellatur: exoriri mane incipit: uindemie maturitatē ꝓmittēſ. Eiuſ argumentū erūt: acini colori mutati. Aſſyrie. v. kalenđ. & Sagitta occidit. & Eteſie deſinūt. Vindemiator Egypto nō exorit᷑. Attice Arcturuſ matutino. & Sagitta occidit mane. v. Iduſ Septēbriſ Ceſari Capella oritur ueſperi. Arcturuſ uero Mediſ p̄die Iduſ: uehemētiſſimo ſignificatu terra: mariq; ꝑ dieſ quinq;. Ratio eiuſ hec tradit᷑. Si delphino occidente hymbreſ fuerint: uon futuroſ ꝑ Arctuꝝ. Signum orientiſ eiuſ ſyderiſ ſeruet᷑ hirundinum abituſ. nanq; deprehenſe intereunt. Xvi. Kalenđ. Octobriſ Egypto ſpica: quam tenet uirgo: exorit᷑ matutīo. Eteſieq; deſinūt. Hoc idē Ceſari. xiiii Kalenđ. XIII. Aſſirie ſignificāt. & xi. kalenđ. Ceſari cōmiſſura piſciū occidenſ. Ipſumq; equinoctii ſyduſ. viii. Kalenđ. Octobriſ. Deīde conſentiūt: quod eſt raꝝ: Philippuſ. Calippuſ. Doſytheuſ. Parmeniſcuſ. Conō. Critō. Democrythuſ. Eudoxuſ. Ion. iiii. Kalenđ. Octobriſ: Capellā matutino exoriri. Et iii. kalenđ Hedoſ. vi. Nonaſ Octobriſ Attice Corona exorit᷑. Mane Aſie & Ceſari v. kalenđ. Eniochuſ occidit matutino. iii. Kalenđ. Ceſari Corona exoriri incipit. Et poſtridie occidūt. abditi ueſperi. viii. Iduſ Octobriſ Ceſari fulgēſ in corona ſtella oritur. Et tertio Iduſ Vergilie ueſperi. Idibuſ corona tota. vi. Kalenđ. Nouembriſ ſucule ueſperi exoriunt᷑. Pridie Kalenđ. Ceſari Arcturuſ occidit. & Sucule exoriūt᷑

cum ſole.iiii.Nonaſ Arcturuſ occidit ueſperi.v.Iduſ Nouembriſ Gladiuſ Orioniſ
occidere incipit.Deinde tertio Iduſ Vergilie occidunt. In hiſ temporum interualliſ
opera ruſtica.napoſ.raphanoſ:ſerere:quibuſ diebuſ diximuſ. Vulguſ agreſte & rapā
poſt Ciconie diſceſſum male ſeri putat. Noſ omnino poſt Vulcanalia: & precocia
cum Panico. A Fidicule autem occaſu uiciam. paſſioloſ. pabulum. Et hoc ſilente
luna:ſeri iubent. Et frondiſ preparande tempuſ hoc eſt. Vnuſ frondator quattuor
frondariaſ fiſcinaſ complere in die iuſtum habet. Si decreſcente luna preparetur: non
putreſcit. Aridam colligi non oportet. Vindemiā antiq nunq̄ exiſtimauere maturam

Vindemie tp̄s

ante equinoctium. Iam paſſim rapi cerno. Quamobrem & huiuſ tempora notiſ:argumentiſq;
ſignentur. Legeſ ita ſe habent. Vuā calidā ne legito. hoc eſt in eiuſ ſiccitate.
At niſi hymber īteruenerit. hāc nec legito rorulentā. hoc eſt ſi roſ nocturnuſ fuerit.
nec priuſ q̄ ſole diſcutiatᷣ:uindemiare incipito. Cum ad palmitem pampinuſ ꝓcumbere
ceperit: aut cum exempto acino ex denſitate interuallum non compleri apparuerit:
acinum non augeri. Acino plurimum refert: ſi contingat creſcente luna uindemiare.
Preſſura una colleoſ.xx.implere debet. Hic eſt peſ iuſtuſ. Ad totidem culleoſ: &
lacuſ.XX.iugeribuſ unum ſufficit torculum. Premūtq; aliqui ſinguliſ. Vtiliuſ biniſ:
licet magna ſit uaſtitaſ ſinguliſ. Longitudo in iſ refert: non craſſitudo. Spatioſa
meliuſ premunt. Antiqui funibuſ:uittiſq; loreiſ ea detrahebant. & uectibuſ:intra.C.
Annoſ:inuenta gecanica:malirugiſ per cocleaſ bullantibuſ paliſ:affixa arbori ſtella:
a paliſ arcaſ lapidum attollente ſe cum arbore:quod maxime probatur. Intra.xxii.
hoſ annoſ inuentum: paruiſ preliſ:& minori torculari: edifitio breuiore: & malo in
medio decreto:tympana īpoſita uinaceiſ:ſuperne toto pondere urgere. & ſuper prela
conſtruere congeriem. Hoc & poma colligendi tempuſ: & obſeruatio: cum aliquod
maturitate: non tempeſtate deciderit. Hoc & feceſ exprimendi. Hoc & defrutum
coquendi. ſilente luna noctu. aut ſi interdiu: plena. Ceteriſ diebuſ: aut ante exortum
lune: aut poſt occaſum. Nec de nouella uite: aut paluſtri. Nec niſi e matura uua.
Nec niſi e foliiſ deſpumandum. Quia ſi ligno contingatur uaſ: aduſtum ac fumoſum
fieri putant. Iuſtum uindemie tempuſ ab equinoctio ad Vergiliarum occaſum: dieſ
xliiii. Ab eo die oraculum occurrit. frigidum picari pro nihilo ducentium. Sed iam
& kalend. Ianuarii:defectu uaſoꝝ:uindemianteſ uidi. piſciniſq; muſta condi. aut uina
effundi priora:ut dubia reciperentur. Hoc non tam ſepe prouentu nimio euenit: q̄m
ſegnitia inſidiantium caritati ciuili. Sed equi patrifamiliaſ moduſ eſt annone: cuiuſq;
anni utilitate. Id pereque lucroſiſſimum. Reliqua de uiniſ affatim dicta ſunt.

CAP.XLVII.De Lunari ratione.

Tem uindemia facta:oliuam eſſe rapiendā. Et que ad oleum pertinent:queq; a
Vergiliaꝝ occaſu agi debēt. Hiſ que ſunt neceſſaria:adiciēt de luna uētiſq; &
preſagiiſ:ut ſit tota ſyderaliſ ratio perfecta. Nanq; Virgiliuſ etiam in numeroſ lune
quedam digerenda putauit:Democriti ſequutuſ oſtentationē. Noſ legū utilitaſ:que in
toto opere:in hac quoq; mouet parte. Oīa que cedunt:carpūt:tondunt:innocētiuſ
decreſcente luna:q̄ creſcente:fiunt. Stercuſ niſi decreſcente luna:ne tangito. Maxīe
autē intermenſtrua dimidiaq; ſtercorato. Verreſ. iuuencoſ:arieteſ: hedoſ:decreſcente
luna caſtrato. Oua luna noua ſupponito. Scrobeſ luna plena noctu facito. Arborū
radiceſ luna plena operito. Humidiſ lociſ īterlunio ſerito. & circa īterlunium q̄triduo.
Ventilari quoq; frumenta: ac legumina: & condi circa extremam lunam iubent.
Seminaria cū luna ſupra terrā ſit:fieri. Calcari muſta cū luna ſub terra. Itē materieſ
cedi:queq; alia lociſ ſuiſ diximuſ. neq; facilior eſt obſeruatio: ac iā dicta a nobiſ ſecūdo

Seminaria cū Luna
sup̄ t̄raz sit fieri

uolumine: ſed quod intelligere uel ruſtici poſſint. Quotienſ ab occidente ſole cernitur: prioribuſq; noctiſ horiſ lucebit: creſcenſ erit. Et oculiſ dimidiata iudicabitur. Cum uero occidente ſole orieť ex aduerſo: ita ut pariter aſpiciantur: tunc erit pleniluniú. Quotiẽſ ab ortu ſoliſ orieť: p̃oribuſq; noctiſ horiſ detrahet lumen: & in diurnaſ extendet: decreſcenſ erit. Iterumq; dimidia. In coitu uero: quod interlunium uocant: cum apparere deſierit. Supra terraſ autem erit: q̃diu & ſol. Interlunio: & prima tota die ſecunda hora noctiſ: uno diſtante ſicilico. ac deinde tertia: uſq; ad quintamdecimam multiplicatiſ horarú iiſdem portiõibuſ. q̃ntadecima tota ſupra terraſ noctu erit. eadẽq; ſub terriſ tota die. xvi. ad p̃me hore nocturne diſtantẽ ſicilicú ſub terra aget. eaſdẽq; portioneſ horarum per ſingulos dieſ aducit: uſq; ad interluniú. & q̃ntum primiſ ꝑtibuſ noctiſ detraxerit: qđ ſub terriſ agat: tantúdem nouiſſimiſ ex die aducit ſup terram. Alterniſ autem menſibuſ. xxx. implebit numeroſ. Alterniſ uero detrahet ſinguloſ. hec erit ratio lunariſ.

Jnt'luniũ cũ apparere deſierit

CAP. XLVIII. De Ventoꝝ ratione.

Entorú paulo ſcrupuloſior obſeruatio. Soliſ ortu: quocúq; libeat die: ſtantibuſ hora diei ſexta: ſic: ut ortú eum a ſiniſtro humero habeant: contra mediá faciem meridieſ: a uertice ſeptẽtrio erit. q ita limeſ ꝑ agrú currit: cardo appellať. Circúagi deinde meliuſ eſt. ut umbrá ſuá quiſq; cernat: alioquin poſt hominẽ erit. Ergo ꝑmutatiſ lateribuſ: ut ortuſ illiuſ diei a dextro humero fiat: occaſuſ a ſiniſtro. túc erit hora ſexta: cú minima umbra cõtra mediú fiat hominẽ. Per huiuſ mediá longitudinem duci ſarculo ſulcú: uel cinere lineá: uerbi gratia: pedú. xx. cõueniet: mediáq; menſurá: hoc eſt in decĩo pede: circúſcribi circulo paruo: qui uoceť úbilicuſ. que parſ fuerit a uertice umbre: hec erit uentuſ ſeptẽtrionaliſ. Illo tibi putator arboꝝ plage ne ſpectẽt. ne uearbuſta: uineaue: niſi in Africa: Cyreniſ: Egypto. Illinc flante: ne arato. queq; alia p̃cepimuſ. Que parſ linee fuerit a pedibuſ umbre: meridiẽ ſpectáſ: hec uentú Auſtrum dabit: quẽ a Greciſ Notú dixiſuſ uocari. Illinc flatu ueniẽte: materiá uineáq; agricola ne tracteſ. Humiduſ: aut eſtuoſuſ Italie eſt. Africe quidẽ incẽdia cú ſerenitate affert. In húc Italie palmiteſ ſpectẽt: ſed non plage arboꝝ: uitiumue. Húc oliueti metator: Vergiliarum quatriduo. Hunc caueat inſitor calamiſ. Gemmiſq; inoculator. De ipſa regioniſ eiuſ ora p̃monuiſſe conueniet. Frondem medio die arborator ne cedito. Cum meridiem adeſſe ſentieſ: paſtor: eſtate contrahente ſe umbra: Pecudem a ſole in opaca cogito. Cum eſtate paſceſ: in occidentẽ ſpecta ante meridiẽ. poſt meridiẽ: in orientem. Aliter noxium: ſicut hyeme: & uere in rorulentum duceres. Ne contra ſeptentrionem paueriſ ſupradictú. Cludút ita. lippiuntue ab afflatu. & aluo cita pereút. Qui feminaſ concipi uoleſ: in hunc uentum ſpectanteſ: iniri cogito.

CAP. XLVIIII. De Limitatione Agrorum: & flatu uentorum atq; nominibuſ.

Iximuſ: ut in media linea deſignareť umbilicuſ. Per húc mediú tranſuerſa currat alia. Hec erit ab exortu equinoctiali: ad occaſú equinoctialẽ. Et limeſ. qui ita ſecabit agrú: decumanuſ uocabiť. Ducanť deĩde alie due linee. inde hiſ oblique. ita ut a ſeptentrioniſ dextera: leuaq; ad auſtri dextrá: ac leuá deſcendãt. Oẽſ per eundem currãt umbilicú. Omneſ inter ſe pareſ ſint. Omniú interualla paria. Que ratio ſemel in quoq; agro ineunda erit: uel ſepiuſ: ſi libeat: ita: uite ligno faciẽda: reguliſ paribuſ in tympanum exiguú: ſed circinatú adactiſ: ratione: qua doceo: occurrendú ingeniiſ quoq; imperitorum eſt. Meridiem excuti placet. quoniam ſemper eſt idem. Sol autem quottidie ex alio celi momento q̃ pridie oritur. Ne quiſ forte ad exortum capiendam

Premonitꝰ eſto alia robuſtis alia infantibꝰ prodeſſe

putet lineam. Ita celi exacta parte: quod fuerit linee caput ſeptentrioni proximum: a parte exortiua ſolſtitialẽ babebit exortũ: boc eſt longiſſimi diei: uentũq; Aquilonẽ: Boream a Grecis dictum. In bunc ponito arboreſ: uiteſq;. Sed boc flante ne arato. Frugem ne ſerito. Semen ne iacito. Preſtringit enim atq; percellit bic radiceſ arboꝝ quaſ poſiturus: affereſ. Premonitus eſto. alia robuſtis proſunt: alia infantibuſ. Nec ſum oblitus in bac parte uentũ a Grecis poni: quem Ceciam uocant. Sed idem Ariſtoteleſ uir immenſe ſubtilitatiſ: qui idipſum fecit: rationem conuexitatiſ mundi reddit. quia cõtrarius Aquilo Africo flat. Nec tamẽ eũ toto anno in p̄dictis timet agricola. Mollit ſydera eſtate media. mutatq; nomẽ. & Eteſiaſ uocatur. Ergo cum frigidum ſentieſ: caueto. Ac quacunq; Aquilo predicitur. Tanto pernicioſior Septentrio eſt. In bũc Aſie Grecie Hiſpanie. Maritime. Italie. Campanie. Apulie. arbuſta: uineeq; ſpectant. Qui mareſ concipi uoleſ: in bũc paſcito. ut ſic in eundẽ ineant. Ex aduerſo Aquilonis: ab occaſu brumali Africuſ. quem Greci Liba uocant. In bunc a coitu: cũ ſe pecuſ circũegerit: feminaſ conceptaſ eſſe ſcito. Tertia a ſeptentrione linea: quam per latitudinem umbre duximuſ: & Decumanã uocauimus: exortũ babebit equinoctialẽ: uentũq; Subſolanum a Grecis Apelioten dictum. In bũc ſalubribuſ locis uille: uineeq; ſpectẽt. Ipſe leniter pluuius: tamẽ eſt ſiccior Fauonio: ex aduerſo eius: ab eqnoctiali occaſu: Zephyrus a Grecis nominat̃. In bunc ſpectare olıueta Cato iuſſit. Hic uer incboat. aperitq; terraſ: tenui frigore ſaluber. Hic uiteſ putandi: frugeſq; curandi: Arboreſ ſerendi: poma inſerẽdi: oleaſ tractandi: ius dabit. afflatuq; nutricũ exercebit. Quarta a Septentriõe linea: eadẽ Auſtro ab exortiua ꝑte ꝓxima: brumalẽ babebit exortũ: uẽtumq; Vulturnum: Eurum a Grecis dictum: ſicciorẽ & ipſum: tepidiorẽq;. In bunc apiaria: & uinee italie galliarumq; ſpectare debent. Ex aduerſo Vulturni flabit Chorus: ab occaſu ſolſtitiali: & occidentali latere Septentrionis: a Grecis dictuſ Argeſteſ. ex frigidiſſimis & ipſe: ſicut omẽſ: q̄ a Septẽtriõis ꝑte ſpirãt. Hic & grãdineſ infert. cauẽduſ & ipſe: nõ ſecuſ: ac Septentrio, Vulturnus ſi a ſerena celi parte cepit flare: non durabit in noctem. At ubi Subſolanus in maiorem partem noctis extendit̃: qſquiſ erit uentuſ: ſi feruiduſ ſentet̃: pluribuſ diebuſ permanebit. Aquilonẽ p̄nuntiat terra ſicceſcẽſ. Sed roreſcenſ repente: Auſtrum immeſcet bumeſcenſ in rore occulto.

CAP. L. Pronoſtica teppeſtatum.

Tenim p̄dicta ratione uentoꝝ: ne ſepius eadẽ dicant̃: tranſire cõuenit ad reliq̃ tempeſtatũ preſagia. qm̄ & boc placuiſſe Virgilio magnopere uideo. Siquidem in ipſam meſſem ſepe concurrere prelia uentorum damnoſa imperitis refert. Tradunt enim eundem Democritũ: metẽte fratre eius Damaſo ardentiſſĩo eſtu: oraſſe ut reliquę segeti ꝑceret: raperetq; deſecta ſub tectũ: paucis mox boris ſeuo bymbre uaticinatiõe approbata. Quinimo & arundinem: non niſi impendente pluuia ſeri iubent. Et frugeſ inſecuturo bymbre. Quamobrem & bec breuiter contingemus: ſcrutati maxime pertinentia. Primumq; a ſole capiemuſ preſagia. Puruſ orienſ: atq; non feruenſ: ſerenum diem nuntiat. At bybernam palliduſ grandinem. Si & occidit pridie ſerenuſ: & orit̃: tanto certior fideſ ſerenitatiſ. Concauuſ orienſ: pluuiaſ predicit. Item uentoſ: cũ ante exorientẽ eum nubeſ rubeſcũt. Quod ſi & nigre rubentibuſ ĩteruenerint. & pluuiaſ. Cum orientis atq; occidentis radii rubent: coire pluuiaſ. Si circa occidentem rubeſcũt nubeſ: ſerenitatem future diei ſpondent. Si in exortu ſpargentur: partim ad Auſtrũ: partim ad Aquilonẽ: pura circa eũ ſerenitaſ ſit licet: pluuiã tamẽ uẽtoſq; ſignificabunt. Si in ortu: aut in occaſu contracti cernentur radii: bymbrem. Si in occaſu eius pluet: aut radii in ſe nubem trabent: aſperam in proximum diem ſignificabunt tempeſtatem.

Cum oriente radii non illuſtreſ eminebunt: q̃muiſ circundati nube non ſint: pluuiam portendent. Si ante exortum nubeſ globabuntur: hyemem aſperam denuntiabunt. Si ab exortu repellent̃: & ad occaſũ abibũt: ſerenitatem. Si nubeſ ſolẽ circũcludent. quanto minuſ luminiſ relinquent: tanto turbidior tẽpeſtaſ erit. Si uero etiam duplex orbiſ fuerit: eo atrocior. Quod ſi in exortu fiet: ita ut rubeſcant nubeſ: maxĩa oſtendet̃ tempeſtaſ. Si nõ abibunt: ſed incũbent: a quocũq; uento fuerint. eum portendẽt. Si a meredie: & hymbrem. Si orienſ cinget̃ orbe: ex qua parte iſ ſe aperit: expectet̃ uentuſ. Si totuſ defluxerit equaliter ſerenitatem dabit. Si in exortu longe radioſ per nubeſ porriget: & mediuſ erit inaniſ: pluuiã ſignificabit. Si ante ortũ radii ſe oſtendẽt aquam & uentum. Si circa occidentem candiduſ circuluſ erit notiſ: leuẽ tempeſtatem. Si nebula: uehementiorem. Si cadente ſole: uentum. Si ater circuluſ fuerit: ex qua regione iſ eruperit: uentum magnum. Proxima ſunt iure lune preſagia. Quartam eam maxime obſeruat Egyptuſ. Si ſplendẽſ exorta puro nitore fulſerit: ſerenitatem. Si rubicunda: uentoſ. Si nigra: pluuiaſ portendere creditur. In quinta cornua eiuſ obtuſa pluuiam. Erecta: & infeſta uentoſ ſemper ſignificant. Quarta tamen maxĩe. Cornu eiuſ ſeptentrionale acuminatum atq; rigidum: illum preſagit uentum. Inferiuſ: Auſtrum. Vtraq; recta: noctem uentoſam. Si quartum orbiſ rutiluſ cinget: uentoſ & hymbreſ premonebit. Apud Varronem ita eſt. Si quarto die luna erit directa: magnam tempeſtatẽ in mari preſagiet. niſi ſi coronam circa ſe habebit & eam ſincerã: quoniam illo modo non ante plenam lunam hyemandum oſtendit. Si plenilunio per dimidium pura erit: dieſ ſerenoſ ſignificabit. Si rutila: uentoſ. Nigreſcenſ: hymbreſ. Si caligo orbiſ nubem incluſerit: uentoſ qua ſe ruperint. Si gemini orbeſ cinxerint: maiorem tempeſtatem. Et magiſ ſi treſ erunt. aut nigri: aut interrupti: atq; diſtracti. Naſcenſ luna. ſi cornu ſuperiore obatro ſurget: pluuiaſ decreſcenſ dabit. Si inferiore: ante plenilunium. Si in media nigritia illa fuerit: hymbrem in plenilunio. Si plena circa ſe habebit orbem: ex qua parte iſ maxime ſplendebit: ex ea uentum oſtendet. Si in ortum cornua craſſiora fuerint: horridam tempeſtatem. Si ante quartam non apparuerit: uento Fauonio flante: hyemaliſ toto menſe erit. Si. xvi. uehementiuſ flammea apparuerit: aſperaſ tempeſtateſ preſagiet. Sunt & ipſiuſ lune octo articuli: quotienſ in anguloſ ſoliſ incidit: pleriſq; inter eoſ tantum obſeruantibuſ preſagia eiuſ. hoc eſt tertia. vii. xi. xv. xix. xxiii. xxvii. & interlunium. Tertio loco ſtellarum obſeruationem eſſe oportet. diſcurrere ee uidẽtur interdũ. uentiq; protinuſ ſequunt̃. in quarum parte ita preſagauere. Celum cum equaliter totum erit ſplendidũ articuliſ temporum quoſ propoſuimuſ: Autumnum ſerenum preſagabunt & frigidum. Si uer & eſtaſ non ſine riguo aliquo tranſierint: Autumnum ſerenum & denſum: minuſq; uentoſum facient. Autumni ſerenitaſ uentoſam hyemem facit. Cum repente ſtellarum fulgor obumbrat̃: uti neq; nubilo neq; caligine fluitãſ: graueſ denuntiant̃ tẽpeſtateſ. Si uolitare plureſ ſtelle uidebuntur: quo feruntur albeſcenteſ: uentoſ ex iiſ partibuſ nuntiant. Ac ſi circa pure ſtabunt: certoſ. Si id in partibuſ pluribuſ fiet: inconſtanteſ uentoſ effundent. Si ſtellarum errantium aliq̃m orbeſ incluſerint: hymbreſ. Sunt in ſigno Cancri due ſtelle parue aſelli appellate. exiguum inter illaſ ſpatium obtinẽte nubecula: q̃m preſepia appellant: hec cum celo ſereno apparere deſierit: atrox hyemſ ſequitur. Si alteram earũ Aquiloniam caligo abſtulerit: Auſter ſeuit. Si auſtrinam: Aquilo. Arquuſ cum ſunt dupliceſ: pluuiaſ nuntiant. A pluuiiſ ſerenitatem nõ perinde certam. Circuli noui circa ſydera aliqua: pluuiam. Cum eſtate uehementiuſ tonuerit: q̃ fulſerit: uentoſ ea parte denuntiat: econtra ſi minuſ tonuerit: hymbrem. Cum ſereno

Octo articuli Lune

celo fulget: pluuie erunt & tonitrua & hyemabit. Atrociſſime autem cum ex omnibuſ quattuor partibuſ celi fulgurabit. Cum ab Aquilone tantum: in poſterum diem aquā portendit. Cum a Septentrione: uentum. Cum ab Auſtro uel Choro aut Fauonio nocte ſerena fulgurauerit: uentum & hymbrem ex iiſdem regionibuſ demonſtrabit. Tonitrua matutina uentum ſignificant. Hymbrem meridiana. Nubeſ cum ſereno celo feruntur: a quacunq; parte id fiet: expectētur uenti. Si eodem loco globabunt̄: appropinquante ſole diſcutientur. Et hoc ſi ab Aquilone fiat: uentoſ. Si ab auſtro: hymbreſ portendent. Sole occidente ſi ex utraq; parte eiuſ celum petent: tempeſtatem ſignificabunt. Vehementiuſ atre: ab oriente in noctem aquam minant̄. Ab occidēte: in poſterum diem. Si nubeſ ut uellera lane ſpargentur multe ab oriente: aquam in triduum preſagient. Cum in cacuminibuſ montium nubeſ conſident: hyemabit. Si cacumina pura fient: diſſerenabit. Nube grauida candicante quod uocant tempeſtatē albam: grando imminebit. Celo q̄uiſ ſereno: nubecula q̄uiſ parua: uentum procelloſum dabit. Nebule e montibuſ deſcendenteſ: aut celo cadenteſ: uel in uallibuſ ſedenteſ: ſerenitatem promittunt. Ab hiſ. terreni igneſ proxime ſignificant. Palladi nanq; murmuranteſq;: tempeſtatum nuntii ſentiuntur. Pluuie etiam ſi in lucerniſ fungi. Si flexuoſe uolitet flamma: uentum. Et lumina cum pre ſe flammaſ elidunt: aut uix accenduntur: item cum in eo pendenteſ coaceruantur ſcintille: uel cū tollentibuſ ollaſ carbo adhereſcit: aut cum contentuſ igniſ e ſe fauillam diſcutit: ſcintillaue emittit: uel cum ciniſ in foco concreſcit: & cum carbo uehemēter perlucet. Eſt & aquarum ſignificatio Mare ſi in tranquillo portu a curſu ſtabit: & murmurauerit intra ſe: uentum predicit. Si idemtidem: hyemem & hymbrem. Littoriſ ripeq; ſi reſonabunt tranquilla: aſperam tempeſtatem. Item mariſ ipſiuſ tranquilluſ ſonituſ ſpumeue diſperſe aut aque bullanteſ. Pulmoneſ marini in pelago: plurium dierum hyemem portendunt. Sepe & ſilentio intumeſcit: flatuq; altiuſ ſolito: iam intra ſe eſſe uentoſ fatetur. Equidem & montium ſonituſ nemorumq; mugituſ predicunt. Et ſine aura que ſentiatur: folia ludentia. Lanugo populi aut ſpine uolitanſ. Aquiſq; pluma innatanſ. Atq; etiam in campiſ tempeſtatem uenturam precedenſ ſuuſ fragor: & celi quidem murmur non dubiam habet ſignificationem. Preſagiunt & animalia. Delphini tranquillo mari laſciuienteſ flatū ex qua ueniunt parte. Item ſpargenteſ aquā. Item turbanteſ trāquillitatē. Lolligo uolitanſ. Conche adhereſcēteſ. Echini affligenteſ ſeſe: aut harena ſaburrāteſ: tēpeſtatiſ ſigna ſūt. Rane quoq; ultra ſolitū uocaleſ. Et fulice matutino clangore. Itē mergi anateſq; pinnaſ roſtro purganteſ uentum. Cetereq; aquatice aueſ concurſanteſ. Grueſ in mediterranea feſtinanteſ. Mergi maria aut ſtagna fugienteſ. Grueſ ſilentio per ſublīe uolanteſ ſerenitatē. Sic noctua in hymbre garrula. at ſereno tempeſtatē. Coruiq; ſingultu quodā latrāteſ: ſeq; cōcutienteſ: ſi cōtinuabūt: uentoſ: ſi uero carptī uocem reſorbebūt: uentoſū hymbrē. Graculi ſero a pabuliſ recedēteſ: hyemē. Et albe aueſ cū cōgregabunt̄. Et cū terreſtreſ uolucreſ cōtra aq̄m clangoreſ dabūt. ꝑfundēteſ ſeſe. Sed maxīe cornix. Hirūdo tā iuxta aq̄m uolitanſ ut penna ſepe ꝑcutiat. Queq; in arboribuſ habitāt fugitāteſ in nidiſ ſuiſ. Et Anſereſ cōtinuo clangore intempeſtiui. Ardea in mediiſ areniſ triſtiſ. Nec mirꝫ aq̄ticaſ aut in totū uolucreſ p̄ſagia aeriſ ſētire. Pecora exultātia & indecora laſciuia ludētia eandem ſignificationem habēt. Et boueſ celū olfactanteſ: ſeq; lambēteſ cōtra pilū: Turpeſq; porci alienoſ ſibi manipuloſ foeni laceranteſ. Segniterq; & contra induſtriam ſuam formice abſcondite concurſanteſ aut progerenteſ oua. Item uermeſ terreni erūpenteſ. Trifolium quoq; inhoreſcere: & folia contra tēpeſtatē ſubrigere: certū eſt. Necnō & in cōuiuiſ mēſiſq; noſtriſ uaſa quibuſ

XVIIII

eſculentum addit̃: ſudorẽ repoſitoriiſ linquentia diraſ tempeſtateſ prenuntiant.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER DECIMVS OCTAVVS DE FRVGVM NATVRA ET STVDIO AGRI COLENDI FINIT. INCIPIT DECIMVS NONVS DE LINO: SPARTO: ET HORTENSIBVS FOELICITER.

CAP. I. Quanta Lini auctoritaſ.

s

Ydeꝝ quoq; tempeſtatũq; ratio uel imperitiſ facili atq; indubitato modo monſtrata eſt. Verũ qa intelligentibuſ non minuſ conferunt rura deprehendendo celo: q̃ ſyderaliſ ſciẽtia. Agro colẽdo proximã multi hortorum curam fecere: nobiſ non protinuſ tranſire ad iſta: tempeſtiuum uidetur. Miramurq; quoſdã ſcientie gratia eruditioniſ ſue gloriam ex hiſ petenteſ tam multa preteriſſe: nulla mentione habita tot rerum ſponte curaue prouenientiũ. preſertim cũ pleriſq; earũ precio uſuq; uite maior etiam q̃ frugibuſ perhibeat̃ autoritaſ. Atq; ut a cõfeſſiſ ordiamur utilitatibuſ queq; nõ ſolũ terraſ omneſ: uerum etiam maria repleuere: ſerit̃: ac dici neq; inter frugeſ neq; inter hortenſia poteſt linum. Sed in qua non occurrere uite parte? Quod ue miraculum maiuſ. herbam eſſe que admoueat Egyptum Italie? intantũ ut Galeriuſ a freto Sicilie Alexandriã ſeptima die peruenerit. Babilluſ ſexta: ambo prefecti. Eſtate uero proxima Valeriuſ Marianuſ ex Pretoriiſ Senatoribuſ a Puteoliſ nono die leniſſimo flatu. Herbã eſſe que Gadiſ herculiſ colũnaſ ſeptimo die oſtiam afferat. Et citeriorem Hiſpaniam quarto. Prouintiam Narbonenſem tertio. Africam altero: quod etiã molliſſimo flatu contigit. C. Flacco Legato Vibii Criſpi Proconſuliſ. Audax uita ſcelerum plena, aliquid ſeri: ut uentoſ procellaſq; recipiat. & parum eſſe fluctibuſ ſoliſ uehi. Iam uero nec uela ſatiſ eſſe maiora nauigiiſ: ſed q̃uiſ amplitudini antemnarum ſingule arboreſ ſufficiãt: ſuper eaſ tamen addi uelorum alia uela. Preterq; illa in proriſ & alia in pupibuſ pandi, ac tot modiſ prouocari mortem. Demq; tam paruo ſemine naſci: qđ orbem terrarum ultro citroq; portet: tam gracili auena tam non alte a terra tolli. neq; id uiribuſ ſuiſ necti: ſed paſſũ, tuſũq;. & in molliciem lane coactũ iniuria nature ac ſũma audacia: & quo peruenire uulla execratio ſufficit contra inuentorem dictũ ſuo loco a nobiſ. cui ſatiſ non fuit hominem in terra mori: niſi periret. & inſepultuſ. At noſ priore libro hymbreſ & flatuſ cauendoſ frugũ cauſa uictuſq; premonebamuſ. Ecce ſeritur hominiſ manu: metitur eiuſdem hominiſ ingenio quod uentoſ in mari optet. Preterea ut ſciamuſ fauiſſe penaſ: nihil gignitur faciliuſ. ut ſentiamuſ nolente id fieri natura: urit agrum: deterioremq; ipſum facit.

CAP. II. De Lini Satione & generibuſ eiuſ: & quomõ p̃ficiat̃.

De mappiſ: & Lino nõ ardente: & quãdo primũ in theatriſ uela.

Erit̃ ſabuloſiſ lociſ maxĩe: unoq; ſulco: nec magiſ feſtinat aliud. Vere ſatũ eſtate uellit̃. & hanc quoq; terre iniuriam facit. Ignoſcat tamen aliquiſ Egypto ſerenti ut Arabie Indieq; merceſ apportet. Itane & Gallie cenſent̃ hoc reditu? Mõteſq; mari oppoſitoſ eſſe non eſt ſatiſ. & a latere Oceani obſtare ipſũ qđ uocant inane. Cadurci. Caleti Ruteni. Bituriceſ. ultimiq; hominũ exiſtimati Morini. immo uero Gallie uniuerſe uela texunt. Iam quidem & Tranſrhenani hoſteſ. Nec pulchriorẽ aliã ueſtem eorũ femine nouere. Qua admonitione ſuccurrit: qđ. M. Varro tradit in Serranoꝝ familia gentilitium eſſe feminaſ linea ueſte non uti. In Germania autem defoſſi & ſub terra id opuſ agũt. Similiter in Italia ratione alia. Nã inter Padum Ticinũq; amneſ:

ſubiacẽt abiterna. In Europa lino palma ſecunda. In uicino enim Halioniſ capeſſũt retouina. Et in Emilia uia fauentina candore. Halioniſ ſemꝑ crudiſ fauentina preferuntur. Retouiniſ tenuitaſ ſumma. denſitaſq;. Candor eque ut fauentiniſ: ſed lanugo nulla. qđ apud alioſ gratiam: apud alioſ offenſionem habet. Neruoſitaſ filo equalior pene q̃ coroneiſ. tinnituſq; cum dente libeat experiri. Ideo duplex q̃ ceteriſ precium. Et Hiſpania citerior habet ſplendorẽ lini precipuum torrentiſ in quo polit̃ natura: qui aluit Terraconem. Et tenuitaſ mira ibi primum carbaſiſ repertiſ. Nam dudum ex eadem Hiſpanea Zoelicum uenit in Italiam plagiſ utiliſſimum. Ciuitaſ ea Gallatie & Oceano propinqua. Eſt ſua gloria & Cumano in Campania ad piſcium & alitum capturam. Eadem & plagiſ materia. Neq; enim minoreſ cunctiſ animalibuſ inſidiaſ q̃m nobiſmetipſiſ lino tendimuſ. Sed Cumane plage concidunt aproſ. & ſeta ceu ferri acie conuincunt. Vidimuſq; iam tante tenuitatiſ: ut anulum hominiſ cum Epidromibuſ tranſirent: uno portante multitudinem qua ſaltuſ cingerentur. Nec id maxime mirum. ſed ſingula earum ſtamina centeno quinquageno filo conſtare: ſicut paulo ante Iulio Lupo qui in Prefectura Egypti obiit. Mirentur hoc ignoranteſ in Egypti quondam Regiſ quem Amaſyn uocãt: thorace in Rhodioꝝ inſula oſtendi in templo Minerue. ccc. lxv. filiſ ſingula fila conſtare. Quod per ſe expertum nuper Rome prodidit Mutianuſ ter Conſul. paruaſq; iam reliquiaſ eiuſ ſupereſſe: hac experientium iniuria. Italia & Pelignis etiam num liniſ honorem habet: ſed fullonũ tantũ in uſu. Nullum eſt candidiuſ laneue ſimiliuſ: ſicut in culcitriſ precipuã gloriam Cadurci obtinent. Galliarum hoc ad tormenta pariter inuentum. Italie quidem moſ etiam nunc durat in appellatione ſtramenti. Egyptio lino minimũ firmitatiſ. plurimũ lucri. Quattuor ibi genera Tainicũ. ac Peluſiacũ. Buticũ. Tentiriticum. cũ regionũ nominibuſ in qbuſ naſcunt̃. Superior parſ Egypti in Arabia uergenſ gignit fruticem: quẽ aliqui Goſſipion uocant. Plureſ Xylon. & ideo lina inde facta Xylina. puuluſ eſt. ſimilemq; barbate nuciſ defert fructũ. cuiuſ in exteriore bombice lanugo netur. Nec ulla ſunt eiſ in condore molliciaue preferenda. Veſteſ inde ſacerdotibuſ Egypti gratiſſime. Quartum genuſ Orthominum appellant. Fit e paluſtri uelut arundine dũtaxat pannicula eiuſ. Aſia ex geniſta facit lina ad retia p̃cipua: in piſcãdo durãtia frutice madafacto. x. diebuſ. Ethiopeſ Indiq; e maliſ. Arabeſ cucurbitiſ in arboribuſ diximuſ de geniſtiſ. Apud noſ maturitaſ eiuſ duobuſ argumentiſ intelligit̃: incumeſcẽte ſemine: aut colore flaueſcente. Tunc euulſum. & in faſciculoſ manualeſ colligatum ſiccat̃ in ſole pendenſ: cõuerſiſ ſuperne radicibuſ: uno die. mox quinq; aliſ in cõtrariũ inter ſe uerſiſ faſcium cacuminibuſ ut ſemen in medium cadat. Inter medicamina huic uiſ. & in quodam ruſtico ac predulci Italie Tranſpadane cibo. Sed iam pridẽ ſacrorũ tantum gratia. Deinde poſt meſſem triticeam uirge ipſe merguntur in aquam ſolibuſ tepefactam. pondere aliquo depreſſe. nulli enim leuitaſ maior. Macerataſ indicio eſt membrana laxatior. iterumq; inuerſæ ut priuſ ſole ſiccantur. mox arefacte in ſaxo tunduntur ſtipario malleo. Quod proximum cortici fuit ſtupa appellatur: deterioriſ lini. Lucernarum fere luminibuſ aptior. Et ipſa tamen pectitur ferreiſ aeniſ donec omniſ membrana decorticetur. Medulle numeroſior diſtinctio. candore. mollitia. Linumq; nere & uiriſ decorum eſt. Corticeſ quoq; decuſſi clibaniſ & furniſ prebent uſum. Arſ depectendi digerendiq;. Iuſtum eſt e quinquageniſ faſcium libriſ: quinaſ denaſ carminari. Iterum deinde in filo politur illiſum crebro in ſilice ex aqua. tectũq; rurſuſ conditur clauiſ. ſemper iniuria meliuſ. Inuentum iam eſt etiam qđ ignibuſ non abſumeretur. Viuum id uocant: ardenteſq; in fociſ conuiuiorũ ex eo uidimuſ mappaſ ſordibuſ exuſtiſ ſplendeſcẽteſ igni magiſ: q̄ poſſent aquiſ. Regum inde funebreſ tunice corporiſ fauillam ab reliquo ſeparant cinere. Naſcitur in deſertiſ aduſtiſq; ſole Indie ubi non cadũt hymbreſ: inter diraſ ſerpẽteſ. aſueſcitq; uiuere ardendo. Raꝝ inuẽtu. difficile textu. ꝓpter breuitatem. Ruffuſ de cetero coloſ ſplendeſcit igni. Cũ inuentũ eſt: equat precia excellentium margaritarũ. Vocatur autem a Greciſ Aſueſtinum ex argumento nature. Anaxilauſ autor eſt: lintheo eo circumdatã arborẽ. ſurdiſ ictibuſ & q non exaudiantẽ: cedi. Ergo huic lino principatuſ in toto orbe: ꝓximuſ Byſſino: mulierũ maxı̃e deliciiſ circa Elin in Achaia genito. q̄ternis denariiſ ſtipula eiuſ permutata quondã ut auri. Repertaq; linteorum lanugo e uilliſ nauium maritimarum maxime in magno uſu medicine eſt. & ciniſ ſpondii uim habet. Eſt & inter papauera genuſ quoddam: quo candorem lintea precipuum trahunt. Temptatum eſt tingui linum quoq; & ueſtium inſaniã accipere: in Alexandri Magni primũ claſſibuſ Indo amne nauigãtiſ: cum Duceſ eiuſ ac Prefecti in certamine quodam uariaſſent ĩſignia nauiũ. Stupuerũtq; littora flatu uerſicoloria ſplendente. Velo purpureo ad Acciũ cũ M. Antonio Cleopatra uenit: eodemq; effugit. Hoc fuit Imperatorie nauiſ inſigne. Poſtea in theatriſ tantum umbram fecere: quod primuſ omnium inuenit. Q. Catuluſ cum Capitolium dedicaret. Carbaſina deinde uela primuſ in theatro duxiſſe traditur Lentuluſ Spinter Apollinaribuſ ludiſ. Mox Ceſar Dictator totum forum Romanũ intexit. uiamq; ſacram ab domo ſua ac cliuum uſq; in Capitolium: quod munere ipſo gladiatorio mirabiliuſ uiſum tradunt. Deinde & ſine ludiſ Marcelluſ. Octauia ſorore Auguſti genituſ in Edilitate ſua auunculo. xi. Conſule: kalend̃. Auguſtiueliſ forum inumbrauit: ut ſalubriuſ litiganteſ conſiſterent. Quantum mutatiſ moribuſ Catoniſ Cenſorii quin ſternendũ quoq; foꝝ muricibuſ cẽſuerat. Vela nuper colore celi ſtellata per rudenteſ terre etiam in amphitheatriſ Principiſ Neroniſ rubent in cauiſ edium. & muſcum ac ſolem defendunt. Cetero manſit candori pertinax gratia. Honor etiam & Troiano bello. Cur enim nõ & prelijſ interſit: ut nafragiiſ? Toracibuſ lineiſ: paucoſ tamen pugnaſſe teſtiſ eſt Homeruſ. Hinc fuiſſe & nauium armamenta apud eundem interpretati ſũt eruditioreſ: q̄m cũ ſparta dixit: ſignificauerit ſata.

CAP. III. De Sparti natura: & qñ primũ uſuſ eiuſ: & quomodo perficiat̃: & de iunco: & certo bulboꝝ genere.

Parti quidẽ uſuſ multa poſt ſecula ceptuſ eſt. Nec ante Penoꝝ arma que primũ Hiſpanie intulerũt. Herba & hec ſponte naſcẽſ: & que nõ queat ſeri. iuncuſq; proprie aridi ſole uni terre dato uitio. Nanq; id malum telluriſ eſt. nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt. In Africa exiguum & inutile gignitur. Carthagineñſiſ Hiſpanie citerioriſ portio. Nec hec tota: ſed quatinuſ parit monteſ quoq; ſparto operit. Hinc ſtrata ruſticiſ eorum. hinc igneſ faceſq; hinc calceamina & paſtorum ueſtiſ: animalibuſ noxium: preterq̃ cacuminum teneritate. Ad reliquoſ uſuſ laborioſe euellitur. Ocreatiſ cruribuſ: manibuſq; tectiſ manicis conuolutum oſſeiſ ligneiſue conamentiſ. Nunc iam in hyemem uix. facillime tamen ab Idibuſ Maiiſ in Iuniaſ. hoc maturitatiſ tempuſ Vulſum faſcibuſ in aceruo adunatũ biduo tertio reſolutũ: ſpargitur in ſole. ſiccatiq;. & rurſuſ in faſcibuſ redit ſub tecta. Poſtea macerat̃ aqua marina. optime. ſed & dulci ſi marina deſit: ſiccatumq; ſole iterum rigatur: ſi repente urgeat deſiderium. perfuſum calida in folio. ac ſiccatum ſtanſ compendium opere fatetur. Hoc autem tunditur: ut fiat utile precipue in aquiſ: mariq; inuictum. In ſicco preferunt e canabi funeſ. Et ſpartum alitur etiam dimerſum: ueluti naualium ſit impenſa. Eſt quidem eiuſ natura interpoliſ. Rurſuſq; q̃m libeat uetuſtum nouo miſcetur. Veruntamen complectetur

222

animo: qui uolet miraculum eſtimare: quanto ſit in uſu omnibuſ terriſ nauium armamentiſ. machiniſ edificationum. aliiſq; deſideriiſ uite. Ad hoſ omneſ uſuſ quæ ſufficiant minuſ. xxx. paſſuū in latitudinē. A littore Carthaginiſ noue: minuſq; in longitudine eſſe reperientur. Longiuſ enim uehi impendia prohibent. Iunco Grecoſ ad funeſ uſoſ nomini credamuſ: quo herbam eam appellant. Poſtea palmarum foliiſ Phyllyraq; manifeſtū eſt. & inde tranſlatū a Peniſ ſparti uſum perq̃ſimile eſt ueri. Theopraſtuſ autor eſt: eſſe bulbi genuſ circa ripaſ amniū naſcenſ. cuiuſ inter ſummū corticē: eamq; partē qua ueſcūtur: eſſe laneā naturā ex qua mapalia, ueſteſq; quōdam conficiebant̄. Sed neq; regionē in q̃ id fiat. neq; quicq̃ diligētiuſ. preterq̃ Eriophoron id appellari in exemplaribuſ: que equidem inuenerim: tradit. Neq; omnino ullā mentionē habet bulbi generum circa ripaſ amnium naſcentiſ. cuiuſ inter ſummum corticem eāq; partē qua ueſcūtur ſemper habet ſpartum. Cuncta cura magna perſequutuſ. cccc. xc. anniſ ante noſ: ut alio iam loco diximuſ, quo apparet poſt id temporiſ ſpatium in uſum ueniſſe ſpartum.

CAP. IIII. De Tuberibuſ. & Myſi: & Ceraunio.

T quoniam a miraculiſ rerum cepimuſ ſequemur eorum ordinem. in quibuſ uel maximum eſt: aliquid naſci aut uiuere ſine ulla radice. Tubera uocātur hec: undiq; terra circūdata: nulliſq; fibriſ nixa aut ſaltē capillamētiſ: nec utiq; extuberāte loco in quo gignunt̄: aut rimam agēte. Neq; ipſa terre coherent. Cortice etiā includuntur: ut plane nec terram eſſe poſſimuſ dicere: neq; aliud q̃m terre callum. Sicciſ hec fere & ſabuloſiſ lociſ. frutetoſiſq; naſcunt̄. Excedunt ſepe magnitudinem mali cotonei. etiam librali pondere. Duo eorum genera. harenoſa dentibuſ inimica: & altera ſincera. Diſtinguunt̄ & colore rufo nigroq;. & intuſ candido. Laudatiſſima que Africe creſcunt. An ne uitium id terre? Neq; enim aliud intelligi poteſt: malum ne id ea ꝓtinuſ globet̄ magnitudine qua futurū eſt? & uiuat ne: an nō? haud facile arbitror intelligi poſſe. Putreſcendi enim ratio cōmuniſ eſt iiſ cū ligno. Lartio Licinio p̄torio uiro iura reddente in Hiſpania Carthagine pauciſ hiſ anniſ ſcimuſ accidiſſe. mordenti tuber: ut deprehenſuſ intuſ denariuſ p̄moſ denteſ inflecteret. Quo manifeſtū erit. terre naturā in ſe globari. Quod certum eſt ex iiſ: que naſcuntur: & ſeri non poſſunt. Simile eſt quod in cyrenaica prouintia uocāt Myſi: precipuum ſuauitate: odore ac ſapore: ſed carnoſiuſ. Et qđ in Tracia Ceraunium. De tuberibuſ hec traduntur peculiariter: cū fuerint hymbreſ autumnaleſ ac tonitrua crebra: tūc naſci. & maxime e tonitribuſ. nec ultra annū durare: tenerrima autem uerno eſſe. Quibuſdam lociſ acceptantur riguiſ: & ſeruntur: ſicut Mitileniſ. Negant naſci niſi exundatione fluminum inuecto ſemine Aptiariſ. Eſt aūt iſ locuſ in quo plurima naſcuntur: Aſie nobiliſſima circa Lampſacū & Alopeconneſum. Grecie uero circa Elin.

Denarius ī tubere dep
hensus a Lartio Licinio

De tuberib; hec tradunt̄ pe.

CAP. V. De fungiſ qui pezicæ dicuntur.

Vnt & in fungorum genere a Greciſ dicti Pezice qui ſine radice aut pediculo naſcuntur.

CAP. VI. De Laſerpitio & Magudari: & Rubia & Radicula.

B hiſ proximū dicet̄ autoritate clariſſimū Laſerpitiū. qđ Greci Silphiō uocāt in Cyrenaica prouintia repertū: cuiuſ ſuccū uocant Laſer. magnificum in uſu medicamentiſq;: & ad ponduſ argentei denarii penſum. Multiſ iam anniſ in ea terra nō inuenit̄. q̃m publicani qui paſcua conducūt. maiuſ ita lucrū ſentienteſ depopulant̄ pecoꝝ pabulo: Vnuſ aūt cauliſ noſtra repertuſ memoria Neroni Principi miſſuſ eſt. Siqñ ĩcidit pecuſ in ſpē naſcētiſ: hoc deprehēdit̄ ſigno cū comederit: dormiēte ꝓtinuſ.

Capra & ſternutante. Diucq; iam non aliud ad noſ inuebitur: q̃m quod in Preſide aut Media & Armenia naſcitur Laſer: multo infra Cyrenaicum. Id quoq; adulteratum gummi. aut Sagapeno: aut faba fracta. Quo minuſ omittendum uidetur. C. Valerio M. Herennio Conſulibuſ Cyreniſ aduecta Romam publice laſerpitii pondo. xxx. Ceſarem uero Dictatorē initio belli ciuiliſ inter auꝝ argentūq; protuliſſe ex erario laſerpitii pondo. cxi. Id apud autoreſ Grecie euidentiſſimoſ inuenimuſ. Natū hymbre piceo repente madefacta tellure circa Heſperidū bortoſ Syrtinq; maiorē. vii. anniſ ante oppidum Cyrenarum: quod conditum eſt urbiſ noſtre anno. c. xliii. Vim autem illam per quattuor ſtadiorum ſpatium in Africa ualuiſſe. In ea Laſerpitium gigni ſolitum rem feram ac contumacem. & ſi coleretur: in deſerta fugientē. Radice multa craſſaq;. caule ferulaceo: haud ſimili craſſitudine. Huiuſ folia Maſpetum uocabant. apio maxime ſimilia. Semen erat foliaceum. Folium ipſum uero deciduum. Veſci pecora ſolita. Primoq; purgari. Mox pingueſcere: carne mirabilem in modum iucunda. Poſt folia amiſſa caule ipſo & hamineſ ueſcebant̄ decocto aſſo elixoq;. Eorum quoq; corpora. xl. primiſ diebuſ purgante a uitiiſ. Ex hiſ omnibuſ ſuccuſ duobuſ modiſ capiebatur: e radice atq; caule. & hec duo erant nomina Rhiziaſ atq; Cauliaſ. Vilior ille ac putreſcenſ radice. Cortex niger. & ad merciſ adulteria. Succum ipſum in uaſa coniectum admixto furfure ſubinde concutiendo ad maturitatem perducebant. Ni ita feciſſent: putreſcentem. Argumentū erat maturitatiſ. color: ſiccitaſq; ſudore finito. Alii tradunt Laſerpitii radicem fuiſſe maiorem cubitali: tuberq; in ea ſuper terram. Hoc inciſo ꝑfluere ſolitū ſuccū ceu lactiſ ſupnato caule. quē Magydarin uocarūt. Folia aurei coloriſ pro ſemine fuiſſe: cadentia a caniſ ortu: auſtro flante. Ex iiſ Laſerpitium naſci ſolitum annuo ſpatio & radice & caule conſumentibuſ ſeſe. Hoc & circūfodi ſolitum prodidere. Nec purgari pecora: ſed egra ſanari: aut protinuſ mori: quod in pauciſ accidere. Perſico Silphio prior opinio congruit. Alterum genuſ eſt quod Magydariſ uocatur teneriuſ & minuſ uehemēſ: ſine ſucco. Quod circa Syriam naſcitur: non prouenieſ in Cyrenaica regione. Gignitur & in Parnaſo mōte copioſū: quibuſdam laſerpitium uocātibuſ. perq; omnia adulteratur rei ſaluberrime utiliſſimeq; autoritaſ. Ratio ſinceri prima in colore modice ruffo: & cum frangit̄: candido intuſ: mox tranſlucente gutta aque ſaluiaq; liquiſcit. Vſuſ in multiſ medicaminibuſ. Sūt etiā num duo genera: non niſi ſordido nota uulgo: cum queſtu nullo polleant. In primiſ Rubiga tinguendiſ laniſ & coriiſ neceſſaria. Laudatiſſima Italica: & maxime ſuburbano & omneſ pene Prouintie ſcatēt ea. Sponte prouenit: ſeritq; ſimilitudīe Eruilie. Verum ſpinoſuſ ei cauliſ & geniculatuſ hic eſt qniſ circa articuloſ in orbe foliiſ. Semē eiuſ. Rubiga eſt. Quot in medicina uſuſ habeat: ſuo decimuſ loco. At que uocatur Radicula: lauandiſ demū laniſ ſuccū habet: mirū q̃ntū conferenſ candore: molliciaq;. Eque naſcit̄ ſatiua ubiq;: ſed ſponte precipua in Aſia Syriaq; ſaxoſiſ & aſperiſ lociſ. Tranſ Euphratem tamen laudatiſſima: caule ferulaceo tenui: & ipſiſ cibiſ indigenarū expetito. & ungenti ꝗcquid ſit: cū quo decoquat̄: folio olee. Strathion Greci uocāt: floret eſtate: grata aſpectu: uerum ſine odore: ſpinoſa: & caule lanuginoſo. Semen ei nullum: radix magna: que cōciditur ad quem dictū eſt uſū.

CAP. VII. De Hortoꝝ cura: & q̃nta olim eoꝝ gratia fuerit.

B hiſ ſupereſt reuerti ad hortorum curam: & ſuapte natura memorandā. Et qm̄ antiqtaſ nihil pͥuſ mirata eſt: q̃ & Heſperidū hortoſ: ac Regū Adoniſ & Alcinoi itemq; penſileſ: ſiue illoſ Semiramiſ: ſiue Aſſyrie rex Cyruſ fecerit: de quorum opere alio uolumine dicemuſ. Romani quidem regeſ ipſi coluere. Quippe etiam Superbuſ

Tarquiniuſ nuntiū illum ſeuū atq; ſanguinariū: filio remiſit ex horto. In .xii. tabuliſ legum noſtrarum: nuſq̄ nominatur uilla: ſemper in ſignificatione ea hortoſ. In horti uero heredium. Quam rem comitata eſt & religio quedam. hortoſq; & foroſ tantum contra inuidentium faſcinationeſ dicari uidemuſ. In remedio ſaturnica ſigna. quanq̄m hortoſ tutele Veneriſ adſignante Plauto. Iam quidem hortorum nomine in ipſa urbe delitiaſ: agroſ: uillaſq; poſſident. Primuſ hoc inſtituit Athaeniſ Epicuruſ hortorum magiſter. Vſq; ad eum moriſ non fuerat in oppidiſ haberi rura. Rome quidem per ſe hortuſ: ager pauperiſ erat. Ex horto plebei macellum. quanto innocentiore uictu. Mergi enim credo in profunda ſatiuſ eſt; & oſtrearum genera naufragio exquiri. Aueſ ultra Phaſidē amnē peti: & fabuloſo quidem terrore tutaſ: immo ſic precioſioreſ. Aliaſ in Numidia atq; Ethiopia in ſepulchriſ aucupari. aut pugnari cū feriſ mādereq; cupientem: quod mandat aliuſ. At hercule q̄m uilia hec: q̄m parata uoluptati ſatietatiq;: niſi eadē que ubiq; indignatio occurreret. Ferendum ſane fuerit. exquiſita naſci poma: alia ſapore: alia magnitudine: alia monſtro: pauperibuſ interdicta. Inueterari uina: ſucciſq; caſtrari. Nec cuiq̄ adeo longam eſſe uitam: ut nō ante ſe genita potet. E frugibuſ quoq; quoddā alimentū excogitaſſe luxuriam: ac medullā tantum earum. ſuperq; piſtrinarum operibuſ & ex celaturiſ: uiuere alioſ pane procerum: alioſ uulgi: tot generibuſ uſq; ad infimam plebem deſcendente anima. Etiam ne in herbiſ diſcrimē inuentum eſt? oluſq; differentiam facere in cibo: etiam uno aſſe uenali? Et in hiſ aliq̄ quoq; ſibi naſci Tribuſ negant: caule intantū ſignato: ut pauperiſ menſa non capiat. Silueſtreſ fecerat natura horridoſ: ut quiſq; demeteret paſſim. Ecce altileſ ſpectantur aſparagi. Et Rauenna terniſ libriſ rependit. Heu prodigia uentriſ: mirum eſſet non licere carduiſ pecori ueſci: non licet plebei. Aque quoq; ſeparantur. Et ipſa nature elementa ui pecunie diſcreta ſunt. Hi niueſ: illi glatiem potant. penaſq; montium in uoluptatem gule uertunt. Seruat̄ algor eſtibuſ. excogitat̄q; ut alieniſ menſibuſ nix algeat. Decoquunt aliaſ quaſ mox & illaſ hyemant. Nihil itaq; homini ſic quomodo rerum nature placet. Etiam ne herba aliqua diuitiſ tantum paſcitur? Nemo Sacroſ Auentinoſq; monteſ: & irate Plebiſ ſeceſſuſ circunſpexerit? motiſ enī certe eq̄bit: quoſ pecunia ſeperauerit. Itaq; hercule nullum macelli uectigal maiuſ fuit Rome clamore plebiſ incuſantiſ apud omneſ Principeſ: donec remiſſū eſt portoriū merciſ huiuſ. compertumq; non aliter queſtuoſiuſ cenſum haberi aut tutiuſ ac minore Fortune iure cum credatur penſio ea pauperum. Iſ in ſolo ſponſor eſt. & ſub die redditus. ſuperficieſq; celo quocunq; gaudenſ. Hortorum Cato predicat callenteſ. Hinc primum agricole eſtimabant priſci. & ſic ſtatim faciebant iudiciū: num que eſſet in domo materfamiliaſ: etenim hec cura femine dicebatur: ubi indiligenſ eſſet hortuſ qppe e carnario aut macello uiuendum eſt. Nec carneſ ut nunc maxime ꝓbabant. damnanteſ pulmentaria que egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere. Nam gari deſideria etiam erant in exprobratione. Horti maxīe placebant. quia nō egerent igni: parcerentq; ligno. expetita reſ & parata ſemper: unde & acetaria appellabantur. Facilia concoqui nec oneraturo ſenſum cibo. & que minime accenderent ad deſiderium paniſ. Parſ eorum ad condimenta pertinenſ. fatetur non domi uerſuram fieri ſolitā. Atq; nō Indicium piper queſitū. queq; tranſmaria petimuſ. Iā quoq; in feneſtriſ ſuiſ plebſ urbana in imagine hortorū quotidiana oculiſ rura prebebant: anteq̄ prefigi ꝓſpectuſ omniſ coegit multitudiniſ innumere ſeua latrocinatio. Quamobrē ſit aliq̄ſ & hiſ honoſ. neue autoritatē rebuſ uilitaſ adimat: cum preſertim etiam cognomina procerum inde nata uideamuſ. Lactucinoſq; in ualeria familia nō puduiſſe appellari. & contingat aliq̄ gratia operi:

Nihil itaq; hōi sic quo
reꝝ nē placet

cureq; noſtre: Virgilio quoq; cõfeſſo q̃ ſit difficile uerboꝝ honorē tā paruiſ ꝓhibere.

CAP. VIII. De Hortoꝝ ſitu: & proſciſſione & commendatione in eo naſcentium.

Ortoſ uille iungendoſ nõ eſt dubium. riguoſq; maxime habendoſ. ſi contingat: profluo amne. ſi minuſ: e puteo pertica organiſue pneumaticiſ tollendo: non hauſto rigando. Solum proſcindendum a fauonio: in autumnum preparandum eſt poſt. xiiii. dieſ. Iterandumq; ante brumam. octo iugerum operiſ palarii iuſtum eſt. Fimum treſ pedeſ alte cum terra miſceri. Areiſ diſtingui: eaſq; reſupiniſ puluinorum thoriſ ambiri ſinguliſ tramitum ſulciſ: qua detur acceſſuſ homini. ſcatebriſq; decurſuſ. In hortiſ naſcentium alia bulbo commendantur. Alia capite. Alia caule. Alia folio. Alia utroq;. Alia ſemīe. Alia cortice. Alia cute aut cartilagine. Alia carne. Alia tuniciſ carnoſiſ. Alioꝝ fructuſ in terra eſt. Alioꝝ & extra. Alioꝝ nõ niſi extra Quedā iacent: creſcūtq;: ut cucurbite. & cucumiſ. Eadē & pendēt: quāq̄ grauiora multo etiā iſ que in arboribuſ gignūt̃. Sed cucumiſ cartilagīe. Cortex huic uni maturitate trāſit in lignū. Terra condunt̃ raphani. napiq;: & rapa: atq; alio mō Inule. Siſer. Paſtinace. Quedā uocauimuſ ferulacea. ut anetū: maluaſ. Nanq; tradūt autoreſ in Arabia maluaſ ſeptīo menſe arboreſcere: baculoꝝ uſū p̄bere extēplo: ſed & arbor eſt malua in Mauritania Lixi oppidi eſtuario. ubi Heſperidum horti fuiſſe produnt̃. cc. paſſibuſ ab Oceano iuxta delubrum Herculiſ. antiquiuſ Gaditano ut ferunt: ipſa altitudiniſ pedeſ. xx. Craſſitudiniſ quā circūplecti nemo poſſit. In ſimili genere habebit̃ & Canabiſ. Necnõ & carnoſa aliqua appellabimuſ: ut ſpongiaſ in humore pratoꝝ enaſcenteſ. Fungorum enim callū in ligni arboꝝq; natura diximuſ. & alio genere tubeꝝ pauloante.

CAP. VIIII. De Cucumeribuſ & natura eoꝝ.

Artilaginei generiſ: extraq; terrā eſt cucumiſ: mira uoluptate Tyberio principi expetituſ. Nulli q̄ppe nõ die cõtigit ei penſileſ eoꝝ hortoſ: ꝓmouentibuſ in ſolē rotiſ olitoribuſ. Rurſuſq; hyberniſ diebuſ intra ſpeculariū munimēta reuocātibuſ. Quī & lacte mulſo ſemine eoꝝ biduo macerato. apud antiquoſ Grecie autoreſ ſcriptū eſt ſeri oportere: ut dultioreſ fiāt. Creſcūt q̄ cogunt̃ forma. In Italia uirideſ & q̄minimi. In prouinciiſ q̄maximi & citrini aut nigri. Placēt copioſiſſimi Africe ac grandiſſimi. Aſt cum magnitudine exceſſere: peponeſ uocantur. Viuunt hauſti in ſtomacho in poſterum diem. nec perfici queunt. In cibiſ non inſalubreſ. tamen plurimum natant. Oleum odere mire. Nec minuſ aquaſ diligunt. Deſecti quoq; ad eaſ modice diſtanteſ adrepunt. Contra oleum refugiunt. Aut ſi quid obſtet: uel ſi pendeant: curuantur. Idq; uel una nocte deprehenditur. Si uaſ cum aqua ſubiiciatur a quatuor digitoꝝ interuallo deſcendentibuſ ante poſterum diem. At ſi oleū eodem modo ſit in hamoſ curuatiſ. Iidem in fiſtula flore dimiſſo mira longitudine creſcunt. Eſt & cum maxime noua forma eorum in Campania prouenit mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum. mox ſemine ex illo genuſ factū. Melopeponaſ uocant. Non pendēt hi: ſed humi rotundantur. Mirū in hiſ preter figuram: coloremq; & odorem: ꝙ maturitatē adepti: quanq̄ non pendenteſ: ſtatim a pediculo recedunt. Columella tradit ſuum cõmentum: ut toto anno contingant. Fruticem rubi q̄ uaſtiſſimum in apricum locum tranſferre. & recidere duum digitorum relicta ſtirpe circa equinoctiū uernū. Ita in medulla rubi ſemine cucumeriſ inſito terra minuta fimoq; circumaggerataſ reſiſtere frigori radiceſ. Cucumerum Greci tria genera fecere. Laconicum: Scitalicum. Boeticum. Ex iiſ tantum Laconicum aqua gaudere. Sūt qui herba que uocatur culix nomine trita ſemen eoꝝ maceratū ſeri iubeant: ut ſine ſemine naſcantur.

Culix herba

CAP. X. De Cucurbita: & eiuſ natura: atq; uſu.

Imiliſ & cucurbitiſ natura duntaxat in naſcendo. Eque hyemem odere. Amant rigua ac fimū. Serunt̄ ambo ſemine in terra ſeſqpedali foſſura inter equinoctiū uernum & ſolſtitium. Parilibuſ tamen aptiſſime. Aliqui malunt ex Kalend̄. Martii cucurbitaſ. & noniſ cucumereſ & per quinquatroſ ſerere ſimili mō reputātibuſ flagelliſ ſcandenteſ per Arteſum aſpera in tectum uſq; natura ſublimitatiſ auida. Vireſ ſine adminiculo ſtandi non ſunt. uelocitaſ pernix. leui umbra cameraſ ac pergulaſ opperienteſ. Inde hec duo prima genera. Camerarium. Et Plebeium quod humi credit̄. In priore mire tenui pediculo libratur ponduſ immobile aure. Cucurbita quoq; omni mō faſtigatur. uaginiſ maxime utilibuſ. coniecta in eaſ poſtq̃m defloruit: creſcit qua cogit̄ forma. Plerumq; & draconiſ in torti figura. Libertate uero penſili cōceſſa: iam uiſa eſt nouem pedū lōgitudiniſ. Particulatim cucumiſ floret; ſibi ipſe ſuperfloreſcēſ. & ſiccioreſ locoſ patitur. candida lanugine obductuſ: magiſq; dum creſcit. Cucurbitaꝝ numeroſior uſuſ. Et primuſ cauliſ in cibo. Atq; ex eo in totum natura diuerſa. Nuper in balnearum uſum uenere urceorum uice. Iam pridem uero etiam cadorum ad uina condenda. Cortex uiridi tener. Deraditur nichilominuſ in cibiſ. Ciboſ ſalubreſ ac leueſ pluribuſ modiſ exiſtimāt: qui perfici humano uentre nō queant: ſed non intumeſcāt. Semina que proxima collo fuerint. proceraſ pariūt. Item ab imiſ: ſed nō compandaſ ſupradictiſ. Que in medio: rotundaſ. Que in lateribuſ: craſſaſ: breuioreſq;. Siccantur in umbra. Et cum libeat ſerere: in aqua macerantur. Cibiſ quo longioreſ tenuioreſq;: eo gratioreſ. Et ob id ſalubrioreſ: que pendendo creuere. minimumq; ſeminiſ taleſ habent. duritia eiuſ in cibiſ gratiam terminante. Eaſ que ſemini ſeruātur: ante hyemē precidi non eſt moſ. Poſtea fumo ſiccantur condendiſ hortenſiorum ſeminibuſ: ruſtice ſupellectili. Inuenta eſt ratio: qua cibiſ quoq; ſeruarentur. Eodemq; modo cucumiſ uſq; ad alioſ pene prouentuſ. Et id quidem in muria fit. Sed & ſcrobe opaco in loco arena ſubſtrato fenoq; ſicco operto. ac deinde terra. uirideſ ſeruari tradunt. Sunt & ſilueſtreſ in utroq; genere: & omnibuſ fere hortenſibuſ. Sed & hiſ medica tantū natura eſt. Quamobrem different̄ in ſua uolumina.

Ex uniſ duntaxat se
minē procere et
rotunde

CAP. XI. De Napiſ & eorum generibuſ & natura.

Eliqua cartilaginum nature terra occultant̄ omnia. In quibuſ de rapiſ abunde dixiſſe poteramuſ uideri: niſi medici maſculini ſexuſ facerēt in hiſ rotunda. Latiora uero & cōcaua: feminini. p̄ſtātiora ſuauitate & ad cōdiendū faciliora. Que ſepiuſ ſata tranſeūt in marē. Idē napoꝝ quinque genera fecere. Corinthiū. Cleoniū. Lyothaſiū. Boeticū. Et qd̄ ꝑ ſe uiride dixerūt. Ex iiſ in amplitudinē adoleſcit Corinthiū nuda fere radice: ſolū enī hoc genuſ ſuperne tendit. nō ut cetera in terram Lyothaſiū quidam Traciū appellant: frigoꝝ patientiſſimū. Ab eo Boeticū dulce eſt. rotunditate etiam breui notabile. Neq; ut Cleoneum prelongum in totum quidem. Quorum tenuiora folia: ipſi quoq; dulcioreſ. Quorū ſcabra & anguloſa & horrida: amarioreſ. Eſt preterea genuſ ſilueſtre. cuiuſ folia ſūt Eruce ſimilia. Palma Rome Amiterniniſ datur. Inde Marſiſ. Tertia noſtratibuſ. Cetera de ſatu eorum in rapiſ dicta ſunt.

CAP. XII. De Raphano & generibuſ ac ratione eiuſ.

Ortice & cartilagine conſtāt raphani. Multiſq; eoꝝ cortex craſſior etiam q̃m quibuſdā arboꝝ. Amaritudo plurima illi eſt. & pro craſſitudine corticiſ. Cetera quoq; aliquando lignoſa. Et uiſ mira colligendi ſpiritum: laxandiq; ructū. Ob id cibuſ illiberaliſ utiq; ſi ꝓxīe oluſ mandat̄. Si uero cū oliuiſ diruptiſ rarior ructuſ fit: minuſq; fetiduſ. Egypto mire celebrat̄: propter olei fertilitatem: quod de ſemine eiuſ faciunt.

Hoc maxíe cupiũt ſerere:ſi liceat. qm̃ & queſtuſ pluſ q̃ e frumẽto. & minuſ tributi ẽ. Nullũq; copioſiuſ oleũ. Genera rhaphani Greci fecere tria. folioꝝ differẽtia. Criſpi: atq; leniſ. & tertiũ ſilueſtre. atq; huic leuia qdẽ folia: ſed breuiora ac rotũda. copioſaq; ac fruticoſa. Sapor aũt aſper & medicamẽti inſtar ad eliciendaſ aluoſ. Et in prioribuſ tñ differẽtia ſeminiſ eſt: qm̃ aliq̃ maiuſ: aliq̃ admodũ exiguũ ferũt. Hec uitia nõ cadũt niſi in criſpa folia. Noſtri alia fecere genera. Algidẽſe a loco longũ atq; tranſlucidũ. Alteꝝ rapi figura: qđ uocãt ſyriacũ: ſuauiſſimũ fere ac tenerrimũ. hyemiſq; patienſ. Precipuũ tamẽ eſt: quod e Syria nõ pridem aduectũ apparet: quoniã apud autoreſ non reperitur. Id autem tota hyeme durat. Etiam num unũ ſilueſtrẽ Greci Cheriam uocant. Pontici: armon. Alii leucẽ. Noſtri Armoraciam fronde copioſiuſ q̃ corpore. In omnibuſ autem probandiſ maxime ſpectantur cauleſ. in initio enim rotundioreſ craſſioreſq; ac longiſ canalibuſ. Folia ipſa triſtiora: & anguliſ horrida. Seri uult rhaphanuſ terra ſoluta. humida. fimum odit: palea contentuſ. Frigore adeo gaudet: ut in Germania infãtium puerorum magnitudinem equet. Seritur poſt Iduſ Febr. ut uernuſ ſit. Iterum circa Vulcanalia: que ſatio melior. Multi & Martio & Aprili ſerunt & Septembri. Incipiente incremento cõfert alterna folia circũ obruere. Ipſoſ uero accumulare. Nam qui extra terram emerſerit: duruſ fit atq; fungoſuſ. Ariſtomachuſ detrahi folia per hyemẽ iubet. & ne lacune ſtagnẽt: accumulare. Ita in eſtate grandeſcere. Quidam ꝓdidere: ſi palo adacto cauerna palea inſternat̃ in ſex digitoꝝ altitudine: deinde ſemen fimumq; & terra cõgerat̃: ad magnitudinem ſcrobiſ creſcere. Precipue tñ ſalſiſ alunt̃. Itaq; etiã talibuſ aquiſ irrigant̃. Et ĩ Egypto nitro ſpergũt̃ ubi ſunt ſuauitate precipui. In totum quoq; ſalſugine amaritudo eorum eximitur. fiuntq; coctiſ ſimileſ. Nanq; & cocti dulceſcunt: & in napoꝝ uicem tranſeunt. Crudoſ medici ſuadent: ad colligenda acria uiſcerum: dandoſ cum ſale ieiuniſ eſſe: atq; ita uomitionibuſ preparant meatum. Tradunt & precordiiſ neceſſariũ hunc ſuccũ. quando phthiſin cordi intuſ inherentẽ nõ alio potuiſſe depelli cõpertũ ſit in Egypto regibuſ corpora mortuorum ad ſcrutandoſ morboſ inſecantibuſ. Atq; ut eſt Greca uanitaſ fert̃ in templo Apolliniſ Delphiſ adeo ceteriſ cibiſ p̄latuſ rhaphanuſ: ut ex auro ducerẽt rhaphanuſ. Beta ex argento. Rapũ e plumbo. Scireſ non ibi genitũ Marcum Curium Imperatorem: quem in hoſpitio Legatiſ aurũ repudiaturo afferẽtibuſ: rapũ torrentem in foco inuentũ: annaleſ noſtri prodidere. Scripſit & Morchion Grecuſ de rhaphano unum uolumen. Vtiliſſimi in cibiſ hyberno tempore exiſtimantur. Iidemq; dentibuſ ſemper inimici quoniam atterant. Ebora certe poliunt. Odium iiſ cum uite maximum. refugitq; iuxta ſatoſ.

In germania ultra
moduz creſcunt

Raphanus ex auro
Beta ex argẽto
Rapum ex plumbo
Addentiuz candorem

CAP. XIII. De Paſtinaca & eiuſ natura.

Ignoſiora ſunt reliqua in cartilaginũ genere a nobiſ poſita. Mirumq; omnibuſ uehementiã ſaporiſ ineſſe. Ex iiſ Paſtinace unũ genuſ agreſte ſponte prouenit. Staphylíoſ grece dicit̃. Alteꝝ ſerit̃ radice uel ſemíe pͥmo uere uel autũno. ut Hygino placet. Februario. Auguſto. Septẽbri. Octobri: ſolo q̃altiſſíe refoſſo. Annicula utiliſ eſſe incipit bima utilior. Gratior autũno patiniſq; maxíe. & ſic quoq; uiruſ ĩtractabile illi eſt.

CAP. XIIII. De Hibiſco.

Ibiſcum a Paſtinaca gracilitate diſtat. Damnatum in cibiſ: ſed medicine utile.

Eſt & quartũ genuſ in eadem ſimilitudine Paſtinace quã noſtri Gallicã uocãt. Greci uero Daucon. Cuiuſ genera etiam quattuor fecere: inter medica dicendum.

CAP. XV. De Siſere & Satione ac natura eiuſ.

Iſer & ipſū Tyberiuſ Princepſ nobilitauit: flagitanſ om̄ibuſ anniſ a Germania. Gelduba appellat᷑ caſtellū Rheno impoſitū: ubi generoſitaſ precipua: ex quo apparet frigidiſ lociſ conuenire. Ineſt longitudine neruuſ. qui in decoctiſ extrahit᷑: amaritudiniſ tamē magna parte relicta que mulſo in cibiſ temperata etiam in gratiam uertit᷑. Neruuſ iidem & Paſtinace maiori dūtaxat annicule. Siſer hyiſ ſerit᷑ mēſibuſ. Februario. Martio. Aprili. Auguſto. Septembri. Octobri.

CAP. XVI. De Inula & Satione ac natura eiuſ.

Reuior hiſ eſt ſed toroſior: amariorq; Inula per ſe ſtomacho inimiciſſīa. Eadem dulcibuſ mixtiſ ſaluberrima. Pluribuſ modiſ auſteritate uicta gratiam inuenit. Nāq; & in pollinē tundit᷑ arida. liquidoq; dulci tēperat᷑. & decocta poſtea aut adſeruata uel macerata pluribuſ modiſ: & tunc mixta defruto: aut ſubacta melle. uuiſue paſſiſ: aut pinguibuſ cariotiſ. Alio rurſuſ modo cotoneiſ maliſ: uel ſorbiſ: aut pruniſ. Aliquando pipere aut thymo uariata defectuſ precipue ſtomachi excitat. Illuſtrata maxime Iulie Auguſte cotidiano cibo. Superuacuum eiuſ ſemen: qm̄ oculiſ ex radice exciſiſ ut harundo ſerit᷑. Et hec aūt ſerit᷑ & Siſer & Paſtinaca utroq; tempore uere & autumno magniſ ſeminū īterualliſ. nullaue minuſ q̃ternoꝝ pedū qm̄ ſpatioſe fruticat. Siſer aūt tranſferre meliuſ.

CAP. XVII De Bulbiſ & Aro: & natura ac generibuſ eoꝝ.

Roxima hiſ eſt Bulboꝝ natura: quoſ Cato in primiſ ſerendoſ precipit. celebranſ Megaricoſ Verum nobiliſſima eſt Scylla. quanq̃ medicamini nata acetoq; exacuēdo. Nec ulli āplitudo maior: ſicut nec uiſ aſperior. Duo genera medice. Maſculuſ albiſ foliiſ. Femina nigriſ. Et tertium genuſ eſt cibiſ gratum. Epimenidium uocatur. anguſtiuſ folio: ac minuſ aſpero. Seminiſ plurimum omnibuſ. Celeriuſ tamē ꝑueniūt ſate bulbiſ circa latera natiſ. Et ut creſcant: folia que ſunt iiſ ampla: deflexa circa obruuntur. Ita ſuccum omnem in ſe trahunt capita. Sponte naſcuntur. copioſiſſime in Balearibuſ Ebuſoq; inſuliſ: ac ꝑ Hiſpaniaſ. Vnū de iiſ uolumē cōdidit Pythagoraſ philoſophuſ: colligenſ medicaſ uireſ: quaſ proximo reddemuſ libro. Reliqua bulborum genera differunt colore: magnitudine: ſuauitate. Quippe cum quidam crudi mandant᷑: ut in Cherronneſo Taurica. Poſt hoſ in Africa nati maxime laudantur. mox Apuli. Genera Greci hec fecere Bolbinon. Sitanion Gethyon: Acromomyon: Egylopſ: Iſyren. In hoc mirum: imaſ eiuſ radiceſ creſcere hyeme. Verno autem cum apparuerit uiola: minui ac contrahi: tum deinde bulbum pingueſcere. Eſt inter genera & quod in Egypto Aron uocant: Scylle proximum amplitudine. foliiſ Lapati: caule recto duum cubitorum baculi craſſitudine: radice molliorīſ nature: que edatur & cruda. Effodiuntur bulbi ante uer. Ac deterioreſ illico fiunt: ſi finduntur. Signum maturitatiſ: folia inareſcentia ab imo. Vetuſtioreſ improbant. Item paruoſ. & longoſ. Cōtra rubicundiſ rotundioribuſq; lauſ. & grandiſſimiſ. Amaritudo pleriſq; in uertice eſt. Media eorum dulcia. Bulboſ non naſci niſi ex ſemine: prioreſ tradiderunt. Sed & in Preneſtiniſ campiſ ſponte naſcunt᷑. ac ſine modo: etiam in Remoꝝ aruiſ.

CAP. XVIII. De Hortenſiū herbaꝝ radicibuſ: foliiſ: & coloribuſ.

Ortēſibuſ oībuſ fere ſingule radiceſ. ut Rhaphano: Bete: Apio: Malue. Ampliſſīa aūt Lapato. ut que deſcendat ad tria cubita. Silueſtri minoreſ: tumide. Effoſſa quoq; diu uiuit. Quibuſdam tamen capillate: ut Apio: Malue: Quibuſdam ſurculoſe: ut Ocimo. Aliiſ carnoſe: ut Bete. aut magiſ etiam num Croco. Aliquibuſ ex cortice & carne conſtant: ut Rhaphano & rapiſ. Quorundam geniculate ſunt: ut graminiſ. Que rectam non habēt radicem: ſtatim plurimiſ nitunt᷑ capillamentiſ. ut Atriplex: &

Blitum. Scylla autem & Bulbi & Cepe & Allium: non niſi in rectum radicantur. Sponte naſcentium quedam numeroſiora ſunt radice q̃m folio. ut Spalax perditium Crocum. Florent uero cum Fraxino. Serpillum. Ambrotonum. Napi. Rhaphani. Menta. Ruta. Et cetera quidem defloreſcunt cum cepere: Ocimum autem p̃ticulatim: & ab imo incipit. Qua decauſa diutiſſi͡e floret. Hoc & in Heliotropio herba euenit. Floſ aliiſ candiduſ: aliiſ luteuſ: aliiſ purpureuſ. Folia cadũt a cacuminibuſ Origana Inule. & aliquando Rute iniuria leſe. Maxime concaua ſunt Cepe. Getio. Allium Cepaſq; inter deoſ iureiurando habet Egyptuſ.

CAP. XVIIII. De Cepiſ: & Aſcaloniiſ: natura: colore: Satione: & generibuſ earum.

Epe genera apud Grecoſ: Sarda: Samothracia: Halſidena: Setania. Itẽ Scirta Aſcalonia: ab oppido Iudee nominata. Om̃ibuſ etiã odor lachrymoſuſ & p̃cipue Cipriiſ. Minime Gnidiſ. Om̃ibuſ corpuſ tutũ pĩguitudiniſ eaꝝ cartilagine. E cũctiſ Setania minima: excepta Thuſculana: ſed dulciſ. Scirta aũt & Aſcalonia condiuntur. Scirtã hyeme cũ coma ſua relinquũt. Vere folia detrahũt. Et alia ſubnaſcunt̃ iiſdẽ diuiſuriſ: unde & nomen. Hoc exemplo reliquiſ quoq; generibuſ detrahi iubent: ut in capita creſcant: potiuſ q̃ in ſemetipſa. Aſcaloniaꝝ ꝓpria natura. Etenim uelut ſterileſ ſũt ab radice. & ob id ſemine ſeri illaſ: nõ deponi: iuſſere Greci. Preterea ſeriuſ circa uer cum germinant: tranſferri. Ita craſſeſcere. Et tunc properare: preteriti temporiſ penſitatione. Feſtinandum autem in hiſ eſt: quoniam mature celeriter putreſcunt. Si deponantur: caulem amittũt. & ſemen. ipſeq; euaneſcunt. Eſt & coloꝝ differẽtia. Samo enim & Sardibuſ candidiſſime proueniunt. Sũt in honore & Cretice: de quibuſ dubitãt an eedem ſint: que aſcalonice: quoniã ſatiſ capita craſſeſcũt: depoſitiſ caulibuſ & ſemine. Diſtant ſapore tantum dulci. Apud noſ duo prima genera. Vnum Condimentarium: quod illi Getion: noſtri Pallacanam uocant. Seritur menſibuſ Martio. Aprili. Maio. Alterum capitatũ eque ab equinoctio Autumni uel Fauonio. Genera eiuſ auſteritatiſ ordine: Africana: Gallica: Thuſculana: Amiternina. Optima autem que rotundiſſima. Item ruffa acrior q̃ candida. ſicca q̃ uiridiſ. & cruda q̃ cocta. ſicca q̃m condita. Seritur Amiternina frigidiſ & humidiſ lociſ. Et ſola Allii modo: capite. Relique ſemine. Proximaq; eſtate nullum ſemen emittunt: ſed caput tantum: quod inareſcit. Sequenti autem anno permutata ratione ſemen gignitur. Caput ipſum corrumpitur. Ergo omnibuſ anniſ ſeparatim ſemẽ cepe cauſa ſeritur. Separatim cepe ſeminiſ. Seruantur autem optime in paleiſ. Getium pene ſine capite eſt. ceruiciſ tantũ longe. & ideo totum in fronde. ſepiuſq; reſecatur: ut porrum. Ideo & illud ſerunt: non deponunt. Cetero cepaſ ter foſſo ſolo ſeri iubent: extirpatiſ radicibuſ herbarum. In iugere denaſ libraſ. Intermiſceri ſatureiã quoniã meliuſ ꝓueniat. Runcari p̃terea. & ſarriri ſi nõ ſepiuſ: quater. Aſcaloniã menſe Februario ſerũt noſtri. Semen cepaꝝ nigreſcere incipienſ anteq̃ marceſcat: metunt.

In paleis optime seruant[ur]

Vt melius proueniat

CAP. XX. De Porriſ: & Satiane ac generibuſ eorum.

T de porro in hãc cognationẽ dici cõuenit. p̃ſertim cũ ſectiuo nuꝑ autoritatẽ dederit Prĩcepſ Nero: uociſ gratia ex oleo eſtatiſ menſiũ om̃ibuſ diebuſ. Nihilq; aliud: ac ne pane quidẽ ueſcẽdo. Serit̃ ſemine ab equinoctio Autũno ſi ſectiuũ facere libuerit: denſiuſ. In eadem area ſecat̃: donec deficiat. Stercorat̃q; ſemper. Si nutritur in capita: anteq̃ ſecetur: cũ increuerit: in aliam aream transferat̃: ſummiſ foliiſ leniter reciſiſ ante medullam & capitibuſ retractiſ: tuniciſue extremiſ. Antiqui ſilice uel tegula ſubiecta capita dilatabant. Hoc item de bulbiſ. Nunc ſarculo leuiter conuelluntur radiceſ. ut delumbate alant: neq; diſtrabant. Inſigne: ꝙ cum fimo letoq; ſolo gaudeat: rigua odit. & tamen proprietate quadam ſoli conſtat. laudatiſſimuſ in Egypto. mox orchie. atq; Aricie. Sectiui duo genera. Hoc herbaceũ folio inciſuriſ eiuſ euidẽtibuſ. quo utuntur medicamentarii. Alterum genuſ ſuauioriſ folii rotundioriſq;: inciſuriſ leuioribuſ. Fama eſt Melã equeſtriſ ordiniſ reũ ex procuratione a Tyberio Principe accerſitum in ſumma deſperatione ſucco porri ad trium denariorũ argenteorũ pódus hauſto: confeſtim expiraſſe ſine cruciatu. Ampliorem modum negãt noxium eſſe.

CAP. XXI. De Allio & natura: Satiõe: ac cõſeruatione eiuſ.

Llium ad multa ruriſ precipue medicamenta prodeſſe credit̃. Tenuiſſimiſ & que ſepantur: in uniuerſũ uelat̃ membraniſ: mox pluribuſ coagmentat̃ nucleiſ: & iiſ ſeperatim ueſtitiſ. Aſperi ſaporiſ. & quo plureſ nuclei fuere: hoc eſt aſperiuſ: Tedium huic quoq; halitu ut cepiſ. nullum tamen coctiſ. Generum differentia. in tempore. Precox matureſcit. lx. diebuſ. Tum in magnitudine. Vlpicum quoq; in hoc genere. greci appellauere Allium Cyprium. Alii aphroſcordon. Precipue Africe celebratum inter pulmentaria ruriſ grandiuſ. Allio trito in oleo & aceto mirum q̃ntum increſcat ſpuma. Quidam & allium Vlpicũ in plano ſeri uetant. caſtellatimq; grumuliſ imponi diſtantibuſ inter ſe pedeſ ternoſ. Inter grana quattuor digiti intereſſe debent. ſimul atq; tria folia eruperint: ſarriri.. Grandeſcunt quo ſepiuſ ſarriuntur. Matureſcentiũ cauleſ depreſſi in terram obruunt̃. Ita cauetur: ne in frondem luxurient. In frigidiſ utiliuſ uere ſeri: q̃ autumno. Ceterum ut odore careant omnia hec iubentur ſeri: cum luna ſub terra ſit. Colligi cum in coitu. Sine iiſ Menander e Greciſ autor eſt Allium edentibuſ ſi radicem Bete in pruna toſtam ſuperederint: odorem extingui. Sunt qui & Allium & Vlpicum inter Compitalia ac Saturnalia ſeri aptiſſime putent. Allium & ſemine prouenit: ſed tarde. Primo enim anno porri craſſicudine capite efficitur. Sequenti diuiditur. Tertio conſumatur. Pulchriuſq; exiſtimatur tale. A quibuſdam in ſemẽ exire uetatur: ſed intorqueri cauliſ ſationiſ gratia ut caput ualidiuſ fiat. Quod ſi diutiuſ allium cepeq; inueterari libeat: aqua ſalſa tepida capita intinguenda ſunt: ita diuturniora fient: melioraq; uſui. Sed in ſatu ſterilia. Alii contẽti ſũt p̃mo ſuꝑ prunaſ ſuſpendiſſe: abundeq; ita profici arbitrantur: ne germinent quod facere alliũ cepamq; extra terram quoq; certum eſt. & cauliculo acto euaneſcere. Aliqui & Allium palea optime ſeruari putant. Allium eſt & in aruiſ ſponte naſcenſ. Alum hoc uocant: quod aduerſuſ improbitatẽ alitũ depaſcentiũ ſemina: coctũ: ne renaſci poſſit: abiicit̃: ſtatiq; que deuorauere aueſ: ſtupenteſ: manu capiũtur. & ſi paulum commorauere reſopite. Eſt & ſilueſtre & quod Vrſinũ uocant: odore molli: capite ꝑtenui: foliiſ grandibuſ.

Vt odore careant

Radix bete idẽ opat⁷

Vt sint diuturniora

In palea hoc q3 ſuari ñ
nulli putant.

CAP. XXII. Quoto die queq; herbe naſcant̃. & quomodo firment̃ ac digerant̃: & quoꝝ ſingula genera ſũt & quoꝝ plura.

N horto ſatorum celerrime naſcuntur Ocimum: Blitum: Napuſ: Eruca. Tertio enim die erumpunt. Anetum quarto. Lactuca quinto. Rhaphanuſ ſexto. Cucumiſ & cucurbite ſeptimo: prior cucumiſ. Naſturtium ac Sinapi quinto. Beta eſtate ſexto. Hyeme decimo. Atriplex octauo. Cepe. xix. aut. xx. Getium decimo aut. xii. Contumatiuſ Coriandrum. Cunila quidem & Origanum poſt. xxx. diem. Omniũ difficillime Apiũ. xl. enim die cum celerrime maiore ex parte emergit. Aliq̃d & ſeminum etaſ confert. quoniam recentiora maturiuſ gignuntur. In Porro. Getio. Cucumere. Cucurbita. Ex uetere autem celeriuſ proueniunt. Apiũ. Beta. Cardamũ. Cunila. Origanum. Coriandrum. Mirum in Bete ſemine. non enim tota eodem anno gignitur. Sed aliquid ſequente: aliquid tertio. Itaq; ex copia ſeminiſ modice naſcitur.

Quedam anno tantum ſuo pariunt. Quedam ſepiuſ: ſicut Apium Porrum Getium. Hec enim ſemel ſata pluribuſ anniſ reſtibili fertilitate proueniunt. Semina plurimiſ rotunda. Aliquibuſ oblonga. Pauciſ foliacea. & lata. ut Atriplici. Quibuſdã anguſta & canaliculata ut Cumino. Differunt & colore: nigro candidoq; Item duricie. Surculacea in folliculo ſunt Rhaphano. Sinapi. Rapo. Nudũ ſemẽ Apii Coriãdri. Aneti. Feniculi. Cumini. Cortice obducta Bliti. Bete. Atriplicis. Ocimi. At lactuciſ in lanugine. Nihil Ocimo fecundiuſ. Cum maledictiſ ac probriſ ſerendum pcipiunt: letiuſ proueniet. Satum etiam paſcitur terra adacta Cuminũ: & qui ſerunt precant: ne exeat. Que in cortice ſunt: difficillime matureſcunt: maximeq; Ocimum. & Gyt. Siccantur omnia ac ſunt fecundia. Vtiq; meliora naſcuntur aceruatim ſato ſemine: q̃ ſparſo: ita certe Porrum & Allium ſerunt in laciniſ colligatum. Apium etiam paxillo cauerna facta ac fimo ingeſto. Naſcuntur autem omnia aut ſemine: aut auulſione. Quedã ſemine & ſurculo ut Ruta. Origanũ. Ocimũ precidunt enim. & hoc cũ puenit ad palme altitudinem. Quedam & radice & ſemine: ut Cepa Allium. Bulbi: & ſi quorũ radicem minimi florum relinquũt. Eorum uero que a radice naſcunt: radix diuturna: & fruticoſa eſt: ut bulbi. Getii. Scylle. Fruticant alia & nõ capite ut Apiũ. & Beta. Caule reciſo fere quidem omnia regerminãt: exceptiſ que nõ ſcabrũ caulem habent. Eſt in uſu uero Ocimum. Rhaphanuſ. Lactuca. Hanc etiam ſuauiorem putant a regerminatione. Rhaphanuſ utiq; iucundior detractiſ foliiſ anteq̃m decauleſcat. Hoc & in Rapiſ. Nam & eadem direptiſ foliiſ cooperta terra creſcunt durantq; in eſtate. Singula genera ſunt Ocimo. Lapato. Blito. Naſturtio. Eruce. Atriplici. Coriandro. Aneto. Hec enim ubiq; eadem ſunt. Neq; aliud alio meliuſ uſq̃. Rutam furtiuã tm̃ prouenire fertiliuſ putant. Sicut apeſ furtiuaſ peſſime. Naſcuntur etiam non ſata. Mentaſtrum. Nepeta. Intubum. Pulegium.

Rutã furtiua fertiliõ

CAP. XXIII. De Helioſelino: Hippoſelino: & Oreoſelino: & de differentia ſatiuorum.

Ontra plura genera ſunt eorũ: que diximuſ: dicemuſq; in primiſ de Apio. Id enim qđ ſponte in humidiſ naſcit: Helioſelinũ uocat uno folio: nec hirſutũ. Rurſuſ in ſicciſ Hipposelinũ. pluribuſ foliiſ ſimile Helioſelio. Tertiũ ẽ Oreoſelinũ cicute foliiſ: radice tenui: ſemine Aneti: minutiore tamen. Eſt aũt ſatiuiſ differentia in folio denſo criſpo aut rariore & leuiore. Itẽ caule tenuiore ac craſſiore. Et cauliſ aliorꝫ cãdiduſ ẽ. Aliorũ purpureuſ. Aliorũ uariuſ.

CAP. XXIIII. De Luctuciſ & natura generibuſ & ſatione earꝫ.

Actuce Greci tria fecere genera: unũ lati cauliſ. adeo ut urceola & olitoria ex iiſ factitari pdiderint. Foliũ hiſ paulo maiuſ herbaceo & anguſtiſſimũ. ut alibi conſũpto incremento. Alterꝫ rotundi cauliſ. Tertiũ Seſſile: qđ Laconion uocant. alii coloriſ & tẽporiſ ſatuſ genera diſcreuere. Eſſe enim nigraſ. quarꝫ ſemen mẽſe Ianuario ſerat. Albaſ: quarꝫ Martio. Rubenteſ: quarꝫ Aprili. At omniũ earꝫ plantaſ poſt binoſ menſeſ differri. Diligentioreſ plura genera faciũt. Purpureaſ. Criſpaſ. Cappadocaſ. Grecaſ: longiora hiſ folia: cauliſq; lati. Preterea lõgi & ãguſti itubiſ ſimileſ. Peſſimũ aũt genuſ cũ exprobratiõe amaritudiniſ appellauere picrida. Eſt etiã num alia diſtinctio atre que Micõiſ uocat a copia lactiſ ſoporiferi quãq̃ omẽſ ſomnũ parere credãt. Apud antiquoſ Italie hoc ſolũ genuſ earꝫ fuit: & ideo lactuce nomẽ adepte. Purpureã maxime radiciſ: Ceciliã uocant. Rotundã uero ac minime radiciſ: latiſ foliiſ Artylida. Quidamq; Eunuchion quoniam hec maxime refragetur ueneri. Eſt quidem natura omnibuſ refrigeratrix: & ideo eſtate grate a ſtomacho faſtidium auferunt. cibiq;

Ianuario nigrã
Martio Lact. 5. albaꝫ
Aprili rubẽs

[illegible]

appetentiam faciunt. Diuuſ certe Auguſtuſ lactuca conſeruatuſ in egritudine fertur prudentia Muſe medici cum prior eſſet eſca e melle. Religio minime omine caret. intantũ recepta cõmendatiõe: ut ſeruari etiam in alienoſ menſeſ eaſ oximelite reptũ ſit. Sanguinem quoq; augere credunt̃. Eſt etiam num que uocatur caprina lactuca: de qua dicemuſ inter medicaſ. Et hæc cum maxime cepit irrepere ſatiuiſ admodum probata. que Cilicia uocatur: folio capadocie niſi criſpum latiuſq; eſſet. Neq; ex eodẽ genere poſſunt dici: neq; ex alio Intubi hyemiſ impatientioreſ. uiruſq; preferenteſ: ſed caule non minuſ grati. Seruntur uerno plante eorum. ultimo uere tranſferuntur. Eſt & erraticum Intubum. quod in Egypto Cichorium uocant: de quo plura aliaſ. Inuentum omneſ thyrſoſ uel folia Lactucarum porrogare urceiſ conditoſ ac recẽteſ in patiniſ coquere. Seruntur Lactuce anno toto letiſ & irriguiſ ſtercoratiſq; biniſ menſibuſ inter ſemen plantamq; & maturitatem. Legittimum tamen a bruma ſemen iacere. Plantam in fauonio tranſferre. Aut ſemen fauonio; plantam equinoctio uerno. Albe maxime hyemẽ tolerant. Humore omnia hortenſia gaudẽt & ſtercore: precipue Lactuce: & magiſ Intubi. Seri etiam radiceſ illitaſ fimo intereſt: & repleri ablaqueataſ humo. Quidam & aliter amplitudinem augent: reciſiſ cum ad ſemipedem excreuerint: fimoq; ſuillo recenti illitiſ. Candorẽ uero putant contingere iiſ dũtaxat: que ſunt ſeminiſ albi: ſi arena de littore a primo incremento congerat̃ in mediaſ atq; increſcentia folia contra ipſaſ religent̃.

CAP. XXV. De Beta: & generibuſ: uſu: natura: & Satione eiuſ.

Eta hortenſiorũ leuiſſima eſt. Eiuſ quoq; a colore duo genera Greci faciunt: Nigrã & candidã quã p̃ferunt: parciſſimi ſeminiſ: appellantq; Seuclũ. candoriſ ſane diſcrimĩe p̃ferenteſ ut Lactucã. Noſtri Bete genera faciũt Vernũ & Autũnale a tẽporibuſ ſatiuiſ: quãq̃ & Iunio ſerat̃. Tranſferũt̃ aũt in planta he quoq;. & oblini fimo radiceſ ſuaſ: locũq; ſimiliter madidũ amãt. Vſuſ iiſ & cũ lente ac faba: idemq; qui oleriſ: & p̃cipuuſ: ut lenitaſ excitet̃ acrimonia Sinapiſ. Medici innocẽtiorẽ q̃ oluſ eſſe iudicauere. Quãobrẽ adpoſitaſ a nemine deguſtari etiã religio eſt: utq; ualidiſ potiuſ in cibo ſint. Gemina iiſ natura & oleriſ & capite ipſo exilientiſ. Bulbi ſpecie ſũma in latitudine: ea cõtingit ut in Lactuciſ cũ ceperint colorẽ trahere ĩpoſito leui pondere. neq; alii hortenſiorum latitudo maior. In binoſ pedeſ aliquando ſe pandunt multum & ſoli natura conferente eiſ. Et in Circelenſi agro ampliſſime proueniunt. Sunt qui Betaſ punico malo florente optime ſeri exiſtimẽt. tranſferri autem cum quinq; foliorũ eſſe ceperint. Mira differẽtia: ſi uera eſt: cãdidiſ ſolui aluoſ. modice nigriſ inhiberi. Et cum Braſſica corrumpatur in dolio uini ſapor: odore Bete foliiſ demerſiſ reſtitui. Oluſ cauleſq; ꝗbuſ nũc principatuſ hortoꝝ: apud Grecoſ in honore fuiſſe: nõ reperio.

CAP. XXVI. De Braſſica: & generibuſ: Satiõe: & cultu eiuſ: & Cauli.

Ed Cato Braſſice miraſ canit laudeſ: q̃ſ in medendi loco reddemuſ. Genera eiuſ facit tria. Vnã extentiſ foliiſ. caule magno. Alteram criſpo folio quã Apianam uocat. Tertiam minutiſ caulibuſ lenem teneram minimeq; probat. Braſſica toto anno ſeritur. quoniã & toto ſecatur. Vtiliſſime tamen ab equinoctio Autumni. Tranſfert̃ cum quinq; folioꝝ eſt. Cimaſ a prima ſectione preſtat. proximo uere. Hic eſt quidam ipſoꝝ cauliũ delicatior teneriorq; cauliculuſ Apitii luxuria. Et per eum Druſo Ceſari faſtiditus non ſine caſtigatione Tyberii patriſ. Poſt Cimam ex eadem Braſſica contingunt eſtiui autumnaleſq; Cauliculi. Mox hyberni. Iterumq; Cime. nullo eque genere multifero: donec ſua fertilitate conſumatur. Tertia circa ſolſtitium: ex qua ſi humidior locuſ eſt: eſtate. Si ſiccior: Autũno plantatur. Humor fimuſq; ſi defuere:

maior ſaporiſ gratia eſt. Si abundauere: letior fertilitaſ. Fimum aſininum maxime conuenit. Eſt hec quoq; reſ inter opera Ganee. Quapropter non pigebit uerboſiuſ perſequi. Precipuuſ fit cauliſ ſapore ac magnitudine. Primū omniū ſi in re paſtinato ſeraſ. dein ſi terram fugienteſ cauliculoſ ſeceſ a terraq; proceritate luxurioſa attollēteſ ſe exagerando aliam accumuleſ ita ne pluſ q̄ cacumen emineat. Tritianum hoc genuſ uocatur: biſ computabili impendio. tedioq;. Cetera genera complura ſunt. Cumanum. Seſſile. folio capite patulum. Aricinum altitudine non excelſiuſ. folio numeroſiuſ q̄ tenuiuſ. hoc utiliſſimum exiſtimatur: quia ſub omnibuſ pene foliiſ fruticat cauliculiſ peculiaribuſ. Pompeianū ꝓceriuſ caule ab radice tenui intra folia craſſeſcit. rariora hec: anguſtioraq; ſed teneritaſ in dote fit. Frigora non tollerat. Quibuſ etiam alunt̄ Brittiani pregrandeſ foliiſ. caule tenueſ: ſapore acuti. Sabellico uſq; in ammirationem criſpa ſunt folia. quorum craſſitudo caulem ipſum extenuat: ſed dulciſſimi perhibent̄ ex omnibuſ. Nuper ſubiere Lacuturreſ ex conualle Aricina ubi quondam fuit lacuſ turriſq; que remanet: capite pregrandeſ. folio innumeri. Alii in orbem porrecti. Alii in latitudinem toroſi. Nec pluſ ulliſ capitiſ poſt Tricianū: cui pedale aliq̄n conſpicit̄. Et cima nulliſ ſerior. Cuicunq; autem generi pruine plurimum ſuauitatiſ conferunt. Et niſi obliquo uulnere defendatur medulla: plurimum nocent. Semini deſtinati non ſecantur. Eſt etiam ſua gratia nonnunq̄m plante habitu excellentibuſ. Halmyridia uocant. quoniam niſi in maritimiſ non proueniunt. Nauigatione quoq; longinqua uiridibuſ aſſeruatiſ. Statim deſecti: ita ne humum attingant. in cadoſ olei quanq̄m proxime ſiccatoſ obturatoſq; conduntur: omni ſpiritu excluſo. Sunt qui plantam in tranſferēdo alga ſubdita pediculo nitroue trito: quod tribuſ digitiſ capiat̄: celerioreſ ad maturitatem fieri putent. Sunt qui ſemen trifolii nitrumq; ſimul tritum aſpergant foliiſ. Nitrum etiam in coquēdo uiriditatem cuſtodit. Aut Apitiana coctura oleo ac ſale priuſ q̄ coquantur: maceratiſ.

CAP.XXVII. De Genere inſerendarū herbarū.

St inter herbaſ genuſ inſerēdi p̄ciſiſ germinibuſ cauliſ: & in medullā ſemine ex aliiſ addito. Hoc & in cucumere ſilueſtri. Necnō Oluſ quoq; ſilueſtre eſt trium folioꝝ Diui Iulii carminibuſ p̄cipue iociſ militaribuſ celebratū. Alterniſ q̄ppe uerſibuſ exprobrauere Lapſana ſe uixiſſe apud Dyrrachium premioꝝ ꝑſimoniam cauillanteſ. Eſt aūt id Cima ſilueſtriſ.

CAP.XXVIII. De Aſparago & Corruda: natura & cultu eiuſ.

Mniū hortenſioꝝ laudatiſſīa cura Aſparagiſ. De origīe eoꝝ in ſilueſtribuſ curiſ abūde dictū: & quomodo eoſ iuberet Cato in arundinetiſ ſeri. Eſt & aliud genuſ incultiuſ: Aſparago mitiuſ Corruda: paſſim etiam in montibuſ naſcenſ: refertiſ ſup̄ioriſ Germanie campiſ. nō inſcito Tyberii Ceſariſ dicto: herbā ibi quandā naſci ſimillimā Aſparago. Nam quod in Heſide Campanie inſula ſponte naſcitur: longe optimum exiſtimat̄ hortenſium. Serit̄ ſpongiſ. Eſt enim plurime radiciſ: altiſſimeq; germinat. Viret thyrſo primum emicante. Qui caulem educenſ tempore ipſo quo faſtigatuſ eſt in toroſ ſtringit̄. Poteſt & ſemine ſeri. Nihil diligētiuſ cōprehendit Cato. nouiſſimūq; libri eſt. ut appareat repentinam ac nouiciam uiro curam fuiſſe. Locum ſubigi iubet humidum aut craſſum. Semipedali undiq; interuallo ſeri: ne calcetur. Preterea ad lineam grana bina aut terna paxillo dimitti. Videlicet ſemine tum tantum ſerebant̄. Id fieri ſecundum equinoctium uernum. Stercore ſatiari. Crebro purgari. Caueri ne cum herbiſ euellantur Aſparagi. Primo anno ſtramento ab hyeme protegi. Vere aperiri. Sarriri. Runcari. Tertio incendi uerno. Quo maturiuſ incenſuſ eſt. hoc meliuſ prouenit. Itaq; harundinetiſ maxime conuenit: que feſtinant incendi. Sarriri iubet idem non anteq̃m Aſparaguſ natuſ fuerit: ne in ſarriendo radiceſ uexentur. Ex eo uelli Aſparagum ab radice. Nam ſi defringatur: ſtirpeſſere & intermori. Velli donec in ſemē eat. Id autem matureſcere ad uer: incendiq;. Ac rurſuſ cum apparuerint Aſparagi ſarriri ac ſtercorari. Ac poſt annoſ nouem cum iam uetuſ ſit: digeri ſubacto ſolo ſtercoratoq;. Tum ſponguſ ſeri ſingulorum pedum iteruallo. Quin & ouillo fimo nominatim uti: quoniam aliud herbaſceret. Nec quicq̃m poſtea temptatum utiliuſ apparuit: niſi ꝙ circa Iduſ Februarii defoſſo ſemine aceruatiſ ꝑuuliſ ſcrobibuſ: ſerūt. plurimū maceratū fimo. Dein nexiſ inter ſe radicibuſ ſpongiaſ factaſ poſt eqnoctiū Autumni diſponunt pedalibuſ interuallıſ. Fertilitate in denoſ annoſ durante. Nullū gratiuſ iiſ ſolum q̃ Rauennatiū. Hortorum indicauimuſ Corrudam: hunc intelligimuſ ſilueſtrē Aſparagū: quē Greci Horminū aut Myacanthon uocāt aliiſue nominibuſ. Inuenio naſci & arietiſ cornibuſ tuſiſ atq; defoſſiſ.

CAP. XXVIIII. De Carduiſ: & plantandi modo.

Oterāt uideri dicta oīa que in p̃cio ſūt: niſi reſtaret reſ maximi queſtuſ nō ſīn pudore dicēda. Certum eſt q̄ppe carduoſ apud Carthaginē magnā Cordubamq; precipue ſeſtertia ſena milia e ꝑuiſ iiſ reddere: q̃m portenta quoq; terrarum in ganeam uertimuſ. Etiā ea que refugiunt q̃drupedeſ cōſcie. Carduoſ ergo duobuſ modiſ ſerunt Autumno: planta & ſemine ante nonaſ Martiaſ. Planteq; que ex eo diſponentᵉ: ante Iduſ Nouembriſ. aut in lociſ frigidiſ circa fauonium. Stercorantur etiam: ſi placet. letiuſq; proueniunt.

CAP. XXX. De Ocimo.

Cimū Parilibuſ optime ſeri ferūt. Quidā & Autumno: iubētq; cū hyeme ſeratᵉ: aceto ſemē ꝑfūdi. Eruca quoq; & Naſturtiū uel eſtate uel hyeme facillīe naſcūtᵉ.

CAP. XXXI. De Eruca: & Naſturtio.

Ruca precipue frigorū contemptrix diuerſe eſt: q̃ lactuca nature. Cōcitatrix ueneriſ. Idcirco iungitᵉ illi fere in cibiſ: ut nimio frigori par feruor immixtuſ tē/ peramentū equet. Naſturtiū nomē accepit a nariū tormēto. & inde uigoriſ ſignificatio ꝓuerbio id uocabulū uſurpauit ueluti torporē excitātiſ. In Arabia mire amplitudiniſ dicitᵉ gigni.

CAP. XXXII. De Ruta Satione & natura eiuſ.

Vta quoq; ſeritᵉ fauonio. & ab equinoctio Autūni. Odit hyemē & humorē ac fimū. Apriciſ gaudet & ſicciſ. terra q̃maxime lateritia. Cinere uult nutriri. Hic & ſemini miſcetᵉ: ut careat eruciſ. Autoritaſ etiā peculiariſ: apud ātiquoſ ei fuit. Inuenio muſtū rutatū populo datū a Cornelio Cethego in Conſulatu Collega. Q. Flaminii Comitiiſ pactiſ. Amicicia eſt ei & cū fico intim̄ ut nuſq̃ letior ꝓueniat q̃ ſub ac arbore. Seritᵉ & ſurculo meliuſ in perforatā fabā inditoq; ſucco nutrit cōprehendēdo ſurculū. Seritᵉ & a ſeipſa nāq; ĩcuruato cacumīe alicuiuſ rami: cū attigerit terrā ſtatī radicatᵉ.

Muſtū rutatum

CAP. XXXIII. De Ocimo.

Adem & Ocimo natura: niſi ꝙ difficiliuſ areſcit. Sed durato runcatᵉ: non ſine difficultate prouenientibuſ ulceribuſ: ni munitiſ manibuſ id fiat: oleoue defenſiſ. Concidunt autem & eiuſ folia: ſeruanturq; faſciculiſ.

CAP. XXXIIII. De Apio & Satione eiuſ.

B equinoctio uerno ſeritᵉ Apiū: ſemine paulū in pila pulſato. Criſpiuſ ſic putant fieri: aut ſi ſatum calcetur cylindro: pedibuſue. Proprium ei: ꝙ colorem mutat. Honoſ ipſi in Achaia coronare uictoreſ ſacri certaminiſ Nemee.

XVIIII

CAP. XXXV De Menta & Mentaſtro.

Odem tempore ſerit̃ menta planta. uel ſi nondū germinat. ſpongia minuſ hec humido gaudet. Eſtate uiret. Hyeme flaueſcit. Genuſ eiuſ ſilueſtre Mentaſtꝝ eſt. Et hoc ꝓpagat̃ ut uitiſ: uel ſi uniuerſi rami ſerant̃. Mente nomen ſuauitaſ odoriſ apud Grecoſ mutauit: cū alioquin Mintha uocaret̃. Vnde uetereſ noſtri nomē declinauerūt. Grato menta menſaſ odore percurrit in ruſticiſ dapibuſ. Semel ſata diutina etate durat: Congruit Pulegio cuiuſ natura in coronariiſ refloreſcenſ ſepiuſ dicta eſt. Hec quoq; ſeruant̃ ſimili genere: Mentā dico Pulegiūq; & nepitā in cōdimēto ſūpta.

CAP. XXXVI. De Cimino & natura ac generibuſ eiuſ.

Mnium quæ faſtidio ſunt Ciminū amiciſſimū. naſcit̃ in ſūma tellure uix herenſ: & in ſublīe tendēſ. In putribuſ & calidiſ maxīe lociſ: medio ſerendū uere. Alteꝝ eiuſ genuſ ſilueſtre qd̃ Ruſticū uocāt. Alii Thebaicū. Si tritū ex aq̄ potet̃: in dolore ſtomachi prodeſt. In carpentania noſtri orbiſ maxime laudatur. Alioquin Ethiopico Africoq; palma eſt. Quidā huic Egyptiū preferūt. Sed ꝑcipue Oluſatrū mire nature eſt. Hipposelinū Greci uocant: alii Smynion. E lachrima caudiciſ ſui naſcit̃. Seritur & radice: Succum eiuſ qui colligūt Murre ſaporem habere dicūt. Autorq; eſt Theophraſtuſ Murra ſata natum. Hippoſelinū ueteres ꝑceperant in lociſ incultiſ: lapidoſiſ: iuxta maceriam: ſeri. Nūc & repaſtinato ſeritur. & a Fauonio poſt Equinoctium Autumnū. Quippe cum Cappariſ quoq; ſeratur ſicciſ maxime. area in defoſſu cauata ripiſq; undiq; circūſtructiſ lapide. aliaſ euagatur per agroſ. & cogit ſolū ſterileſcere. Floret eſtate. uiret uſq; ad Vergiliarum occaſum, Sabuloſiſ familiariſſimum. Vitia eiuſ qd̃ tranſ maria naſcitur: diximuſ inter peregrinoſ fruticeſ:

CAP. XXXVII. De Caro & Satione eiuſ.

Eregrinū: & Carū gentiſ ſue nomine appellatū: culmiſ principale. In quacunq; terra ſeri uult ratione eadem qua Oluſatrum. Laudatiſſimum tamen in Caria. Proximū Phrigia.

CAP. XXXVIII. De Liguſtico Silueſtri ſiue Panace.

Iguſticū ſilueſtre eſt. In Ligurie ſue montibuſ ſeritur. Vbiq; ſuauiuſ ſatiuum: ſed ſine uiribuſ. Panacem aliqui uocant. Crateiaſ apud Grecoſ Cunilam bubulam eo nomine appellat. Ceteri fere Cunizamidē. Cunilaginem.

CAP. XXXVIIII. De Thymbra: & quæ Satureia.

Hymbrā uero que ſit Cunila. Hec apud noſ habet uocabulū & aliud Satureia dicta in condimētario genere. Serit̃ menſe Februario. Origano emula. Nuſq̄ utrūq; addit̃. quippe ſimiliſ effectuſ. Sed Cunile Egyptiū Origanū tm̄ prefertur.

CAP. XL. De Lepidio & natura ac Satione eiuſ.

Eregrinum fuit & Lepidium. Seritur a Fauonio. Dein cū fruticauerit: iuxta terram ꝑciditur. Tūc runcatur. ſtercoraturq;. Per bienniū hec. Poſtea iiſdem fruticibuſ utuntur: ſi nō ſeuicia hyemiſ ingrauat: quando impatientiſſimū eſt frigoꝝ. Exit & in cubitalem altitudinē. foliiſ lauriniſ: ſed mollibuſ. Vſuſq; eiuſ non ſine lacte.

CAP. XLI. De Git. Aneto: Aniſo & Sagapeno.

It piſtriniſ Aniſum. & Anetum culiniſ: & mediciſ naſcuntur. Sagapenum & ipſum in hortiſ quidem: ſed medicine tantum.

CAP. XLII. De Papauere & generibuſ eiuſ.

Vnt quedā comitātia alioꝝ ſatuſ: ut Papauer nāq; cū Braſſica ſerit̃. Ac porculaca & eruca cū lactuca. papaueriſ ſatiui tria genera. Candidū: cuiuſ ſemēn toſtum in ſecunda menſa cū melle apud antiquoſ edebat̃. Hoc & paniſ ruſtici cruſte inſpergit̃:

adfuſo ouo inherenſ. Vbi inferiorē cruſtā: Apio Gitq; ceriali ſapore condiūt. Alterū genuſ Papaueriſ nigrū: cuiuſ ſcapo īciſo lacteuſ ſuccuſ exprimit̄. Tertiū genuſ Rhyā uocāt Greci: id noſtri Erraticū. Spōte quidē: ſed maturiuſ: cū hordeo maxīe naſcit̄: Eruce ſimile: cubitali altitudine: flore ruffo & ꝓtinuſ deciduo: unde & nomē a Greciſ accepit. De reliquiſ generibuſ Papaueriſ ſponte naſcentiſ docebimuſ in medicine loco. Fuiſſe autem in honore apud Romanoſ ſemper: indicio eſt Tarquiniuſ ſuperbuſ: qui legatiſ a filio miſſiſ decutiēdo Papauera in horto altiſſima. Sanguinariū illud reſpōſū hac facti ambage reddidit.

Reſponſuz ꝑ ambages

CA.XLIII. De Satione Coriandri: Aneti: Atripliciſ: & Sinapi: & Cerefolii.

Vrſuſ alio comitatu eqnoctio Autūni ſerūt̄ Coriandꝝ Anetū Atriplex: Malue Lappati. Cerefoliū. quod Pederotō Greci uocant. & acerrimū ſapore: igneiq; effectuſ ac ſaluberrimū corpori. Sinapi nulla cultura: meliuſ tamē planta relata. Quī e diuerſo uix eſt ſato ſemel eo liberare locū: q̄m ſemē cadenſ protinuſ uiret. Vſuſ eiuſ etiā pro pulmentario in patiniſ decocto citra intellectū acrimonie. Coquunt̄ & folia ſicut reliquoꝝ oleꝝ. Sūt aūt triū generꝝ. unū gracile: alteꝝ rapi foliiſ ſimile: tertiū Eruce. Semē optimū Egyptiū. Atheniēſeſ Napi appellauerūt. Alii Tapſi. Alii Sauriō.

CAP.XLIIII. De Serpylo & Siſimbrio.

Erpylo & Siſimbrio monteſ pleriq; ſcatēt: ſicut Thracia. ubi aquæ deferūt ex iiſ auulſoſ ramoſ: ſerūtq;. Itē Sicione ex ſuiſ montibuſ. Et Atheniſ ex Hymeto. Simili modo & Siſimbrium ſerunt. Letiſſimum naſcit̄ in puteoꝝ parietibuſ. Et circa piſcinaſ & ſtagna.

CAP.LXV. De Feniculo & Canabi: eiuſq; generibuſ.

Eliqua ſunt ferulacei generiſ ceu Feniculū anguibuſ ut diximuſ gratiſſimum: ad cōdienda plurima cū inaruerit. Eiq; perq̄ſimiliſ Thapſia: de qua diximuſ inter externoſ fruticeſ. Deinde utiliſſima funibuſ Canabiſ: ſerit̄ a Fauonio. Quo dēſior eſt: eo tenerior. Semē eiuſ cū eſt matuꝝ ab eqnoctio Autūni defringit̄. & ſole aut uento aut fumo ſiccatur. Ipſa Canabiſ uellit̄ poſt uindemiam. ac lucubrationibuſ decorticata purgat̄. Optima Alabādica: plagaꝝ p̄cipue uſibuſ. Tria ibi eiuſ genera. Improbatur cortici proximū aut medulle. Laudatiſſimū eſt: e medio. Que Meſa uocat̄. Secunda Milaſea. Quod ad ꝓceritatē q̄dē attinet. Roſea agri Sabini arboꝝ altitudinē equat.

CAP.XLVI. De Ferula & eiuſ generibuſ.

Erule duo genera in peregriniſ fruticibuſ diximuſ. Semē eiuſ in Italia cibuſ eſt. Cōditur q̄ppe duratq; in urceiſ uel anni ſpatio. Duo ea genera: cauleſ & racemi. Corymbiā hanc uocāt. Corymboſq; quoſ condiunt.

CA.XLVII. De Morbiſ hortoꝝ: & remediū cōtra formicaſ: erucaſ: & culiceſ.

Orboſ hortenſia quoq; ſentiunt: ſicut reliqua terre ſata. Nanq; & Ocimum ſe necat. degeneratq; rite in ſerpillū. & Siſimbriū in Calamintham. Et ex ſemine Braſſice ueteriſ rape fiūt. Atq; inuicē enecat̄ Cyminū ab uno dorſo niſi repurget̄. Eſt aūt unicaule: radice bulbo ſimili nō niſi in ſolo gracili naſcenſ. Aliaſ priuatim Cymini morbuſ ſcabieſ. Et ocimū ſub caniſ ortu paleſcit. Oīa uero acceſſu mulieriſ mēſtrualiſ flaueſcūt. Beſtiolaꝝ quoq; genera innaſcunt̄. Napiſ culiceſ. Rhaphano Eruce. & uermiculi. Item Lactuciſ & Oleri. Vtriſq; hoc ampliuſ limaceſ & coclee. Porro uero priuatim animalia: que facillime ſtercore iniecto capiuntur. condentia in id ſe. Ferro quoq; non expedire tangi Rutā Cunilam Mentā Ocimū: autor eſt Sabinuſ Tyro in libro Cepuricon quē Mecenati dicauit. Item contra formicaſ non minimum

E ſeīe braſſice uetis rape

Mulieris menſtruate acceſſu oīa flaueſcūt

Rutā
Cunilā
Mentā
Ocimū

Ferro tangi nō expedire

hortoꝝ exitiū ſi non ſint rigui: remediū monſtrauit limo marino aut cinere obturatiſ earum foraminibuſ. Sed efficaciſſimē Heliotropio herba necantur. Quidam & aquam diluto latere crudo inimicam eiſ putant. Naporum medicine ſunt: ſiliquaſ una ſeri. Sicut olerum cicer. Arcet enim erucaſ. Que ſi omiſſo iam nate ſint: remediū Abſinthii ſuccuſ decocti inſperſuſ ſiue eiuſ quam Anagorum uocant. Genuſ hoc herbe diximuſ. Semē olerū ſi ſucco eiuſ madefactū ſerant̄: olera nulli animaliū obnoxia futura tradūt. In totū uero nec erucaſ ſi palo imponant̄ in hortiſ oſſa capitiſ ex eqno genere feminine dūtaxat. Aduerſuſ erucaſ & cancrū fluuiatilē in medio horto ſuſpenſū auxiliari narrāt. Sūt qui ſanguineiſ uirgiſ tangant ea que nolint hiſ obnoxia eſſe. Infeſtant & culiceſ hortoſ riguoſ precipue ſi ſūt arbuſcule alique. Hi galbano accenſo fugant̄.

Contra formicas

Anagorum

Olera ne aīalibꝫ obnoxia

CAP. XLVIII. Quæ magiſ ſint fortia uel minuſ: & quibuſ aquæ proſint.

Am qđ ad permutationē ſeminum attinet: q̄buſdam ex iiſ firmitaſ maior eſt: ut Coriādro Bete. Porro. Naſturtio. Sinapi. Eruce. Cunile. & fere acribuſ. Infirmiora aūt ſūt Atriplici Ocimo. Cucurbite. Cucumi. & eſtiua om̄ia hiberniſ magiſ durāt. Minime aūt Getiū. Sed ex iiſ que ſūt fortiſſima: nullū ultra q̄drimatū utile eſt duntaxat ſerendo. Cuniliſ & ultra tēpeſtiua ſūt. Peculiariſ medicina Rhaphano. Bete. Rute. Cunile. in ſalſiſ aquiſ que plurimū ſuauiti & fertilitati conferūt. Ceteriſ dulciū aquaꝝ rigua proſūt. Vtiliſſime ex iiſ aque frigidiſſime: & que potu ſuauiſſime. Minuſ utiliſ e ſtagno. & quaſ ſiliceſ inducūt. quoniā herbaꝝ ſemina inuehūt. Precipue tamē hymbreſ alunt. nam & beſtiole innaſcenteſ necantur.

CAP. XLVIIII. Ratio rigandoꝝ hortoꝝ: & quæ tranſlata meliora fiant: & de ſucciſ hortoꝝ ac ſaporibuſ.

Iſ hore rigandi. matutina. atq; ueſpera: ne inuerueſcat aqua ſole. Ocimo tantū & meridiana etiā. Satū celerrime erūpere putāt inter initia feruenti aq̄ aſperſū. Om̄ia aūt tranſlata meliora: grādioraq; fiūt: maxime Porri. napiq;. In trāſlatiōe & medicina eſt. deſinuntq; ſētire iniuriaſ. ut Getiū. Porrū. Rhaphani. Apiū. Lactuce. Rapa. Cucumiſ. om̄ia aūt ſilueſtria fere ſūt & foliiſ minora & caulibuſ: ſucco acriora: ſicut Cunila. origanum. Ruta. Solūmodo ex om̄ibuſ Lapatum ſilueſtre meliuſ ſatiuo Rumex uocat̄: naſcitq; fortiſſimū. Traditur ſemel ſatū durare nec unq̄ uitiari terra: maxīe iuxta aquā. Vſuſ eiuſ cū ptiſana tm̄ in cibiſ leuiorē gratiorēq; ſaporē preſtat. Silueſtre ad multa medicamenta utile eſt. Adeoq; nihil omiſit cura: ut carmine quoq; comprehenſū repperim: in fabiſ caprini fimi ſinguliſ cauatiſſi porri. Eruce. Lactuce. Apii. Intubi. Naſturtii. ſemina incluſa ſerant̄ mire ꝑuenire. Que ſūt ſilueſtria: eadē inſatiuiſ ſicciora intelligunt̄. & acutiora. Nanq; & ſuccoꝝ ſapoꝝq; dicēda differētia eſt uel maior in iiſ q̄ pomiſ. Sūt aūt acreſ Cunile. Origani. Naſturtii. Sinapiſ. Amari. Abſinthii. Cētauree. Aq̄tileſ Cucumeriſ. Cucurbite. Lactuce. Acuti tm̄ Cunile. Acuti & odorati. Apii. Aneti. Feniculi. Salſuſ tm̄ e ſaporibuſ non naſcit̄: aliq̄n extra inſidit pulueriſ mō. & circuliſ tm̄ aque ut intelligat̄ uana ceu plerūq; uite perſuaſio. Panax piperiſ ſaporē reddit. Et magiſ etiā Siliquaſtrū: ob id piperitidiſ nomine accepto. Libanotiſ odorem thuriſ. Murra myrrhe. De Panace abunde dictū eſt. Libanotiſ lociſ putridiſ & macriſ ac roſcidiſ ſerit̄. Radicē habet Oluſatri: nihil a thure differentem. Vſuſ eiuſ poſt annū ſtomacho ſaluberrimuſ. Quidam eam nomine alio Roſmarinum appellant. Et Smyrniū oluſ ſerit̄ iiſdē lociſ. Murraq; radicē recepit. Eadē & Silliq̄ſtro ſatio. Reliqua a ceteriſ & odore & ſapore differunt ut Anetū. Tantaq; eſt diuerſitaſ atq; uiſ: ut nō ſolū aliud alio mutet̄: ſed etiā in totū auferat̄. Apio eximi inde coctiſ

Lapatum .i. rumex

Vt hec mire pueniat

Salsus sapor n̄ nascit̄

Vsus eiꝰ post annum

obſoniiſ aceto: eodē cellarii in ſacciſ odorē uino grauē. Et hactenuſ hortēſia dicta ſint ciboꝝ gratia duntaxat. Maximū quidē opuſ in iiſdem nature reſtat: qm̄ ꝓuentuſ tm̄ adhuc ſūmaſq; quaſdā tractauimuſ. Vera autē cuiuſq; natura non niſi medico effectu prenoſci poteſt: opuſ ingenſ occultūq; diuinitatiſ. & quo nullū reperiri poſſit maiuſ. Ne ſinguliſ id rebuſ contexeremuſ: iuſta fecit ratio: cū ad alioſ ciboꝝ ad alioſ medēdi deſideria pertinerent. Longiſ utriuſq; dilationibuſ futuriſ ſi miſcuiſſemuſ. Nunc ſuiſ queq; partibuſ conſtabūt. poterūtq; a uolētibuſ iungi.

NOTA

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER DECIMVSNONVS DE LINO: SPARTO: ET HORTENSIBVS FINIT: INCIPIT VIGESIMVS DE PLANTIS SATIVIS QVE CIBIS ET MEDICINE CONVENIVNT FELICITER.

CAP. I. Proboemium.

Aximū hic opuſ nature ordiemur: & ciboſ ſuoſ homini narrabimuſ. fateriq; cogemuſ: ignota eſſe per que uiuat. Nemo id paruum ac modicum exiſtimauerit nominum uilitate deceptuſ. Pax ſecum in hiſ aut bellum nature dicetur. Odia amicicieq; rerum ſurdarum ac ſenſu carentium. Et quo magiſ miremur: om̄ia ea hominum cauſa: quod Greci Sympathian appellauere quibuſ cuncta conſtant. Igneſ aquiſ reſtinguentibuſ. Aquam ſole deforante. Luna ꝑiente. Altero alteriuſ iniuria deficiente ſidere. Atq; ut a ſublimioribuſ recedamuſ: ferrum ad ſe trahente Magnete lapide: & Alio rurſuſ abigente a ſeſe adamāte. Hūc opū gaudiū infragilē om̄i cetera ui & inuictū: ſāguine hircino rūpente. Queq; alia in ſuiſ dicemuſ lociſ paria: uel maiora mira. Tantum uenia ſit: a minimiſ: ſed a ſalutaribuſ ordiemur. Primumq; ab hortenſibuſ.

CAP. II. De Cucumere Siluestri medicinæ.

Vcumim ſilueſtrē eſſe diximuſ multo infra magnitudinē ſatiui. Ex eo fit medicamentū qđ uocat' Elaterium ſucco expreſſo e ſemine. cuiuſ cauſa niſi maturiuſ incidat': ſemē exilit oculoꝝ etiam periculo. Seruat' aūt decerptuſ una nocte. Poſtero die incidit' harūdine. Semē quoq; cinere cōſpergit' ad coercēdā ſucci abundātiā: qui expreſſuſ ſuſcipit' aq̃ celeſti: atq; ſubſidet. Deinde ſol cogitur in paſtilloſ: ad magnoſ mortaliū uſuſ. Obſcuritateſ & uitia oculoꝝ ſanat: genaꝝq; ulcera. Tradūt hoc ſucco tactiſ radicibuſ uitiū: nō attingi uuaſ ab auibuſ. Radix aūt ex aceto cocta: podagriſ inlinit'. Succoq; dentiū dolori medet'. Arida cū reſina: impetiginē & ſcabiē: quā Pſorā & Lichenaſ uocant. Parotidaſ & panoſ ſanat. Et cicatricibuſ colorem reddit. Et foliorum ſuccuſ auribuſ ſurdiſ cum aceto inſtillatur. Elaterium tempeſtiuū eſt Autūno. Nec ullum ex medicamentiſ longiore euo durat. Incipit a trimatu. Si quiſ recentiore uti uelit: paſtilloſ in nouo fictili igne lento in aceto domet. Idq; meliuſ quo uetuſtiuſ erit. Quē iam ducentiſ anniſ ſeruatū eſſe autor eſt Theophraſtuſ. Et uſq; ad quinq̃geſimū lucernaꝝ lumina extinguit. Hoc enim ueri experimentū eſt: ſi ad motū priuſ q̃ extīguat: ſcintillare ſurſū ac deorſū cogat. Pallidū ac leue herbaceo ac ſcabro meliuſ. ac leniter amarū. Putant cōceptuſ adalligato ſemine adiuuari: ſi terrā non attigerit. Partuſ uero ſi in arietiſ lana alligatū inſcīētiſ lūbiſ fuerit: ita ut ꝓtinuſ ab ea eximat': & rapiat' extra domū ipſā. Cucumim qui magnificāt: naſci precipuū in Arabia. Mox Cyreniſ. Alii in Arcadia tradūt ſimilē Heliotropio. cuiuſ inter folia & ramoſ ꝓuenire magnitudīe nuciſ iuglādiſ ſemē. Eſſe aūt ad ſpeciē ſcorpioniſ cauda reflexa: ſed cādida.

Aliq etiā ab eo ſcorpionū cucumī uocāt. efficaciſſimū cōtra ſcorpionū ictuſ. & ſemīe, & Elaterio. Et ad purgandum uterū aluoſq;. Moduſ portione uirium ab dimidio obolo ad ſolidum. Copioſiuſ necat. Sic & contra phthiriaſin bibitur. Et hydropiſeſ inlitum. Anginaſ & Arteriaſ cum melle & oleo uetere ſanat.

CAP. III. De Anguino Cucumere: ſiue erratico: & de ſatiuo pepone.

Vlti hūc eſſe apud noſ qui Anguinuſ uocat̄: ab aliiſ erraticuſ: arbitrant̄. Quo decocto ſparſa mureſ de eiuſ medicina nō attingūt. Idem podagriſ cū articuloꝝ morbiſ decoctū in aceto inlinūt p̄ſentaneo remedio. Lumboꝝ uero dolori ſemine ſole ſiccato: dein trito. xxx. denariorū pondere in hemina dato aque. Sanat & humoreſ ſubitoſ illitum cum lacte mulieꝝ. Purgat eaſ elaterium. Sed grauidiſ abortum facit. Suſpirioſiſ prodeſt. Morbo uero regio in nareſ coniectum. Lentigineſ & maculaſ e facie tollit in ſole illitum. Multi eadem omnia ſatiuiſ attribuunt. Magnum etiam in eiſ momentum. Nanq; & eorum ſemen quantū treſ digiti apprehenderint: cū Cumino tritum potumq; in uino: tuſſientibuſ auxiliatur. Sed & phreneticiſ in lacte mulieriſ. Et dyſentericiſ acetabuli menſura. Purulenta autem expuentibuſ cum Cumino pari pondere. Et iecinoriſ uitiiſ in aqua mulſa. Vrinam mouet ex uino dulci. Et in renū dolore clиſteribuſ ſimul cum cumino infunditur. Peponeſ refrigerant: maxime in cibo. Et emolliunt aluum. Caro eorum epiphoriſ oculorum aut doloribuſ imponit̄. Radix ſanat ulcera concreta in modū faui: quē Cereon uocant. Eadē cōtra uomitioneſ ſiccat̄ in farina tuſa. Datur quattuor oboliſ in aqua mulſa: ita ut qui biberit: quingentoſ poſtea paſſuſ ambulet. Hec farina & in ſmegmata adiicit̄. Cortex quoq; uomitionem mouet. Faciē purgat. Hoc & folia cuiuſcūq; ſatiui illita. Eadē cū melle epinyctidaſ ſanāt. Cū uino caniſ morſuſ. Itē multipedē Ipa Greci uocāt: oblongā piloſiſ pedibuſ. pecori precipue nociuā. Morſū tumor inſeqt̄. & putreſcit locuſ ipſe. Cucumiſ recreat odore defectū anīi. Coctoſ deraſo cortice ex oleo aceto & melle iucūdioreſ eē certū ē.

CAP. IIII. De Cucurbita Silueſtri.

Vcurbita ſilueſtriſ quoq; inuenitur Somphoſ a Greciſ appellata inaniſ. unde & nomē. digitali craſſitudine. nō niſi in ſaxoſiſ naſcenſ. Huiuſ cōmanducate ſuccuſ ſtomacho admodū prodeſt. Colocinthiſ uocatur alia: ipſa plena: ſed minor q̃ ſatiua. Vtilior pallida. qn̄ eiuſ ſunt medicine. Herbacea arefacta per ſe inanit aluum infuſa quoq; clyſteribuſ inteſtinoꝝ omniū uitiiſ medet̄. & renū. & lumboꝝ. & paralyſi eiecto ſemine. Aqua mulſa in ea coquit̄ ad dimidiaſ. ſic tuſſiēti infundit̄ oboliſ q̄ttuor. ꝓdeſt & ſtomacho farine aride piluliſ cum decocto melle ſumptiſ. In morbo uero regio utiliter ſemina eiuſ inſumuntur: & protinuſ aqua mulſa. Carneſ eiuſ cum Abſinthio & ſale: dentium dolorem tollunt. Succuſ uero cum aceto calefactuſ: mobileſ ſiſtit. Item ſpine & lumborum ac coxarum doloreſ cum oleo: ſi infricetur. Preterea mirum dictu: ſemina eiuſ ſi fuerint pari numero adalligata febribuſ ſanare dicuntur quaſ Greci peribodicaſ uocant. Satiue quoq; raſe ſuccuſ tepefactuſ: auribuſ medetur. Caro eiuſ interior ſine ſemine clauiſ pedum. & ſuppurationibuſ: que Greci uocant Apoſtemata. Decocte autem uniuerſe ſuccuſ dentium motuſ ſtabilit. Doloreſ inhibet. Vinum cum ea feruefactum oculorum etiam impetuſ. Folia eiuſ etiam cum recentibuſ cupreſſi contuſa & impoſita. Ipſa quoq; toſta in argilla ac tria cum adipe anſeriſ: uulneribuſ medetur. Necnon ramentiſ corticiſ recenteſ podagraſ refrigerat: & ardoreſ capitiſ. & maxime infantū. Et igneſ ſacroſ de ſtrigmentiſ ueliſ impoſitiſ uel ſeminibuſ. Succuſ ex ſtrigmentiſ illituſ cum roſaceo & aceto: febrium ardoreſ refrigerat. Arideciniſ impoſituſ mire cōbuſta ſanat. Chriſippuſ medicuſ damnabat eaſ in cibiſ. Sed omnium conſenſu ſtomacho utiliſſime iudicant̃. & interaneorum ueſicarũq; exulcerationibuſ.

CAP. V. De Rapo domeſtico: & Semine eiuſ.

St & Rapo uiſ medica. Pernioneſ feruenſ impoſitum ſanat. Item friguſ pellit e pedibuſ aqua decoctuſ. Et iuſ feruenſ podagriſ etiam frigidiſ medet̃. Et crudum tuſum cũ ſale cuicunq; uitio pedum. Semen inlitum & potum in uino cõtra ſerpenteſ & toxica ſalutare eſſe proditur. A multiſ uero antidoti uim habere in uino & oleo. Democrituſ in totũ eum abdicauit in cibiſ ꝓpter inflationeſ. Diocleſ magniſ laudibuſ extulit. Etiam uenerem ſtimulari ab eo profeſſuſ. Item dionyſiuſ. Magiſq; ſi Eruca condiret̃. Toſtũ quoq; articuloꝝ dolori cũ adipe prodeſt.

CAP. VI. De Rapo Siluestri.

Iluestre Rapũ in aruiſ maxime naſcit̃. fruticoſũ. ſemine candido. duplo maiore q̃ papaueriſ. Hoc ad albicandã cutẽ in facie totoq; corpore utunt̃ mixta urina pari mẽſura. Nã ut ſupra dixĩuſ. erui. hordei. & tritici. & lupini. radix ad oĩa ĩutiliſ.

CAP. VII. De Napoꝝ differentiiſ.

Aporũ duaſ differentiaſ & in medicina Greci ſeruant. Anguloſiſ folioꝝ caulibuſ florenteſ: & quod Bunion uocant purgationibuſ feminaꝝ & ueſice. & urine utile decoctum: potũ ex aqua mulſa. uel ſucci drachma. Semen dyſentericiſ toſtum tritum in aqua calida e cyathiſ quattuor. Sed urinam inhibet: ſi non lini ſemen una bibatur. Alteꝝ genuſ Buniada appellant & Rhaphano & Rapo ſimile. Seminiſ preclari cõtra uenena: ob id & in antidotiſ utunt̃ illo.

CAP. VIII. De Rhaphano Silueſtri: & Satiuo.

Haphanũ & ſilueſtrẽ ẽẽ diximuſ. Laudatiſſimũ in Arcadia. quãq̃ & alibi naſcit̃. utilior urine dũtaxat eiciende. Cetero bilẽ detrahit. Preterea corticeſ in uino. Preterea que circa eoſ dicta ſũt: ſtomachũ purgãt. Pituitã extenuãt. urinã concitãt. Eſt & aliud genuſ in Italia quod armoraciã uocãt ſatiuũ. Satiui uero decocti mane poti ad ternoſ cyathoſ: comminuũt. & eiciũt calculoſ. Idẽ in poſca decocti contra ſerpentiũ morſuſ inlinunt̃. Ad tuſſim etiam mane ieiuniſ Rhaphanuſ prodeſt cum melle. Semen eorum toſtum: ipſumq; cõmanducatum: ad Lagaroponon. In aqua foliiſ eiuſ decoctiſ bibere uel ſuccũ ipſiuſ cyathiſ biniſ. contra phlegmoni ipſoſ ĩlinere tuſoſ utile. Inchoantibuſ uero recentẽ corticem cum melle. Veternoſiſ aũt q̃acerrimoſ mandere. Semenq; toſtum: dein contritum cum melle ſuſpirioſiſ. Iidem & contra uenena ꝓſunt. Ceterum Ceraſtiſ ſcorpionibuſ aduerſatur: uel ipſo ſemine infectiſ manibuſ impune tractabilibuſ. Impoſito Rhaphano ſcorpiõibuſ: moriunt̃. Salutareſ & cõtra fungoꝝ aut iſtiuſmodi uenena eque ut Nicander tradit. Et contra uiſcum quoq; dari Appollodori duo iubẽt Scylleuſ & Tarentinuſ. Scylleuſ ſemen ex aqua tritũ. Tarentinuſ ſuccum. Lienẽ item extenuãt. Iecinori proſunt. Et lumboꝝ doloribuſ. Hydropiciſ quoq; ex aceto aut ſinapi ſumpti. Et lethargiciſ. Praxagoraſ & Ilioſiſ dandoſ cenſet. Plyſtonicuſ & coliciſ. Inteſtinorum ulcera ſanant. Ac purulenta precordiorum: ſi cum melle edantur. Quidam ad hec coquere eoſ in luto illitoſ malunt. Sic & feminaſ purgari. Ex aceto & melle ſumpti inteſtinorum animalia detrahunt. Item ad tertiaſ: decocto eorum poto cum uino enteroceliſ proſunt. Sanguinem quoq; inutilem ſic extrahunt. Mediuſ ad hec & ſanguinem excreantibuſ coctoſ dari iubet. Et puerperiſ ad lactiſ copiam augendam. Hippocrateſ capilloſ mulierũ defluoſ fricari Rhaphaniſ. Et ſuper umbilicum imponi cõtra tormenta uulue. Reducũt & cicatricẽ ad colorem. Semen quoq; ex aqua impoſitum: ſiſtit ulcera que phagedenaſ uocant. Democrituſ uenerem hoc cibo ſtimulari putant. Ob id fortaſſiſ uoci nocere aliqui tradiderunt.

Folia que in oblongiſ tantum naſcuntur: excitare oculorũ aciem dicuntur. Vbi uero acrior Rhaphani medicina admota ſit: hyſopũ dari ꝓtinuſ imperãt. Hec antipatia ẽ. & auriũ grauitati ſuccũ Rhaphãi ĩſtillãt. Nã uomituriſ ſũmo cibo eẽ eoſ utiliſſimũ ẽ.

CAP. VIIII. De Hibiſco.

Aſtinace ſimile hibiſcũ qđ Molochẽ agriã uocãt. & aliq pbliſtolochiã. ulceribuſ Cartilagini: oſſibuſ fractiſ medet̃. Folia eiuſ ex aq̃ pota aluũ ſoluũt: ſerpenteſ abigũt. Apũ. ueſpaꝝ. crabronũ ictibuſ inlita medent̃. Radicẽ eiuſ añ ſoliſ ortũ erutã inuoluũt lana coloriſ quẽ natiuũ uocãt. Preterea ouiſ que feminã peperit. Strumiſq; uel ſuppuratiſ alligãt. Quidã ad hũc uſũ auro effodiendã cenſãt. Cauendũq; ne terrã attingat. Celſuſ & podagriſ que ſñ tumore ſũt: radicẽ: eiuſ ĩ uino decoctã ĩponi iubet.

CAP. X. De Staphylino ſiue paſtinaca erratica.

Lteꝝ genuſ eſt Staphylinoſ: qđ paſtinacã erraticã uocãt. Eiuſ ſemẽ contritũ & in uino potũ tumentẽ aluũ & ſuffocationeſ mulieꝝ doloreſq; lenit intantũ ut uuluaſ corrigat. Inlitũ quoq; paſſiõibuſ uentriſ eaꝝ ꝓdeſt. Viriſ uẽro ꝓdeſt cũ paniſ portiõe eq̃ tritũ. Ex uino potũ cõtra uentriſ doloreſ. Pellit & urinã. Et phagedenaſ ulceꝝ ſiſtit recẽſ cũ melle impoſitũ. Vel aride farine inſperſa radice eiuſ. Dieuceſ cõtra iocinoriſ aut lieniſ Illiũ lumboꝝ & renũ uitia ex aqua mulſa dari iubet. Cleophãtuſ & dyſẽtericiſ ueteribuſ. Philiſtiõ in lacte coquit. Et ad ſtranguriã dat radiciſ unciaſ quattuor. Ex aqua hydropiciſ ſimiliter & opiſtotoniciſ & pleureticiſ. & comitialibuſ. Habenteſ eam feriri a ſerpentibuſ negantur. Aut qui ante guſtauerint: non ledi. Percuſſiſ imponit̃ cũ axungia. Folia cõtra cruditateſ mandunt̃. Orpheuſ amatoriũ ineſſe Staphylino dixit: fortaſſiſ quoniam uenerem ſtimulari hoc cibo certũ eſt. Ideo conceptuſ adiuuare aliqui prodiderunt. Ad reliqua & ſatiua pollet. Efficatior tamen ſilueſtriſ. Magiſq; in petroſiſ nata. Semen ſatiue quoq; cõtra ſcorpionũ ictuſ ex uino aut poſca ſalutare eſt. Radice eiuſ circunſca lpti denteſ: dolore liberant̃.

CAP. XI. De Gigidio.

Yria in hortiſ operoſiſſima. Inde quoq; eſt prouerbiũ Greciſ. Multa Syrorum olera. Simillimã Staphylino herbã ſerit: quã alii Gigidion uocãt: tenuiuſ tamẽ & amariuſ: eiuſdemq; effectuſ eſt. Coctũ crudumq; ſtomachi magna utilitate. Siccat enim ex alto omneſ humoreſ eiuſ.

CAP. XII. De Siſere erratico.

Iſer erraticũ ſatiuo ſimile eſt. & effectu. Stomachũ excitat. Faſtidiũ abſtergit. Ex aceto laſerpitiato ſũptum: aut ex pipere & mulſo: uel ex garo: urinã ciet: ut Opinion credit: & uenerẽ. In eadẽ ſententia eſt Diocleſ. Preterea cordi cõuenire cõualeſcentiũ. Aut poſt multaſ uomitioneſ per q̃utile. Heraclideſ contra argentũ uiuum dedit. Et ueneri ſubinde offenſãti: egriſq; ſe recolligẽtibuſ. Hũc Heſiuſ ideo ſtomacho utile uideri dixit: qm̄ nemo treſ Siſereſ edẽdo cõtinuaret. Eſſe tñ utile cõualeſcẽtibuſ: & ad uitam tranſeũtibuſ. Satiui priuatim ſuccuſ cum lacte caprino potuſ ſiſtit aluum.

CAP. XIII. De Seſeli.

T qm̄ pleroſq; ſimilitudo nominũ grecoꝝ confundit: cõteximuſ & de Seſeli: ſed hoc eſt uulgariſ noticie. Optimũ Maſilienſe. lato enim grano & fuluo eſt. ſcđm Etiopicũ nigriuſ. Creticũ odoratiſſimũ omniũ. Radix iucundi odoriſ eſt. Semẽ eiuſ eſſe & uultureſ dicunt̃. Prodeſt homini ad tuſſim ueterẽ. Rupta cõuulſa: in uino albo potum. Item Opiſtothoniciſ. & iocineꝝ. uitiiſ. & torminibuſ. & ſtrangurie. duarũ aut triũ linguarũ menſura. Sunt & folia utilia. ut que partuſ adiuuent: etiã quadrupedũ. Hoc maxime paſci dicuntur cerue pariture. Inlinit̃ & igni ſacro. Multũ in ſummo cibo concoctionibuſ confert uel folio uel ſemine. Quadrupedum quoq; aluum ſiſtit: ſiue tritum potui infuſum: ſiue mandendo cõmanducatum e ſale. Boum morbiſ medet̃ uel ſi contritum infunditur.

CAP. XIIII. De Inula.

Nula quoq; a ieiuniſ cõmanducata: denteſ confirmat: ſi ut eruta eſt: terrã non attigit. Condita tuſſim emũdat. Radiciſ uero decocte ſuccuſ tineaſ pellit. Siccata aũt in umbra farina tuſa & cõuulſiſ: & inflationibuſ & arteriiſ medet̃. Venenatorum morſuſ abigit. Folia ex uino lumborũ dolori illinunt̃.

CAP. XV. De Cepe Silueſtri.

Epe ſilueſtreſ nõ ſatiue: olfactu ipſo & delachrymationi & caligini medentur. Magiſ uero ſucci inunctione. Somnũ etiã facere tradunt̃. Et ulcera oriſ ſanare cõmanducate cũ pane. Et caniſ morſuſ uirideſ ex aceto illite. aut ſicce cũ melle & uino ita ut poſt diẽ tertiũ ſoluant̃. Sic & trite ſanant. Toſtã in cinerẽ epiphoriſ multi impoſuere cum farina ordeacea. Et genitaliũ ulceribuſ. Succo & cicatriceſ oculorum & albugineſ & argemaſ inunxere. & ſerpentiũ morſuſ. & omnia uulnera. cũ melle. Item auriculaꝝ cũ lacte mulieꝝ. Et in iſdem ſonitũ aut grauitatem emendanteſ cum adipe anſerino: aut cũ melle: ſtillauere. Et ex aq̃ bibendũ dederũt repente obmuteſcẽtibuſ. In dolore quoq; ad denteſ colluendoſ inſtillauere: & plagiſ beſtiaꝝ omnium: priuatim ſcorpionũ. Alopeciaſ fricuere & pſoraſ tuſiſ cepiſ. Coctaſ diſentericiſ ueſcendaſ dedere. Et contra lumboꝝ doloreſ. Purgamenta quoq; eaꝝ cremata in cinerẽ inlinenteſ ex aceto ſerpentium morſibuſ. In ipſaſ quoq; multipedeſ ex aceto. Reliqua inter medicoſ mira diuerſitaſ. Proximi inutileſ eſſe precordiiſ & concoctioni. Inflationemq; & ſitim facere dixerunt. Aſclepiadiſ ſchola ad ualidum quoq; colorem profici in cibo. Et ſi ſuccum ieiuni quottidie edant firmitatem ualitudiniſ cuſtodiri. ſtomacho utileſ eſſe: ac ſpirituſ agitatiõi. Ventrẽ mollire. Hemorrhoidaſ pellere ſubditaſ pro balaniſ. Succũ cum ſucco Feniculi contra incipienteſ hydropiſeſ mire proficere. Item contra anginaſ rute & melle. Excitari eiſdẽ lethargicoſ. Varro que ſale aut aceto piſa eſt arefactaq; uermiculiſ non infeſtari autor eſt.

CAP. XVI. De Porro Sectiuo.

Orro ſectiuo profluuia ſanguiniſ ſiſti in naribuſ contrito eo obturatiſ. uel galle mixto. aut mente. Itẽ ex abortu profluuia poto ſucco cũ lacte mulierum. Tuſſi etiã ueteri ac pectoriſ & pulmoniſ uitiiſ medet̃. Inlitiſ foliiſ ſanant̃ ambuſte epinyctideſ: ita uocat̃ ulcuſ atiẽ hebetãſ: & in angulo oculi perpetim humor emanaſ. Quidam eodẽ nomine appellãt puſtulaſ liuenteſ. ac noctibuſ inquietanteſ. Et alia ulcera cum melle trito. Vel beſtiaꝝ morſuſ ex aceto. Itẽ ſerpentia alioꝝ uitia cum felle caprino. uel pari mẽſura mulſi. Sudoreſ cũ lacte mulieriſ. Capitiſ doloreſ ſi in nareſ fundatur. Dormituriſue in aurem duobuſ ſucci coclearibuſ: uno melliſ. Succuſ & ad ſerpentium ſcorpionũq; ictuſ in potũ bibit̃ cũ mero. & ad lumborũ doloreſ cũ uino hemína potuſ. Sanguinẽ uero excreantibuſ & phthiſiciſ diſtillationibuſ longiſ uel ſuccuſ uel ex ipſo cibuſ ꝑdeſt. Item morbo regio. Vel hydropiciſ. Et ad renũ doloreſ cũ ptiſane ſucco acetabuli menſura. Idẽ moduſ cum melle uuluaſ purgat. Toſtuſ uero editur & contra fungoꝝ uenena. Imponitur & uulneribuſ. Venerẽ ſtimulat. Sitim ſedat. Ebrietateſ diſcutit. Sed oculorum aciem hebetare traditur. Inflationem quoq; facere: que tamen ſtomacho non noceat. uentremq; molliat: Voci ſplendorem affert.

CAP. XVII. De Porro capitato.

Apitato maior eſt ad eadem effectuſ. Sanguinē reiicientibuſ ſuccuſ cum caule: aut thuriſ farina uel acatia datur. Hippocrateſ & ſine alia mixtura dari iubet. Vuluaſq; contractaſ aperiri putat. Fecunditatem etiam feminarum hoc cibo augeri. Contritum ex melle ulcera purgare. Tuſſim. Et diſtillationeſ thoraciſ Pulmoniſ & arterie ſanat uitia datū in ſorbitione ptiſane. Vel crudū preter capita ſine pane. ita ut alterniſ diebuſ ſumatur. Vel ſi purulenta excreant᷑. Sic & uoci uel ueneri: ſomnoq; multū cōfert. Capita biſ aqua mutata cocta aluū ſiſtūt. & inflationeſ uetereſ. Cortex decoctuſ illituſq; inficit canoſ.

CAP. XVIII. De Allio.

Llio magna uiſ: magne etiam utilitateſ contra aquarum & quorumlibet locorū mutationeſ. Serpenteſ abigit & ſcorpioneſ odore. Atq; ut aliqui tradidere: & beſtiarum omniū ictibuſ medet᷑. Potu uel cibo uel inlitu pͥuatim cōtra hemorrhoidaſ ꝓdeſt. Cū uino reddit uomitum. Ac ne contra araneoꝝ aut muriū uenenatum morſū ualere miremur: aconitū qđ alio nomine pardalianchеſ uocat᷑ depellit. Itē Hyoſcyamū cōtra canū morſuſ. Inq; uulnera cū melle imponit᷑. Ad ſerpentiū qdē ictuſ potū cū reſtibuſ ſuiſ. Efficaciſſime ex oleo inlinit᷑. Adtritiſq; corporū ptibuſ. Vel ſi ueſica intumuerit. Quin & ſuffitu eo ſecūdoſ partuſ euocari exiſtimauit Hippocrateſ: cinere eorum cum oleo capitiſ ulcera manantia ſanitati reſtituenſ. Suſpirioſiſ coctum aliqui crudū id dedere. Diocleſ hydropiciſ cum centaurea aut in fico duplici ad euacuandam aluū. Quod efficatiuſ preſtat uiridi cum coriandro in mero potū. Suſpirioſiſ aliqui & tritū in lacte dederūt. Praxagoraſ & contra morbū regiū uino miſcuit. Et cōtra Ileū in oleo & pulte ſic illinenſ. Strumiſ quoq;. Antiqui & inſanientibuſ dabant crudum. Diocleſ phreneticiſ elixum. Contra anginaſ tritum imponi & gargariſſare prodeſt. Dentiū dolorem tribuſ capitibuſ in aceto tritiſ imminuit. Vel ſi decocta aq̄ colluant᷑: addaturq; ipſum in caua dentium. Auribuſ etiā inſtillatuſ ſuccuſ cum adipe anſerino. Phthiriaſeſ & prurigineſ potum. Tuſum item cum aceto & nitro. Cōpeſcit diſtillatiōeſ cum lacte coctum uel tritum: permixtumue caſeo molli. Quo genere & raucitatem extenuat. Vel phthiſin in fabe ſorbitione. In totum autem coctum utiliuſ eſt crudo. elixumq; toſto. Sic & uoci confert. Tineaſ & reliqua animalia interaneorum pellit. in aceto mulſo coctū Tenaſmo in pulte medetur. Temporum doloribuſ illitum elixū & puſtuliſ coctum cum melle: deinde tritum. Tuſſim cum adipe uetuſto decoctum. uel cum lacte. Aut ſi ſanguiſ etiam excreet᷑: uel purulenta ſint. Et pituite ſub pruna coctum potum & cum melliſ pari modo ſumptum. Conuolſiſ & ruptiſ cum ſale & oleo. Nam cū adipe tumoreſ ſuſpectoſ ſanat. Extrahit fiſtuliſ uitia cum ſulphure. & reſina etiam harundineſ cum pice. Lepraſ lichenaſ lentigineſ exulcerat: ſanatq; cum origano. Velciniſ eiuſ ex oleo & garo inlituſ. Sic & ſacroſ igneſ. Sugillata aut liuentia ad colorem reducit. Combuſtum ex melle credunt & comitialem morbum ſanare: ſi quiſ eo in cibo utatur. ac potione. Quartanaſ quoq; excutere potum caput unum cum Laſerpitii obolo. In uino auſtero tuſſim. Et alio modo acceptum. Suppuratiōeſ quātaſ libet ſanat: fracte incoctum fabe atq; in cibo ſumptum donec ſanitatem reſtituat. Facit & ſomnoſ atq; in totum rubicundiora corpora. Venerem quoq; ſtimulat cum Coriandro uiridi tritum potūq; e mero. Vitia eiuſ ſunt: ꝙ oculoſ hebetat. Inflationeſ facit. Stomachum ledit copioſiuſ ſumptum. Sitim gignit. Ceterum contra pituitam & galline & gallinaceiſ prodeſt. Mixtum farre in cibo iumentiſ urinā reddere. Atq; nō torqueri tradunt: ſi eo trito natura tangat᷑.

CAP. XVIIII. De Lactuca Siluatica ſiue caprina.

Actuce ſponte naſcentiſ primū eſt genuſ eiuſ:quam caprinā uocant:qua piſceſ in mare deiecta protinuſ necant̄: qui ſunt in proximo. Huiuſ lac expiſſatū mox in aceto ponder e obolorum duū: adiecto aque uno cyatho hydropiciſ dat̄. Caule & foliiſ cōtuſiſ aſperſo ſale nerui inciſi ſanant̄. Eadē trita ex aceto colluta matutiniſ biſ e menſe: dentiū dolorē prohibet.

CAP. XX. De Eſopo: Iſatide & Siluatico.

Lterum eſt genuſ: quod Greci Eſopon uocant. Huiuſ folia trita & cū polēta inlita ulceribuſ medentur. Hec in aruiſ naſcitur. Tertium genuſ eſt in ſiluiſ naſcenſ: Iſatin uocant: huiuſ folia trita cum polenta uulneribuſ proſunt. Quarto infictoreſ lanarum utuntur quod Siluaticum uocant. Simile erat Lapato foliiſ: niſi ꝙ plura habet. & nigriora. Sanguinem ſiſtit. Phagedenaſ & putreſcentia ulcera que ſerpunt: ſanat. Item tumoreſ ante ſuppurationem. Contra ignem ſacrum radice uel foliiſ prodeſt. uel ad lieneſ pota. Hec propria ſinguliſ. Communia autem: ſponte naſcentibuſ candor cauliſ: interdum cubitali longitudine. thyrſo & foliiſ ſcabricia. Ex hiſ rotunda folia & breuia habentem ſunt qui hieraciā uocent: quoniā accipitreſ ſcalpendo eam: ſuccoq; oculoſ tinguendo obſcuritatem cum ſenſere: diſcutiant. Succuſ omnibuſ candiduſ: uiribuſ quoq; Papaueri ſimiliſ. Carpitur per meſſeſ inciſo caule. Conditur fictili nouo. ad multa preclaruſ: Sanat omnia oculorum uitia cum lacte mulierum. arcet nubeculaſ. cicatriceſ: aduſtioneſq; omneſ. precipue caligineſ. Imponit̄ etiam oculiſ in lana contra epiphoraſ. Idem ſuccuſ aluum porgat in poſca potuſ ad duoſ obuloſ. Serpentium ictibuſ medetur in uino potuſ. Et folia toſta thyrſuſq; triti ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur. maxime contra ſcorpionum ictuſ. Verū contra phalangium cōmixto uino ex aceto. Aliiſ quoq; ueneniſ reſiſtunt: exceptiſ que ſtrangulando necant. aut iiſ que ueſice nocent. Item pſimmithio excepto. Imponunt̄ & uentri ex melle atq; aceto ad detrahenda uitia alui. Vrine difficultateſ ſuccuſ emendat. Crateuaſ eum & hydropiciſ oboliſ duobuſ in aceto cyatho uini dari iubet. Quidam & e ſatiuiſ colligunt ſucco minuſ efficaci. Peculiareſ earum uireſ partim iam dicte ſunt. Somnum faciendi. Veneremq; inhibendi. Eſtum refrigerandi. Stomachū purgandi. Sanguinem augendi. Nunc non pauce reſtant: quoniam & inflationeſ diſcutiunt. Ructuſq; leneſ faciunt. Concoctioneſ adiuuant. Cruditatem ipſe nequaꝗ̃ faciunt. Nec ulla reſ maiorem in cibiſ auiditatem incitat. inhibetq;. Eadem in cauſa alterutrinq; moduſ eſt. Sic & aluum copioſioreſ ſoluunt. Modice ſiſtunt. Lenticiam pituite digerunt. Atq; ut aliqui tradiderunt: ſenſum purgant. Stomachoſ diſſolutoſ utiliſſime adiuuant. In eoſ uſuſ & oxyporopoli ſeruāt addito dulci acrementum aceti temperanteſ. Si craſſior pituita ſit: ſcyllite aut uino abſinthite. Si & tuſſiſ ſentiatur: hyſopite admixto. Dantur celiaciſ cum Intubo erratico. Et ad duriciam precordiorū. Dantur & melancoliciſ candide copioſioreſ. Et ad ueſice uitia. Praxagoraſ & dyſentericiſ dedit. Ambuſtiſ quoq; proſunt recentibuſ: priuſ ꝗ̃ puſtule fiant: cum ſale inlite. Vlcera etiam que ſerpunt: cohercent initio cum aſſo nitro. Mox in uino trite. Igni ſacro illinunt̄. Conuulſa & luxata caulibuſ tritiſ cum polenta ex aqua frigida leniūt. Eruptioneſ papularum ex uino & polenta. In colera quoq; coctaſ patelliſ dederunt. Ad quod utiliſſime ꝗ̃mmaxime caule: ſed amare. Quidam lacte infundunt. Deferuefacti ii euleſ & ſtomacho utiliſſimi traduntur. Sicut ſomno & ſatiua maxime lactuca & amara lactenſq; quam Meconidem uocauimuſ. Hoc lac & oculorum claritati cum muliebri lacte utiliſſimum eſſe precipitur dum tempeſtiue capiti inunguntur. Oculoꝝ quoq; uitiiſ que frigore in iiſ facta ſunt. Miraſ & aliaſ inuenio laudeſ. Thoraciſ etiam uitiſ prodeſſe: non ſecuſ q̃m Ambrotonum cum melle attico. Purgari & feminaſ hoc cibo. Semen ſatiuarum contra ſcorpioneſ dari. Semine trito ex uino poto & libidinũ imaginationeſ in ſomno compeſcit. Tempeſtateſ aquaſq; non nocere Lactucam edentibuſ. Quidam tamen frequentioreſ in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

CAP. XXI. De Beta
candida & nigra.

Ec Beta ſine remedio eſt utraq;.ſiue candide ſiue nigre: radix receſ̃ & madefacta ſuſpenſa funiculo. contra ſerpentium morſuſ efficax eſſe dicitur. Candida Beta cocta & cum Allio crudo ſumpta contra tineaſ. Nigre radiceſ ita in aqua cocte: pruriginem tollunt. Atq; in totũ efficatior eſſe traditur nigra. Succuſ eiuſ capitiſ doloreſ ueteres & uertigineſ. Item ſonitum aurium ſedat infuſuſ iiſ. Ciet urinam. Medetur dyſentericiſ iniecta. Et morbo regio. Doloreſ quoq; dentium ſedat inlituſ ſuccuſ. Et contra ſerpentium ictuſ ualet: ſed huic radici duntaxat expreſſuſ. Ipſa uero decocta pernionibuſ occurrit. Albe ſuccuſ epiphoraſ ſedat fronte inlita. Aluminiſ paruo admixto: ignem ſacrum. Sine oleo trita licet aduſtiſ medetur. Et contra eruptioneſ papularum cocta. Eadem contra ulcera que ſerpunt. Inlinitur & alopetiiſ cruda. Et ulceribuſ que in capite manãt. Succuſ eiuſ cũ melle naribuſ indituſ: caput purgat. Coquitur & cũ lenticula addito aceto ut uentrẽ molliat. Validiuſ cocta fluctuatiõeſ ſtomachi ſiſtit & uentriſ.

CAP. XXII. De Beta Siluestri.

St & Beta ſilueſtriſ: quam Limonion nocãt. Alii Neuroden: multum minoribuſ tenuioribuſq; ac denſioribuſ foliiſ. Vndecim ſepe caulium. Huiuſ folia ambuſtiſ utilia. guttantia aſtringunt. Semen acetabuli menſura dyſentericiſ prodeſt. Aque e radice cocte maculaſ ueſtium eluere dicuntur. Itemq; membranaꝝ.

CAP. XXIII. De Intubiſ & ambula.

Ntubi quoq; non extra remedia ſunt. Succuſ eorum cũ roſaceo & aceto capitiſ doloreſ lenit. Idemq; cum uino potuſ iocineribuſ & ueſice & epiphoriſ imponit̃. Erraticum apud noſ quidam Ambulam appellauere. In Egypto Cichorium uocant: quod ſilueſtre ſit. Satiuũ aũt Serin. qđ eſt minuſ & uenoſiuſ.

CAP. XXIIII. De Cichorio.

Icborium refrigerat. Inde cibum ſumptum & illitum collectiõeſ: ſuccuſq; decocti uentrem ſoluit. Iocineri & renibuſ & ſtomacho prodeſt. Item ſi in aceto decoquatur: urine tormina diſcutit. Item morbum regium e mulſo: ſi ſine febre ſit. Veſicã adiuuat. Mulierum purgationibuſ quidem decoctum in aqua adeo prodeſt: ut emortuoſ partuſ trahat. Adiiciunt Magi ſucco totiuſ cum oleo perunctoſ fauorabilioreſ fieri. & que uelint faciliuſ impetrare. Quod quidem propter ſingularem ſalubritatem aliqui Chreſton appellant: alii Pancration. Et ſilueſtre genuſ alii Edypnoida uocãt: latioriſ folii. Stomachum diſſolutum aſtringit cocta. Crudaq; ſiſtit aluum. Et dyſentericiſ prodeſt magiſ cum lente. Rupta & conuulſa utroq; genere iuuantur. Item quibuſ genitura ualitudiniſ morbo effluat.

CAP. XXV. De Seri.

Eriſ & ipſa Lactuce ſimillima duum generum eſt. Silueſtriſ melior. Nigra iſta & eſtiua. Deterior hyberna: & candidior. Vtraq; tamen ſtomacho utiliſſima: precipue quem humor uexat Cum aceto in cibo refrigerant: uel illite. diſcutiuntq; & alioſ q̃m ſtomachi. Cum polenta ſilueſtrium radiceſ ſtomachi cauſa ſorbentur. Et cardiaciſ illinuntur ſuper ſiniſtram manmam. & ex aceto. Omneſ he & podagriciſ utileſ.

Et ſanguinē reiicientibuſ. Item quibuſ genitura fluit; alterno dierum potu. Petroniuſ Diodotuſ qui Antelegomena ſcripſit: in totum damnauit Serian multiſ modiſ arguēſ. Sed aliorū omniū opinio reſiſtit.

CAP.XXVI. De Braſſica & generibuſ eiuſ.

Raſſice laudeſ longum eſt exequi: cū & Chryſippuſ medicuſ priuatim uolumen ei dicauerit per ſingula membra hominiſ digeſtum. Et Dieucheſ. Ante omneſ autem Pythagoraſ. & Cato non parciuſ celebrarint. Cuiuſ ſentētiam uel eo diligētiuſ perſequi par eſt: ut noſcatur qua medicina uſuſ ſit anniſ ſexcentiſ. In treſ ſpecieſ diuiſere eam Greci antiquiſſimi. Criſpam: quam Selinada uocauerunt. a ſimilitudine Apii foliorum: ſtomacho utilem: aluum modice mollientem. Alteram Elean latiſ foliiſ e caule exeuntibuſ. Vnde Cauloden quidam uocauere. nulliuſ in medicina momenti. Tertia eſt ꝓprie appellata Crābe: tenuioribuſ foliiſ & ſīplicibuſ: denſiſſimiſq; amarior ſed efficaciſſima. Cato criſpam maxime probat. Dein lenem: grandibuſ foliiſ caule magno. Prodeſſe tradit capitiſ doloribuſ. Oculorum caligini. Scintillationibuſq; uel ſtomachi precordiiſ. Crudam ex aceto & melle. Coriandro. Ruta. Menta. Laſeriſ radicula ſumptam acetabuliſ duobuſ matutino. Tantamq; eſſe uim ut qui terant hec: ualidioreſ fieri ſe ſentiant. Ergo uel cum uino tritam ſorbendam: uel ex olei intinctu ſumēdam. Podagre autem: morbiſq; articulariiſ inlini cum rute Coriandri & ſaliſ mica hordei farina. Aqua quoq; eiuſ decocta: neruoſ articuloſq; mire iuuari. Si foueantur uulnera & recentia & uetera. Etiam Carcinomata que nulliſ aliiſ medicamentiſ ſanari poſſint. Foueri priuſ aqua calida iubet: ac biſ die tritam imponi. Sic etiam fiſtulaſ luxata & tumoreſ euocari. queq; diſcuti opuſ ſit. Inſomnia etiam uigiliaſq; tollere decoctam ſi ieiuni edant ꝙplurimā ex oleo & ſale. Tormina ſi decocta iterū decoquat̄: addito oleo & ſale cumino polenta. Si ita ſumatur ſine pane: magiſ profuturam. Inter reliqua bilem detrahit per uinū nigrum pota. Quin & urinam eiuſ qui Braſſicā potādam eſtimauerit: aſſeruari iubet. calefactamq; neruiſ remedio eſſe. Verba ipſiuſ ſubiiciam ad exprimēdam ſententiam. Pueroſ puſilloſ ſi laueſ illa urina: nunꝙ debileſ fieri. Auribuſ quoq; ex uino ſuccum Braſſice tepidum īſtillari ſuadet. Idq; etiam tardicati audientiū prodeſſe aſſeuerat. Et impetigineſ eadem ſanare ſine ulcere. Grecoꝝ quoq; opinioneſ iam & Catoniſ cauſa poni conuenit in iiſ duntaxat que ille p̄termiſit. Bileſ detrahere non percoctam putant. Item aluum ſoluere. Eandemq; biſ coctam ſiſtere. Vino aduerſari ut inimicam uitibuſ. Antecedente in cibiſ caueri ebrietatem. Poſtea ſumpta crapulam diſcuti. Hunc cibum & oculorum claritati conferre multū. Succo uero crude anguliſ uel tantum tactiſ cum attico mello: plurimum. Facillime concoqui. Ciboq; eo ſenſum purgari. Eraſiſtrati ſchola clamat: nihil eſſe utiliuſ ſtomacho: neruiſq;. Ideo paralyticiſ & tremuliſ dari iubet: & ſanguinem excreantibuſ. Hippocrateſ celiaciſ & dyſentericiſ biſ coctam cum ſale. Item ad tenaſmon & renum cauſaſ. Lactiſ quoq; ubertatem puerperiſ hoc cibo fieri iudicanſ. Et purgationem feminiſ. Cruduſ quidem cauliſ ſi edatur: partuſ quoq; emortuoſ pelli. Apollodoruſ aduerſuſ fungorum uenena ſemen aut ſuccū bibēdum cenſet. Philiſtion opiſtotoniciſ ſuccum ex lacte caprino cū ſale & melle. Inuenio & a podagra liberatoſ edendo eam: decocteq; uiſ bibendo. Hoc & cardiaciſ datum: & comitialibuſ morbiſ addito ſale. Item ſpleneticiſ in uino albo per dieſ.xl. Ictericiſ necnon & phreneticiſ radiciſ crude ſuccum gargariſſandum bibendumq; demonſtrat. Contra uero ſingultuſ cum Coriādro & Aneto & melle ac pipere & aceto. Inlitam quoq; prodeſſe inflationibuſ ſtomachi. Item ſerpētium ictibuſ. Et ſordidiſ ulceribuſ ac uetuſtiſ: uel ipſa aqua cum hordeacea farina. Succũ ex aceto uel cum feno greco. Sic aliqui & articuliſ podagriſq; īponunt. Epinyctidaſ & quicquid aliud ſerpit in corpore: impoſita leuat. Item repentinaſ caligineſ. Haſ & ſi manditur ex aceto. Sugillata uero & alioſ liuoreſ. Pura illita lepraſ & pſoraſ cũ alumīe rotũdo ex aceto. Sic & fluẽteſ capilloſ retinet. Epicharmuſ teſtium & genitalium maliſ hanc utiliſſime impōi aſſerit. Efficatiuſ eandẽ cũ faba trita. Item cõuulſiſ cũ ruta. Contra ardorẽ febriũ & ſtomachi uitia ſemina & ad ſecũdaſ & muriſ aranei morſuſ: folioꝝ aridorũ farina alterutra parte exinaniuit. Ex oĩbuſ Braſſice generibuſ ſuauiſſima ẽ quin & inultiſ habet᷑: difficiliſ in coquẽdo & renibuſ contraria. Illud quoq; ñ ẽ omittẽdũ: aq̄ decocte ad tot uſuſ laudatã feceri humi effuſã. Stirpiũ Braſſice aridoꝝ ciniſ inter cauſtica intelligit᷑. ad coxendicũ doloreſ cũ adipe uetuſto. ac cũ laſere & aceto in uicẽ pſilothri euulſiſ illituſ piliſ: naſci alioſ prohibet. Bibit᷑ & cũ oleo ſubferuefactuſ: uel per ſe elixuſ ad cõuulſa & rupta intuſ. lapſũq; ex alto. Nulla ergo ſunt crimina Braſſice? Immo uero apud eoſdẽ. Anime grauitatẽ facere. Dẽtibuſ & Gingiuiſ nocere. Et in Egypto propter amaritudinẽ nõ eſtur.

CA. XXVII. De Braſica ſilueſtri: & natura ac mediciniſ eiuſ.

Ilueſtriſ ſiue erratice immenſo pluſ effectuſ laudat Cato. adeo ut aride quoq; farinã in olfactorio collectã uel odore tm̃ naribuſ adhibito: uitia ortum grauem olẽtiãq; ſanare affirmet. Hãc alii Petrã uocãt. inimiciſſimã uino: quam precipue uitiſ fugiat. Aut ſi nõ poſſit fugere: moriat᷑. Folia habet bina rotũda parua lenia plantiſ oleriſ ſimilior. Candidior ſatiua & hirſutior. Hãc īflationibuſ mederi. Melancholiciſ quoq; ac uulneribuſ recẽtibuſ cũ melle. ita ne ſoluãt᷑ ante diẽ ſeptimũ. Strumiſ fiſtuliſ ī aq̄ cõtritã Chryſippo autore. Et alii cõpeſcere mala corporiſ que ſerpunt: Nomaſ uocant. Itẽ excreſẽtia abſumere. Cicatriceſ ad planũ reducere. Oriſ ulcera & tõſilla manducatã & coctã ſucco gargariſſato cũ melle tollere. Item pſoraſ & lepraſ uetereſ ipſiuſ tribuſ ꝑtibuſ: cũ duabuſ aluminiſ in aceto acri illitiſ. Epicharmuſ ſatiſ eã eẽ cõtra caniſ rabioſi morſũ īponi. Meliuſ ſi cũ laſere aceto acri. Necari quoq; caneſ ea ſi det᷑ ex carne. Semen eiuſ toſtum auxiliatur cõtra ſerpẽteſ. fungorumq; uenena. In tauri ſanguine folia cocta ſpleneticiſq; ī cibo data & cruda illita cũ ſulphure & nitro ꝓſũt. Itẽ mãmarũ duricie. Radicũ ciniſ uue in faucibuſ tumenti tactu medet᷑. Et parotidaſ cũ melle illituſ repͥmit. Serpẽtũ morſuſ ſanat. Virũ Braſſice unũ & magnũ argumẽtũ addemuſ & mirabile. Cruſte ſi occupẽt intuſ uaſa oĩa in q̄buſ aque feruẽt: intm̃ ut nõ ſit eaſ auellere. ſi Braſſica in hiſ decoq̄tur: abſcedunt.

CA. XXVIII. De Lapſana: & marina braſica.

Nter ſilueſtreſ Braſſicaſ & Lapſana eſt: pedaliſ altitudiniſ. hirſutiſ foliiſ: ſinapi ſimillimiſ: niſi candidior eſſet flore. Coquit᷑ ī cibo: aluũ leniter emollit. Marina Braſſica uehemẽtiſſime ex oĩbuſ aluũ ciet. Coq̄t᷑ propter acrimoniã cũ pingui carne ſtomacho inimiciſſima.

CA. XXVIIII. De Scylla & uſu ac medicina eiuſ.

Cyllaꝝ ī medicina alba ẽ: que maſculuſ. Femīe nigre. Scylla que cãdidiſſima fuerit: utiliſſima erit. Huic aridiſ tuniciſ direptiſ qđ reliquũ e uiuo eſt cõſutum ſuſpẽditur lino modiciſ interualliſ. Poſtea arida fruſta in cadũ aceti q̃aſpimi pendẽtia immergũt᷑: ita ne ulla parte uaſ cõtingãt. hoc fit ante ſolſtititiũ diebuſ. xlviii. Gypſo deīde oblituſ caduſ ponit᷑ ſub teguliſ totiuſ diei ſolẽ accipiẽtibuſ. Poſt eum numerum dieꝝ tollit᷑ uaſ. Scylla eximit᷑. Acetũ trãſfũdit᷑. Hoc clariorẽ oculoꝝ aciẽ facit. Salutare ẽ ſtomachi laterumq; doloribuſ paꝝ ſũptũ biniſ diebuſ. Sed tanta ẽ ut auidiuſ hauſtũ extīcte anime momẽto aliquo ſpeciẽ ꝓbeat. Prodeſt & gingiuiſ & dẽtibuſ uel per ſe cōmanducata. Tineaſ & reliqua uētriſ animalia pellit: ex aceto & melle ſūpta. Ligue quoq; recenſ ſubiecta: preſtat ne hygropici ſitam ſentiant. Coquitur pluribuſ modiſ. in olla que coniiciatur in clibanum aut furnum: uel adipe aut luto illita. aut fruſtatim in patiniſ. & cruda ſiccatur: deinde conciditur. Coquiturq; in aceto. Tum ſerpentium ictibuſ imponitur. Toſta quoq; purgatur. & medium eiuſ iterum in aqua coquitur. Vſuſ ſic cocte ad hydropicoſ urinā ciendā tribuſ oboliſ cum melle & aceto pote. Item ſpleneticoſ & ſtomachicoſ. ſi non ſentiant ulcuſ: quibuſ inaniter cibuſ. Ad tormina regioſ morboſ: tuſſim ueterē cū ſuſpirio. Diſcutit & ex foliiſ ſtrumaſ: q̄drinis diebuſ ſoluta. Furfureſ capitiſ. & ulcera manātia illita ex oleo cocta. Coquitur & in melle cibi gratia maxime uti coctionem faciaſ. Sic & interiora purgat. Rimaſ pedum ſanat in oleo cocta & mixta Reſine. Semē eiuſ lumborum dolori ex melle īponitur. Pythagoraſ Scyllam in limine quoq; ianue ſuſpenſam: maloꝝ medicamentoꝝ ītroitū pellere tradit.

CAP. XXX. De Bulbiſ.

Eterum Bulbi ex aceto & ſulphure uulneribuſ in facie medentur. Per ſe uero triti: neruorum contractionem. Et ex uino porigineſ. Succum cum melle: canū morſibuſ. Eraſiſtrato placet cū pice. Sanguinem idē eoſ ſiſtere tradit illitoſ cum melle. Alii ſi e naribuſ fluat Coriandrū & farinā adiciūt. Theodoruſ & Lichenaſ ex aceto bulbiſ curat. Et erūpentia in capite cū uino auſtero aut ouo. Et bulboſ epiphoriſ idē illinit. & ſic lipitudini medeē. Eoꝝq; uitia q̄ ſūt ī facie rubēteſ maxīe in ſole illitiſ cum melle & intro emendat. Lentiginem cum uino aut cum cumino coctiſ. Vulneribuſ quoq; mire proſunt per ſe. Aut ut Damiō ex mulſo: ſi quinto die ſoluantur. Iiſdem et auriculaſ fractaſ curat. Et teſtiū pituitaſ. In articulorū doloribuſ miſcent farinam. In uino cocti inliti uentri duriciā precordiorum emollunt. Dyſentericiſ in uino ex aqua celeſti temperato: dantur. Ad conuulſa intuſ cum Silphio piluliſ fabe magnitudine. Ad ſudorem tuſi inlinūtur. Neruiſ utileſ. Ideo & paralyticiſ dantur iuxta in pedibuſ. Qui ſunt ruffi ex hiſ citiſſime ſanant cum melle & ſale. Venerem maxime Megarici ſtimulant. Hortenſii partum: cū ſapa aut paſſo ſumpti. Silueſtreſ interaniorū plagaſ & uitia cū Silphio piluliſ deuoratiſ ſedant. Et ſatiuorum ſemē contra phalāgia bibit in uino. Ipſi ex aceto illinuntur contra ſerpentium ictuſ. Semen antiqui bibendum inſaniētibuſ dabāt. Floſ bulboꝝ crituſ crurū maculaſ uarietateſq; ignefactaſ emēdat. Diocleſ oculoſ hebetari ab iiſ putat. Elixoſ aſſiſ minuſ utileſ adiciunt eſſe & difficile concoqui ex ui uniuſcuiuſq; nature.

CAP. XXXI. De Bulbine.

Vlbinem Greci uocant herbam Panaciſ foliiſ: rubicundo bulbo. Hec traditur: uulneribuſ mire utiliſ duntaxat recentibuſ.

CAP. XXXII. De Bulbo uomitorio:

Vlbuſ quem uomitorium uocant ab effectu: folia habet nigra: ceteriſ longiora. utiliſſimuſ ſtomacho cibuſ.

CAP. XXXIII. De Aſparagiſ domeſticiſ.

Sparagi ut traditur: Cumino quidē addito inflationeſ ſtomachi coliq; diſcutiūt. Ventrē leniter molliūt. Pectoriſ & ſpine doloribuſ. inteſtinorūq; uitiiſ proſūt. Vino cū coquunē addito ad lumborū & renū doloreſ. Semen trium oboloꝝ pōdere: parte cumini bibitur. Venerem ſtimulant. Vrinam cient utiliſſime preterq̃ ꝙ ueſicam exulcerant. Radix quoq; plurimorū predicatione trita & in uino albo pota: calculoſ quoq; exturbat. Lumboꝝ & renū doloreſ ſedat. Quidam ad uulue dolorē: radicē cū uino dulci propinant. Eadē in aceto decocta contra elephantiam proficit. Aſparago trito cum oleo perunctum: pungi ab apibuſ negant.

CAP. XXXIIII. De Aſparago ſilueſtri.

Ilueſtrem Aſparagum aliqui Corrudā aliqui Lybicum uocant: Attici horminiū. Huiuſ ad ſupradicta omnia efficatior uiſ. & candidiori maior. Regium morbū extenuant. Veneriſ cauſa aquam eorū decoctam bibi iubent ad heminam. Ad idem & ſemē ualet cū aneto tritū. Terniſ utrunq; oboliſ datur. Et ad ſerpētium ictuſ ſuccuſ decoctuſ. Radix quoq; miſceť radici marathri inter efficaciſſima auxilia. Si ſāguiſ ꝑ urinā reddať ſemē Aſparagi & Apii & Cumini terniſ oboliſ í uino cyathiſ duobuſ qniſ diebuſ Chryſippuſ dari iubet. Sic & hydropiciſ contrarium eſſe q̄uiſ urinam moueat: docet. Itē ueneri. Veſice quoq; niſi coctū aqua. Si canibuſ detur occidit eoſ. In uino de cocte radiciſ ſuccuſ ſi ore contineatur: dentibuſ mederi.

CAP. XXXV. De Apio & medicinis eius.

Pio gratia uulgo eſt. Nanq; rami largiſ portionibuſ per iura innatant. Et in condimentiſ peculiarem gratiam habent. Preterea oculiſ inlitū cum melle: ita ut ſubinde foueantur feruenti ſucco decocti: aliiſq; mēbrorū. Epiphoriſ per ſe tritū aut cū pane uel polenta impoſitū: mire auxiliať. Piſceſ quoq; ſi egrotent in piſciniſ: Apio uiridi recreantur. Verū apud eruditoſ non aliud erutū terra in maiore ſententiarum autoritate eſt. Diſtinguitur ſexu. Chryſippuſ feminam eſſe dicit criſpioribuſ foliiſ & duriſ: craſſo caule. ſapore acri & feruido. Dionyſiuſ marē nigriorem breuioriſ radiciſ uermiculoſ gignentem. Ambo neutrū ad ciboſ admittendū. Imino omnino nefaſ. Nā id defunctorū epuliſ feralibuſ dicatū. Ipſiuſ quoq; uiſuſ claritati inimicū. Caule femine uermiculoſ gigni. Ideoq; eoſ qui ederint: ſterileſcere. mareſ feminaſue. In puerperiiſ uero ab eo cibo comitialeſ fieri qui ubera hauriunt. Innocentiorē tamen eſſe marem. Eaq; cauſa eſt ne inter nefaſtoſ fruticeſ damnetur. Mammarum duriā impoſitiſ foliiſ emollit. Suauioreſ aquaſ potui incoctū preſtat. Succo maxime radiciſ cū uino: lūboꝝ doloreſ mitigat. Eodē iure inſtillato: grauitatem auriū. Semine urinā ciet: menſtrua ac ſecundoſ partuſ. Et ſi foueantur ſemine decocto ſugillata reddit colori. cū oui albo inlitū. aut ex aqua coctum potūq; renibuſ medetur. in frigida tritum: oriſ ulceribuſ. Semen cū uino uel radix cum ueteri uino ueſice calculo frangit. Semē dať ex tribuſ cyathiſ ex uino albo.

Plut. in Timoleonte
Apij coronas sepulchris imponi usurpatū:
unde prouerbiū. Male ualitudinē fruentē
Apio indigere.

CAP. XXXVI. De Apiaſtro.

Piaſtrū Higinuſ qdē meliſſophilō appellat. Sed í cōfeſſa dānatiōe ē uenenatū í Sardinia. Cōtexēda enim ſūt oīa ex eodē nomīe: apud Grecoſ pēdentia.

CAP. XXXVII. De Olere atro ſiue Hippoſelino:
Orthoſelino: Helioſelino: Petroſelino: Opoſelino.

Luſatrum quod Hippoſelinum uocant: aduerſatur ſcorpionibuſ. poto ſemine torminibuſ interaneiſ medetur. Itēq; difficultatibuſ urine ſemen eiuſ decoctū ex mulſo potū. Radix eiuſ in uino decocta: calculoſ pellit & lumborū ac lateriſ doloreſ. Caniſ rabioſi morſibuſ potum: & inlitū medetur. Succuſ eiuſ algenteſ calefacit potuſ. Quartū genuſ ex eodē faciunt aliqui Oreoſelinon alio frutice recto ſemine Cumino ſimile. Vrine & menſtruiſ efficax. Helioſelino uiſ priuata contra araneaſ. Sed de Oreoſelino ſemine purgantur e uino. Alio genere Petroſelinon quidam appellant in ſaxiſ natum. Precipuum ad uomicaſ coclearibuſ biniſ ſucci additi in cyathū Marrubii ſucci: atq; ita aque calide tribuſ cyathiſ. Addidere qdam opoſelinō differenſ breuitate cauliſ a ſatiuo & radiciſ colore ruffo eiuſdē effectuſ. Preualere cōtra ſerpēteſ potum et licum.

CAP.XXXVIII. De Ocimo domeſtico.

Cimum quoq; Chryſippuſ grauiter increpuit: inutile eſſe dicenſ ſtomacho urine: oculoꝝq; claritati. Preterea ĩſaniã facere & lethargicoſ & iocinoriſ uitia. Ideoq; capraſ id aſpnari. In hominibuſ quoq; fugiendũ cenſet. Adiiciunt quidã tritũ ſi opiat̃ lapide: ſcorpionem gignere. Commandũcatum & in ſole poſitum: fermeſ afferre. Alii uero ſi eo die feriatur quiſpiam a ſcorpione qui ederit Ocimum: ſanari non poſſe. Quinimmo tradunt aliqui manipulo Ocimi cum cancriſ .x. marinis uel fluuiatilibuſ trito: conuenire ad eum ſcorpioneſ a proximo omneſ. Diodoruſ in Hemitriteiſ etiam pediculoſ facere Ocimi cibum. Secuta etaſ alacriter defendit. Nam id eſſe capraſ nec minuſ q̃ Mentam & Rutam ſcorpionũ terreſtriũ ictibuſ marinorũq; uenenis mederi cum uino: addito aceto exiguo. Vſu quoq; compertũ deficientibuſ ex aceto odoratu ſalutarem eſſe. Item lethargiciſ & inflammatiſ refrigeratiõi: inlitum capitiſ doloribuſ cum roſaceo: aut myrtheo: aut aceto. Item oculorum epiphoriſ impoſitum ex uino. Stomacho quoq; eſſe utile. Inflationeſ & ructum ex aceto diſſoluere ſumptũ. Aluum ſiſtere impoſitũ. Vrinam ciere. Sic & morbo regio & hydropiciſ ꝓdeſſe. Diſtillatiõeſ eo coli & ſtomachi inhiberi. Ergo etiam celiaciſ Philiſtio dedit. Et coctũ dyſẽtericiſ. Et contra Phiſtonicum. Aliqui & in tenaſmo. Et ſanguinem excreantibuſ in uino. Duriciamq; precordiorum. Inlitum mammiſ extinguit. Lactiſq; prouentum. Auribuſ utiliſſimum: infantium precipue cũ adipe anſerino. Semen tritum & hauſtum naribuſ ſternutamenta. Et diſtillationeſ capitiſ quoq; illitũ. Vuluaſ purgat in cibo ex aceto. Verrucaſ mixto atramento ſutorio tollit. Venerem ſtimulat. Ideoq; etiã eq̄ſ aſiniſq; admiſſure tempore ingeritur.

CAP.XXXVIIII. De Ocimo Silueſtri.

Iluestri Ocimo uiſ efficatior ad eadem oĩa. Peculiariſ ad uitia que uomitionibuſ crebriſ contrahuntur. Vomiciſq; uulue. Contraq; beſtiarum morſuſ radix ĩ uino eſt efficaciſſima.

CAP.XL. De Eruca.

Ruce ſemẽ ſcorpionũ uenenis & muriſ aranei medet̃. Beſtiolaſ om̃eſ innaſcẽteſ corpori arcet. uitia cutiſ in facie cũ melle illitũ. Lẽtigeneſ ex aceto. Cicatriceſ nigraſ reducit ad cãdorẽ cũ felle bubulo. Aiũt uerbera ſubituriſ potũ ex uino: duriciã quandam contra ſenſum inducere. Incondiendiſ obſoniiſ tanta eſt ſuauitaſ: ut Greci Euzomon appellauerint. Putant ſubtrita Eruca ſi foueant̃ oculi claritatem reſtitui. Tuſſim infantium ſedare. Radix eiuſ in aqua decocta: fracta oſſa extrahere. Nam uenere ſtimulanda diximuſ tria folia ſilueſtriſ Eruce ſiniſtra manu decerpta & trita ĩ aqua mulſa ſi bibantur.

CAP.XLI. De Naſturcio.

Cõtrario Naſturtiũ uenerẽ ĩhibet. Animũ excauit. ut diximuſ duo eiuſ genera. Aluũ purgat. Detrahit bilẽ potũ ĩ aq̃ .x. denarioꝝ põdo. Cũ lomẽto ſtrumiſ ĩlitũ opertũq; Braſſica p̄clare medet̃. Alteꝝ ẽ nigriuſ qđ capitiſ uitia purgat. Viſum clarificat. Cõmotaſ mẽteſ ſedat ex aceto ſũptũ. Lienẽ ex uino potũ uel cũ fico. Tuſſi ex melle ſi cotidie ieiuni ſumãt. Semẽ ex uino om̃ia ĩteſtinoꝝ aĩalia expellit. Efficatiuſ addito mentaſtro. Prodeſt & contra ſuſpiria & tuſſim cum origano & uino dulci. Pectoriſ doloribuſ decoctum in lacte caprino. Panoſ diſcutit cum pice extrahitq; corpori aculeoſ. Et maculaſ inlitum ex aceto. Contra carcinomata adiicitur ouorum album. Et lyenibuſ inlinitur ex aceto. Infantibuſ uero e melle utiliſſime. Seſtiuſ adiicit hoc ſerpenteſ fugare. Scorpionibuſ reſiſtere. Capitiſ dolorem contritum: & alopeciaſ emendare. Sinapi grauitatẽ auriũ trito impoſito auribuſ cum fico. Dentium doloreſ infuſo in aureſ ſucco. Pruriginẽ & ulcera capitiſ cũ adipe anſerino. Furũculoſ cõcoquit cũ fermẽto. Carbũculoſ ad ſuppurationem ꝑducit: & rumpit. Phagedenaſ ulcerum expurgat cũ melle. Coxendicibuſ & lumbiſ cũ polenta ex aceto ilinitur. Itẽ Lychẽi. Itẽ unguibuſ ſcabriſ. Quippe natura eiuſ cauſtica ẽ. Optimũ aũt babyloniũ. Silueſtri uero ad omnia ea effectuſ maior:

CAP. XLII. De Ruta.

N p̄cipuiſ aũt medicaminibuſ Ruta ẽ. Latiora ſatiue folia. Rami fruticoſioreſ. Silueſtriſ horrida ad effectũ eſt. & ad oĩa macrior. Succuſ exprimit̃ tuſa ea & aſpera modice aqua. Et ĩ pyxide cypria adſeruat̃. Hic copioſior datuſ ueneni noxiã obtinet. Macedonia maxĩe: iuxta flumen Anacimũ. Mirũq; Cicute ſucco extinguit̃: adeo etiam uenenorum uenena ſunt quando Cicute ſuccuſ prodeſt manibuſ colligẽtiũ Rutam. Ceterum ĩter prima immiſcetur antidotiſ. Precipueq; Galacie. Quecũq; aũt Ruta aut per ſe aut pro antidoto ualet foliiſ tritiſ & ex uino ſumptiſ. Contra aconitũ maxime. Et uiſcum. Item fungoſ ſiue in potu detur: ſiue in cibo. Simili modo contra ſerpẽtium ictuſ: utpote cũ muſtele dimicature cũ iiſ Rutam priuſ edendo ſe muniãt. Sed ualent & contra ſcorpionum ictuſ. & araneorum. apium. crabronum. ueſparum. aculeoſ. Et cantaridaſ. ac Salamandraſ: caniſue rabioſi morſuſ acetabuli menſura ſi ſuccuſ e uino bibitur. Et folia trita uel commanducata imponuntur cum melle & ſale uel cum aceto & pice decocta. Succo uero perunctoſ aut etiã habenteſ negant feriri ab iiſ malefitiiſ. Serpenteſq; ſi uratur Ruta: nidorem fugere. Efficaciſſima tamen eſt ſilueſtriſ radix cum uino ſumpta. Eandem adiciunt efficatiorem eſſe ſub diuo potam. Pythagoraſ & in hac marẽ minoribuſ herbaceiq; coloriſ foliiſ a femina diſcreuit etiam latioribuſ foliiſ & colore. Idemq; oculiſ noxiam putauit. falſo: quoniam ſculptoreſ & pictoreſ hoc cibo utuntur oculorũ cauſa. Cum pane quoq; uel Naſturcio ſatiue. Atq; ſilueſtriſ propter uiſum. Vt aiunt multi. ſucco eiuſ cum melle attico iuncti diſcuſſerũt caligineſ. uel cum lacte mulieriſ puerum enixe. uel puro ſucco ãguliſ oculorũ tactiſ. Epiphoraſ cum polenta impoſita. Lenit autem capitiſ doloreſ pota cum uino: aut cum aceto: & roſaceo illita. Si uero ſint Cephalea: cum farina hordeacea uel aceto: Eadem cruditateſ diſcutit. mox inflationeſ doloreſ ſtomachi uetereſ. Vuluaſ aperit. Corrigitq; conuerſaſ ilita ĩ melle toto uẽtre & pectore. Hydropiciſ cũ fico & decocta ad dimidiaſ parteſ potaq; ex uino ſic bibitur & ad pectoriſ doloreſ: laterumq; & lũboꝝ. Tuſſeſ: ſuſpiria: pulmonum: iocinerum: renum uitia. horroreſ frigidoſ. Ad crapule grauedineſ. Decoquuntur folia poturiſ. Et in cibo uel crude uel decocta conditaue prodeſt. Itẽ corminibuſ in hyſopo decocta. Et cũ uino. Sic & ſanguinẽ ſiſtit ĩteriorẽ & nariũ indita. Sic & collutiſ dẽtibuſ prodeſt. Auribuſ quoq; in dolore ſuccuſ ĩfũdit̃ cuſtodito ut diximuſ modo. E ſilueſtri uero. contra tarditatem & ſonitum cũ roſaceo uel cum laureo oleo aut Cumino & melle. Succuſ & phreneticiſ ex aceto trite inſtillat̃ in tempora & crebrum. Adiecerunt aliqui & ſerpillũ & larum inlinenteſ capita & colla. Dedederunt & lethargiciſ ex aceto olfaciendum. Dederunt & comitialibuſ bibendum decocte ſuccum in cyathiſ quattuor ante acceſſioneſ quarum friguſ intollerabile eſt. Alſioſiſ quoq; crudam dari in cibo. Vrinam quoq; uel cruentam pellit. Feminarũ etiã purgationeſ. ſecũdaſq;. etiam emortuoſ partuſ. ut Hippocrati uidetur: ex uino dulci nigro pota: itaq; illitam. & uuluarum cauſa etiam ſuffire iubet. Diocleſ & cardiaciſ imponit ex aceto & melle cum farina hordeacea. Et contra Ileum decocta farina in oleo ac uelleribuſ collecta. Multi uero & cõtra purulẽtaſ execratiõeſ ſicce drachmaſ duaſ: ſulphuriſ unã & dimidiã ſumi cẽſẽt. Et cõtra cruẽtaſ ramoſ treſ ĩ uino decoctaſ. Datur & dyſentericiſ cum caſeo in uino contrita. Dederunt & cum bitumine infrictã potioni propter anhelitum. Ex alto lapſiſ ſeminiſ treſ unciaſ olei libra: uiniq; ſextario inlinitur. Cum oleo coctiſ foliiſ partibuſ quaſ friguſ aduſſerit. Si urinam mouet: ut Hippocrati uidetur: mirũ eſt quoſdam dare uelut inhibentem potui cõtra ĩcõtinẽtiã urine. Pſoraſ & lepraſ cum melle & alumine illita emendat. Item uitiligineſ uel rugaſ ſtrumaſ & ſimilia cum hircino & adipe ſuillo ac taurino ſeuo. Ignem ſacrum ex aceto & oleo. uel Pſymthio. Carbunculum ex aceto. Nonnulli Laſerpitium una inlini: iubent. Sine quo Epinyctidaſ puſtulaſ curant. Imponunt & mammiſ turgentibuſ decoctam. Et pituite eruptiõibuſ cum cera. Teſtium uero epiphoriſ cũ ramiſ Lauree teneriſ: adeo peculiari ĩ uiſceribuſ hiſ effectu: ut ſiluеſtri Ruta cum ax ungia ueteri illitoſ ramiceſ ſanari prodant. Fracta quoq; membra ſemine trito cum cera impoſito. Radix Rute : ſanguinem oculiſ ſuffuſum: & in toto corpore cicatriceſ aut maculaſ illita emendat. Ex reliquiſ quoq; que traduntur: mirum eſt: cum feruentem Rute naturam eſſe conueniat. Faſciculum eiuſ in roſaceo decoctum addita uncia aloeſ pũctiſ ſudorem reprimere. Itemq; generationeſ impediri hoc cibo. Ideo pro fluuio genitali datur. Et uenerẽ crebro per ſomnia imaginãtibuſ. Precauendũ eſt grandiſ abſtineãt hoc cibo: necari enim partuſ inuenio. Eadẽ ex omnibuſ ſatiſ q̃drupedũ quoq; morbiſ ĩ maxĩo uſu ẽ. ſiue difficile ſpirãtibuſ. ſiue cõtra maleficioꝝ aĩaliũ ictuſ ĩfuſa ꝑ nareſ ex uino aut ſi ſanguiſugã exhauſerit: ex aceto. & quocũq; in ſimili morborum genere ut in homine temperato.

CAP. XLIII. De Mentaſtro & menta.

Entaſtrum ſiluеſtriſ menta ẽ differẽſ ſpecie folioꝝ quaſi figura Ocimi: Pulegii colore. Propter qđ qdã ſiluеſtrẽ pulegiũ uocant. Iiſ commanducatiſ & impoſitiſ ſanari elephantiam ſicut Magni Pompeii etate fortuito cuiuſdam experimento ꝓpter pudorẽ in facie illita compertũ eſt. Eadẽ inlinuntur bibunturq; aduerſuſ ſcolopẽdraſ & ſerpentium ictuſ drachmiſ duabuſ in uini cyathiſ duobuſ. Aduerſuſ ſcorpionũ ictuſ cum ſale oleo & aceto. Item aduerſuſ ſcolopendraſ uiſ decocti. Aduerſuſq; oĩa uenena ſeruantur folia arida ad farine modum. Subſtratum uel accenſum fugat ſcorpioneſ. Potũ fẽinaſ purgat a ꝑtu. Sed ꝑtuſ necat. Ruptiſ: cõuulſiſq; e partu. Orthopnoiciſ torminibuſ cholericiſ efficaciſſimum. Itẽ lumbiſ. Podagriſ impoſitum. Succuſ auribuſ uermioſiſ ĩſtillatur. in regio morbo bibitur. Strumuſ illinitur. Omnia ueneriſ ĩhibet. Tineaſ pellit ex aceto potum. Contra pruriginem ex aceto infuuditur capiti in ſole. Mente ipſiuſ odor animum excitat. & ſapor auiditatem in cibiſ. Ideo in mammarum mixtura familiareſ ipſe acceſſere: ut coire deſeriq; lac non patiãt. q̃re lactiſ potiõibuſ additur ne huiuſ coagulati potu ſtrangulenẽ. Data in aqua & mulſo eadẽ ui reſiſtere & generationi creditur: cohibendo genitalia denſari. Eque maribuſ ac feminiſ. ſiſtit ſanguinẽ & purgationeſ feminarũ inhibet. Cum amylo ex aqua pota celiacoꝝ ĩpetuſ. Syration & uomicaſ uulue curauit. ille & iocinerum uitia terniſ oboliſ ex mulſo datiſ. Item ſauguinem excreantibuſ in ſorbitionem. Vlcera in capite infantium mire ſanat Arteriaſ humidaſ ſiccat. Siccaſ adſtringit. Pituitaſ corruptaſ purgat ĩ mulſo & aqua. Voci ſuccuſ ſub certamine utiliſ dũtaxat: & qui gargariſſatur uua tumente adiecta Ruta & Coriandro ex lacte. Vtiliſ & contra tonſillaſ cum alumine. Lingue aſpere cũ melle. Et conuulſa intuſ per ſe uitiſq; pulmoniſ. Singultuſ & uomitioneſ ſiſtit cũ ſucco granati ut Democrituſ monſtrat. Recentiſ ſuccuſ : narium uitia. Spirituſ ſubductoſ emendat. Ipſa trite cholerаſ in aceto quidem pota. Sanguiniſ fluctioneſ intuſ. Ileum etiam ĩpoſita cũ polẽta: & ſi mamme tẽdãt. Illinit̃ & tẽporibuſ ĩ capitiſ dolore. Sumit̃ & cõtra ſcolopẽdraſ. & ſcorpioneſ marinoſ. & ad ſerpẽteſ. Epiphoriſ illinit̃. Et oĩbuſ in capite eruptiõibuſ. Itẽ ſediſ uitiiſ. Impetigineſ quoq; uel ſi teneat̃ tantũ prohibet. Auribuſ cũ mulſo inſtillat̃. Aiunt & lyeni mederi eã ĩ horto guſtatã ita ne uellat̃: ſi iſ q momorderit: dicat ſe lyeni mederi per dieſ nouem. Aride quoq; farine tribuſ digitiſ apprehenſã & ſtomachi dolorem ſedare in aqua. Et ſimiliter aſperſa in potionẽ uẽtriſ animalia expellere.

CAP. XLIIII. De Pulegio domeſtico.

Agna ſocietaſ cum hac ad recreandoſ defectoſ animo Pulegio. cum ſurculiſ ſuiſ ĩ ampullaſ uitreaſ aceti utriſq; deiectiſ. Qua de cauſa dignior e Pulegio corona uertigini q̃ e roſiſ cubiculiſ noſtriſ pronunciata eſt. Nam & capitiſ doloreſ impoſita dicitur leuare. Quin & olfactu capita tueri contra frigoꝝ eſtuſq; iniuriam. & ab ſiti traditur. Neq; eſtuare eoſ qui duoſ e Pulegio ſurculoſ impoſitoſ auribuſ ĩ ſole hẽant Inlinitur etiam in doloribuſ cum polenta & aceto. Femina efficatior. Eſt autem hec flore purpureo. Maſ candidum habet. Nauſeaſ cum ſale & polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic & pectoriſ & uentriſ dolorem. Stomachi autem ex aqua interciſiõeſ ſiſtit. Et uomitioneſ cum aceto & polenta: Inteſtinorum uitia melle decocta & nitro ſanat. Vrinam pellit ex uino: & ſi amineum ſit. Et calculoſ & interioreſ omneſ doloreſ Ex melle & aceto ſedat menſtrua: & ſecundaſ. uuluaſ conuerſaſ corrigit. Defunctoſ partuſ eiicit. Semen obmuteſcentibuſ olfactu admouetur. Comicialibuſ ĩ aceto cyathiſ menſura datur. Si aque inſalubreſ bibende ſint: tritur inſpergitur. Salſitudineſ corpiſ ſi cum uino tradatur: minuit. Neruorum cauſa & in contractione cum ſale & aceto & melle confricatur. Opiſthotono. Imbibitur ad ſerpẽtiũ ictuſ decoctũ. Ad ſcorpionũ in uino tritum: maxime qđ in ſicciſ naſcitur. Ad oriſ exulcerationeſ: ad tuſſim efficax habetur. Floſ recenciſ incenſuſ puliceſ necat odore. Xenocrateſ Pulegii ramum lana inuolutũ in tertiãiſ ante acceſſionẽ olfactãdũ dari aut ſtraguliſ ſubiici & ita collocari egrũ: inter remedia tradit.

CAP. XLV. De Pulegio Silueſtri.

Ilueſtri ad eadem uiſ efficatior eſt: quod ſimile eſt origano minoribuſ foliiſ quã ſatiuũ: & a quibuſdam Dictamuſ uocatur. Guſtatum a pecore capriſq; balatũ cõcitat. Vnde qdã Greci litteraſ mutãteſ Blechõ uocauerũt. Natura tã feruẽſ eſt: ut illitaſ parteſ exulceret. Tuſſi ĩterfrictiõeſ fricari añ balnea cõuenit. & añ acceſſionũ horrorem conuulſiſ & torminibuſ. Podagriſ mire prodeſt. Hepaticiſ cum melle & ſale bibendum datur. Pulmonum uitia excreabilia facit. Ad lyenem cum ſale utile eſt. Et ueſice & ſuſpiriiſ & influtionibuſ decoctum ſucco eq̃liter. Et uuluaſ corrigit. Et cõtra ſcolopendram terreſtrem uel marinam. Item ſcorpiõeſ. Priuatimue ualet cõtra omnẽ morſũ. Radix contra increſcẽtia uulnera recenſ potentiſſima. Arida uero cicatricibuſ decorem affert.

CAP. XLVI. De Nepeta.

Tem Pulegio eſt Nepeteq; ſocietaſ. Decocte enim in aqua ad tertiaſ diſcutiunt frigora. Mulierumq; menſtruiſ proſunt. Et eſtate ſedant coloreſ. nepeta quoque uireſ contra ſerpenteſ habet. Fumum ex ea nidoremq; fugiunt. quam & ſubſternere in metu obdormituriſ: utile eſt. Tuſa Egilopiſ imponitur. Et capitiſ doloribuſ recenſ cum tertia parte paniſ temperata aceto ĩlinitur. Succuſ eiuſ inſtillatuſ naribuſ ſupiniſ profluuium ſanguiniſ ſiſtit. Item radix cum myrti ſemine in paſſo tepido gargariſſata anginiſ medetur.

CAP. XLVII. De Cumino Aethiopico & Africano.

Vminum ſilueſtre eſt pretenue quaterniſ aut quiniſ foliiſ ueluti ſerratiſ. Et in ſatiuo magnuſ uſuſ in ſtomachi precipue remediiſ. Diſcutit pituitaſ: & inflatióeſ. Tritum & cum pane ſumptum uel potú ex aqua uinoq; tormina quoq; & inteſtinorú doloreſ. Veruntamen omnem pallorem bibentibuſ gignit. Ita certe ferunt Portii Latroniſ clari inter magiſtroſ dicendi aſſertoreſ ſimilitudinem coloriſ ſtudiiſ contra emuloſ imitatoſ. & pauloante Iulium Vindicem Aſſertorem illum a Nerone libertatiſ captatione teſtamentiſ ſic lenocinatú. nariú ſanguinem paſtilliſ inditum uel ex aceto recenſ ſiſtit. Et oculoꝝ epiphoriſ per ſe impoſitú tumentibuſ cú melle ꝓdeſt. Infátibuſ imponi in uentre ſatiſ eſt. Morbo regio in uino albo a balineiſ dat. Ethiopicú maxíe in poſca illinitur cum melle. Africano priuatim urine incontinentiam cohiberi puát Satiuum datur & ad id iocineriſ uitia toſtú tritum in aceto. Item ad uertiginem. Iiſ uero quoſ acriore ui urina mordeat: in dulci tritum uino. Ad uuluarum uitia in uino Preterq; impoſitiſ uellere foliiſ. Teſtium tumoribuſ toſtum tritumq; cum melle aut roſaceo et cera.

CAP. XLVIII. De Cimino ſilueſtri.

Ilueſtre ad omnia eadem efficatiuſ. Preterea ad ſerpenteſ cú oleo. Ad ſcorpióeſ. Ad ſcolopédraſ. Siſtit & uomitionem. nauſeaſq; ex uino. quantú apprehéderint treſ digiti. Propter colú quoq; bibitur. Illiniturq; uel penecilliſ ferueníſ: uel adſtrígét faſciiſ. Strangulationeſ uulue potum in uino aperit tribuſ drachmiſ in tribuſ cyathiſ uini. Auribuſ inſtillat ad ſóituſ atq; tínituſ cú ſeuo uitulino uel melle. Sugillatiſ ílinit cú melle & uuapaſſa & aceto. Létigini nigre ex aceto.

CAP. XLVIIII. De Ami.

St Cumino ſimillimú quod Greci uocant Ami. Quidam uero ethiopicú cuminú id eſſe exiſtimant. Hippocrateſ regium appellat. uidelicet quia efficatiuſ in Egypto iudicauit. Pleriq; alteriuſ nature in totum putant: qm̃ ſit exiliuſ & candidiuſ Similiſ autem & huic uſuſ. nam & panibuſ Alexandriniſ ſubigitur. Et cum alimentiſ interponitur. Inflationeſ & tormina diſcutit. Vrinam & menſtrua ciet. Sugillata & oculorum epiphoraſ mitigat. Cum lini ſemine ſcorpionum ictuſ in uino potú drachmiſ duabuſ. Priuatimq; ceraſtarum cum pari portione mirrhe. Colorem quoq; bibentium ſimiliter mutat í palloré. Suffitú cú uuapaſſa aut reſina: uuluaſ purgat. Tradút faciliuſ cócipe eaſ: que odorantur id per coitum.

CAP. L. De Cappari.

E cappari ſatiſ diximuſ íter ꝑegrinoſ fruticeſ. ñ utédú tranſmarino. Innocétiuſ italicum eſt. Ferunt eoſ qui cotidie id edunt: paralyſi non periclitari. nec lyeniſ doloribuſ. Radix eiuſ uitiligineſ albaſ tollit ſi trite in ſole fricentur. Spleneticiſ ꝓdeſt in uino pota. Radiciſ cortex duabuſ drachmiſ dempto balinearú uſu. Ferútq; trigíta quinq; diebuſ per urinam & aluum totum lyenem emitti. Bibitur in lúboꝝ doloribuſ ac paralyſi. Dentium doloreſ ſedat tritum ex aceto ſemen decoctum. uel manducata radix. Infunditur aurium dolori decoctum oleo. Vlcera que phagedenaſ uocát folia & radix recenſ cú melle ſanant. Sic & ſtrumaſ diſcutit radix. Parotidaſ uermiculoſq; cocta in aqua. Iocineriſ quoque maliſ medetur. Dant & ad tineaſ in aceto & melle. Oriſ exulceratióeſ in aceto decocta tollit. Stomacho ínutiliſ eſſe íter autoreſ cóuéit.

CAP. LI. De Liguſtico ſiue panace.

Iguſticum aliqui panacem uocant : ſtomacho utile eſt. Item conuulſionibuſ & inflationibuſ. Sūt & quidā qui cunilā bubulā appellauerunt uti diximuſ falſo.

CAP. LII. De Cunila Bubula.

Vnile preter ſatiuam plura ſunt in medicina genera. Que bubula appellatur: ſemen Pulegii habet: utile ad uulnera commanducatum impoſitumq; : ut quinto poſt die ſoluatur. Contra ſerpenteſ quoq; in uino bibitur. Ac tritum plage imponitur. Vulnera ab iiſ facta perfricantur. Item teſtudineſ cum ſerpentibuſ pugnature hac ſe muniunt. Quidāq; in hunc uſum panaceā uocāt. Sedat & tumoreſ & uiriliū mala. ſicca uel foliiſ tritiſ ī omni uſu mire cōgruenſ ex uino.

CAP. LIII. De Cunila gallinacea.

Sc alia cunila gallinacea appellata a noſtriſ : a Greciſ Origanum heracleoticū Prodeſt oculiſ trita: addito ſale. Tuſſim quoque emendat: & iocinerum uitia. Laterum doloreſ cum farina oleo & aceto in ſorbitionem temperata. Precipue uero ſerpentium morſuſ.

CAP. LIIII. De Cunilagine & Cunila molli.

Ertium genuſ eſt eiuſ. que a Greciſ maſcula: a noſtriſ cunilago uocatur. odoriſ fedi. Radiciſ lignoſe. Folio aſpero. Vireſ eiuſ uehementiſſimaſ in omnibuſ hiſ generibuſ earum tradunt. Manipulo quoq; eiuſ adiecto: omneſ etiam a toto domo blattaſ conuenire ad eam. Priuatim aduerſuſ ſcorpioneſ ex poſca tollere. Tribuſ foliiſ ex oleo peruncto homine fugari ſerpētes. Econtrario que molliſ uocat̃: piloſioribuſ ramiſ & aculeatiſ. Trita melliſ odorē habet digitiſ tactu eiuſ coherētibuſ.

CAP. LV. De Libanotide & Cunila Satiua & montana.

Ltera thuriſ. quam Libanotidem appellauimuſ. Medetur utraq; cōtra ſerpenteſ ex uino uel aceto. Puliceſ etiā cōtrite cū aq̃ ſpſe necāt. Satiua quoq; ſuoſ uſuſ habet. Succuſ eiuſ cū roſaceo auriculaſ iuuat. Ipſa ad ictoſ bibit̃. Fit ex ea montana ſerpillo ſimiliſ. efficax cōtra ſerpēteſ. Vrinā mouet. Purgat & a partu mulieres. Cōcoctionē mire adiuuat. & ad ciboſ auiditatē. utraq; uel ī cruditate ieiuniſ ī potiōe aſpſa Luxatiſ quoq; utiliſ. Contra ueſparum & ſimileſ ictuſ ex farina hordeacea & poſca utiliſſima. Libanotidiſ alia genera ſuiſ dicent̃ lociſ.

CAP. LVI. De Piperite ſiue Siliquaſtro.

Iperitiſ quā & Siliq̃ſtrū appellauimuſ: cōtra morboſ comitialeſ bibitur Caſtore taliter demōſtrante. Caule rubro & lōgo: dēſiſ gēiculiſ foliiſ lauri. ſemine albo tenui guſtu piperiſ. Vtiliſ gingiuiſ: dentibuſ: oriſ ſuauitati. & ructibuſ.

CAP. LVII. De Origano & Tragorigano.

Riganū quod ī ſapore Cunilam emulatur ut diximuſ: plura genera ī medicina habet. Ochimin uel praſion appellant: non diſſimile hyſopo. Priuatī eiuſ uſuſ contra torſioneſ ſtomachi in tepida aqua. & cruditateſ. Contra araneoſ: ſcorpioneſq; ī uino albo. Luxata & īcuſſa ī aceto & oleo & lana. Tragoriganon ſimiliuſ eſt ſerpillo ſilueſtri. Vrinam ciet: tumoreſ diſcutit cōtra uiſcū potū uipereq; ictum efficaciſſimū. ſtomachoq; acida ructāti. & p̄cordiiſ. Tuſſiētibuſ quoq; cum melle dat̃ & pleureticiſ. & Peripneumoniciſ. Heraclium quoque tria genera habet. Nigriuſ latioribuſ foliiſ glutinoſum. Alterum exilioribuſ mollibuſq; Sanſuco non diſſimile. quod aliqui Praſion uocare malunt. Tertium eſt inter hec medium: minuſ q̃ cetera efficax. Optimum aūt creticum: nam & iucunde olet. Proximū Zmyrneū. Deinde heracleoticum. ad potū utiliuſ quod Ochimin uocant. Communiſ autem uſuſ: ſerpenteſ fugare. Percuſſiſ eſui dare decoctū. Potu urinā ciere. Ruptiſ cōuulſiſ mederi cū panaciſ radice: Hydropiciſ cum fico aut cum hyſoppo acetabuli menſuriſ decoctum ad ſextam. Item ſcabiem: pruriginẽ: pſoraſ in deceſſione balnearũ. Succuſ auribuſ infunditur cũ lacte mulieriſ. Tõſilliſ quoq; fluuiiſ medet᷑. Capitiſ ulceribuſ. Venena opii & gypſi extĩguit decoctũ ſi cũ cinere uino & bibat᷑. Aluũ mollit acetabuli mẽſura. Sugillatiſ illinit᷑. Itẽ dentiũ dolori quibuſ etiam & candorem facit cũ melle & nitro. Sanguinem narium ſiſtit. Ad parotidaſ decoquitur cũ hordeacea farina. Ad arteriaſ aſperaſ cũ galla & melle terit᷑. Ad lyenem folia cũ melle & ſale. Craſſioreſ pituitaſ & nigraſ extenuat coctũ cũ aceto & ſale ſumptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo in nareſ infunditur. Laſſi perunguntur ex eo. ita ut ne uenter attingat᷑. Epinyctidaſ cũ pice ſanat Furũculoſ aperit cum fico trita. Strumaſ cum oleo & aceto: & farina hordeacea. Lateriſ doloreſ cum fico illitum. Fluctioneſ ſanguiniſ in genitalibuſ tuſum ex aceto illitum. Reliqaſ purgationum a partu.

CAP. LVIII. De Lepidio.

Epidum inter urentia intelligitur. Sic & in facie cutem emendat exulcerando: ut tamen cera & roſaceo facile ſanetur. Sic & lepraſ & pſoraſ tollit ſemper facile & cicatricum ulcera. Tradunt in dolore dentium ad alligatum brachio qua doleat: compeſcere dolorem:

CAP. LVIIII. De Gith ſiue Melanthio: ſiue Melaſperino.

Ith ex Greciſ alii Melanthion: alii Melaſpermon uocant. Optimum q̃m excitatiſſimi odoriſ: & q̃m nigerrimum. Medetur ſerpentium plagiſ & ſcorpionum. Illini ex aceto & melle reperio. Incenſoſq; ſerpenteſ fugari. Bibit᷑ drachma una cõtra araneoſ. Diſtillationem narium diſcuti tuſum in linteolo olfactum. Capitiſ doloreſ illitum ex aceto: & infuſũ naribuſ. Cũ murrino oculorũ epiphoraſ & tumoreſ. Dẽtium doloreſ coctũ cũ aceto. Vlcera oriſ tritũ aut cõmanducatũ. Itẽ lepraſ & lentigineſ ex aceto. Difficultateſ ſpirãdi addito nitro potũ. Duriciaſ tumoreſq; uetereſ & ſuppuratiõeſ illitũ. Lac mulieꝝ auget. cõtinuiſ diebuſ ſũptũ. Colligit᷑ ſuccuſ eiuſ ut hyoſcyãi. ſimiliterq; largiuſ uenenũ ẽ: qđ miremur: cũ ſemẽ gratiſſime paneſ etiã cõdiat. oculoſ quoq; purgat. Vrinã & mẽſtrua ciet. Quinimo lĩteolo illigatiſ tm̃ graniſ. xxx. ſcđaſ trahi reperio. Aiunt & clauiſ in pedibuſ mederi tritum ĩ urina. Culiceſ ſuffitu necare. Item muſcaſ.

CAP. LX. De Aniſo.

T aniſũ aduerſuſ ſcorpioneſ ex uino bibitur: a Pythagora inter pauca laudatũ ſiue crudum ſiue decoctum. Item uiride aridumue omnibuſ que condiũtur: queq; intingũtur deſideratum. Paniſ etiam cruſtiſ inferioribuſ ſubditum. Vaſiſ quoq; addit᷑. Cum amariſ nucibuſ uina commendat. Quin̄ ipſum oriſ halitum iucundiorem facit. Fetoremq; tollit manducatum matutiniſ cum Zmyrnio & melle exiguo. Mox uino collutum: uultũ iuniorem preſtat. Inſomnia leuat ſuſpenſum in puluino ut dormiẽteſ olfaciant. Appetentiam ciborum preſtat. quando id quoq; inter artificia delicie fecere ex quo labor deſiit ciboſ poſcere. Ob haſ cãſ qdã Anicetũ id uocauere. Laudatiſſimũ eſt Creticũ. Proximũ Egyptium. Hoc liguſtici uicẽ preſtat in condimentiſ. Doloreſ capitiſ leuigat ſuffitum naribuſ. Epiphoriſ oculorũ radicem eiuſ tuſã imponit Iollaſ. Ipſum cum croco pari modo & uino. & per ſe tritũ cum polenta ad magnaſ fluctiõeſ: extrahendaq; ſi que in oculiſ inciderint. Narium quoque carunculaſ conſumit illitum ex aqua. Sedat ãginaſ cum melle ac hyſopo ex aceto gargariſſatum. Auribuſ ĩfũdit᷑ cum roſaceo. Thoraciſ pituitaſ purgat toſtum: cum melle ſumptum meliuſ. Cum acetabulo Aniſi nuceſ amaraſ. l. purgataſ tere in melle ad tuſum. Facillime uero Aniſi drachme treſ Papaueriſ due miſcentur melle ad fabe magnitudinem. Et terniſ diebuſ ſumuntur. Precipuum autem eſt ad ructuſ. ideo inflationibuſ ſtomachi & inteſtinorú torminibuſ. Et celiaciſ medetur. Singultuſ & olfactum decoctum potumq; inhibet. Foliiſ decoctiſ digerit cruditateſ ſuccuſ decocti. Ipſum cú Apio olfactú ſternutaméta inhibet. Potum ſomnum concitat. Calculoſ pellit. Vomitioneſ cohibet. & precordioꝝ tumoreſ. Et pectorum uitiiſ: neruiſ quoque quibuſ ſuccintum eſt corpuſ: utiliſſimum. Prodeſt eiuſ & capitiſ doloribuſ inſtillari ſuccum cum oleo decocti. Non aliud utiliuſ uentri: & inteſtiniſ putant. Ideo dyſentericiſ & in tenaſmiſ datur toſtú. Aliqui addúc & opium piluliſ in die terniſ lupini magnitudine. Et in uini cyatho dilutiſ. Dieucheſ & ad lumborum doloreſ ſucco uſuſ eſt. Semen hydropiciſ & celiaciſ dedit tritum cum Menta. Verum & radicem ad reneſ. Dalion herbariuſ parturientibuſ ex eo cataplaſma impoſuit cum Apio. Item uuluarum dolori. Deditque bibendum cum Aneto parturientibuſ. Phreneticiſ quoque illinunt recenſ cum polenta. Sic & infantibuſ comitiale uitium aut contractioneſ ſentientibuſ. Pythagoraſ quidem non corripi uitio comitiali in manu habenteſ. Ideoq; q̃plurimum domi ſerẽdum. Parere quoq; faciliuſ olfactanteſ. Et ſtatim a partu dandum potui polenta aſperſa. Soſimeneſ cõtra omẽſ duriciaſ ex aceto uſuſ eſt. Eo & contra laſſitudineſ in oleo decoquenſ: addito nitro. Semine eiuſ poto: laſſitudiniſ auxilium uiatoribuſ ſpopondit. Heraclideſ ad inflatiõeſ ſtomachi ſemen tribuſ digitiſ cum caſtorei oboliſ duobuſ ex mulſo dedit. Similiter ad uentriſ aut inteſtinorum inflationeſ. Et ortopnoiciſ quod terniſ digitiſ prehenderit ſeminiſ tantundẽ hyoſyami cum lacte aſinino. Multi uomituriſ acetabula eiuſ & folia lauri decem trita in aqua bibenda inter cenam ſuadent. Strangulationeſ uulue ſi mãducetur. Et linatur calidum: uel ſi bibatur cum caſtoreo in aceto & melle ſedat. Vertigineſ a partu cum ſemine cucumeriſ & lini pari menſura trinum digitorum uini albi tribuſ cyathiſ diſcutit. Cleopolemuſ ad q̃rtanaſ triniſ digitiſ ſeminiſ Aniſi & fẽiculi uſuſ eſt ĩ aceto & melliſ cyatho uno. Lenit articulareſ morboſ cú amariſ nucibuſ illitú Sunt & qui aſpidum ueneniſ aduerſari naturam eiuſ putant. Vrinam ciet. Sitim cohibet. Venerem ſtimulat. Cum uino: ſudorem leniter preſtat. Veſteſ quoque a tineiſ defendit. Efficatiuſ ſemper recenſ & quo nigriuſ. Stomacho tamen inutile eſt: preterq̃m inflato.

CAP. LXI. De Aneto.

Netum quoq; ructuſ mouet. & tormina ſedat: aluum ſiſtit. Epiphoriſ radiceſ illinuntur ex aqua uel uino. Singultuſ cohibet ſemen feruenſ olfactum. Súptum ex aqua: ſedat cruditateſ.Ciniſ eiuſ uuã in faucibuſ leuat. Oculoſ & gẽiturã hebetat.

CAP. LXII. De Sacopenio.

Acopenium quod apud noſ gignitur: incotum tranſmarino alienatur. Illud enim ammoniaci lachryme ſimile Sagapenion uocatur. Prodeſt laterum & pectoriſ doloribuſ. cõuulſiſ. tuſſibuſ. ueteribuſ. execratiõibuſq;. Precordioꝝ tumoribuſ. Sanat & uertigineſ. tremuloſ. opiſthotonicoſ. lyeneſ. lumboſ. perfrictiõeſ. Dat̃ & olfactãdú ex aceto in ſtrangulatu uulue. Ceteriſ & potu dat̃. & cum oleo infricatur. Prodeſt & contra mala medicamenta.

CAP. LXIII. De Papauere.

Apaueriſ ſatiui diximuſ genera. & ſponte naſcentiſ alia promiſimuſ. Sed ſatiui albi calix ipſe teritur & bibitur ſomni cauſa. Semẽ elephantiſ medetur. E nigro papauere ſopor gignitur ſcapo inciſo: ut Diagoraſ ſuadet: cum turgeſcit. Vt Iollaſ cú defloreſcit hora diei ſereni: hoc eſt cú roſ in eo exaruerit. Incidi iubent ſub capite &

calice. Nec in alio genere ipſum inciditur caput.

CAP. LXIIII. Quomodo Succuſ herbarum colligatur: & de oppio.

Vccuſ & hic: & herbe cuiuſq; lana excipitur. Aut ſi exiguuſ eſt: ungue pollicis ut lactucis & poſtero die magiſ quod inaruit. Papaueriſ uero larguſ denſatur. & in paſtilloſ crituſ in umbra ſiccatur non ui ſoporifera modo uerum ſi copioſior hauriatur etiam mortifera per ſomnum: Opion uocant. Sic ſcimuſ interemptum Licinii Cecine Pretorii uiri patrem in Hiſpania Baiulicum quoniam ualitudo impatibiliſ odium uite feciſſet. Item pleroſq; alioſ. Qua de cauſa magna concertatio extitit. Diagoraſ & Eraſiſtratuſ in totum damnauere ut mortiferum infundi uetanteſ. Preterea quoniam uiſui noceret. Addidit Andron: ideo non protinuſ excecari eo quoniam adulteratur Alexandrino. Sed poſtea uſuſ eiuſ non improbatuſ eſt medicamẽto nobili qđ Acidió uocant. Semine quoq; eiuſ trito in paſtilloſ e lacte utuntur ad ſomnum. Itẽ ad capitiſ doloreſ cum roſaceo. Cum hiſ aurium dolori inſtillatum. Podagriſ illinitur cum lacte mulierum. Sic & foliiſ ipſiſ utuntur ad ſacroſ igneſ. Item uulnera cum aceto. Ego tñ damnauerim collyriiſ addi. Multoq; magiſ quaſ uocat Lexipyretaſ. quaſq; pepticaſ & celiacaſ. Nigrum tñ in celiaciſ uino datur. Satiuum omne magiſ rotundat capita. At ſilueſtri longum ac puſillum: & ad omneſ effectuſ ualentiuſ. Decoquitur & bibitur cótra uigiliaſ eademq; aqua fouent ora. Optimuſ in ſicciſ: & ubi raro pluit. Cũ capita ipſa & folia decoquũt: ſuccuſ Meconium uocatur: multũ Opio ignauior. Exꝑimẽtũ opii eſt primum in odore. Sincerum enim perpeti non mox eſt. Dein in lucerniſ: ut pura luceat flãma aut extinctum demũ oleat. Que in fucato nó eueniũt. Accẽditur quoq; difficiliuſ & crebro extinguitur. Eſt ſinceri experimentum & in aqua. quia nebula innatat. Fictum in poſcaſ coit. Sed maxime mirum eſtiuo ſole deprehendi. Sincerũ enim ſudat: & ſe diluit: donec ſucco recẽti ſimile fiat. Meneſideſ optĩe ſeruari putat hyoſcyãi ſemine adiecto. Alii in faba.

CAP. LXV. De Khia: & Empractico: Erratico Glaucro ſiue Paralio heraclio ſiue aphroto: Diaconidio & Aſtrace.

Nter ſatiua eſt & ſilueſtria medium genuſ: quod niſi inaruiſſet, ſpóte naſceret̃. Rhiam uocauimuſ & Empracticum. Quidã id decerptum protinuſ cũ toto calice mandunt. Aluum exinaniunt capita quinq; decocta. In uini tribuſ heminiſ pota ſõnũ faciunt. Silueſtrum unum genuſ erraticum uocat: nigrum. cubitali altitudine: radice craſſa & corticoſa: cauliculo inflexo ut cornicula. Folia minora & tenuiora q̃m ceteriſ ſilueſtribuſ. ſemen exile. Tempeſtiuum eſt menſtruiſ. Aluũ purgat dimidio acetabulo in mulſo. Folia trita cum oleo argemaſ iumentorum ſanant. Radix acetabuli mẽſura cocta in duobuſ ſextariiſ ad dimidiaſ: datur ad lumborũ uitia & iocineriſ. Carbũculiſ medetur ex melle folia. Quidam hoc genuſ Glaution uocant. Alii Paralion. Naſcitur enim in afflatu mariſ. aut nitroſo loco. Alterum eſt in ſilueſtribuſ generibuſ Heradió uocatur ab aliiſ Aphron. Foliiſ ſi procul intuearis: ſpeciem paſſerum preſentantibuſ. radice in ſumma terre cute ſemine ſpumeo. Ex hoc lina ſplendorem trahunt eſtate. Tunditur in pila comitialibuſ morbiſ acetabuli menſura ſeminiſ in uino albo. uomitiones enim facit. Medicamento quod diacodion & aſteriace uocatur utiliſſimum. Fit autem huiuſ papaueriſ aut cuiuſcũq; ſilueſtriſ capitibuſ. c. xx. in aque celeſtiſ ſextariiſ tribuſ biduo maceratiſ ĩ eadem decoctiſ: deĩde ſiccatiſ: iterumq; cum melle decoctiſ ad dimidiaſ ꝑteſ uapore tenui. Addidere poſtea drachmaſ ſenaſ croci. hypociſtidiſ. thuriſ. acacie. & paſſi cretici ſextarium. Hac oſtentatione ſimplex qdẽ & antiq̃ illa ſalubritaſ papauere & melle conſtat.

CAP. LXVI. De Tithymallo ſiue mechone: ſiue Archalio.

Ertium genuſ eſt Tithymalon. Mecona uocāt: alii Archalion: folio leui albo. capite magnitudiniſ fabe. Colligitur uua florente. ſiccatur ī umbra. Semē potū purgat aluum dimidio acetabulo in mulſo. Cuiuſcunq; autem papaueriſ caput uiride uel ſiccum illitum: epiphoraſ oculorum lenit. Opium ex uino meraculo ſi protinuſ detur: ſcorpionum ictibuſ reſiſtit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt ſi capita eiuſ uel folia terantur.

CAP. LXVII. De Portulaca ſiue Peplio.

St & proculaca quam Pelion uocant non multum ſatiua efficatior. cuiuſ memorabileſ uſuſ traduntur. Sagittarum uenena & ſerpentium hemorrhoidum & preſterum: reſtringi. pro cibo ſumpta & plagiſ impoſita extrahit. Item hyoſcyamo poto e paſſoq; expreſſo ſucco. Cū ipſa nō eſt: ſemē eiuſ ſimili effectu prodeſt. Reſiſtit & aquarum uitiiſ. capitiſ dolori: ulceribuſq; in uino tuſa & impoſita. Reliqua ulcera commanducata cū melle ſanat. Sic & infantiū cerebro impōitur. Vmbilicoq; ꝑciduo. In epiphoriſ uero omnium fronte temporibuſq; cum polenta. Sed ipſiſ oculiſ e lacte & melle. Eadem ſi procidēt prodeſt oculiſ. foliiſ tritiſ cum corticibuſ fabe. Puſtuliſ cū polenta & ſale & aceto ac cera. Et ulcera oriſ tumoremq; gingiuarum commanducata cruda ſedat. Item dētium doloreſ. Tonſillarum ulcera ſuccuſ decocte. Quidā adiecere paulū myrre. Nam & mobileſ denteſ ſtabilit commanducata. Cruditateſ ſedat: uocēq; firmat: & ſitim arcet. Ceruiciſ doloreſ cum galla & lini ſemine & melle pari menſura ſedat. Mammarum uitia cum melle aut cimolia creta. Salutariſ & ſuſpirioſiſ: ſemīe cū melle hauſto. Stomachum in acetariiſ ſumpta corroborat. Ardentibuſ febribuſ īponitꝛ cū polenta. Et aliaſ manducata refrigerat. etiā inteſtina. Vomitioneſ ſiſtit. Dyſēterie & uomiciſ datur ex aceto uel bibitur cū cumino. Tenaſmiſ autē cocta & cōmitialibuſ cibo uel potu prodeſt. Purgationibuſ mulierem acetabuli menſura in ſapa. Podagriſ calidiſ cū ſale illita. & ſacro igni. Succuſ eiuſ potuſ reneſ iuuat ac ueſicaſ. Vētriſ aīalia pellit. Ad uulneꝝ doloreſ ex oleo cum polēta imponitur. Neruorū duriciaſ emollit. Metrodoruſ qui epitomēton rhizitomumenon ſcripſit: purgationibuſ a partu dandā cenſuit. Venerem inhibet: uenerisq; ſomnia. Pretorii uiri pater eſt Hiſpanie prīcipeſ quem ſcio propter impatibileſ uue morboſ radicem eiuſ filio ſuſpenſam e collo gerere: preterq̄ in balneiſ: & ita liberatum incommodo omni. Quin etiā inueni apud autoreſ: caput inde litum: diſtillationē toto anno nō ſentire. Oculoſ tn̄ hebetare putatur.

CAP. LXVIII. De Coriandro.

Oriandrū inter ſilueſtria nō inuenitur Precipuum tamen eſſe conſtat Egyptiū

Valet contra ſerpentiū genuſ unum: quod amphiſ benaſ uocant: p otū īpoſitūq;. Sanat & alia uulnera. Epinyctidaſ puſtulaſ tritū. Sic & omneſ tumoreſ Collectiōeſq; cum melle aut uuapaſſa. Panoſ uero ex aceto tritum. Seminiſ grana tria in tertianiſ deuorari iubent aliqui ante acceſſionem. Vel plura illini fronti. Sunt qui & ante ſoliſ ortū ceruicalibuſ ſubiici efficaciter putēt. Viſ magna ad refrigerandoſ ardoreſ uiridi. Vlcera quoq; que ſerpunt: ſanat cū melle uuapaſſa. Itē teſteſ. ambuſta. carbūculoſ. aureſ. cum lacte mulieriſ. epiphoraſ oculorum. uentriſ & inteſtinorum influctioneſ. Semen ex aqua potum bibitur in choleriſ cum Ruta. Pellit animalia interaneorū cū mali punici ſucco & oleo ſemen potū. Xenocrateſ tradit rem miram: ſi uera ē mēſtrua contineri uno die: ſi unū granum biberint femine. biduo ſi duo: & totidem diebuſ quot grana ſumpſerint. M. Varro Coriandro ſubtrito cū aceto: carnem incorruptā eſtate ſeruari putat.

CAP. LXVIIII. De Atriplice Silueſtri & Satiuo.

Triplex & ſilueſtre ē & ſatiuū: accuſatū a Pythagora tanq̄ faceret hydropicoſ
morboſq; regioſ & pallorem. Coquitur difficillime. Ac ne in hortiſ quidē iuxta
id naſci quicq̄ niſi languidum culpauit. Addidere Dyoniſiuſ & Diocleſ plurimoſ gigni
ex eo morboſ: nec niſi mutata ſepiuſ aqua coquendum. Stomacho contrarium eſſe.
Lentigineſ & papulaſ gignere. Minor quare difficulter in Italia id naſci tradiderit.
Solon Smyrneuſ. Hippocrateſ uuluarum uitiiſ id infundi cum Beta. Lycuſ Nea/
politanuſ contra cantaridaſ bibendum dedit. panoſ. furunculoſ incipienteſ. duriciaſ
omneſ uel cocto uel crudo utiliter illini putant. Item ignem ſacrum cum melle aceto
nitroq;. Similiter podagriſ. Vngueſ ſcabroſ detrahere dicitur ſine ulcere. Sunt qui in
morbo regio dēt ſemen eiuſ cū melle. Arteriaſ & tonſillaſ nitro addito perfricēt. Aluū
moueāt. Cocto aut ꝑ ſe aut cū malua aut lēticula cōcitāteſ uomitiōeſ. Silueſtri cap/
pilloſ tingūt. Et ad ſupraſcripta utunt̄ medicina.

CAP. LXX. De Malua.

Contrario ī magniſ laudibuſ Malua eſt utraq; & ſatiua & ſilueſtriſ. Duo genera
earum amplitudine folii diſcernuntur. Maiorē Greci Malopen uocant ī ſatiuiſ
Alteram ab emolliendo uentre dictam putant Malachen. E ſilueſtribuſ cui grande
folium & radiceſ albe Althea uocatur. Ab excellētia effectuſ a quibuſdā Ariſtalthea
Omne ſolum in quo ſerūt̄: pinguiuſ faciūt. Huic cōtra omneſ aculeatoſ ictuſ efficatior
uiſ. precipue ſcorpionum ueſparum: ſimiliumq;. & muriſ aranei. Quin & trita cū oleo
qualibet earū perūcti ante uel habenteſ eaſ nō feriuntur. Folium īpoſitū ſcorpiōibuſ
torporem adfert. Valēt & contra uenena. Aculeoſ omniſ extrahunt. Illite crude aut
cum anetho pote. Decocte uero cum radice ſua: leporiſ marini uenena reſtingūt. Et
ut quidam dicunt: ſi uomat̄. De eiſdem mira & alia traduntur. Sed maxime ſi cottidie
quiſ ſucci ex qualibet earum ſorbeat cyathum dimidium omnibuſ morbiſ cariturum.
Vlcera manantia in capite ſanant. In urina putrefacte lichenaſ. Et ulcera oriſ cum
melle. Radix decocta furfureſ capitiſ. & dentium mobilitateſ. Eiuſ que unum caulem
habet: radice circa dentem qui doleat pugne donec deſinat dolor. Eadem ſtrumaſ &
parocidaſ panoſq; addita hōiniſ ſaliua purgat citra uulnuſ. Semen in uino nigro potū
a pituita & nauſeiſ liberat. Radix mammarum uitiiſ occurrit adalligata in lana nigra.
Tuſſim in lacte cocta & ſorbitioniſ modo ſumpta quiniſ diebuſ emendat. Stomacho
utileſ. Sex. Niger dicit. Olympiadeſ Thebanuſ abortiuaſ eſſe cum adipe āſeriſ. Aliq̄
purgari feminaſ foliiſ earū manuſ plene menſura in oleo & uino ſumptiſ. Vtiq; cōſtat
parturienteſ foliiſ ſubſtratiſ celeriuſ ſolui. Protinuſ a partu reuocanda ne uulua ſeq̄t̄.
Dant & ſuccum bibendum parturientibuſ ieiuniſ in uino decocta: hemina. Quin &
ſemen tritum adalligant brachio genitale non continentium. Adeoq; ee ueneri naſcūt̄
ut ſemen unicauliſ aſperſum cubili feminarū auiditateſ augere ad infinitū Xenocrateſ
tradat. Itē treſ radiceſ iuxta adalligataſ. Tenaſmo & dyſentericiſ utiliſſime īfūdi. Itē
fediſ uitiiſ: uel ſi foueantur. Melancholiciſ quoq; ſuccuſ datur cyathiſ terniſ tepiduſ.
Et inſanientibuſ quaterniſ. Decocte comitialibuſ hemine ſucci. Hic & calculoſiſ & in/
flatione & torminibuſ aut opiſthotonico laborantibuſ tepiduſ illinit̄. Et ſacriſ ignibuſ
& ambuſtiſ decocta in oleum folia imponuntur. Et ad uulnerum impetuſ cruda cum
pane. Succuſ decocte neruiſ prodeſt: & ueſice: & inteſtinorum roſionibuſ. Vuluaſ &
cibo & infuſione emollit in oleo. Succuſ decocte pori meatuſ ſuaueſ facit. Althee in
omnibuſ ſupradictiſ efficatior radix precipue conuulſiſ ruptiſq;. Cocta in aqua aluū

ſiſtit. Ex uino albo ſtrumaſ & parotidaſ & mammarum inflationeſ: & panoſ. In uino folia decocta & illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta quamlibet pernitioſe tuſſi citiſſime medẽtur. Hippocrateſ uulneratiſ ſiciẽtibuſq; defectu ſanguiniſ radiciſ decocte ſuccú bibendum dedit. Et eam uulneribuſ cum melle & reſina. Item conuulſiſ: luxatiſ: tumentibuſ. & muſculiſ neruiſ articuliſ impoſuit. Et aſthmaticiſ ac diſentericiſ in uino bibendum dedit. Mirum aquam radice ea addita: addenſari ſub diuo atq; elacteſcere. Efficatior aút quo recentior.

CAP. LXXI. De Lappacio: oxalide: oxylappato: hydrolappato: hippolappato: & bulappato:

Ec lapatium diſſimileſ effectuſ habet. Eſt autem ſilueſtre: quod alii Oxalidem appellant. ſatiuo proximum: foliiſ aquoſiſ colore Bete candide: radice minima. Noſtri uero rumicẽ. alii Lapatium cãtherinum ad ſtrumaſ cum exigua efficaciſſimú Eſt & alterum genuſ fere Oxylappaton uocant. Satiuo idẽ ſimiliuſ: & acutiora hẽc folia ac rubriora: non niſi paluſtribuſ naſcenſ. Sunt qui hydrolappató tradunt in aq̃ natum. Eſt & aliud Hippolappaton: maiuſ ſatiuo: candidiuſq; ac ſpiſſiuſ. Silueſtria ſcorpionum ictibuſ medentur. & ferire prohibent habenteſ. Radix a ceto decocta ſi coletur ſuccuſ: dentibuſ auxiliatur. Si uero bibatur: morbo regio. Semen ſtomachi inextricabilia uitia ſanat. Hippolappati radiceſ priuatim ungueſ: ſcabroſoſ detrahút. Dyſentericoſ ſemen duabuſ drachmiſ in uino potum: liberat. Oxylappati ſemẽ lotú in aqua celeſti: ſanguinẽ prodeſt reiiciẽtibuſ adiecta acacia lentiſ magnitudine ꝓdeſt: preſtantiſſimoſ paſtilloſ faciunt ex foliiſ & radice addito nitro & uire anguino. In uſu aceto diluunt. Sed ſatiuum in epiphoriſ oculorum illinunt frontibuſ. Radice cheriaſ & lepraſ curant. In uino uero decocta: ſtrumaſ & parotidaſ & calculoſ. Poto uino & lyeneſ. Celiacoſ eque & dyſentericoſ & tenaſmoſ. Ex eademq; omnia efficatiuſ. Viſ Lapati & ructuſ facit. & urinam ciet: & caliginem oculorum. diſcutit. Item pruritum corporiſ i ſolia balneaꝝ additú. aut p̃uſ ipſú illitú ſñ oleo. Firmat & cõmãducata radix dẽteſ. Eadẽ decocta cú uino ſiſtit aluú. Folia ſoluút adiecto ſale. Et ut neq; õmitamuſ Bulappató: radiciſ tantú altitudine differenſ eſt. Et erga dyſẽtericoſ efficaciſ effectuſ potum ex uino.

ad dentium auxilium

CAP. LXXII. De Sinapiſ tribuſ generibuſ.

Inapiſ cuiuſ in ſatiuiſ tria genera diximuſ Pythagoraſ principatú habere ex iiſ quorum ſublime uiſ feratur: iudicauit quoniã non aliud magſ in nareſ & cerebꝝ penitret. Ad ſerpentium ictuſ & ſcorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum uenena diſcutit. Contra pituitatem tenetur in ore: donec liqueſcat. aut gargariſſatur cum aqua mulſa. Ad dentium doloreſ manditur. Ad uuam gargariſſatur cum aceto & melle. Stomacho utiliſſimum contra omnia uitia: pulmonibuſq;. Execrationeſ facile facit in cibo ſumptú. Datur & ſuſpirioſiſ. Item comitialibuſ tepidú cú ſucco cucumerú Senſuſ atq; ſternutamenta capitiſ purgat. Aluú mollit. Menſtrua & urinam ciet. Et hydropiciſ imponitur. cum fico & cumino tuſum terniſ partibuſ comitiali morbo. Et uuluarum conuerſiõem ſuffitum excitat odore aceto mixto. Item lethargicoſ. Adiicit̃ Cordylon. Eſt aút ſemen ex ſe. Et ſi uehementior ſõnuſ lethargicoſ premat: cruribuſ aut etiam capiti inlinitur cum fico & aceto. Vetereſ doloreſ thoraciſ lumborum coxendicum. humerum & in quacunq; parte corporiſ ex alto uitia ex trahenda ſunt: illitú cauſtica ui emendat: puſtulaſ faciendo: At in magna duricia ſine fico impoſitum: uel ſi uehementior uertigo timeatur. per duplıceſ pãnoſ. Vtuntur ad alopeciaſ cú rubrica pſoraſ: lepraſ: phthiriaſeſ: lethargicoſ: opiſthotonicoſ. Inungunt quoq; ſcabraſ genaſ aut cum galla aut inter oculoſ cum melle. Succuſq; tribuſ modiſ exprimitur in fictili caleſcitq; in eo in ſole modice. Exit & e cauliculo ſuccuſ lacteuſ qui ita cum induruit dentium dolori medetur. Semen ac radix cũ imaduere muſto conteruntur. Manuſq; pleni menſura ſorbentur ad firmandaſ fauceſ: ſtomachum: oculoſ: caput: ſẽſuſq; om̃eſ Mulierum etiã laſſitudineſ ſaluberrimo genere medicine. Calculoſ quoq; diſcutit potũ ex aceto. Illinũtur & liuoribuſ ſuggillatiſq; cũ melle. & adipe anſerino. aut cera cypa Fit oleũ & ex ſemine madefacto in oleo expreſſoq; quo utuntur ad neruorũ rigoreſ lumborumq; & coxendicum perfrictioneſ. Sinapiſ naturam effectuſq; eoſdem habere traditur Adarca inter ſiluaſ intacta cortice planiore ſub ipſa coma naſcenſ.

CAP. LXXIII. De Marrubio.

Arrubium pleriq; inter primaſ herbaſ cõmendauere: quem Greci Praſiõ uocãt. Alii Linoſtrophõ. Nõnulli Philopeda. aut Philochareſ: notiuſ q̃ ut indicandũ ſit. Huiuſ folia ſemenq; contrita: proſunt cõtra ſerpenteſ. Pectorũ & lateriſ doloreſ. Tuſſim ueterem. Et iiſ qui ſanguinem eiciũt: eximie utile: ſcopiſ eiuſ cum panico aq̃ decoctiſ: ut aſperitaſ ſucci mitigetur. Imponitur ſtrumiſ cum adipe. Sunt qui uiridiſ ſemen quantum duobuſ digitiſ capiant: cum farriſ pugillo decoctum addito exiguo olei & ſaliſ ſorbere ieiunoſ ad tuſſim iubeant. Alii nihil comparant. In eadem cauſa marrubii & feniculi ſucciſ ad ſextarioſ ternoſ expreſſiſ decoctiſq; ad ſextarioſ duoſ: tum addito melliſ ſextario rurſuſ decocto ad ſextarioſ duoſ: ſi coclearii menſura in die ſorbiatur in aque cyatho. Et uirilium uitiiſ tuſum cũ melle: mire prodeſt. Lichenaſ purgat ex aceto. Ruptiſ cõuulſiſ. Spaſmatum neruiſ ſalutare. Potum aluum ſoluit cum ſale & aceto. Item menſtrua & ſecundaſ mulierum. Arida farina cum melle ad tuſſim ſiccam: efficaciſſima eſt. Item ad cancrenaſ & pterygia. Succuſ uero articuliſ & naribuſ: & morbo regio minuendeq; bili cum melle prodeſt. Item contra uenena ĩter pauca potenſ. Ipſa herba ſtomachum & execrationeſ pectoriſ purgat. Cum Iride & melle urinam ciet. Cauẽda tamen exulcerate ueſice & renum uitiiſ. Dicitur ſuccuſ claritatem oculorũ adiuuare. Caſtor marrubii duo genera tradit. nigrum & quod magiſ probat: candidum. In ouum inane ſuccum adicit biſ ipſum ouum infundit melle equiſ portiõibuſ tepefactũ: uomicaſ rũpe purgare ꝑſanare ꝑmittenſ. Illitiſ etiã uulneribuſ a cane factiſ tuſa cum axungia ueteri.

CAP. LXXIIII. De Serpillo.

Erpillum a ſerpendo putant dictum. Quod in ſiluestri euenit: in petriſ maxĩe. Satiuum non ſerpit ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguiuſ uoluntarium: & cãdidioribuſ foliiſ & ramiſ: aduerſuſ ſerpenteſ efficax maxĩe cẽchri. Et ſcolopẽdraſ terreſtreſ ac marinaſ. Et ſcorpiõeſ decoctiſ ĩ uino ramiſ foliiſq; fugat & odore cominuſ ſi uratur: & contra marinorum uenena precipue ualet. Capitiſ doloribuſ decoctum in aceto inlinitur temporibuſ ac fronti cum roſaceo. Item phreneticiſ. lethargiciſ. contra tormina & urine difficultatem anginaſ. uomitioneſ. drachmiſ quattuor datur. Ex aq̃ bibitur & ad iecinerũ doloreſ. Folia oboliſ q̃ttuor dãt ad lyenẽ ex aceto. ad cruẽtaſ exercationeſ terĩt in cyathiſ duobuſ aceti & melliſ.

CAP. LXXV. De Siſymbrio ſiue Timbreo.

Iſymbrium ſilueſtre a quibuſdam Thymbreum appellatum: pedali non ampliuſ altitudine: quod in riguiſ naſcitur ſimile naſturtio eſt. Vtrunq; efficax aduerſuſ aculeata animalia ut ſunt crabroneſ & ſimilia. Quod in ſicco ortũ odoratum eſt: iſerĩt coroniſ anguſtiore folio. Sedant utraq; capitiſ dolorem. Item epiphoraſ ut Pilinuſ tradit. Alii panẽ addunt. Alii per ſe decoquunt in uino. Sanat & epinyctidaſ cutiſq;

uitia in facie mulierum intra quartum diem noctibuſ impoſitum. diebuſq; detractum. Vomitioneſ: ſingultuſ: tormina: ſtomachi diſſolutioneſ cohibet ſiue in cibo ſumptum. ſiue ſucco potum. Non edendum grauidiſ: niſi mortuo conceptu. Quippe etiam impoſitum eiicit. Mouet urinā cum uino potum. Silueſtre & calculoſ. Quoſ uigilare opuſ ſit: excitat: infuſum capiti cū aceto.

CAP. LXXVI. De Lini ſemine.

Ini ſemen cum aliiſ quidem in uſu eſt. Et per ſe mulierum cutiſ uitia emendat in facie. Oculorū aciē ſucco adiuuat. Epiphoraſ cū thure & aqua. aut cū myrrha. Cum uino ſedat parotidaſ. Cum melle aut adipe aut cera ſtomachi ſolutioneſ inſperſū polente modo. Anginaſ in aqua & oleo decoctū & cū aniſo illitum. Torretur ut aluū ſiſtat. Celiaciſ & dyſentericiſ īponit̄ ex aceto. Ad iocineriſ doloreſ eſtur cum uuapaſſa Et ad phthiſin utiliſſime Semine fiunt ecligmata. Muſculorum: neruorum: articuloꝝ ceruicum duriciaſ. Cerebri membranaſ mitigat farina ſeminiſ nitro aut ſale aut cinere additiſ. Eadem cum fico. Itē concoquit ac maturat. Cum radice Cucumeriſ ſilueſtriſ extrahit quecūq; corpori inherent. Sic & fracta oſſa. Serpere ulcuſ in uino decocta ꝓhibet. Eruptiōeſ pituite cū melle emēdat. Vngueſ ſcabroſ cū pari modo Naſturtii Et teſtiū uitia & ramiceſ cum reſina & murra. Et cācrenaſ ex aq̄. Stomachi doloreſ cū Fenogreco ſextariiſ utriſq; decoctiſ in aq̄ mulſa. Inteſtinorum & thoraciſ ꝑnitioſa uitia clyſtere in oleo & melle.

CAP. LXXVII. De Blito.

Litum inerſ uidetur ac ſine ſapore aut acrimonia ulla. unde conuitium feminiſ apud Menādrū faciunt mariti. Stomacho inutile eſt. Ventrē adeo turbat ut choleram faciat aliquibuſ. Dicitur tamen aduerſuſ ſcorpioueſ potum e uino prodeſſe. Et clauiſ pedū illini. Itē lyenibuſ. Et temporū dolori: ex oleo. Hippocrateſ mēſtrua ſiſti eo cibo putat.

CAP. LXXVIII. De Meu.

Eu in Italia non niſi a mediciſ ſeritur. & iiſ admodum pauciſ. duo genera eiuſ. Nobiliuſ Athamanticum uocant. illi tanq̄ ab Athamante inuentum. Hi quoniā laudatiſſimum in Athamāte reperiatur. foliiſ Aniſo ſimile & caule aliquando bipedali radicibuſ multiſ & obnigriſ: quibuſdam altiſſimiſ. minuſ ruffum q̄ illud alterum. Ciet urinam in aqua potum radice trita uel decocta. Inflationeſ ſtomachi mire diſcutit. Itē tormina. & ueſice uitia. Vuluarumq; articuliſ cū melle. Infantibuſ cum Apio illitum imo uentri: urinaſ mouet.

CAP. LXXVIIII. De Feniculo.

Eniculū nobilitauere ſerpenteſ: guſtatu ut diximuſ ſenectam exuēdo: oculoꝝq; aciem ſucco eiuſ reficiendo. Vnde intellectum eſt hominum quoque caliginem precipue eo reuelari. Colligitur hoc caule turgeſcente. In ſole ſiccatur. Inungitur ex melle. Vbiq; hoc eſt. Laudatiſſimū tñ in Hiberia e lachrymiſ fit & ex ſemine recēti. Fit etiam a radicibuſ prima germinatione inciſiſ. Eſt & in hoc genere ſilueſtre: quod alii Hippomarathron alii Myrſeneū uocant foliiſ maioribuſ. guſtu acriore. ꝓceriuſ. brachiali craſſitudine: radice candida. Naſcitur in calidiſ: ſed ſaxoſiſ. Diocleſ & aliud Hippomarathri genuſ tradit: longo & anguloſo folio: ſemine Coriandri. Medicine in ſatiuo ad ſcorpionū ictuſ & ſerpentiū: ſemine in uino poto. Succuſ & auribuſ īſtillat̄: uermiculoſq; in iiſ necat. Idipſum condimētiſ prope omnibuſ inſeritur. Oxyporiſ etiā aptiſſime. Quin et cruſtiſ ſubditur paniſ. Semen ſtomachum diſſolutum aſtringit uel in febribuſ ſūptū. Nauſeā ex aqua tritū ſedat. Pulmonibuſ & iocineribuſ laudatiſſimū

Ventrem ſiſtit: cū modice ſumit᷑. Vrinā excitat. Et tormina mitigat totū decoctū. Lactiſq; defectu potū māmaſ replet. Radix cū Ptiſana ſūpta reneſ purgat: ſiue decocto ſucco ſiue ſēine ſūpto. Prodeſt & hydropiciſ radix ex uino cocta. Itē cōuulſiſ illinū᷑ folia tumoribuſ. Ardēteſ ex aceto calculoſ ueſice pellūt. Geniture habūdātiā quoquomō hauſtū facit. Verēdiſ amiciſſimū: ſiue ad fouēdū radice cū uino cocta: ſiue cōtrita ī oleo illitū. Multi tumoribuſ & ſuggillatiſ cum cera illinūt. Et radice ī ſucco uel cū melle cōtra caniſ morſū utū᷑. Et cōtra multipedē ex uino. Hippomarathron ad oīa uehemētiuſ. Calculoſ p̄cipue pellit. Prodeſt ueſice cū uino leui. Et feminarum mēſtruiſ. Efficaciuſ ī eo ſemē q̃ radix. Moduſ ī utroq;. qđ duobuſ digitiſ trito addit᷑ ī potionē. Petricliuſ ꝗ ophiaca ſcripſit: & Mycō ꝗ rhizitomumena: aduerſuſ ſerpēteſ: nihil hippomarathro efficaciuſ putauere. Sane & Nicāder non ī nouiſſimiſ poſuit.

CAP. LXXX. De Canabi.

Anabiſ ī ſiluiſ p̄mū nata ē: nigriore folio & aſpior. Semē eiuſ extīguere gēiturā uiroꝝ dicit᷑. Succuſ ex eo uermiculoſ auriū & qđcūq; ītrauerit: eicit: ſed cū dolore capitiſ. Tātaq; uiſ ei eſt: ut aque īfuſa coagulare eā dicat᷑: & ideo iumentorū aluo ſuccurrit pota ī aq̃. Radix cōtractoſ articuloſ emollit ī aq̃ cocta. Itē podagraſ & ſimileſ īpetuſ. Ambuſtiſ cruda illinit᷑: ſed ſepiuſ mutat᷑: p̄uſq̃ areſcat.

CAP. LXXXI. De Ferula.

Erula ſemē ſimile Anetho habet. Que ab uno caule diuidit᷑ a cacumīe: femina putat᷑. Cauleſ edūt᷑ decocti. Cōmēdant᷑q; muſto ac melle. ſtomacho utileſ. Sin plureſ ſūpti: capitiſ dolorē faciunt. Radix denarii pōdere ī uini cyathiſ duobuſ bibit᷑ aduerſuſ ſerpēteſ. Et ipſa radix īponit᷑. Sic & torminibuſ medet᷑. Ex oleo aūt & aceto cōtra ſudoreſ īmodicoſ uel ī febribuſ ꝓficit. Succuſ ferule aluū ſiſtit fabe magnitudīe deuoratuſq;. E uiridi Ferula ramuſculiſ utiliſ ē. ad oīa ea uitia. Ad ſāguinē ſiſtendum decē grana ſeminiſ bibūt᷑ ī uino trita. uel medulla. Sūt ꝗ comitialibuſ morbiſ dandum putāt. luna q̄rta: ſexta: ſeptima: lingue mēſura. Natura Ferulaꝝ mureniſ īfeſtiſſima ē. tacte ſiqdē ea moriūt᷑. caſtor radiciſ ſuccū & oculoꝝ claritati cōferre multū putauit.

CAP. LXXXII. De Carduiſ.

T de Carduoꝝ ſatu īter hortēſia diximuſ. Quaꝓpter & medicinā ex iiſ nō differamuſ. Silueſtriū genera ſūt duo. Vnū fruticoſiuſ a terra ſtatī. Alteꝝ unicaule craſſiuſ. utriq; folia pauca ſpinoſa mucronatiſ cacuminibuſ. Sed alter florē purpureū mittit īter medioſ aculeoſ celeriter caneſcētē & abeūtē cū aura. Scolimō Greci uocāt Hic añq̃ floreat cōtuſuſ atq; exp̄ſſuſ: illito ſucco alopetiaſ replet. Radix cuiuſq; ex aq̃ decocta potatoribuſ ſitī facere narrat᷑. Stomachū corroborat. Et uuluiſ ſi credimuſ etiā cōferre aliqđ tradit᷑: ut mareſ gignant᷑: ita. n. Chereaſ Atheniēſiſ ſcripſit: & Glauciaſ ꝗ circa carduoſ diligētiſſimuſ uidet᷑. Māducatuſ carduuſ hic odorē cōmēdat oriſ.

CAP. LXXXIII. De Therica confectione.

Ed añ diſceſſū ab hortēſibuſ unā cōpoſitionē ex iiſ clariſſimam ſubtexemuſ aduerſuſ uenenata animalia: inciſā lapide uerſibuſ in limine ediſ Eſculapii. Serpilli duum denariorum ponduſ. Opopaniciſ & Milii: tantundem ſinguloꝝ. Trifolii pōduſ denarii. Anethi & Feniculi ſeminiſ & Aniſi & Amii & Apii denariorū ſenū ex ſīguliſ generibuſ. Erui farine duodecim hec tuſa cribrataq; uino quantum poſſit excellenti digerūtur in paſtilloſ: uictoriati pōdere. Ex iiſ ſinguli dant᷑ ex uini mixti cyathiſ terniſ. Hac heriaca magnuſ Rex Anthoniuſ aduerſuſ om̄ia uenenata uſuſ traditur.

.XXI.

C.PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE.LIBER VIGESIMVS DE PLANTIS SATIVIS QVE CIBIS ET MEDICINE CONVENIVNT FINIT.INCIPIT VIGESIMVS PRIMVS DE NATVRA FLORVM: ET CORONAMENTIS FOELICITER.

CAP.I.De Mira florum uarietate.

N hortiſ ſeri & coronamēta iuſſit Cato inenarrabili florū maxīe ſubtilitate: quando nulli poteſt faciliuſ eſſe loqui q̄ rerū nature pingere laſciuienti p̄ſerti & in magno gaudio fertilitatiſ tā uarie ludenti. Quippe reliq̄ uſuſ alimētiq; gratia genuit. Ideoq; ſecula annoſq; tribuit iiſ. Floreſ uero odoreſq; de die in diē gignit. Magna ut palam eſt admonitione hominum: que ſpectatiſſime floreant celerrīe marceſcere. Sed ne pictura quidē ſufficiente imagini colorū reddende: mixturarumq; uarietati: ſiue alterni atque multipliceſ inter ſe nectantur: ſiue priuatiſ generum funiculiſ in orbem: in obliquū: in ambitum quedam corone per coronaſ currunt.

Vngorū lētior natura & numeroſa genera. & origo non niſi ex pituita arboꝝ Tutiſſimi qui rubent callo minuſ diluto rubore quā boleti. Mox candidi: uelut apice flaminiſ. inſignibuſ pediculiſ. Tertium genuſ Suilliſ ueneniſ accomodatiſſimum

Familiaſ nuper interemere. & tota conuiuia. Anneū ſerenū prefectū Nerōiſ uigilū & Tribunoſ & Centurioneſ quoſq;. Voluptaſ tanta ancipitiſ cibi. Quidam diſcreuere arborum generibuſ. Fico Ferula & gūmi ferentibuſ. noſ item Fago aut robore aut Cup̄ſſo ut diximuſ. Sed iſta q̄ſ ſpondet in uenalibuſ? Omniū coloſ liuiduſ. hic aberit ueneni argumētum: quo ſimilior fuerit arborum ficiſ. Aduerſuſ hec diximuſ remedia dicemuſq; interim ſunt aliqua & in iiſ. Claudiuſ ſtomacho utileſ putat boletoſ. Siccant̄ pendenteſ Suilli iunco tranſfixi: qualeſ a Bithynia ueniunt. Hi fluxionibuſ alui q̄ſ Rheumatiſmoſ uocant medentur. excreſcentibuſq; in ſede carnibuſ. minuunt. n. eaſ & tempore abſumunt. Item lentigineſ & mulierum uitia in facie leuant. Lauāt̄ etiā ut plumbum in oculorum medicamenta. Sordidiſ ulceribuſ. Et capitiſ eruptionibuſ. Canum morſibuſ ex aqua illinuntur. Libet & coquendi dare aliquaſ comuneſ in om̄i eorum genere obſeruationeſ: quando ipſe ſuiſ manibuſ delicie preparant hunc cibum ſolū. & cogitatione ante paſcunt̄. Succineiſ nauiculiſ aut argenteo apparatu cōitāte Noxii erunt fungi. qui in coquendo durioreſ fiunt. Innocentioreſ qui nitro addito coquēt̄: ſi utiq; ꝑcoq̄nt̄. Tutioreſ fiēt cū carne cocti. aut cū pediculo piri. Proſūt & pira cōfeſtī ſūpta. Debellat eoſ & aceti natura contraria hiſ. Hymbribuſ proueniunt omnia hec.

CAP. XXXIIII. De Silphio.

Ymbre & Silphion uēit primo e Cyreniſ ut dictū ē: ex Syria nūc hoc maxīe importatur deteriuſ Parthico. ſed Medico meliuſ: extincto omni Cyrenaico ut diximuſ. Vſuſ Silphii in medicina. nā folia ad expurgandaſ uuluaſ pellēdoſq; emortuoſ partuſ decoquunt̄ in uino albo odorato: ut bibatur menſura acetabuli a balneiſ. Radix prodeſt arteriiſ exaſperatiſ. & collectionibuſ ſanguiniſ illinitur. Sed & ī cibiſ concoq̄t̄ egre. Inflatiōeſ facit & ructuſ. Vrine quoq; noxia. Suggillatiſ cū uino & oleo amiciſſīa. Et cū cera ſtrumiſ. Verruce ſediſ crebriore eiuſ ſuffitu cadūt.

CAP. XXXV. De Laſare.

Aſer e Silphio profluenſ quo diximuſ modo inter eximia eſt nature dona numeratum. Pluribuſ compoſitionibuſ inſerit̄. Per ſe aūt algoreſ excalefacit. Potū neruorum uitia extenuat. Feminiſ datur in uino. Et laniſ mollibuſ admouetur uulue ad menſeſ ciendoſ. Pedum clauoſ circunſacrificatoſ ferro mixtū cere extrahit. Vrinā ciet Ciceriſ magnitudine dilutum. Andriaſ ſpondet copioſiuſ ſumptum nec inflationeſ facere. & concoctioni plurimum conferre ſenibuſ. & feminiſ. Item hyeme q̄m eſtate utiliuſ. ueruntamen aquam bibentibuſ cauendumq; ne qua ſit exulceratio intra. Ab egritudine recreationi efficax in cibo. Intēpeſtiue. n. datū cauterium obtinet aſſuetiſ etiam utiliuſ q̄ expertibuſ. Extera corporū indubitataſ cōfeſſioneſ habent. Venena telorum & ſerpētium extiguit potum. ex aqua uulneribuſ iiſ circūlinitur. Scorpionū tantum plagiſ ex oleo. Vlceribuſ uero non matureſcentibuſ cū farina hordeacea uel fico ſicca. Carbunculiſ cum Ruta uel cum melle. uel per ſe uiſco ſuperlitū ut hereat. Sic & ad caniſ morſuſ. Excreſcentibuſ circa ſemē cum germine punici mali ex aceto decoctum. Clauiſ pedum qui Vulgo Morticini appellantur: nitro mixto. Subactaſ carneſ replet cum uino. & croco. aut pipere. aut murium fimo & aceto. Pernioneſ ex uino fouet. & ex oleo coctum imponitur. Sic & callo. Clauiſ pedum ſuperraſiſ ꝑcipue utilitatiſ. Contra aquaſ malaſ. peſtilenteſ tractuſ uel dieſ. In tuſſi: uua. felliſ ueteriſ ſuffuſiōe: hydropiciſ. raucitatibuſ. Confeſtī n. purgat fauceſ uoceq; reddit. podagraſ in ſpungia dilutum poſtea lenit. Pleureticiſ in ſorbitione uinum poturiſ datur. Contractionibuſ. opiſthotōiciſ. ciceriſ magnitudine cere circunlitū. In āgina gargariſſat̄.

XXII

Anhelatoribuſ & ī tuſſi: uetuſta cū porro ex aceto dat̄. atq; ex aceto iiſ q coagulum lactiſ ſorbuerint. Precordiorum uitiiſ. ſyntecticiſ: comitialibuſ cum uino in aq̄ mulſa lingue. paralyſi. Coxendicibuſ. lumborum doloribuſ cum decocto melle illinitur. Nō cenſuerim quod autoreſ ſuadent. cauerniſ dentium ī dolore inditū cera īcludi: magno experimento hominiſ qui ſe eadem cauſa precipitauit ex alto. Quippe tauroſ īflāmat naribuſ illitiſ. Serpenteſ auidiſſimaſ uini admixtum rumpit. Ideo nec inungi ſuaſerim cum attico melle: licet precipiant. Quaſ habeat utilitateſ admixtum aliiſ: immenſū ē referre & noſ ſimplicia tractamuſ: qm̄ in hiſ naturam eſſe apparet. in illiſ coniecturā: ſepe fallacem: nulli ſatiſ cuſtodita in mixturiſ cōcordia nature ac repugnantia. Qua de re mox plura dicemuſ.:

CAP. XXXVI. De Melle.

On eſſet melliſ autoritaſ ī precio minor q̄ Laſeriſ: ni ubiq; naſceretur. Illud ipa fabricata ſit natura. Sed huic gignendo animal: ut diximuſ innumeroſ ad uſuſ ſi quotiēſ miſceatur eſtimemuſ. Prima propoliſ alueorum de qua diximuſ: aculeoſ & oīa infixa corpori extrahit: tubera diſcutit: dura concoquit. doloreſ neruorum mulcet. ulceraq; iam deſperātia cicatrice includit. Melliſ quidem ipſiuſ natura taliſ eſt: ut putreſcere corpora non ſinat. iucundo ſapore atq; nō aſpero. Alia q̄ ſaliſ natura faucibuſ tonſilliſ. angine. omnibuſq; oriſ deſideriiſ utiliſſimum. Areſcentiq; in febribuſ lingue. Iam uero peripneumoniciſ pleureticiſq; decoctum. Item uulneribuſ. A ſerpēte pcuſſiſ Et contra uenena fungorum. Paralyticiſ in mulſo. quanq̄ ſue mulſo doteſ conſtant. Mel auribuſ īſtillatū cū roſaceo lendeſ & feda capitiſ aīalia necat. Vſuſ deſpumati ſemper aptior. Stomachum tamen inflat. Bilem auget. Faſtidium creat. Et oculiſ p ſe inutile aliqui arbitrantur. Rurſuſ quidam anguloſ exulceratoſ melle tangi ſuadēt Melliſ cauſaſ atq; differentiaſ nationeſq; & iudicationem in apium ac deinde florum natura diximuſ: cum ratio opiſ diuidi cogeret miſcenda. Rurſuſ naturā reꝝ pnoſcere uolentibuſ in melliſ operibuſ & aqua mulſa tractari debet. Duo genera eiuſ ſubite ac recentiſ: alterum inueterate. Repentina diſpumato melle preclaram utilitatem habet ī cibo egrotātium leui. hoc eſt alice elute: uiribuſ recreandiſ: ore ſtomachoq; mulcēdo ardore refrigerando. frigidam enim utiliuſ dari uentri molliendo. Inuenio etiā apud autoreſ hunc potum bibendum alſioſiſ. Item animi humiliſ & preparci quoſ illi dixere Micropſychoſ. Eſt & ratio ſubtilitatiſ immenſe a Platone deſcēdēſ. Corpuſculiſ eoꝝ leuibuſ ſcabriſ anguloſiſ rotundiſ magiſ aut minuſ ad aliorum naturam accedentibuſ ideo non eadem omnibuſ amara aut dulcia eſſe. ſic & in laſſitudine pronioreſ eſſe ad iracundiam & in ſiti. ergo & hec animi aſperitaſ ſeu potiuſ aīe dulciore ſucco mitigat̄ Lenit tranſitum ſpirituſ & mollioreſ facit meatuſ ne ſcindant euntem redeuntemq;. Experimenta in ſe cuiq;. Nulliuſ non ira luctuſq; triſticie. omniſ animi impetuſ cibo mollitur. Ideoq; obſeruanda ſunt que non ſolum corporum medicinam: ſed & morum habēt. Aqua mulſa & tuſſientibuſ utiliſ traditur. Calefacta incitat uomitiōeſ. Cōtra uenenum pſimythii ſalutariſ addito oleo. Item cōtra hyoſcyamum cum lacte maxīe aſinino. Et contra hallicaccabi: ut diximuſ. Infunditur & auribuſ. & gēitaliū fiſtuliſ. Vuluiſ imponitur cum pane molli. Subitiſ tumoribuſ. luxatiſ. leniendiſq; omnibuſ. Inueterate autē uſum dānauere poſteri. Minuſ innocente aqua minuſq; uino firmū Longa tamen uetuſtate tranſit in uinum conſtat inter omneſ ſtomacho inutiliſſimū neruiſq; contrarium. Semper mulſum ex uetere uino utiliſſimum. facillimeq; cū melle concorporatur quod in dulci nunq̄ euenit. Ex auſtero factum non implet ſtomachū Neq; ex decocto melle minuſq; inflat. quod fere euenit. Appetentium quoq; reuocat auiditatē cibi. Aluū mollit frigido potu pluribuſ. Calido ſiſtit. corpora auget. Multi ſenectam longam mulſi tantum intrito tolerauere. neq; alio ullo cibo. Celebri Pollioniſ Remuli exemplo quem centeſimū annū excedentē cū Diuuſ Auguſtuſ hoſpeſ interrogaret qua nā ratione maxīe uigorē illū animi corporiſq; cuſtodiſſet ille rn̄dit. ītuſ mulſo: foriſ oleo. Varro regiū morbū cognomīatū aq̄tū tradit: qm̄ curet̄ mulſo. Melitideſ quo fieret modo ex muſto & melle docuimuſ in ratiōe uini. Seculiſ iā fieri nō arbitror. Hoc genuſ inflationibuſ obnoxiū. Solebat tn̄ inueteratū alui cauſa dari in febre. Itē articulario morbo. & ueruorum infirmitate laborantibuſ. Et mulieribuſ uini abſtemiiſ. Melliſ nature adnexa cera eſt: de cuiuſ origine & bonitate natiōibuſq; ſuiſ diximuſ lociſ. Omniſ aūt mollit. calfacit. explet. corpora. Recenſ melior. Dat̄ in ſorbitione dyſentericiſ. Fauiq; ipſi in pulte alice priuſ toſte. Aduerſat̄ lactiſ nature. Ac milii magnitudine decē grana cere hauſta: non patiunt̄ coagulari lac ī ſtomacho Si inguen tumeat albā ceram: in pube fixiſſe remedio eſt. Nec huiuſ uſuſ quoſ mixta aliiſ preſtat enumerare medicina poſſit. ſicuti nec ceteroꝝ que cum aliiſ proſūt. Iſta ut diximuſ ingeniiſ conſtant. Non fecit cerata: malagmata: emplaſtra: collyria: antidota parenſ illa ac diuina reꝝ artifex. Officinarum immo uerius auaricie commenta ſūt. Nature quidem opera abſoluta atq; perfecta gignuntur: pauciſ ex cauſa non ex coniectura rebuſ aſſumptiſ ut ſucco aliquo ſicca temperantur ad meatuſ: aut corpore alio humentia adnixuſ. ſcrupulatim quidem colligere ac miſcere uireſ non coniecture humane opuſ: ſed impudentie eſt. Noſ nec indicarū Arabicarūq; mercium aut externi orbiſ attingimuſ medicinaſ. Non placent remediiſ tam longe naſcentia. Non nobiſ gignuntur. immo ne illiſ qdē. alioqui non uenderent. Odorum cauſa unguentorumq; & deliciarum: ſi placet etiā ſuperſtitioniſ gratia emantur. quoniā thure ſupplicamuſ. & coſto. Salutem quidem ſine iiſ poſſe conſtare uel ob id ꝓbabimuſ ut tanto magiſ ſui deliciaſ pudeat.

CAP. XXXVII. De Siligine & Tritico & aliiſ frugibuſ.

Ed medicinaſ e floribuſ cornamentiſq; & hortēſiiſ queq; mādunt̄ herbiſ ꝓſequuti quoniam modo frugum omittemuſ? ni mirum & haſ indicare cōueniet. In pͥmiſ ſapientiſſima animalium eſſe conſtat que fruge ueſcantur. Siliginiſ grana combuſta & trita in uino amineo oculiſ illita epiphoraſ ſedāt. Tritici uero ferro combuſta iiſ que friguſ uſſerit: preſentaneo ſunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta neruorū contractionibuſ: cum roſaceo & fico ſicca Mixiſq; decoctiſ. Furfureſ tonſilliſ faucibuſq; gargariſſatione ꝓſunt. Sex. Pōpeiuſ Pretorii uiri pater Hiſpanie citerioriſ Prīcepſ cum horreiſ ſuiſ uentilandiſ preſideret correptuſ dolore podagre: merſit in triticū ſeſe ſuper genua. leuatuſq; ſiccatiſ pedibuſ mirabili modo hoc poſtea remedio uſuſ eſt. Viſ tanta eſt: ut cadoſ plenoſ ſiccet. Paleam quoq; Tritici uel Hordei calidā īponi ramicū incommodiſ experti iubent. Quaq; decocte ſūt aqua: foueri. Eſt in farre uermiculiſ teredini ſimiliſ quo cauiſ dentium cera incluſo cadere uitiati dicuntur. Olyrā Arincā diximuſ uocari. hac decocta fit medicamentū quod Egyptii Ateram uocant īfātibuſ utiliſſimum. ſed & adultoſ illinūt eo. Farina ex hordeo & cruda & decocta collectiōeſ impetuſq; diſcutit lenit. & concoquit. Decoquit̄ aliaſ in mulſa aqua. aut fico ſicca. Ad iocineriſ doloreſ eam in poſca poſitam concoqui opuſ eſt aut cum uino. Cū uero intercōcoquendū diſcutiendūq; cura ē tunc in aceto meliuſ. aut ī fece aceti. aut cotoneiſ piriſue decoctiſ. Ad multipedum morſuſ cum melle: ad ſerpentium in aceto. & contra ſuperantiaſ ad extrahendaſ ſuppurationeſ ex poſca addita reſina & galla. Ad cōcoctioneſ uero & ulcera uetera cum reſina. Ad duricieſ cum fimo columbarum. aut fico

ſicca aut cinere. Ad neruorum inflammationeſ aut inteſtinorum uel aurium uel uiriliũ
dololoreſ cum papauere aut meliloto. & quotienſ ab oſſibuſ caro recedit. Ad ſtrumaſ
cum pice & impubiſ pueri urina cum oleo & feno greco cõtra tumoreſ precordiorum:
uel in febribuſ cum melle uel adipe uetuſto. Suppuratiſ triticea farina multo lenior.
Neruiſ cum hyoſcyami ſucco illinitur. Ex aceto & melle lentigini. Zea ex qua alicã
fieri diximuſ: efficatior etiam hordeacea uidetur. trimeſtriſ mollior. Ex uino rubro
ad ſcorpionum ictuſ tepida. & ſanguinẽ excreantibuſ. Item arterie. Tuſſi cũ caprino
ſeuo. aut butyro. Ex feno greco molliſſia omniũ. Vlcera manãtia ſanat. & furfureſ
corporiſ. ſtomachi doloreſ pedeſ & mammaſ cum uino & nitro cocta. Heruina magiſ
ceteriſ purgat ulcera uetera & gãgrenaſ. cũ rhaphano & ſale & aceto lichenaſ. Lepraſ
cum ſulphure uiuo. Et capitiſ doloreſ cum adipe anſerino: impoſita fronti. Strumaſ
& panoſ concoquit in fimo columbino & lini ſemine decocta in uino. De polente ge/
neribuſ in frugum loco ſatiſ diximuſ locorum ratione. que a farina hordei diſtat eo ꝙ
torretur. Ad ſtomachum utiliſ aluum ſiſtit. impetuſq; rubicundi tumoriſ. Et oculiſ
illinitur & capitiſ dolori cum menta. aut alia refrigerante herba. Item pernionibuſ &
ſerpentium plagiſ. Item ambuſtiſ ex uino. Inhibet quoq; puſtulaſ. Farina in pollinẽ
ſubacta uim extrahẽdi humoriſ habet. Ideo & cruore ſuffuſiſ in faſciaſ uſq; ſanguinẽ
perducit. Efficaciuſ in ſapa. Imponitur & pedum callo. clauiſq;. Nam cum oleo uetere
ac pice decocta polline condylomata & alia omnia ſediſ uitia q̃ maxĩe calido mirabilẽ
in modum curantur. Pulte corpuſ augetur. Farina qua carte glutinãtur: ſanguinem
excreantibuſ datur tepida ſorbenda. efficaciter prodeſt. Alica reſ Romana ẽ. & non
pridem excogitata. alioqui non Ptiſane potiuſ laudeſ ſcripſiſſent Greci. Nondum
arbitror Pompeii Magni etate ĩ uſu fuiſſe. Et ideo uix quicq̃ de ea ſcriptum ab Aſ/
clepiadiſ ſchola. Eſſe quidem eximie utilẽ: nemo dubitat. ſiue eluta detur ex aq̃ mulſa.
ſiue in ſorbitioneſ decocta ſiue in pulte. Eadem in aluo ſiſtenda torretur. Deĩ fauoꝝ
cera coquitur: ut ſupra diximuſ. Peculiariſ tamẽ longo morbo ad tabitudinẽ redactiſ
ſubuenit: terniſ eiuſ cyathiſ in ſextarium aque ſenſim decoctiſ: donec oĩſ aq̃ cõſumat̃
poſtea ſextario lactiſ ouilli aut caprini addito per continuoſ dieſ mox adiecto melle.
Tali ſorbitioniſ genere emendantur ſynthexeſ que ſunt ex iiſ ſũpte. Milio ſiſtit̃ aluuſ
Diſcutiuntur tormina. in quẽ uſũ torretur ante. Neruorum doloribuſ & aliiſ feruẽſ
in ſacco ponitur. neq; aliud utiliuſ quoniam leuiſſimum: molliſſimumq; eſt: Et caloriſ
capaciſſimum. Itaq; taliſ uſuſ eiuſ eſt ad oĩa quibuſ calor profuturuſ eſt. Farina eiuſ
cum pice liquida ſerpentium & multipede plagiſ imponitur. Panicum Diocleſ medicuſ
mel frugum appellauit. Effectuſ habet quoſ Miliũ. In uino potũ ꝓdeſt dyſẽtericiſ.
Similiter iiſ que uaporanda ſunt excalfactum imponitur. Siſtit aluum ĩ lacte cap̃no
decoctum. & biſ die hauſtum. Sic prodeſt & ad tormina. Seſama trita ĩ uino ſumpta
inhibet uomitioneſ. Aurium inflammationi illinitur. & ambuſtiſ. Eadem efficit & dum
in herba eſt. Ampliuſ hoc oculiſ imponitur decocta in uino. Stomacho inutiliſ cibuſ.
Et anime grauitatẽ facit. Stellionum morſibuſ reſiſtit. Item ulceribuſ que Cacoethe
uocant. Et auribuſ oleum quod ex ea fit prodeſſe diximuſ. Seſamoideſ a ſimilitudine
nomen accipit. grano amaro. folio minore. Naſcit̃ in glarioſiſ. Detrahit bilem in aq̃
potum. Semen illinitur igni ſacro. Diſcutit panoſ: Eſt etiam num aliud Seſamoideſ
Anticyre naſcẽſ: quod ideo aliqui Anticyricon uocant. Cetera ſimile erigeronti herbe
de qua ſuo dicemuſ loco. Granum Seſame datur in uino dulci ad detractioneſ quantũ
triniſ digitiſ capitur. Miſcent & elebori albi unum & dimidium obolum. Purgationẽ
eam adhibenteſ maxime inſane melancolie. comitialibuſ podagriſ. Et per ſe drachme

pondere exinanit. Hordeum optimum quod candidiſſimum. Succuſ decocti in aqua celeſti digeritur in paſtilloſ ut infundatur exulceratiſ interaneiſ & uuluiſ. Ciniſ eiuſ ambuſtiſ illinit̃. Et carnibuſ que recedunt ab oſſibuſ. Et eruptionibuſ pituite. Muriſ aranei morſibuſ. Idem aſperſo ſale ac melle candorem dentibuſ & ſuauitatatẽ oriſ facit Eoſ qui pane hordeaceo utuntur: morbo pedum temptari negant. Nouemq; graniſ ſi furunculũ quiſ circunducat ſinguliſ ter manu ſiniſtra & oĩa in ignem abiiciat cõfeſtim ſanari aiunt. Eſt & herba Phenicea appellata a Greciſ a noſtriſ uero Hordeũ murinũ. hec trita ex uino pota preclare ciet menſeſ. Ptiſane que ex hordeo fit: laudeſ uno uolumĩe cõdidit Hippocrateſ que nũc om̃eſ in alicã tranſeũt. Et q̃nto ĩnocẽtior eſt alica. Hippocrateſ tantum ſorbitioniſ gratia laudauit. quoniam lubrica ex facili hauriretur. quoniam ſitim arceret. quoniam in aluo non tumeſceret. quoniam facile redderetur. & aſſuetiſ hic ſoluſ cibuſ in febribuſ omni die poſſet dari. tantum remotuſ ab iſtiſ qui medicinam fame exercent. Sorbitione tamen dari ĩ totum uetuit. Aliudue q̃ ſuccum ptiſane. Item uetuit q̃diu pedeſ frigidi eſſent. tunc quidem nec potionẽ dãdã Fit & ex trito glutinoſior. arterieq; exulcerate utilior. Amylon hebetat oculoſ. & gule inutile contra q̃m creditur. Itẽ ſiſtit aluum. Epiphoraſ oculorũ inhibet. & ulcera ſanat. Item puſtulaſ & fluitioneſ ſanguiniſ. Genaſ duraſ emollit. Datur cum ouo iiſ q ſanguinem reiecerint. In ueſice uero dolore ſemuncia Amyli cum ouo & paſſiſ tribuſ ſubferuefacta a balneo. Quin & Auene farina decocta in aceto: tollit neuoſ. Paniſ ipſe quo uiuitur: innumeraſ pene continet medicinaſ. Ex aqua. n. & oleo aut roſaceo mollit collectioneſ. Ex aqua mulſa duriciaſ ualde mitigat. Dat̃ ex uino ad diſcutiẽda ualenſ. aut que preſtringi opuſ ſit. Et ſi magiſ etiamnum ex aceto. Aduerſuſ acutaſ pituite fluctiõeſ quaſ Greci Rheumatiſmoſ uocant. Item ad percuſſa luxata. Ad oĩa autem hec feremetatuſ qui uocatur Autopyruſ: utilior. Illinitur & Paronychiiſ. Et callo pedum in aceto ueteri. Nauticuſ paniſ tuſuſ atq; iterũ coctuſ: ſiſtit aluũ. Vociſ ſtudioſiſ & contra diſtillationeſ ſiccum eſſe primo cibo utiliſſimum eſt. Sitaniuſ hoc ẽ trimeſtriſ incuſſa in facie aut diſquãmata cũ melle aptiſſĩe curat. Canđiduſ egriſ aqua calida frigidaue madefactuſ: leuiſſimũ cibũ prebet. Oculorũ tumori ex uino ĩponit̃. Sic & puſtuliſ capitiſ. aut adiecta arida mytto. Tremuliſ panem ex aqua eſſe ieiuniſ ſtatim a balneiſ demonſtrant. Quin & grauitatem odorum in cubiculiſ uſtuſ emendat. & uini in ſacciſ addito. Auxiliatur & faba. Nanq; ſolida fricta feruẽſq; in acri aceto coniecta: torminibuſ medetur. In cibo freſſa & cũ allio cocta contra deplorataſ tuſſeſ ſuppurationeſq; pectorum cotiadiano cibo ſumitur & commanducata ieiuno ore etiã ad furunculoſ maturandoſ diſcutiendoſue imponitur. Et in uino decocta ad teſtium tumoreſ & genitalium. Lomento quoq; ex aceto decocto tumoreſ maturat: atq; apit. Item liuoribuſ combuſtiſ medet̃. Voci eam prodeſſe autor eſt. M. Varro. Fabaliũ etiam ſiliquarumq; ciniſ ad coxẽdiceſ & ad neruorum uetereſ doloreſ cum adipiſ ſuilli uetuſtate prodeſt. Et per ſe corticeſ decocti ad tertiaſ ſiſtunt aluum. Lenſ optima que facillime coquitur. eaq; que maxime aq̃ abſorbet. Aciem quidem oculoꝝ obtũdit. & ſtomachum inflat. Sed aluum ſiſtit in cibo. magiſq; diſcocta celeſti aqua. Eadem ſoluit minuſ percocta. Pulaſ ulcerũ rũpit. Eaq; que intra hoſ ſunt purgat: & aſtrĩgit Collectioneſ omneſ impoſita ſedat: maximeq; exulcerataſ & rimoſaſ. Oculorum autẽ epiphoraſ cum meliloto & cotoneo: Contra ſuppurantia cũ polenta impõit̃. Decocte ſuccuſ ad oriſ exulcerationeſ & genitaliũ adhibetur. Ad ſedem cũ roſaceo aut cotoneo In iiſ que acriuſ remediũ exigunt cum putamine punici: melle modico adiecto. Ad id demum. ne celeriter inareſcat: adiiciunt & Bete folia. Imponitur & ſtrumiſ paniſq; uel

XXII

maturiſ uel matureſcentibuſ: ex aceto diſcocta. Rimiſ ex aqua mulſa. & grangreniſ cum punici germine. Item podagriſ cum polenta. & uuluiſ. & renibuſ. & pernionibuſ. ulceribuſ difficile cicatricē trahentibuſ. Propter diſſolutionem ſtomachi. xxx. grana lētiſ deuorantur. In choleriſ quoq; & dyſenteria efficatior eſt in tribuſ aquiſ cocta. In quo uſu meliuſ ſemper eam torrere. aut tundere. ut tenuiſſima detur uel per ſe uel cū cotoneo malo aut piriſ aut myrto aut intubo erratico aut beta nigra aut plantagine. Pulmoni eſt inutiliſ. & capitiſ dolori. neruoſiſq; omnibuſ. & felli. nec ſomno. faciliſ. Ad puſtulaſ utiliſ. igniq; ſacro & mammiſ in aqua marina decocta. In aceto autē duriciaſ & ſtrumaſ diſcutit. Stomachi quidem cauſa polente modo potionibuſ inſpergit̄. Que ſunt ambuſta aqua ſemicocta curat. Poſtea trita: & per cribrum effuſo furfure mox procedente curatione: addito melle. Ex poſca coquitur ad guttura. Eſt & paluſtriſ lēſ & per ſe naſcenſ in qua non fluente refrigeratione nature. Propter qđ collectiōibuſ illinitur. & maxime podagriſ. & per ſe & cum polenta. Glutiant & interanea ꝓcidētia. Eſt ſilueſtriſ & Eleliſphacoſ dicta a Greciſ ab aliiſ Phacoſ. Ea eſt ſatiua lēte leuior. & folio minore atq; ſicciore. & odoratiore. Eſt & alterum genuſ eiuſ ſilueſtriſ. odore graui hec mitior. Folia habet cotonei mali effigie. ſed minora & cādida que cū ramiſ decoquūt̄. Mēſeſ cit. & urinaſ & paſtinace marine ictuſ ſanat. Torporē aūt obducit percuſſo loco. Bibitur cum abſinthio ad diſenteriam. Cum uino eadem commoranteſ menſeſ trahit. Abundanteſ ſiſtit decocto. eiuſ poto. Per ſe impoſita herba: uulnerum ſanguinem cohibet. Sanat & ſerpentium morſuſ. Et ſi in uino decoquatur prurituſ teſtiū ſedat. Noſtri qui nūc ſūt herbarii Eleliſphachon grece latine Saluiam uocant: Mente ſimilem canam odoratam. partuſ emortuoſ ea appoſita extrahunt. Itē uermeſ aurium ulcerumq;. Cicer & ſilueſtre eſt: foliiſ ſatiuo ſimile odore graui. Sed ſi largiuſ ſumatur. aluuſ ſoluitur. & inflatio contrahitur. & tormina. Toſtum ſalubriuſ habet̄. Cicercula etiam nunc magiſ in aluo proficit. Farina utriuſq; ulcera manantia capitiſ ſanat. efficaciuſ ſilueſtriſ. Item comitialeſ & iocinerum tumoreſ. & ſerpentium ictuſ. Cit menſeſ & urinaſ: grano maxime. Emendat & lichenaſ: & teſtium inflammationeſ. regium morbum. hydropicoſ. Ledunt omnia hec genera exulceratā ueſicam & reneſ Gangreniſ utiliora cum melle & iiſ que Cacoethe uocātur. Verrucarum in omni genere prima luna ſinguliſ graniſ ſingulaſ tangunt. Eaq; grana in lintheolo deligata abiiciunt poſt ſe: ita fugari uitium arbitranteſ. Noſtri precipiunt Aretinum in aq̃ cū ſale diſcoquere ex eo bibere cyathoſ binoſ in difficultatibuſ urine. Sic & calculoſ pelli morbumq; regium. eiuſdē foliiſ ſarmentiſq; dacoctiſ aqua qua maxime calida: morboſ pedum tolli & ipſum calidū tritumq; illitum. Columbini decocti aqua horrorē tertiane & quartane minuere traditur. Nigrum autem cum galle dimidio tritum oculoꝝ ulceribuſ ex paſſo medetur. De Eruo quedam in mentione eiuſ diximuſ: nec potentiam ei minorem ueteresq̄ braſſice tribuere. Contra ſerpētiū ictuſ ex aceto ad crocodiloꝝ hominumq; morſum. Si quiſ Eruum cotidie ieiunuſ edat lyenem eiuſ abſumi certiſſimi autoreſ affirmāt. Faria eiuſ ut ait Varro: maculaſ ex toto corpore emēdat. Serpe uulnera non patitur. In mammiſ efficaciſſimum. Carbunculoſ rumpit ex uino. Vrine difficultateſ: inflāmationē: uitia iocineriſ tenaſmon que cibum non ſentiat: Atropha appellata: toſtū & ī nuciſ auellane magnitudinē melle collectū deuoratumq; corrigit. Item impetigineſ ex aceto coctū & q̄rto die ſoluūt. Panoſ in melle ſuppurare ꝓhibet impoſitum aqua decoctū pernioneſ & prurituſ ſanat fouendo. Quin & uniuerſo corpi ſi quiſ quotidie ieiunuſ biberit: meliorem fieri colorem exiſtimant. Cibiſ idem hominiſ alienum. Vomitioneſ mouet. Aluum turbat. Capiti & ſtomacho oneroſum. Genua quoq; degruat. Sed madefactum pluribuſ diebuſ: miteſcit. Bubuſ iumentiſq; utiliſſimū. Silique eiuſ uirideſ: priuſq̄ indureſcant. Cum ſuo caule foliiſq; contrite capilloſ nigro colore inficiunt. Lupini quoq; ſilueſtreſ ſunt omni modo minoreſ ſatiuiſ preterquam amaritudine. Ex omnibuſ que eduntur: ſicco nulli minuſ ponderiſ ē. nec pluſ utilitatiſ Miteſcunt cinere aut aq̄ calida. Diſcolorem hominē frequentioreſ in cibo exhilarāt. Amari contra aſpidaſ ualent. Vlcera atra aridi decorticatiq; trito ſuppoſito liteolo ad uiuū corpuſ redigunt. Strumaſ parotidaſ in aceto cocti diſcutiunt. Succuſ decoctoꝝ cum Ruta & Pipere uel in febri datur ad uentriſ animalia pellenda minoribuſ .xxx. annorum. Pueriſ uero etiam impoſiti in uentrem ieiuniſ proſunt. Et alio genere toſti & in defruto poti uel ex melle ſumpti. Iidem auiditatē cibi faciūt. Faſtidiū detrahūt. Farina eorū aceto ſubacta papulaſ prurituſq; ī balneiſ illita cohibet. Et per ſe ſiccat ulcera. Liuoreſ emendat. Inflammationeſ cum polenta ſedat. Silueſtrium efficatior uiſ eſt contra coxendicum & lumborum debilitatem. Ex iiſdem decocta lentigineſ & fouentiū cutem corrigunt. Si uero ad melliſ craſſitudinem decoq̄ntur ſatiui uitiligieſ nigraſ & lepraſ emendant. Satiui quoq; rūpūt carbunculoſ impoſiti. panoſ & ſtrumaſ minuunt aut maturant. Cocti ex aceto cicatricibuſ candidū colorem reddūt. Si uero celeſti aqua decoquantur: ſuccuſ ille Smegma fit: quo ſolent fouere grangrenaſ: eruptioneſ pituite: ulcera manantia utiliſſimum. Expedit ad lyenē bibere: & cū melle menſtruiſ herentibuſ. Lyeni crudi cum fico ſicca triti ex aceto imponuntur. Radix quoq; in aqua decocta urinaſ pellit. Medenē pectori cum chameleone herba decocti aqua in potum collata. Sanat & ſcabiem quadrupedum omnium in amurca decocti. uel nitro eo liquore poſtea mixto. Fumuſ crematorum culiceſ necat. Irionem inter frugeſ Seſame ſimilem eſſe diximuſ: & a Greciſ Eryſimon uocari. Galli Velarū appellant. Eſt autem fruticoſum. foliiſ Eruce: anguſtioribuſ paulo: ſemine Naſturtii. Vtiliſſimum tuſſientibuſ cum melle. & in thoraciſ purulentiſ excreationibuſ. Datur & regio morbo: & lumborū uitiiſ pleureticiſ torminibuſ celiaciſ. Illinitur uero parotidū & carcinomatum maliſ. Teſtium ardoribuſ ex aqua aliaſ cum melle. Infantibuſ quoq; utiliſſimum. Item ſediſ uitiiſ & articulariiſ morbiſ cum melle & fico. Contra uenena etiam efficax potu. Medetur & ſuſpirioſiſ. Item fiſtuliſ cum axungia ueteri ne intuſ addatur. Orminum ſemine ut diximuſ Cymino ſimile eſt. Cetero dodrantali altitudīe Duorum generum: alteri ſemen nigriuſ & oblongum. Hoc ad uenerem ſtimulandam. & ad oculorum argema & albugineſ. Alteri candidiuſ ſemen & rotundiuſ. Vtroq; tuſo extrahuntur aculei ex corpore ꝑ ſe illitū ex aq̄. Folia ex aceto impoſita panoſ per ſe uel cum melle diſcutiunt. Item furunculoſ: priuſq̄ capita faciant. omneſq; acrimōiaſ. Quin & ipſe frugum peſteſ in aliquo ſunt uſu. Infelix dictum eſt a Virgilio Lolium hoc tamē molitum ex aceto coctū impoſitumq;: ſanat impetigineſ. celeriuſ quo ſepiuſ mutatum eſt. Medet̄ & podagriſ aliiſq; doloribuſ cū oximelite. Curatio hec a ceteriſ differt. aceti ſextario uno. dilui melliſ unciaſ duaſ iuſtum eſt. ita temperatiſ ſextariiſ tribuſ decocta farina lolii ſextariiſ duobuſ uſq; ad craſſitudinem: calidū ipſum imponi dolentibuſ mēbriſ. Eadē farina extrahit oſſa fracta. Miliaria appellatur herba que necat Miliū. Hec trita & cornu cū uino infuſa: podagraſ iumentorū dicitur ſanere. Bromoſ ſemen eſt ſpicā ferentiſ herbe. naſcitur inter uitia ſegetiſ Auenegrece genere & folio & ſtipula triticum imitatur. In cacuminibuſ dependenteſ paruulaſ ueluti loboſ habet. Semē utile ad cataplaſmata atq; hordeum & ſimilia. Prodeſt tuſſiētibuſ ſuccuſ. Orobanchen appellauimuſ necantem Eruum & legumina. Alii Cynomorion eā appellant a ſimilitudine canini genitaliſ: cuiuſ cauliculuſ eſt ſine foliiſ pinguiſ: rubēſ. Eſt

& per ſe & in patiniſ cum tenera eſt decocta. Et leguminibuſ innaſcuntur beſtiole uenenate que manuſ pũgũt. & periculũ uite afferunt. Solifugarũ generiſ. Aduerſuſ haſ omnia eadẽ medentẽ que contra araneoſ. & phalangia demonſtrantur. Et frugum quidẽ hec ſunt in uſu medico. Ex iiſdẽ fiũt. & potuſ. Zithũ in Egypto Celia & cerea in Hiſpania. Ceruiſia & plura genera in Gallia aliiſq; prouintiiſ. quorũ omniũ ſpuma cutem feminarũ in facie nutrit. Nã quod ad potũ ipſũ attinet preſtat ad uini trãſire mentionẽ. atq; a uite ordiri medicinaſ arborum.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBFR VIGESIMVS SECVNDVS DE MEDICINIS HERBARVM FINIT. INCIPIT VIGESIMVS TERTIVS DE MEDICINIS EX VINO. ET VRBANIS ARBORIBVS FOELICITER.

CAP. I. De Omphacio & Oenanthe: uitibuſ: foliiſ: pampiniſ: & Maſſari.

Eracta ceraliũ in medendo quoq; natura eſt. Omniũq; que ciboꝝ aut florum odorumq; gratia proueniunt ſupina tellure: non ceſſit hiſ pomona: parteſq; medicaſ pendentibuſ quoq; dedit: nõ contẽta protegere: arboꝝq; alere ũbra que diximuſ. immo uelut indignata pluſ auxilii ĩeſſe iiſ que lõgiuſ a celo abeſſẽt queq; poſtea cepiſſẽt. Primũ enim hõini cibum fuiſſe inde. & ſic inductoſ celũ ſpectare. Paſciq; & nũc ex ſe poſſe ſñ frugibuſ. Ergo hercule arteſ ĩ ṗmiſ dedit uitibuſ. non contenta deliciaſ etiã & odoreſ atq; ungnenta omphacio & oenãthe ac maſſari: que ſuiſ lociſ diximuſ nobiliter inſtruxiſſe. Plurimũ inquit hõini uoluptatiſ ex me eſt. Ego ſuccũ uini: liquorẽ olei gigno. Ego palmaſ & poma. totq; uarietateſ. Neq; ut telluſ omnia per laboreſ. aranda tauriſ. terenda areiſ. deinde ſaxiſ: ut quãdo quantoue opere cibi fiant. At ex me parata omnia: nec curuo adoranda aratro: nec cura laboranda: ſed ſeſe porrigẽtia ultro. & ſi pigeat attĩgere: etiã cadẽtia. Certauit ipſa ſecũ pluſ q̃utilitatiſ cauſa genuit etiã: q̃ uoluptatiſ. Folio uitiũ & pãpĩo capitiſ doloreſ: inflammationeſq; corporum mitigantur cum polenta. Folia per ſe ardoreſ ſtomachi ex aqua frigida. Cum farina uero hordei: articulorioſ morboſ. Pãpini triti & impoſiti tumorem omnem ſiccant. Succuſ eorum dyſentericiſ infuſuſ medẽt. Lachrima uitium que ueluti gummi ẽ: lepraſ & lichenaſ & pſoraſ nitro ante ꝑparataſ ſanat. Eadem cum oleo ſepiuſ piliſ illitiſ pſilothri effectum habet maximeq; aqua q̃m uirideſ accenſe uiteſ exudant: qua & uerruce tollũtur. Pampini ſanguinem excreantibuſ & mulierum a conceptu defectioni diluti potu proſunt. Cortex uitium & folia arida uulnerum ſãguinem ſiſtunt. ipſumq; uulnuſ conglutinant. Vitiſ albe uiridiſ tuſe ſucco & thure: impetigineſ tolluntur. Ciniſ ſarmentorũ uitiumq; & uinaceoꝝ condylomatiſ & ſediſ uitiiſ medetur ex aceto. Item luxatiſ. & ambuſtiſ & lyeniſ tumori cum roſaceo & ruta & aceto. Item igni ſacro ex uino citra oleum aſpergitur & ĩtertrigineſ & piloſ abſumit. Dant & bibendum cinerem ſarmentorum ad lyeniſ remedia aceto conſperſũ ita ut uini cyathi in tepida aqua bibantur. utq; qui biberit in lyene iaceat. Claulcule ipſe quibuſ repunt uiteſ trite & ex aqua pote: ſiſtunt uomitionum conſuetudinẽ. Ciniſ uitium cum axungia uetere cõtra tumoreſ proficit. Fiſtulaſ purgat mox & ꝑſanat. Neruorũ doloreſ frigore ortoſ cõtractiõeſq;. Contuſaſ uero parteſ cum oleo. Carneſ excreſcenteſ in oſſibuſ cum aceto & nitro. Scorpionum & canum plagaſ cum oleo.

Corticiſ per ſe ciniſ combuſtuſ piloſ reddit. Omphacium qua fieret ratione incipientiſ uue pubertate: in unguētorum loco docuimuſ. Nunc ad medicinam de eo pertinētia indicabimuſ. Sanat ea que in humido ſunt ulcera oriſ. tōſillarū. genitaliū. Oculorū claritati plurimum confert. Scabricie genarum ulceribuſq; angulorum nubeculiſ. ulceribuſ quacūq; ī parte manātibuſ. Cicatricibuſ marcidiſ. Oſſibuſ purulente limoſiſ Frangit᷑ uehementia eiuſ melle aut paſſo. Prodeſt dyſētericiſ: ſanguinē excreātibuſ. anginiſ. Omphacio coheret Oenanthe quam uiteſ ſilueſtreſ ferunt: dicta a nobiſ in unguenti ratione. Laudatiſſima in Syria. maxīe circa Antiochie & Laodicie mōteſ Et ex alba uite. refrigerat. aſtrīgit uulneribuſ īſpgit᷑. ſtomacho illinit᷑. utiliſ urine. iocineri. Capitiſ doloribuſ. dyſētericiſ. coeliaciſ. cholericiſ. Cōtra faſtidia obolo ex aceto pota. Siccat manāteſ capitiſ eruptiōeſ. Efficaciſſīa ad uitia que ſūt ī humidiſ. Ideoq; & oriſ ulceribuſ. & uerēdiſ. ac ſedi. Cū melle & croco aluū ſiſtit. Genaꝝ ſcabiē emēdat oculorumq; lachrymationeſ. Ex uino ſtomachi diſſolutionem. Ex aqua frigida pota ſanguiniſ excreationeſ. Ciniſ eiuſ ad Collyria & ad ulcera purganda & paronychia. & pterygia probatur. Vritur in furno donec paniſ percoquatur. Maſſariſ odoribuſ tm̄ gignit᷑ oīa que auiditaſ humani ingenii nobilitauit: rape feſtinando.

CAP. II. De Medicinis uuarum recentium: & Sarmentiſ.

Aturescentiū autē uue uehementioreſ nigre. Ideoq; uinum ex iiſ minuſ iucūdū. Suauioreſ albe: quoniam e tralucido faciliuſ accipitur aer. Recenteſ ſtomachū & ſpiritū inflant. aluūq; turbant. Itaq; in febri dānantur utiq; largioreſ grauedinem enim capiti. morbumq; lethargicū faciunt. Innocentioreſ que decerpte diu pependere qua uentilatione etiam utileſ fiunt ſtomacho egriſq;. Nam & refrigerant leniter. & faſtidium auferunt. Que autem in uino dulci condite fuere caput temptant. Proxīe ſunt penſilibuſ in palea ſeruate. nam & uinaceiſ ſeruate & caput & ueſicā & ſtomachū infeſtant. Siſtunt tamen aluum. ſanguinem excreantibuſ utiliſſime. Que uero ī muſto fuere: peiorem uim etiamnum habent q̄ que in uinaceiſ. Sapa quoq; ſtomacho īutileſ facit. Saluberrimaſ putant medici in celeſti aqua ſeruataſ: etiam ſi minime iucundaſ. ſed uoluptatem earum in ſtomachi ardore ſentient. & in amaritudine iecoriſ: felliſq; uomitione. In choleriſ hydropiciſ cum ardore febriū egrotantibuſ. At in olliſ ſeruate & oſ & ſtomachum & auiditatem excitant. Paulo tamen grauioreſ exiſtimant᷑ fieri uinaceorū halitu. Vue florē in cibiſ ſi edere gallinacei: uuaſ non attingunt. Sarmēta earum in quibuſ acini fuere: ſtringendi uim obtinent. Efficatiora ex olliſ. Nuclei acinorum eandem uim obtinent. Hi ſunt qui in uino capitiſ dolorem faciunt. Toſti tritiq; ſtomacho utileſ ſunt. Inſpergitur farina eorū polente mō potioniſ dyſētericiſ & celiaciſ. Et diſſolutiſ ſtomacho. Decocto etiam eorū fouere pſoraſ. & pruritū utile eſt. Vinacei per ſe minuſ capiti aut ueſice nocent q̄ nuclei. Mammarū inflationi triti cum ſale utileſ. Decoctura eorum uetereſ dyſentericoſ & celiacoſ. iuuat & potione & fotu. Vua theriace de qua ſuo loco diximuſ: cōtra ſerpentium ictuſ ualet. Pampinoſ quoq; eiuſ edendoſ cenſent. imponendoſq;. uinumq; & acetum ex iiſ factum auxiliarē contra eadem uim habet. Vua paſſa: quam Aſtaphida uocant: ſtomachum uentrem interanea temptaret: niſi pro remedio in ipſiſ aciniſ nuclei eſſent. Iiſ exemptiſ ueſice utiliſ habetur & tuſſi alba utilior. Vtiliſ & arterie & renibuſ: ſicut ex iiſ paſſū pͥuati & ſerpentibuſ. Contra emorrhoiam potenſ. Teſtium inflāmationi cum farina cumini aut coriandri imponuntur. Item carbunculiſ: articularibuſ morbiſ ſine nucleiſ trite cū Ruta. Fouere ante uino ulcera oportet. Sanant epinyctidaſ & dyſenteriam cum ſuiſ nucleiſ. Et in oleo cocte gangreniſ illinuntur cum cortice raphani & melle. Podagriſ

& unguium mobilibuſ cum panace. Et per ſe ad purgandum oſ caputq; cum pipere commanducantur. Aſtaphiſ agria: ſiue Staphiſ quam Vuam taminiam aliqui uocãt: Falſo. ſuũ enim genuſ habet: cauliculiſ nigriſ rectiſ foliiſ labruſce. fert folliculoſ ueriuſ q̃ acinoſ uirideſ ſimileſ ciceri. In iiſ nucleum triangulum. Matureſcit cum uindemia: nigreſcitq; cum taminie rubenteſ norimuſ acinoſ: ſciamuſq; illam in apriciſ naſci. hanc non niſi in opaciſ. Hiſ nucleiſ ad purgationem uti non cenſuerim propter ancipitem ſtrangulationem nec ad pituitam oriſ ſiccãdam. fauceſ enim ledunt. Phthiriaſi caput & reliquum corpuſ liberant triti. Faciliuſ admixta Sandaraca. Item pruritu. & pſoriſ Ad dentium doloreſ decoquuntur in aceto. Ad aurium uitia: rhuematiſmũ cicatriceſ: ulcerum manantia. Floſ trituſ in uino contra ſerpenteſ bibitur. Semen abdicauerim propter nimiam uim ardoriſ. Quidam eam pituitariam uocãt. & plagiſ ſerpentiũ utiq; illinunt. Labruſca quoq; oenanthen fert ſatiſ dictam: que a Greciſ Ampeloſ agria. appellat̃ ſpiſſiſ & cãdicãtibuſ foliiſ gẽiculata: rimoſo cortice. Fert uuaſ rubẽteſ cocci que mõ cutẽ ĩ facie mulierũ purgãt. Et uariiſ coxendicũ & lũborũ uitiiſ tuſe cũ foliiſ & ſucco proſunt. Radix decocta in aqua & in uini Coi cyathiſ duobuſ humorem alui ciet. Ideo hydropiciſ datur. Hanc potiuſ crediderim eſſe quam uulguſ Vuã taminiã uocat. Vtunturq; ea pro amuleto. & ad expuitionem ſanguiniſ quoq; adhibent non ultra gargariſſationeſ. & ne quid deuoretur. addito ſale thymo aceto mulſo. Iidem & purgationibuſ ancipitem tẽptant. Eſt huic ſimiliſ ſed in ſalictiſ naſcenſ. ideo diſtĩguit̃ nomĩe cum eoſdem uſuſ habeat & Salicaſtrum uocatur. ſcabiem & pruriginẽ hominũ & q̃drupedũ aceto multo trita hec efficaciuſ tollit. Vitiſ alba q̃m Greci Ampeloleucẽ alii Staphylen alii Melothrõ alii pſilothrum alii arceſoſtin: alii Cedroſin alii Madõ appellant. Huiuſ ſarmenta longiſ & exilibuſ internodiiſ geniculata ſcandunt. Folia pampinoſa ad magnitudinem Hedere diuiduntur ut uitium. Radix alba grandiſ: Rhaphano ſimiliſ initio. Ex eo cauleſ aſparagi ſimilitudine exeũt. Hi decocti ĩ cibo aluum & urinam cient. Folia & cauleſ exulcerant corpuſ utiq; ulcerum phagedeniſ & grangreniſ tibiarumq; tedio cum ſale illinuntur. Semen in uua rariſ aciniſ dependet ſucco rubente poſtea croci. Nouere id qui coria perficiunt. Illo enim utunt̃. pſoriſ & lepriſ illinitur. Lactiſ abundantiã facit coctũ cũ tritico potũq;. Radix numeroſiſ utilitatibuſ nobiliſ. Contra ſerpentium ictuſ trita drachmiſ duabuſ bibit̃. Vitia cutiſ in facie uaroſq; & lentigineſ & ſugillata emendat & cicatriceſ. Eadẽq; preſtat decocta ĩ oleo. Decocto dat̃ ĩ comitialibuſ potuſ. Itẽ mente cõmotiſ. & uertigine laborãtibuſ drachme pondere cotidie anno toto. Et ipſa autem largior aliquanto purgat ſenſuſ. Illa uiſ preclara ꝙ oſſa fracta extrahit in aqua impoſita bryonia. quare quidã hanc albam Bryoniam uocant. Alia uero nigra efficacior in eodem uſu cum melle & thure. Suppurationeſ incipienteſ diſcutit. uetereſ maturat. & purgat. Cit menſeſ & urinam. Eligma ex ea fit ſuſpirioſiſ & contra lateriſ doloreſ: uulſiſ ruptiſ. Splenẽ terniſ oboliſ pota. xxx. diebuſ conſumit. Illinitur eadẽ cum fico & pterygiiſ digitorum. Ex uino ſecundaſ feminarum appoſita trahit & pituitam drachma pota in aqua mulſa. Succuſ radiciſ colligi debet ante maturitatẽ ſemiſ. Qui illituſ per ſe & cũ Eruo letiore quodã colore & cutiſ teneritate mangonizat corpora. Serpenteſ fugat. Tunditur ip̃a radix cum pingui fico. erugatq; corpuſ: ſi ſtatĩ bina ſtadia ambulentur. aliaſ urit: niſi frigida ſtatĩ abluatur. Iucundiuſ hoc idẽ preſtat nigra uitiſ: quoniam alba pruritũ affert. Eſt ergo & nigra: quam proprie etiam Bryeniã uocant. alii Chironiam: alii Gynecãthẽ aut Aproniam: ſimilem priori: preterq̃ colore. Huiuſ ſemen nigrum eſſe diximuſ Aſparago ſimile. Diocleſ pretulit ueriſ aſparagiſ in cibo urine ciende. lyeniq; minuendo.

In frutetiſ & barundinetiſ maxime naſcitur. Radix foriſ nigra. Intuſ buxeo colore. oſſa infracta efficaciuſ extrabit q̃ ſupradicta. Ceterũ eidẽ peculiarie eſt: ꝙ iumẽtorũ ceruicibuſ unice medetur. Aiũt ſi quiſ in uilla eã extruxerit: fugere accipitreſ: tutaſq; fieri aueſ uillaticaſ. Aliter eadem in iumẽto hõineq; flegma aut ſãguinẽ q ſcreat̃: talo circũligata ſanat. Et bactenuſ de uitiũ generibuſ.

CAP. III. De Muſtiſ.

Vſta differentiaſ habent naturaleſ baſ ꝙ ſũt candida aut nigra aut inter utrũq; alia ex aliiſ. ex quibuſ uinum fiat. alia ex quibuſ paſſum. Curaq; differentiaſ innumerabileſ facit. In plenum ergo hoc dixiſſe conueniet. Muſtum omne ſtomacho inutile. ueniſ iucũdum. A balneiſ raptim & ſine interſpiratione potũ necat. Cãtharidũ nature aduerſatur. Item ſerpentibuſ maxime Hemorrhoie & Salamandre. Capitiſ doloreſ facit. & gutturi inutiliſ. Prodeſt renibuſ: iocineri & interaneiſ ueſice: colleuat enim ea. Priuatim contra Bupreſtin ualet. Contra meconium. lactiſ coagulationem. Cicutam. Toxica. dorycnidium. ex oleo potum. redditumq; uomitionibuſ. Ad omnia infirmiuſ album. Iucundiuſ paſſi muſtum. Et q̄d minorem capitiſ dolorẽ affetra.

CAP. IIII. De Vini generibuſ & differentiiſ.

Ini genera differentiaſq; perq̃multaſ expoſuimuſ. & fere cuiuſq; proprietateſ.

Neq; ẽ ulla parſ difficilior tractatu. aut numeroſior. Quippe cũ ſit tardũ dictu pluribuſ proſit an noceat. Preterea q̃ ancipiti euentu potu ſtatim auxilium ſit. aut uenenum. Etenim de eiuſ natura que ad remedia tantum pertinent nunc loquimur. Vnum de dando eo uolumen Aſclepiadeſ condidit: ab eo cognominatum. Qui uero poſtea de uolumine illo diſſeruere: innumeri. Noſ iſta Romana grauitate artiumq; liberalium appetentia ñ ut medici: ſed ut iudiceſ ſalutiſ humane diligẽter diſtinguemuſ. De generibuſ ſinguliſ diſſerere immenſum & inexplicabile eſt diſcordibuſ medicorum ſententiiſ. Surrentinũ uetereſ maxĩe probauere. Sequenſ etaſ albanum. aut falernum Deinde alia alii iniq̃ſſimo genere decreti quod cuiq; gratiſſimũ ceteriſ oĩbuſ ꝓnũciãdo. Quin ut conſtarent ſententie quota portio tamen mortalium iiſ generibuſ poſſet uti? Iam uero nec procereſ uſq̃ ſinceriſ. Eo uenere moreſ ut nomina cellarum mõ ueneãt. ſtatimq; in lacubuſ uindemie adulterentur. Ergo hercle mirum dictu innocentiuſ iam eſt: quodcũq; & ignobiliuſ. Hec tñ facere conſtantiſſime uidentur ſententie uictoriã quorum mentionẽ fecimuſ: ſiquiſ hoc quoq; diſcrimen exigat. Falernũ nec ĩ nouitate nec in nimia uetuſtate corpori ſalubre eſt. Media eiuſ etaſ a quĩtodecimo ãno ĩcipit. Hoc non rigido potu ſtomacho utile: non item in calido. Et in diutina tuſſi ſorbetur merum utiliter a ieiuniſ. Item in quartaniſ. Nullo eq; uene excitantur. Aluum ſiſtit. Corpuſ alit. Creditum eſt obſcuritatem uiſuſ facere. Nec prodeſſe neruiſ. aut ueſice. Albana neruiſ utiliora. Stomacho minuſ que ſunt dulcia uel auſtera. Falerna utiliora Concoctionem minuſ adiuuant. Stomachum modice implent. At ſurrentina nullo mõ nec caput temptant. Stomachi & inteſtinorum rheumatiſmoſ cohibent. Cecubum iã non gignitur. At que ſuperſunt Setina ciboſ concoqui cogunt. Virium pluſ Surrẽtio Auſteritatiſ Albano. Vehementie minuſ Falerno. Ab iiſ ſtatana non longo ĩteruallo abfuerũt. Aluo cite ſigninum maxime conducere dubitatum eſt. Reliqua in cõmune dicentur. Vino aluntur uireſ. ſanguiſ. coloſq; hominũ. Hoc quoq; diſtat orbiſ mediuſ & mitior plaga acircũiectiſ. quantum illiſ feritaſ. facit roboriſ tantũ nobiſ hic ſuccuſ. Lactiſ potuſ oſſa alit. Frugũ neruoſ. Aque carneſ. ideo minuſ roboriſ cõtraq; laboreſ patientie. Vino modico nerui iuuant̃. Copioſiore leduntur. Sic & oculi. Stomachuſ recreat̃. Appetentia ciborũ inuitat̃. Triſtitie cura bebetat̃. Vrina & algor expellit̃.

Somnuſ conciliat̃. Preterea uomitionē ſiſtit. Collectioneſ extra laniſ humidiſ īpoſitiſ mitigat. Aſclepiadeſ utilitatē uini eq̄ri uix deorum potentia poſſe ꝓnūtiauit. Vetuſ copioſiore aqua miſcetur. Magiſ nouū urinā expellit. minuſ ſiti reſiſtit. Dulce minuſ inebriat. ſed ſtomacho innatat. Auſterum faciliuſ concoquitur. Leuiſſimum eſt: quod celerrīe inueterat̃. Minuſ infeſtat neruoſ quod uetuſtate dulceſcit. Stomacho minuſ utile eſt pingue nigrum. ſed corpora magiſ alit. Tenue & auſterum minuſ alit. magiſ ſtomachum nutrit. Celeriuſ per urinam tranſit. tantoq; magiſ capita temptat. Hoc & in omni alio ſucco ſemel dictum ſit. Vinum ſi ſit fumo inueteratum inſaluberrimū ē. Mangoneſ iſta in apotheciſ excogitauere. Iam & patreſſamiliaſ ætatem addi iiſ: que per ſe cariem traxere. quo certe uocabulo ſatiſ conſilii dedere priſci: quoniam & in materiiſ cariem fumuſ erodit. At noſ e diuerſo fumi amaritudine uetuſtatem indui perſuaſum habemuſ. Que ſunt admodū exalbida hec uetuſtate inſalubria fiunt. Quo generoſiuſ uinum eſt: hoc magiſ uetuſtate craſſeſcit. & in amaritudinem corpori minīe utilē coit. Cōdire eo aliud minuſ annoſū inſalubre ē. Sua cuiq; uino ſaliua īnocētiſſīa. Sua cuiq; etaſ gratiſſima. hoc eſt media. Corpuſ augere uolentibuſ: aut mollire aluū: conducit inter ciboſ bibere. Contra minuentibuſ: aluumq; cohibentibuſ: ſitire ī edēdo. Poſtea parum bibere. Vinum ieiunoſ bibere nouitio inuento inutiliſſimum eſt. Curaſ uigoremq; animi impedit ad procinctum tendentibuſ. Somno uero accomodatum ac ſecuritatibuſ. Iāq; dudū hoc fuit: quod Homerica illa Helena ante cibū miniſtrauit. ſic quoq; in prouerbium ceſſit. ſapientiam uino obumbrari. Vinoſoſ dicimuſ homineſ quod ſoli animalium non ſitienteſ bibimuſ. Aque potum interponere: utiliſſimū. Itēq; iugi ſuperbibere ebrietati. Quam quidem frigide potuſ extemplo diſcutit. Meraciſ potionibuſ per. xx. dieſ ante caniſ ortum totidemq; poſtea ſuadet Heſioduſ uti. Merū quidem remedio eſt contra cicutaſ. Coriandrum. aconita. uiſcum. meconium. argentū uiuum. apeſ. ueſpaſ. crabroneſ. phalangia. ſerpentium ſcorpionumq; ictuſ. Cōtraq; oīa que refrigerando nocēt. Priuatim contra hemorrhoidaſ. preſtereſ: fungoſ. Itē contra inflammationeſ. roſioneſq; precordiorum. & quorum ſtomachuſ in uomitioneſ effūdit̃. Et ſi uenter aut interanea rheumatiſmum ſentiant. Dyſentericiſ. ſudatoribuſ. ī lōga tuſſi. in epiphoriſ meracum. At uero cardiaciſ in mamma leua merum in ſpungia īpōi prodeſt. Ad omnia autem maxime album inueteraſcenſ. Vtiliter etiam fouetur uino calido uirilitaſ iumentiſ. quo etiam infuſo cornu laſſitudinem auferri aiunt. Simiaſ quadrupedeſq; q̄buſ digiti ſūt: negāt creſcere aſſuetaſ meri potu. Nūc circa egritudīeſ ſermo de uiniſ erit. Saluberrimū liberaliter genituſ Campanie quodcunq; tenuiſſimū Vulgo uero quod quenq; maxime iuuerit: ualidū. Vtiliſſimū omnibuſ ſacco uiribuſ fractiſ. Meminerimuſ ſuccū eē qui feruendo uireſ e muſto ſibi fecerit. Miſceri plura genera omnibuſ inutile. Saluberrimum cui nihil in muſto additum eſt. Meliuſq; ſi in uaſiſ pix affuit. Marmore. n. & gypſo aut calce cōdita. q̄ſ non etiā ualiduſ expauerit. In primiſ igitur uinū marina aqua factum īutile eſt ſtomacho neruiſ. ueſice. Reſina condita frigidiſ ſtomachiſ utilia exiſtimantur. Non expedire uomitionibuſ. ſicut neq; muſtum. neq; ſapa. neq; paſſum. Nouitium reſinatum nulli conducit. Capitiſ dolorem & uertigineſ facit. ab hoc dicta crapula eſt. Tuſſientibuſ & in rheumatiſmo nomīata proſunt. Item celiaciſ. & dyſentericiſ. mulierū menſibuſ. In hoc genere rubꝫ nigꝫue magiſ conſtrīgit: magiſq; calefacit. Innocētiuſ pice ſola conditū. Sed & picē meminiſſe debemuſ non aliud eſſe q̄ combuſte reſine fluxum. Hoc genuſ uini calefacit. cōcoq̄t. purgat. pectori uentri utile. Itē uuluarū dolori ſi ſine febre ſint. ueteri rheumatiſmo. exulcerationi. ruptiſ. conuulſiſ. uomiciſ. neruorum infirmitati. inflationibuſ. tuſſi.

anhelationibuſ. luxatiſ in ſuccida lano impoſitũ. Ad omnia hec utiliuſ id quod ſpõte nature ſue piceum recipit. Picatumq; appellatur. Heluico quoq; tamen nimio caput temptari conuenit. Quod ad febriũ ualitudineſ attinet. Certum eſt nõ dandũ in febre niſi ueteribuſ egriſ uinum. Nec niſi declinante morbo. In acutiſ uero periculiſ nulliſ niſi qui manifeſtaſ remiſſioneſ habeant. & haſ noctu potiuſ. Dimidia enim ꝑſ periculi ẽ noctu hoc eſt ſpe ſõni bibentibuſ. nec a partu ab ortuue. nec a libidine egrotãtibuſ nec in capitiſ doloribuſ. nec quorum acceſſioneſ cum frigore extremitatum fiãt. nec in febri tuſſientibuſ. nec in tremore neruorumq; doloribuſ. uel fauciũ. aut ſi uiſ morbi circa illa ĩtelligat̃. nec in duricia precordiorũ uenarũ uehemẽtia. neq; ĩ opiſthotonio tetano. & ſingultientibuſ. nec ſi cũ febre dyſponea ſit. Minime uero oculiſ rigẽtibuſ. & geniſ ſtantibuſ. aut defectiſ. grauibuſq;. nec quorum conniuentium ꝑlucebũt oculi. neu palpebriſ non coeuntibuſ. Vel ſi dormientibuſ hoc idem eueniet. Aut ſi cruore ſuffundantur oculi uel ſi lachryme in oculiſ erũt. Minime lingua fungoſa nec graui. & ſubinde imperfecta loquentibuſ. nec ſi urina difficile reddet̃. Neq; expaueſcẽtibuſ repente. Nec ſpaſticiſ. aut rurſuſ torpentibuſ. nec ſi per ſomnoſ genitura effundet̃. Cardiacorum morbo unicam ſpem hanc in uino eſſe certum eſt. Sed id dandũ quidã non niſi in acceſſione cenſent. Alii in remiſſione. Illi ut ſudorẽ coerceãt. Hi q̄a tutiuſ putant minuẽte ſe morbo. quam plurium ſententiam eſſe uideo. Dari utiq; non niſi in cibo debet. Nec a ſomno. Nec precedente alio potu. hoc eſt utiq; ſitienti. Nec niſi in deſperatione ſumma. Et uiro faciliuſ q̃ femine. Seni q̃m iuueni. Iuueni q̃m puero. hyeme q̃ eſtate. aſſuetiſ potiuſ q̃ expertibuſ. Moduſ dandi pro uehementia uini. Item mixtura. Atq; uulgo ſatiſ putant unũ uini cyathũ duobuſ aque miſceri. Si diſſolutio ſit ſtomachi dandum. & ſi cibuſ non deſcendat. Inter uini genera que fingi docuimuſ: nec fieri iam arbitror eſſe: ſuperuacaneum eorum uſum cum ipſiſ rebuſ ex qbuſ figit̃ doceamuſ uti. & aliaſ modum exceſſerat medicorũ in hiſ oſtentatio ueluti e napiſ uinũ utile eſſe ob armorum equitatuſue laſſitudine precipientiũ. Atq; ut reliq̃ omittamuſ. etiam iunipero. Et quiſ ſatiuſ cenſeat abſinthite uino utendũ potiuſ q̃ abſĩthio ipſo. ĩ reliqſ omittat̃. Et palmeũ capiti noxiũ uẽtriq; tm̃ molliẽdo & ſãguinẽ excreãtibuſ ñ ĩutile. Fictitiũ ñ põt uideri: qđ Biõ appellauimuſ cũ ſit in eo ſola ꝑ arte feſtinatio. Prodeſt ſtomacho diſſoluto. aut ciboſ non ꝑficiente. p̃gnãtibuſ. defectiſ. paraliticiſ. tremuliſ. uertigini. torminibuſ. iſchiadiciſ. In peſtilẽtia quoq; ac ꝑgerinationibuſ uim magnam auxiliandi habere dicit̃.

CAP. V. De Aceto.

Oſdem effectuſ preſtat & paratice. vii. caulibuſ ueluti roſe capita ſuſtinenſ. Ceratia uno folio radice nodoſa & magna in cibo celiaciſ & dyſẽtericiſ medet̃. Leontopodion alii Lithoron: alii Dorypetron: alii Toropetron uocãt. cuiuſ radix aluũ ſiſtit purgatq; bilẽ in aqua mulſa addito pondere denariorum duum. Naſcitur in campeſtri & gracili ſolo. Semē eiuſ potū lymphatica ſomnia facere dicitur.

CAP.XVI. De Lagopo.

Agopuſ ſiſtit aluū e uino pota aut in febri ex aqua. eadē inguini adalligatur in tumore. Naſcit̃ in ſegetibuſ. Multi ſup oĩa laudant ad deploratoſ dyſētericoſ qnq;foliū decoctiſ in lacte radicibuſ & potiſ. & Ariſtolochiā in uictoriati pōdere in cyathiſ uini tribuſ. Que ex ſupradictiſ calida ſument̃: hec candēte ferro tempari aptiuſ erit. E diuerſo purgat aluū ſuccuſ cētaurii minoriſ drachma in hemina aque cū exiguo ſaliſ & aceti. bilēq; detrabit. Maiore tormĩa diſcutiunt̃. Betonica aluū ſoluit drachmiſ q̃tuor: in hydromelitiſ cyathiſ. ix. Itē Euphorbiū uel Agaricum drachmiſ duabuſ cū ſale modico potum ex aq̃: aut in mulſo oboliſ tribuſ. Soluit & cyclamĩoſ ex aqua pota aut balaniſ ſubditiſ. Item Chameciſſi balanuſ. Hyſopi manipuluſ decoctuſ ad tertiaſ cum ſale pituitaſ trabit illituſ. uel contrituſ cum oxymelite & ſale. Pellitq; uētriſ animalia. Pituitā & bilē detrabit peucedani radix. Aluū purgat anacalliſ ex aqua mulſa. Itē Epithymon qui ē floſ e thimo ſaturete ſimiliſ. Differentia ꝙ hic herbaceuſ ē. alteriuſ thymi albuſ. Quidā Hypopheō uocāt. ac ſtomacho minuſ utiliſ. uomitioneſ mouet. ſedit tormĩa. & inflāmatiōeſ diſcutit. Sumit̃ & ex eligmate ad pectoriſ uitalia cū melle & aliqn̄ Iride. Aluū ſoluit a q̃tuor drachmiſ ad ſex cum melliſ exiguo: ſaliſq; & aceti. Quidā aliter epithymū tradunt ſine radice naſci tenui ſimilitudine pallioli rubēſ: ſiccari in umbra. Bibi ex aqua acetabuli menſura. dimidia detrabere pituitam bilēq;. Aluū leuiter ſoluit & nymphea in uino auſtero.

CAP.XVII. De Pycnocomo.

Oluit & pycnocomon eruce foliiſ craſſioribuſ & acrioribuſ radice rotūda lutei coloriſ terram olente caule q̃drangulo modico tenui flore ocimi. Inuenitur in ſaxoſiſ lociſ. Radix eiuſ in aqua mulſa. xii. pōdere denarioꝝ & aluum & bilem & pituitam exinanit. Semē ſomnia tumultuoſa facit una drachma in uino potum. Et Capnoſ ſtrumam diſcutit.

CAP.XVIII. De Polypodio.

Etrabit bilē Polypodion: quā noſtri Filiculam uocāt: ſimiliſ enim eſt filici. Radix ī uſu piloſa: coloriſ intuſ herbacei: craſſitudīe digiti minimi acetabuliſ cauernoſa ceu polyporum cirri ſubdulciſ in petriſ naſcēſ. aut ſub arboribuſ uetuſtiſ. Exp̄mit̃ ſuccuſ aqua madefacta: & ipſa cōciſa inſꝑgitur oleri: & bete uel malue uel ſalſamento uel cum pulticula coquit̃ ad aluū leuiter ſoluendā uel in febri. Detrabit bilem & pituitā. Stomachū offendit. Aride farina indita naribuſ polypū conſumit. Floret. & ſemen non fert.

CAP.XIX. De Scamonio.

Camoniū quoq; diſſolutionē ſtomachi facit. Bilē detrabit. aluū ſoluit. preterq; ſi adiiciant̃ aloeſ drachme due oboliſ eiuſ duobuſ. Eſt aūt ſuccuſ herbe ab radice ramoſe pinguibuſ foliiſ trianguliſ albiſ radice craſſa madida nauſeoſa. Naſcit̃ pingui & arido ſolo. Radix circa caniſ ortū excauatur: ut in ipſam confluat ſuccuſ: qui ſole ſiccatuſ digeritur in paſtilloſ. Siccat̃ & ipſa uel cortex. Laudat̃ natiōe Colophoniū Myſiū Priennеſe. Sp̄e autē nitidū & q̄ſimillimū taurino glutini fungoſū tenuiſſimiſ fiſtuliſ cito liqueſcenſ uiruſ redolenſ ſuminoſū lingue tactu lacteſcenſ. q̄leuiſſimū cū diluitur albeſcenſ. Hoc euenit & adulterino qđ fit herbe farina & tithymalli marini ſucco in Iudea fere qđ etiā ſtrangulat ſumptū. Deprehendit̃ guſtu. tithymalluſ enī linguā excalfacit bulbi more: nec ante nec poſtea utile. Dedere & per ſe ex aqua uel mulſa & ſale q̃terniſ oboliſ. Sed utiliſſime cū aloe: ita ut incipiēte purgatione mulſum bibat᷑. Fit & decoctum radiciſ in aceto ad craſſitudinem melliſ quo lepre illinunt᷑. Et caput ungit᷑ in dolore cum oleo.

CAP. XX. De Tithymallo.

Ithymallū noſtri herbam Lactariam uocant: alii Lactucā caprinā: narrātq; lacte eiuſ inſcripto corꝑe cum inaruerit ſi cinis inſꝑgat᷑ apꝑere litteraſ. & ita quidā adulteraſ alloq maluere q̃ codicilliſ. Genera eiuſ multa. Primuſ cōgnominatur Characiaſ: qui & maſculuſ exiſtimat᷑ ramiſ digitali craſſitudīe rubriſ rugoſiſ qnq; aut vi. cubitali longitudine a radice foliiſ peneoleæ in cacuminibuſ coma iunci. Naſcit᷑ in aſꝑiſ maritimiſ. Legit᷑ ſemē autūno cum coma ſiccatū ſole tundit᷑ & repōit᷑. Succuſ uero incipiente pomoꝝ lanugine defractiſ ramuliſ excipit᷑ farina erui aut fici: ut cū iiſ areſcat. Quinaſ aūt guttaſ ſinguliſ excipi: ſatiſ eſt. Traduntq; etiā totienſ purgari hydropicoſ fico ſūpta: quot guttiſ & lactiſ exceperit. Succuſ cū colligit᷑: ne attingat oculoſ cauendū eſt. Fit & foliiſ tunſiſ priore minuſ efficax. Fit & decoctum e ramiſ. Eſt & ſemē in uſu cū melle decoctū ad catapotia ſoluende alui gratia. Semē & dētiū cauiſ cera īcludit᷑. Colluūt᷑ & radiciſ decocte uino aut oleo. Illinūt & lichēaſ ſucco. Bibuntq; eū ut purgēt uomitioneſq; & aluo ſaluta. aliaſ ſtomacho inutilem. Trahit pituitā ſale ādiecto in potu. Bilē aphronitro. Si ꝑ aluū purgari libeat: in poſca. Si uomitione: in paſſo aut aqua mulſa. Media potio tribuſ oboliſ conſtat. Ficuſ a cibo ſumſiſſe meliuſ eſt. Fauceſ urit leniter. eſt enī tā feruētiſ nature: ut ꝑ ſe extra corpꝛ impoſitū puſtulaſ igniū mō faciat. & pro cauſtico in uſu ſit. Alteꝝ genuſ Tithymalli Myrſiniten uocant: alii Coryoten foliiſ myrthi acutiſ & pungentibuſ: ſed mollioribuſ: & ipſū etiam in aſperiſ naſcēſ. Colligūtur come eiuſ hordeo turgeſcēte: ſiccateq; in umbra diebuſ. ix. in ſole mareſcūt. Fructuſ nō ꝑiter matureſcit: ſed ꝑſ anno ſequēte: & nux uocat᷑. Inde cognomē Greci dedere. Demetit᷑ cū meſſiū maturitate. Lauatū deinde ſiccat᷑. & datur cū papaueriſ nigri duabuſ ꝑtibuſ ita ut ſit totū acetabuli mō. minuſ hic uomitiōibuſ q̃ ſuꝑior ceteri iidē. Aliqui ſic & foliū eiuſ dedere. Nucē uero ipſam in mulſo aut paſſo. uel cū ſeſama. Trahit bilē & pituitā per aluū. Oriſ ulcera ſanat. Ad nomaſ oriſ foliū cū melle eſtur. Tertium genuſ eſt Tithymalli: Paraluiſ uocatur ſiue Tithymaliſ folio rotundo. caule palmum alto ramiſ rubentibuſ. ſemine albo. qđ colligit᷑ incipiēte uua. & ſiccatū terit᷑. ſumit᷑q; acetabuli mēſura ad purgationeſ. Quartū genuſ Heliſcopion appellāt: foliiſ porculace: ramuliſ ſtātibuſ a radice iiii. aut. v. rubētibuſ ſemipedali altitudine ſucci pleniſ. Quintū Cypariſſian uocant: ꝓpter folioꝝ ſimilitudinē caule gemīo aut triplici naſcente in campeſtribuſ. cui eadē uiſ que Heliſcopio aut Characie. Hoc circa oppida naſcit᷑: ſemine albo colūbiſ gratiſſimo qđ colligit᷑ incipiente uua. Nomē accepit: qm̄ capita cum ſole circumagit. Trahit bilem per inferna in oxymelite dimidio acetabulo. Ceteri uſuſ qui characie. Sextum Platyphyllon uocant: alii Corymbiten: alii Amygdaliten a ſimilitudīe. Nec ulliuſ latiora ſūt folia. Piſceſ necat. aluū ſoluit. radice. uel foliiſ. uel ſucco in mulſo aut aqua mulſa drachmiſ q̃tuor. Detrahit p̄uatim aq̄ſ. Septimū Dēdroideſ cognōīat᷑. alii Codion: alii Leptophillon in petriſ naſcēſ commoſiſſimum ex oībuſ, maxīe cauliculiſ rubētibuſ. & ſemīe copioſiſſimū eiuſdē effectuſ: cuiuſ characiaſ.

CAP. XXI. De Aphroſcylla.

Aphroſcylla ſiue rhaphanoſ agria iūcoſ duoſ ſiue treſ ſpargit in terra rubēteſ. foliiſ rute. radice cepe. ſed amplior. q̃re quidā rhaphanū ſilueſtrē uocāt. Intuſ habet mām̄am cādidam. Extra corticeſ nigroſ. Naſcitur in mōtoſiſ & aſperiſ. aliq̄n & herboſiſ. Effodit᷑ uere: tuſaq; in fictili mergitur. Deiectoq; qđ ſuꝑnatat: reliquuſ ſuccuſ purgat utraq; pte ſeſq obolo in aqua mulſa. Sic & hydropiciſ datᷣ acetabuli menſura. Inſpgitur & aride radiciſ farina potioni. aiuntq; ſupiorē partē eiuſ uomitione bileſ extrahere. inferiorē p aluū. Tormina diſcutit. qđcūq; betonica facit: & panacuſ pterq̃ a cruditate. Peucedani ſuccuſ. inflationeſ & ructuſ gignit. Acori radix daucūue ſi lactuce modo ſumatᷣ. Ladanū Cypriū potum: interaneorum uitiiſ occurrit. Itē Gētiana faria ex aq̄ tepida fabe magnitudine. Plantago mane ſumpta duabuſ linguiſ & tertia papaueriſ in uini nō ueteriſ cyathiſ q̄tuor datᷣ in ſōnū eūtibuſ addito nitro ſeu polenta. Simul ſi poſt cibū detᷣ. Colo infūditur hemina ſucci. uel in febri. Agaricū potū oboliſ tribuſ in uini ueteriſ cyatho uno lyeni medetᷣ. E panace omniū generꝝ radix in mulſo: ſed teucria pcipue pota arida & decocta q̄tum manuſ capiat in aceti heminiſ tribuſ. Ad uulnuſ illinitur eadē cum aceto: aut ſi tollerari non poſſit ex ficu uel aq̄. Polemonia bibitur ex uino. Betonice drachma in oxymelitiſ cyathiſ tribuſ. Ariſtolochia contra ſerpenteſ. Argemōia. vii. diebuſ in cibo ſūpta lyenē conſumare dicitᷣ. Agaricū in aceto mulſo oboliſ duobuſ. Nymphee heraclie radix in uino pota & ipſa cōſumit. Ciſſanthemuſ drachma biſ die ſumpta in uini albi cyathiſ duobuſ p dieſ. xl. lyenē dicitᷣ paulatim emittere per urinā. Prodeſt & hyſopum cum ficu decoctū. Lonchiditiſ radix decocti ꝑuſ q̄ ſemē emittat. Peucedāi quoq; radix decocta & lyeni & renibnſ. Lyen acoro poto cōſumitᷣ. Precordiiſ & ilibuſ utiliſſime radiceſ. Climeni ſemē potū diebuſ. xxx. pōdere denarii in uino albo. Betonice faria ex melle & aceto ſcyllite pota. Radix Lōchitidiſ in aq̄ & teucriū illinitᷣ. Itē ſcordiū cū cera agaricū cū farina Fenogreci ueſice maliſ cōtraq; calculuſ grauiſſimiſ cruciatibuſ ut diximuſ: auxilio ē. Polemonia ex uino pota. Itē Agaricū. Plātago radice uel foliiſ potiſ ex paſſo. Et betonica ut in iocinere diximuſ. Itē ramici pota atq; illita. Eadē ad ſtrāguriaſ efficaciſſima. Ad calculoſ quidā Betonicā & uerbenam & millefoliū equiſ portionibuſ ex aqua pro ſingulari remedio bibere ſuadent. Stranguriaſ diſcutere & dictamnū certum ē. Itē quinq;foliū decoctū ad tertiaſ in uino Ictericiſ dari atq; illini utiliſſimū eſt. Xiphii quoq; radix ſupior urinā ciet infantibuſ. Enterocelicis datᷣ ex aqua. Et illinitᷣ pheſice uitiiſ. Peucedani ſuccuſ infantiū ramici. Et umbiliciſ eminētibuſ pſyllion illinitᷣ. Vrinā cient anagallideſ. Achoriq; radiciſ decoctum. uel ipſa trita potaq;. & oīa ueſice uitia ſanat. & calculoſ herba & radix cotelydoniſ. Itēq; genitalium inflammationē pari pōdere. & cauliſ & ſeminiſ & myrrhe. Ebulū tenerꝝ cū foliiſ tritum ex uino potum calculoſ pellit. Impoſitum teſteſ ſanat. Erigeron quoq; cū farina thuriſ & uino dulci: teſtiū inflāmationeſ ſanat. Symphiti radix illita enteroceląſ cohibet. & genitaliū monaſ hypociſthiſ alba. Artemiſia quoq; datur contra calculoſ ex uino dulci. & ad ſtranguriam. Doloreſ ueſice ſedat ex uino Nymphee heraclie radix.

CAP. XXII. De Crethmo.

Adē uiſ Crethmo ab Hippocrate ad modum laudata. Eſt autem inter eaſ que edunᷣ ſilueſtriū herbaꝝ. Hancq; certe apud Callimachum apponit ruſtica illa hecale. Specieſ que eiuſ late hortenſiſ. Cauliſ palmū unū altuſ. Semē feruēſ odoratū ceu Libanotidiſ. rotundū. Siccatū rūpitᷣ. habet intuſ nucleū candidum: quem aliqui Cachryn uocant:. folio pīgui. albicante: ueluti oliue. craſſiore. & ſalſo guſtu. radiceſ digiti craſſitudine treſ aut q̄ttuor. Naſcitᷣ in maritimiſ petroſiſ. eſtur crudū coctūue cū olere odorati ſaporiſ & iucundi. Seruatᷣ etiā in muria. pcipueq; eiuſ uſuſ ad ſtrāguriam folio uel caule aut radice ex uino. Colorē quoq; corporiſ gratiorē facit. Verꝝ largior quoq; inflationeſ. Aluum ſoluit decocto. urināq;. & a renibuſ dolorē trahit.

Sic & alcinee ſicce farina in uino pota ſtranguriam tollit. efficaciuſ addito dauco. Lyeni quoq; utiliſ. aduerſuſ ſerpẽteſ bibit̃. Iumẽtiſ quoq; in pituita. aut ſtrangurea hordeo inſpſa ſuccurrit.

CAP. XXIII. De Anthylio & hyperico.

Nthyllion eſt lẽti ſimillima. que in uino pota: ueſicaſ uitiiſ liberat. Sanguinem ſiſtit. Altera eſt Anthyliſ Camepityoſ ſimiliſ. flore purpureo. odoriſ grauiſ. radice intubi. uel magiſ cepe. ſimiliſ porculace. nigriore radice. Sed inutili. naſcenſ in littoribuſ arenoſiſ. guſtu amara. In uino cú Aſparagi radice ueſice plurimú prodeſt. Eadẽ p̃ſtat hypericon: q̃m alii Chamepityn: alii Corycó appellãt: oleraceo frutice. tenui. cubitali. rubẽte. folio rute. odore acri. ſemine ſilique. nigro. matureſcente cú hordeo. natura ſemíi ſpiſſãdi. aluú ſiſtit. urinã cit. ad calculoſ ueſice cú uío bibit̃. Eſt aliud Hypericó qđ alii Charon appellãt: folio Tamarici. & ſub ea naſcit̃. Sed pinguioribuſ foliiſ: & minuſ rubẽtibuſ. odoratú palmo altiuſ. leniter ſuaue. aculeatú. uiſ ſemini ex calfactoria. & ideo íflationẽ facit enterocelicíſ. ſed ſtomacho nó íutile. p̃cipue ad ſtranguriã ſi exulcerata nó ſit ueſica. Medet̃ & pleureticiſ ex uino potú. ueſice aút Callitrichó trita ſimiliſ cumío medet̃: & data ex uino albo. Verbẽaca quoq; foliiſ decocta ad tertiaſ. uel radix eiuſ e mulſo calido calculoſ eiicit. Itẽq; perp̃ſſa. que Arretii & í Illyrico naſcit̃: í aq̃ decocta in tribuſ hemíſ ad triduú pota. trifoliú ex uino ſumptú. & Chryſanthemú primú. Anthemú quoq; calculoſ eiicit ꝑuiſ radice foliiſ qnĩſ caulibuſ lógiſ duobuſ flore roſeo. radiceſ trite ꝑ ſe. uel lauer crudú.

CAP. XXIIII. De Silao & aliiſ.

Ilauſ naſcit̃ glareoſiſ & perennibuſ riuiſ. cubitaliſ. apii ſimilitudine. Coquit̃ ut oluſ atq;. magna utilitate ueſice. Que ſi ſcabiẽ ſentiat: panaciſ radice ſanat̃. aliter inutiliſ ueſiciſ. Calculoſ pellit Malú erraticú radiciſ libra in uini cógio decocta ad dimidiaſ. Inde hemene ſumút̃ ꝑ triduú. Reliquú ex uini congio. & urtica maría, & daucum. & plãtagiſ ſemẽ ex uino. Et herba fuluiana trita ex uino. que & nomen inuentoriſ habet nota tractantibuſ urinaſ cit. Scordion teſtiú tumoreſ ſedat. Hyoſcyamú genitalibuſ medet̃. Peucedani ſuccuſ ex melle & ſemẽ ſtrangurie. Agaricum oboliſ tribuſ í uini ueteriſ cyatho uno. Trifolii radix drachmiſ duabuſ í uino. dauci una drachma uel ſemíſ. Iſchiadici & ſemíe & foliiſ Erythridani tritiſ ſanant̃ panace pota. & infricata polemonia. ariſtolochie decocte foliiſ. Agarico quidẽ & neruuſ q Platyſ appellat̃ Atq; humerorú dolor ſanat̃ oboliſ tribuſ in uini ueteriſ cyatho uno poto. Quinq;foliú Iſchiadiciſ & bibit̃. & imponit̃. Itẽ Scamonia decocta cum hordei farina. Semẽ Hyperici utriuſq; bibit̃ ex uino. Sediſ uitia & attrituſ celerríe ſanat Plãtago. Códylomata uero quíq;foliú. Sedẽ cóuerſam Cyclamini radix ex aceto. Anagallideſ cerulea ꝓcidentia ſediſ retro agit. E diuerſo rubẽſ proritat. Cotelydon códylomata & hemorrhoidaſ mire curat. teſtiú tumoreſ acori radix decocta í uino tritaq; & illita. Itertrigineſ negat fieri Cato abſintheú Ponticú ſecú habẽtibuſ. Alii adiiciút & Pulegiú qđ ieiunuſ qſ legerit ſi poſt ſe alliget. Inguiniſ doloreſ prohibet aut ſedat ceptoſ inguinaria quã qdã Argemonẽ uocãt: paſſim in ueprib uſ naſcẽſ. ut ꝓſit inguinibuſ in manu tantú habenda eſt. Panoſ ſanat panaceſ cú melle. Plantago cú ſale. Quinq;foliú. Perſonatæ radix ut in ſtrumiſ. Item Damaſoniú. Verbaſcum cú ſua radice tuſú uino aſꝑſú: folioq; inuolutú: & ita in çinere calefactú: ut imponat̃ calidú. exꝑtiq; affirmauere plurimum remedium eſſe. ſi uirgo imponat nuda ieiuna ieiuno: & manu ſupía tãgẽſ dicat: negat Apollo peſtẽ poſſe creſcere q̃m nuda uirgo reſtinguat. atq; ita retorta manu ter dicat. totienſq; deſpuãt ambo. Medet̃ & radix

Mandragore ex aq̄. radiciſ ſcamonii decoctū cū melle. Sideritiſ. cū adipe ueteri uel chryſippea cū ficiſ pinguibuſ que hoc ab inuentore habet nomen.

CAP. XXV. De Nymphea & aliiſ que uenerem inhibent aut eiuſ appetentiam faciunt.

Enerē ī totū adimit: ut diximuſ Nymphea heraclia. eadē ſemel pota ī. xl. dieſ. Inſōnia quoq; ueneriſ a ieiuno pota & ī cibo ſūpta. illita quoq; radix gēitalibuſ inhibet nō ſolū uenerē: ſed affluētiā gēiture. ob id corpuſ alere uocēq; dicit̄. Appetētiā ueneriſ facit radix e Xiphio ſupior data potu in uino: itē q̄m Cremnon agrion appellāt. & orminoſ agrioſ cū polēta cōtrituſ. ſed īter pauca mirabiliſ ē Orchiſ herba ſiue Sarapiaſ: foliiſ porri caule palmeo flore purpureo gemīa radice teſticuliſ ſimili: ita ut maior: ſiue ut aliq dicūt durior: ex aq̄ pota excitet libidinē. minor ſiue mollior: e lacte capͥno ībibeat. Quidā folio ſcyllo eē dicūt leuiori ac minore caule ſpīoſo. Eiuſq; radiceſ ſanāt oriſ ulcera: thoraciſ pituitaſ: aluū ſiſtūt e uino pote. Cōcitatricē uim habet Satyrion. Duo eiuſ genera. una longioribuſ foliiſ q̄ oloe. caule quattuor digitoꝝ. flore purpureo. radice gemīa. ad formā hominiſ teſtiū alterniſ āniſ intumeſcēte ac reſidēte. Altera Satyrion orchiſ cognōinat̄: & femīa eē credit̄. Diſtinguitur internodiiſ & ramoſiore frutice. radice faſciniſ utili. Naſcitur fere iuxta mare. Hec tumoreſ & uitia ꝑtium eaꝝ erūpentia cū polēta illita ſedat uel ꝑ ſe trita. Superioriſ radix in lacte ouiſ colonice data. neruoſ intendit. Eadem ex aqua remittit. Greci Satyrion foliiſ Lilii rubri minoribuſ & tribuſ nō ampliuſ e terra exeuntibuſ tradūt. caule leui cubitali nudo: radice gemīa: cuiuſ īferior ꝑſ & maior mareſ gignit. ſupior ac minor femīaſ. Eſt & aliud genuſ Satyrii: qđ Crateogonon appellant: ſemīe litii maiore: leui: duræ radiciſ: cortice rubro: intuſ album includē: ſapore ſubdulci: Fert̄ in montoſiſ inueniri. Venerem etiam ſi omnino manu teneatur: radix ſtimulat. magiſ adeo ſi bibatur in uino auſtero. Arietibuſ quoq; & hirciſ ſegnioribuſ ī potu dari: & a Sarmatiſ equiſ ob aſſiduū laborem pigrioribuſ in coitu. quod uitiū Proſedamū uocāt. Vim eiuſ reſtinguit aq̄ mulſa aut lactuca ſūpta. In totū qdē Greci cū cōcitationē hāc uolūt ſignificare: Satyrion appellāt. Sic & Cratogonon cognomināteſ & Theligonon: q̄rū ſemē teſtiū ſimile eſt. Tithymalli quoq; ramoꝝ medullā habēteſ: ad uenerē pronioreſ fieri dicūt̄. Prodigioſa ſunt que circa hoc tradit Theophraſtuſ autor alioq grauiſ: ſeptuagēo coitu durare libidinē cōtactu herbe cuiuſdā cuiuſ nomē ſpeciemq; nō poſuit. Sideritiſ adalligata uariceſ minuit & ſine dolore p̄ſtat.

CAP. XXVI. De Podagra.

Odagræ morbuſ rarior ſolebat eē nō mō patrū auorumq; memoria: ueꝝ etiam noſtra. Peregrinuſ & ipſe. nā ſi Italie fuiſſet antiqtuſ: latinum nomen inueniſſet. Inſanabiliſ nō eſt credēduſ. ꝗppe quoniam in multiſ & ſponte deſinit. & in pluribuſ curatur. Medetur panaciſ radiceſ cum uua paſſa. ſuccuſ hyoſcyami cum farina uel ſemē ſcordion ex aceto. Iberiſ uti dictū eſt. Verbenaca cū axūgia trita. Cyclamini radix. cuiuſ decoctum & pernionibuſ prodeſt. Podagraſ refrigerat radix e Xiphio ſemē e pſyllio cicuta cū lythargirio aut axungia. Aizoum in p̄mo impetu podagre rubētiſ hoc eſt calide. Vtrilibet uero conuenit Erigeron cum axungia. plantaginiſ folia trita addito ſale modico. Argemonia tuſa ex melle. Medet̄ & uerbenaca illita aut ſi pedeſ macerent̄ in eiuſ decocto. Eſt & Lappago ſimiliſ Anagallidi: niſi eſſet ramoſior ac pluribuſ foliiſ. aſpera. rugoſa. aſperioriſ ſucci. grauiſ odoriſ. que taliſ eſt Mollugo uocatur. Similiſ & aſperioribuſ foliiſ Aſparago. Supioriſ ſuccuſ expreſſuſ pondere. xi. denarioꝝ in uini cyathiſ duobuſ cotidie ſumit̄. Precipue uero liberat eo malo phycoſ thalaſſion id eſt fucuſ marinuſ lactuce ſimiliſ: qui cóchiluſ ſubſterniť: non podagre modo: ſed omnibuſ articuloꝝ morbiſ impoſituſ priuſ q̃ exareſiat. Tria autem genera eiuſ. latú. Et alteꝝ lógiuſ. quadãtenuſ rubẽſ. Tertiú criſpiſ foliiſ: quo in creta ueſteſ tinguntur. omnia eiuſdẽ uſuſ. Nicãder eã & aduerſuſ ſerpẽteſ ĩ uino dedit. Salutare eſt & ſemẽ eiuſ herbe quã Pſyllion appellauimuſ: madefactum aqua admixtiſ in heminã ſemiſ reſine colophonie coclearibuſ duobuſ: thuriſ uno. Laudãť & Mandragore folia cú polenta tuſa.

CAP. XXVII. De Taliſ tumentibuſ: articuliſ: & neruiſ.

Aliſ uero tumẽtibuſ limuſ aq̃ticuſ cum oleo ſubactuſ mire prodeſt. Articuliſ ſuccuſ e Centaurio minore. Idẽ neruiſ utiliſſimuſ. Item Centaurium. Betonica neruiſ diſcurrentibuſ ꝑ ſcapulaſ humeriſ. ſpine. lumbiſ. pota ut in iocinere. Articuliſ quinq;foliú impoſitú. Mandragore folia cú polẽta uel radix recẽſ tuſa cú cucumere ſilueſtri: uel decocta in aqua. Cubitorum ac pedú rimiſ. Polypodii radix. Articuliſ ſuccuſ hyoſcyami cú axungia. Amomi ſuccuſ cú decocto. Item cẽtúculuſ decocta: uel muſcuſ recenſ ex aq̃ obligatuſ donec inareſcat. Itẽ Lappe boarie radix e uino pota. Cyclaminoſ decocta in aq̃ ꝑniunculoſ curat: omniaq; alia frigoriſ uitia. Perniúculuſ curat: & cotyledon cú axungia: folia ex Betrachio epithymi ſuccuſ. Clauoſ pedú extrahit Ladanú cú caſtoreo. Verbenaca ex uino.

CAP. XXVIII. De maliſ totum corpuſ occupantibuſ: & medicinis eorum.

Vnc peractiſ maliſ que membratim ſẽtiunť: dicemuſ de iiſ que totiſ corporibuſ graſſanť. Remedia aút hec cómunia inuenio. Ante omneſ pota Dodecatheú de qua diximuſ. deinde panaciſ omniú geneꝝ radiceſ peculiariter longinquiſ morbiſ. & ſemẽ interaneoꝝ uitiſ. Ad omneſ uero corꝑiſ doloreſ ſuccú e ſcordio. Itẽ Betonice que pota colorẽ plúbeum corꝑiſ pͥuatim emẽdat. gratioremq; reducit.

CAP. XXVIIII. De Geranio ſiue Myrrhi ſiue Myrrhide.

Eranion aliqui Myrrhin: alii myrtida appellant. Similiſ eſt cicute foliiſ minutioribuſ & caule breuiori rotundo: ſaporiſ & odoriſ iucundi. Noſtri ſic eã tradút. Greci foliiſ cãdidioribuſ paulo q̃ malue. caulibuſ tenuioribuſ & piloſiſ ramoſã ex ĩterualliſ binú palmoꝝ & ĩ iiſ foliiſ ĩter que ĩ cacumĩibuſ capitula ſút gruú. alteꝝ genuſ foliiſ anemoneſ. diuiſuriſ longioribuſ. radice Mali mó rotúda. dulci. reficiẽtibuſ ſe ab imbecillitate utiliſſima. & fere taliſ uera eſt. Bibiť cótra phthiſin drachma ĩ uini cyathiſ tribuſ biſ die. Itẽ contra inflationeſ. que & cruda idem p̄ſtat. Succuſ radiciſ auribuſ medeť. Opiſthotoniciſ ſemen drachmiſ q̄tuor cum pipere & Myrrha potum phthiſin ſanat: & plantaginiſ ſuccuſ. ſi bibať & ipſa decocta in uino cum ſale & oleo a ſomno matutino refrigerat. Eadẽ dať iiſ quoſ Atrophoſ uocant interpoſitiſ diebuſ. Betonica phthiſiciſ eligmate cú melle fabe magnitudine. Agaricú potú duobuſ oboliſ in paſſo uel dauco cú centaurio maiore in uino. Phagedeniſ: qđ nomẽ ſine mó eſurientiú eſt: & aliaſ ulceꝝ: Tithymalli medenť cú ſeſamiſ ſumpti. Inter mala uniuerſi corꝑiſ uigilie ſunt pleriſq;. haꝝ remedio monſtrať panaceſ. Clymenoſ. Ariſtolochia. & odore & puncto capite. Ayzoum ſiue ſedú ſi inuolutum panno nigro ignorantiſ puluino ſubiiciatur.

CAP. XXX. De Oenothera ſiue Oenare.

T Oenothera ſiue Oenear hilaritatẽ afferút in uino. Amygdalino eſt folio. flore roſaceo. fruticoſa. longa radice: & cú ſiccata eſt uinú olente. Hec ĩ potu data feraſ quoq; mitigat. Cruditateſ que nauſeam faciunt: digerit Betonica. Eadem pota a cena concoctionem facit in oxymelitiſ cyathiſ tribuſ drachme pondere & crapulam diſcutit. Item Agaricum poſt ciboſ in aqua calida potum. Paralyſin Betonica ſanare dicitur. Item iberiſ ut dictum eſt. Eadem & torpentibuſ membriſ prodeſt. Itē Argemon omnia que periclitenť ſecari diſcutiendo. Comitialeſ ſanãtur panaciſ quam heracleam diximuſ: radice pota cũ coagulo uituli marini. Ita ut ſint panaciſ treſ ꝑteſ. Plãtago pota. Betonica ĩ oxymelitiſ drachma: uel agarici oboliſ tribuſ. Folia qnq;folii ex aq̄. Sanat & Archezoſtiſ. Sed cũ amineo pota. Sanat & bacariſ radix arida ĩ puluerē cõtrita cyathiſ tribuſ cum Coriãdro ĩ aq̄ calida. & Centũculuſ trita ĩ aceto aut melle aut in aq̄ calida. Verbenaca ex uino pota. Hyſopi bace terne cõtrite & ĩ aq̄ pote diebuſ .xvi.. Peucedanũ cũ coagulo uituli marini equiſ portionibuſ potum. Quĩq;folii cõtrita folia ex uino ſũpta diebuſ.xxx. in betonice farĩe põdo denarioꝝ xiii. cũ aceti ſcyllitici cyatho melliſ attici untia. Scamoniũ oboliſ duobuſ cũ caſtorei drachmiſ q̄tuor. Febreſ frigidaſ leuioreſ facit agaricũ potũ in calida aq̄. Tertianaſ ſideritiſ cũ oleo. Itē Ladanũ qđ in ſegetibuſ naſciť cõtuſũ. Plãtago ex aqua mulſa: duabuſ horiſ añ acceſſionē pota biniſ drachmiſ. uel ſuccuſ radiciſ madefacte uel tuſe. Vel ipſa radix trita in aq̄ ferro calfacta. Quidãq; ternaſ radiceſ ĩ tribuſ cyathiſ aque dedere. Iidēq; ĩ q̄rtaniſ q̄ternaſ fecerũt. Bugloſſo inareſcēte ſiq̄ſ medullã e caule eximat: dicatq; ad quē liberãdũ febre id faciat: & alliget ei .vii. folia añ acceſſionē: aiũt a febre liberari. Itemq; Betonice drachmã in aque mulſa cyathiſ tribuſ uel Agaricum maxime in iiſ febribuſ que cũ horrore ueniũt. Quinq;folii folia quidã terna tertiãiſ dedere. q̄terna q̄rtaniſ. plura ceteriſ. aliiſ oĩbuſ oboliſ tribuſ cũ pipere ex aq̄ mulſa. Verbenaca quidem & iumentorum febribuſ in uino medetur. Sed ĩ tertianiſ a tertio geniculo inciſa. quartaniſ a quarto. Bibitur & ſemen Hyperici utriuſq; in quartaniſ & horroribuſ betonice farina: que omneſ horroreſ coercet. Itē panaceſ adeo excalfactoria natura ut per niuē ituriſ bibere id ac perungi eo precipiant. Et ariſtolochia perfrictionibuſ reſiſtit. Phreneticoſ ſomnoſ ſanat: qui contingit peucedano ex aceto capiti infuſo anagallidum ſucco. E diuerſo lethargicoſ excitari labor eſt. hoc p̄ſtat Euphorbium ut perhibent ex aceto naribuſ tactiſ peucedani ſucco. Contra inſaniaſ betonica bibiť. Carbunculuſ rũpit panaceſ. Sanat Betonice farina ex aq̄ aut braſſica cũ thure frequenti potu calide. uel e carbone in conſpectu extĩcto fauilla digito ſublata & illita. uel plãtago tuſa. Tithymalluſ characiteſ hydropicoſ ſanat. panaceſ. plantago in cibo: cũ p̓uſ panē ſiccũ cõmederint ſine potu. Betonica drachmiſ duabuſ in duobuſ cyathiſ uini aut mulſi. Vel Agaricũ. uel ſemen lonchitidiſ duabuſ lĩguliſ ex aqua potũ. Pſyllion ex uino. Anagallidũ ſuccuſ. Cotelydoniſ radix ex mulſo. Ebuli recētiſ radix excuſſa tm̄ nec colluta q̄tũ duo digiti cõprehēdãt ex uini ueteriſ calidi hemina. Trifolii radix drachmiſ duabuſ in uino: Tithymallum: platyphyllon cognomine. Semē hyperici: qđ Charoſ appellať. Acte quã quidam eſſe ebulũ putãt radice cõtrita in uini cyathiſ tribuſ ſi febriſ abſit. uel ſemĩe ex uino nigro. Itē uerbenaca faſciculo manuſ plene decocta in aq̄ ad dimidiaſ. Precipue tamē Chameacte ſuccuſ aptiſſimuſ creditur. Eruptioneſ pituitaſq; emendat Plãtago. Cyclamini radix cũ melle. Ebuli folia cõtrita & e uetere uino impoſita etiã Boam ſanãt ideſt rubēteſ papulaſ. Poriginē ſuccuſ ſtrychni illituſ. Igni ſacro medetur Ayzoum. Folia trita Cicute. Mandragore radix. Siccatur in aere ut cucumiſ. p̓moq; ſuꝑ muſtũ ſuſpendiť. mox in fumo. dein tundiť in uino. aut aceto. Prodeſt & uino myrteo fouere. mente ſextanſ. uiui ſulphuriſ untia ex aceto ſimul trita. fuligo ex aceto. Igniſ ſacri plura ſũt genera. Inter que mediũ hominē ambiēſ q Zoſter appellat̃. & enecat: ſi cĩxerit. Medet̃ Plantago cũ creta cymolia. & periſtereoſ ꝑ ſe. radix ꝑſonatæ. Aliiſ que ſerpũt cotyledoniſ radix cũ mulſo Ayzoum. Succuſ linozoſtiſ ex aceto.

CAP. XXXI. Ad Luxata membra: regium morbum: Furunculoſ: Fiſtulaſ: inflationem: ambuſtionem: & neruoſ: & ſanguinem.

Adix Polipodii illita luxatiſ medet̃. dolorēq; & tũoreſ tollũt ſemē pſyllii. Folia plãtagiſ tuſa. ſale modico addito. Verbaſci ſemen ex uino decoctũ & cõtritũ. Cicuta cũ axũgia. folia ephemeriſ tuberibuſ atq; tumoribuſ. Illinũt̃q; etiã dũ diſcuti poſſũt. Morbũ regiũ ĩ oculiſ p̄cipue mirari ē tenuitatē illã dēſitatēq; tuniculaꝝ felle ſubeũte. Hippocrateſ a ſeptĩo die ĩ febre mortifeꝝ ſignũ eē docuit. noſ ſcimuſ uixiſſe aliquoſ etiã ab hac deſperatiõe. fit uero & circa febreſ. impũgnãt̃q; cētaurio maiore ut diximuſ poto Betonica. agarici oboliſ tribuſ ex uini ueteriſ cyatho. Itē uerbenace folio oboliſ tribuſ ex uini calidi hemina quatriduo. Sed celerrime quĩq;folii ſuccuſ medet̃ tribuſ cyathiſ potuſ cum ſale & melle. Cyclamini radix drachmiſ tribuſ bibitur in loco calido. & a ꝑfrictionibuſ tuto. ſudoreſ enĩ felleoſ mouet. Folia Tuſſilagiſ ex aqua. Semē Linozoſtiſ utriuſq; inſꝑſũ potiõi uel cũ abſinthio aut cicere decoctum. Hyſopi bace cũ aq̃ pote. Lichen herba ſi cũ ſumit̃: cetero olere abſtineat̃. Politrix in uino data. Struthion in mulſo. Paſſim & in quacũq; ꝑte ac maximo incommodo naſcunt̃: q furũculi uocant̃: mortifeꝝ aliqñ malum cõfectiſ corꝑibuſ. Remedio ſunt Pygnocomi folia trita cũ polēta: ſi nundũ caput fecerint. Diſcutiũt & folia Ephedri illita. Fiſtule quoq; in omĩ ꝑte ſerpunt: medicoꝝ uitio maleſectiſ corꝑibuſ. Auxilio eſt Centaurium minuſ: colliriiſ cum melle decocto additiſ. Plantaginiſ ſuccuſ infuſuſ. Quinq;foliũ cũ ſale & melle. Ladanũ cum Caſtoreo. Cotyledon cũ medulla ceruina calefacta impoſita. Verbaſci radiciſ medulla collyrii tenuitate in fiſtulam additur. Vel Ariſtolochie radix. Vel ſuccuſ Tithymalli. Collectioneſ inflãmationeſq; ſanãt argemoniſ folia illita. Duritiaſ & collectioneſ omneſ Verbenaca uel quinq;folium: decoctũq; in aceto uerbaſci folia uel radix. Hyſopum e uino impoſitũ. Acori radix decocto eiuſ herbe fouentibuſ. Ayzoum. Itē que cõtuſa ſint. duriciaſq; & ſinuſ corꝑiſ & tela omnia infixa corpi extrahunt. Folia tuſſilaginiſ. Daucũ. Semen Leontopodi tritũ in aq̃ cũ polēta. Suppurationibuſ imponunt̃ Pignocomi folia trita cũ polēta uel ſemē. Item Orchiſ. Vitia que ſunt in oſſibuſ Satyrii radice impoſita efficaciſſime ſanari dicunt̃. Nome & collectioneſ omneſ fuco mariſ priuſ q̃ inareſcat. Et Alcinee radix collectioneſ diſcutit. Ambuſta ſanant̃ plantagĩe Arctio: ita ut cicatrix fallat. Folia eiuſ in aq̃ decocta & contrita illinunt̃. Radiceſ cyclamini cũ Ayzoo. Herba ipſa hyperici quod corycum appellauimuſ. Neruiſ & articuliſ cõuenit Plãtago trita cũ ſale. Argemonie tuſa ex melle. Peucedani ſucco perunguntur ſpaſtici. Tetanici Neruorum duricie Egilopi ſucco. Doloribuſ Erigeron ex aceto illinit̃. Epithymo ſpaſticiſ & opiſthotoniciſ perungi. ſemĩe hyperici. qđ Charoſ uocat̃. Idemq; bibere prodeſt. Phrimon dicit̃ etiam abſciſoſ ſanare neruoſ ſi cõfeſtim imponatur trita uel manſa. Spaſticiſ tremuliſ opiſthotoniciſ Alcinee radix bibit̃ ex aqua mulſa. Sic & rigoreſ excalfacit. Sanguiniſ profluuiũ ſiſtit herbe Peonie ſemē rubꝝ. Eadem & in radice uiſ. Cyclaminoſ uero ſi ore ſanguiſ reiciat̃: ſiue e naribuſ ſiue aluo fluat: ſiue feminaꝝ utero. Item Lyſimachia pota uel illita. uel naribuſ indita. Item plantagĩſ ſemen. Quinq;foliũ potũ & illitũ. Cicute ſemen in nareſ ſi inde fluat tritũ ex aqua & inditum. Aizoum. Aſtragali radix ſiſtit. Et Iſchemon. Et Achillea.

CAP.XXXII.De Equi ſeto ſiue Hippuri.

Qui ſetú hippuriſ a Grecis dicta & í pratiſ naſcēſ: uituperata a nobiſ. eſt autē piluſ terræ eqnæ ſetæ ſimiliſ: lyeniſ curſoꝝ extinguit decocta fictili nouo ad tertiaſ q̄tú uaſ capiat: & ꝑ triduú heminiſ pota. unctiſ eſculētiſ añ diē unú íterdicit́. Grecoꝝ uaria circa hác opinio. Alii pini foliiſ ſimilē nigricātē eodē nomíe appellāt. uim eiuſ admirabilē tradētes ꝙ etiā ſāguíſ ꝓfluuia uel tacto eo tm̄ homíe ſiſtat. Alii hippurin.alii ephedró.alii Anabaſin uocāt.tradúntq; iuxta arboreſ naſci & ſcandentē eaſ depēdere comiſ iúceiſ multiſ nigriſ ut ē equoꝝ cauda gēiculatiſ ramiſ.folia habere pauca tenuia.exigua,ſemē rotúdú ſimile coriādro.radice lignoſa naſci í ābuſtiſ maxime. Viſ eiuſ ſpiſſare corꝑa. Succuſ ſāguinē e naribuſ fluentē íclusuſ ſiſtit. Itē aluum. Medet́ dyſētericiſ í uino dulci potuſ cyathiſ tribuſ. Vrinā cit. Tuſſim orthopnoeā ſanat. Item rupta: & que ſerpunt. Inteſtiniſ & ueſice folia bibuntur. Entherocelen cohibet. Faciunt & aliā hippurin breuioribuſ & mollioribuſ caulibuſ candidioribuſq; per q̄utilem iſchiadiciſ: & uulneribuſ ex aceto impoſitam. ꝓpter ſanguinē ſiſtendú. Et Nymphea trita plagiſ imponit́. Peucedanú cú ſemine cupreſſi bibitur ſi ſanguiſ ꝑ oſ redditus ē. fluitq; ab inferniſ. Sideritiſ tantā uim habet: ut q̄uiſ recēti gladiatoriſ uulneri illigata: ſanguinem claudat. qđ facit & ferule ciniſ uel carbo. Funguſ uero etiā efficaciuſ q ſecundú radicē eiuſ naſcit́. Per nareſ autē fluenti & cicute ſemē tritú ex aqua: inditúq; efficax habet́. Item Stephanomeliſ ex aq̄. Betonice faría e lacte caprino pota ſiſtit ex ubere fluentē. Plantagoq; cótuſa. Eiuſdem ſuccuſ uomentibuſ ſanguinē dat́. Ad erraticú aút radix perſonatæ cú axungia uetere illita. Potatur a ruptiſ cóuulſiſq; & ex alto deiectiſ Cētauriú maiuſ. Gētiane radix trita uel decocta: uel ſuccuſ betonice. Et hoc ampliuſ addo. iocineriſ aut lateriſ cótortióibuſ. panaceſ ſcordion ariſtolochia pota cum agarico. Item cótuſiſ & euerſiſ potum duobuſ oboliſ í mulſi cyathiſ tribuſ. Aut ſi febriſ ſit: in aqua mulſa uerbaſcum: cui floſ ſimiliſ auro eſt Acori radix. Aizorum omne. Sed e maiori ſuccuſ efficaciſſime. Itē ſymphiti radiceſ: uel decoctú. Daucú crudú. Eryſithaleſ ē flore luteo foliiſ achāti. bibit́ e uino. Itē Chameropſ & í ſorbitióeſ Iriſ uel Plātago om̄ibuſ modiſ. Itē phthiriaſi: quo Sylla Dictator cóſúptuſ ē. Naſcunt́ quoq; í ſāguíe ipſo hóiniſ animalia exeſura corpuſ. Reſiſtit́ uue taminie ſucco: aut ueratri: cú oleo púctiſ corporibuſ. Taminia quidē í aceto decocta etiā ueſteſ eo tedio liberat.

CAP.XXXIII.De Vlceribuſ: plagiſ: & aliiſ morbiſ.

Lcera multorum ſunt generum: ac multiſ modiſ curantur. Panaciſ omnium generú radix ex uino calido illinit́ manantibuſ. Siccat priuatí q̄m Chyroniā diximuſ. Cum melle trita tubera aperit. ulceribuſq; que ſerpunt. Deploratiſ auxilio eſt cú eriſ flore uiuo temperata omnibuſ modiſ uel flore uel ſemine uel radice. Eadē cum polenta uetuſtiſ uulneribuſ prodeſt. Heraclion quoq; Sidereon. Apollinariſ. Pſyllium. Tragacantha. Scordotiſ cum melle purgat. Farina eiuſ carneſ excreſcētes per ſe in ſperſa conſumit. Polemonia ulcera que Cacoethe uocant: ſanat. Centauriú maiuſ inſperſum uel illitum. Item minoriſ coma decocta uel trita: uetera quoq; ulcera purgat & perſanat. Folliculi climeni recentibuſ plagiſ imponuntur. Illinitur autem gentiana ulceribuſq; ſerpunt: radice tuſa uel decocta in aqua ad melliſ craſſitudinem uel ſucco uulneribuſ. Ex ea factum licyum Lyſimachia recentibuſ plagiſ medetur. Plātago omnium generum ulceribuſ peculiariter feminarum ſenum & infantiú. igne molita melior. & cum ceroto craſſa ulceꝝ labra purgat. Nomaſ ſiſtit. Et tritam ſuiſ foliiſ integere oportet. Suppurationeſ. collectioneſ. ſinuſ ulcerum. Chelidonia quoq;

ſiccant̃ ulcera. adeo ut etiam pro ſpodio utant̃. Eadẽ iã deſꝑatiſ cũ axũgia ĩponit̃. Dictãnũ pota ſagittaſ pellit. & alia tela extrahit illita. Bibit̃ ex aque cyatho folioꝝ obolo. Proxĩe pſeudodictamnũ. Vtraq; etiam ſuppurationeſ diſcutit. Ariſtolochia quoq; putrida ulcera exeſt. Sordida expurgat cũ melle. uermeſq; extrahit itẽq; clauoſ in ulceribuſ natoſ. Et infixa corꝑi om̃ia. p̃cipue ſagittaſ & oſſa fracta cũ reſina. Caua uero ulcera explet per ſe. Et cũ iride recẽtia uulnera ex aceto. Vetera ulcera uerbenaca quĩq; foliũ cũ ſale & melle. Radiceſ ꝑſonatæ uulneribuſ ferro illatiſ recẽtibuſ ĩponũt̃. Folia ueteribuſ. Cum axũgia utraq;. & ſuo folio operit̃. Damaſonium aũt & in ſtruma. Folia uerbaſci ex aceto aut uino. Periſtereoſ ad omnia genera uel calloſoꝝ putreſcentiũq; ulceꝝ facit. Manantia Nymphee heraclie radix ſanat. Item cyclamini radix. uel ꝑ ſe. uel ex aceto. & cũ melle. Eadẽ & contra ſteatomata efficax. ſicut ad ulcera manãtia hyſopũ. Itẽ Peucedanũ. cui ad recentia uulnera tanta uiſ eſt: ut ſaniem oſſibuſ extrahat. Preſtant hoc & anagallideſ. cohibentq; q̃ſ uocant nomaſ. & rheumatiſmoſ. Vtileſ & recentibuſ plagiſ. ſed precipue ſenum corꝑi. Cum ceroto apoſtemata. & ulcera tetra folia mãdragore recẽtia. Radix uulnera cũ melle aut oleo. Cicuta conſiligini mixta mero. Aizoum herpetaſ quoq; & nomaſ ac putreſcentia. ſicut Erigeron uermioſa. Recentia autem uulnera Aſtragali radix. & uetera quoq; ulcera purgat hypociſthiſ utraq;. Leontopodii ſemẽ tritũ in aq̃ & cũ polenta illitũ ſpicula ſagittarioꝝ extrahit. Item Picnocomi ſemẽ. tithimalluſ. characiteſ ſucco grãgrẽaſ phagedenaſ putria. uel decocto ramoꝝ cũ polenta & oleo. Orchiſ radiceſ. hoc ampliuſ & cacoethe ex aceto cum melle ſicce & recẽteſ. Per ſe uulnera onothera efferentia ſeſe ſanat. Scythe uulnera ſcythice curant. Ad carcinomata Argemone ex melle efficaciſſima eſt. Vulneribuſ ꝑſonatiſ Aſpodeli radix decocta ut diximuſ: trita cũ polenta & illita. Quibuſcũq; uero apollinariſ. Aſtragali radix in puluerem trita humidiſ ulceribuſ prodeſt. Item callitrix decocta in aqua. Priuatim uere iiſ que calciamẽto facta ſint: uerbenaca. Necnon & lyſimachia cõtrita. Ac nymphea arida infricata. Polytrix in ueteratiſ iiſdem utilior.

CAP. XXXIIII. De Polycnemo.

Olycnemon cunilebubule ſimiliſ ẽ ſemĩe Pulegii ſurculoſa multiſ geniculiſ Corymbo odorata acri & dulci odore que ferro factiſ uulneribuſ commanducata imponit̃. quĩto die ſoluit̃. Symphyton ad cicatricẽ celerrime ꝑducit. Itẽ Sideritiſ. Hec imponit̃ ex melle. Verbaſci ſemĩe ac foliiſ ex uino decoctiſ ac tritiſ oĩa corꝑi infixa extrahunt̃. Itẽ Mandragore foliiſ cũ polenta. Cyclamini radicibuſ cũ melle. Trixaginiſ folia in oleo contrita maxime adhibent̃ ulceribuſ que ſerpũt. Et alga in melle trita. Betõica ad carcinomata. Et Melaniaſ ueteriſ addito ſale. Verrucaſ tollit argemonia ex aceto uel Batrachii radix. que & ungueſ ſcabroſ aufert. Linozoſtidiſ utriuſq; folia uel ſuccuſ illituſ: tithymalli omneſ genera uerrucaꝝ omniũ. Itẽ omnia pterygia. uaroſq; tollunt.

CAP. XXXV. De Pluribuſ experimentiſ: & de inficiendiſ capilliſ & partubuſ eliciendiſ.

Icatriceſ cum elegantia ad colorem reducit ladanum. Artemiſiam & eleliſphacum alligataſ qui habet uiator: negat̃ laſſitudinem ſentire. Muliebribuſ morbiſ medet̃ maxĩe ĩ uniuerſũ peonie herbe ſemẽ nigꝝ ex aq̃ mulſa. Eadẽ & in radice uiſ. Menſeſcit. Panaciſ ſemen cum abſintheo menſeſ & ſudoreſ. Scordotiſ potu & illitu. Betonica drachma in uino cyathiſ tribuſ bibit̃ contra omnia uuluaꝝ uitia. Aut que a ꝑtu fiunt. Mẽſeſ nimioſ ſiſtit achillea impoſita. & decoctũ eiuſ inſidientibuſ. Mãmiſ

XXVI

imponit̃ hyoſcyami ſemen ex uino. Loti radix ex cataplaſmate. Et Mammiſ etiam chelidonia. Secundaſ morãteſ uel ꝑtuſ emortuoſ radiceſ panaciſ appoſite extrahunt. Ipſũ panaciſ ſemẽ e uino potũ uuluaſ purgat. appoſitũq; cũ melle. Polemõia pota ex uino: ſecundaſ pellit. Nidore purgat uuluaſ Centaurii minoriſ ſuccuſ potuſ. fotuq; mẽſeſ cit. Item maioriſ radix in uulue doloribuſ iiſdem modiſ prodeſt. Deraſa uero & appoſita: extrahit partuſ emortuoſ. Plantago imponit̃ in lana in dolore uulue. In ſtrangulatu bibit̃. Sed precipua Dictamno uiſ eſt. Menſeſ cit. Partuſ emortuoſ uel tranſuerſoſ eiicit. Bibit̃ ex aqua folioꝝ obolo. adeo ad hec efficax ut ne in cubiculũ quidem pregnantium inferat̃. Nec potu tãtum: ſed & illitu & ſuffitu ualet. Proxĩe pſeudodictamnũ. Sed menſeſ cit cũ mero decoctum pondere denarii. Pluribuſ tamen molochiſ & Ariſtolochia ꝓdeſt: nã & mẽſeſ & ſecũdaſ cit. Et emortuoſ ꝑtuſ extrahit: mirrha & pipere additiſ pota uel ſubdita. Vuluaſ quoq; procidenteſ inhibet potu uel ſuffitu uel ſubiectu maxime tenuiſ. Strangulatũ ab iiſ mẽſiũq; difficultatem agaricũ tribuſ oboliſ tritum in uini ueteriſ cyatho potum emendat. Periſteroſ appoſita in adipe ſuillo recenti. Antirrinon cum Roſaceo: & melle. Item appoſita Nymphee Theſſale radix pota dolori medetur. In uino pota nigro: profluuia inhibet. E diuerſo ciet Cyclamini radix pota & appoſita. Et ueſice inſidentium decocto medet̃. Secundaſ pota Ciſſanthemoſ pellit. Vuluam ſanat. Et Xiphii radix ſuperior menſeſ cit drachma ex aceto pota. Peucedanum ſtrangulatuſ uulue nidore uſtum recreat. Menſeſ aluoſq; precipue pſylliũ drachma in cyathiſ tribuſ aque mulſe. Semen quoq; Mandragore potum uuluã purgat. Menſeſ cit ſuccuſ appoſituſ. & emortuoſ partuſ. Nimia rurſuſ ꝓfluuia ſiſtit ſemẽ cũ uino & ſulphure. Alui ꝓfluuia ſiſtit & contrahit Batrachion potu. uel cibo ardenſ aliaſ ut diximuſ cruda. Sed cocta cõmendat̃ ſale & oleo & cymino. Daucum & menſeſ & ſecundaſ potũ facillĩe pellit. Ladanum ſuffitu corrigit uuluaſ. Dolori eaꝝ exulceratiſq; imponit̃. Emortua ſcamoniũ pellit potum uel appoſitũ. Menſeſ ciet hypericũ. utrũq; appoſitum. Ante alia uero ut Hippocrati uidetur Eryſimon e uino ſemine uel radice. Cortice trahit: & ſecundiſ ſuccurrit; & ſtrangulationibuſ ex aqua pota. Itẽ radix e Geranio peculiariter ſecundiſ inflãmationibuſq; uuluaꝝ conuenienſ. Purgat hippuriſ pota & appoſita uuluaſ. Polygonoſ pota menſeſ cit. Et Alcmee radix. Folia plantaginiſ pellũt. Item Agaricum ex aqua mulſa. Artemiſia uulue medet̃ trita ex oleo irino aut fico aut cũ myrrha appoſita. Eiuſdẽ radix pota intantũ purgat ut partuſ enectoſ extrahat. Menſeſ & ſecundaſ cit ramoꝝ decoctũ inſidẽtibuſ. Itẽ folia pota drachma. ad eadẽ omĩa ꝓſũt uel ĩpoſita uentri imo cũ farina hordeacea. Acharõ quoq; utile ẽ interioribuſ feminarũ morbiſ. Et Coniza utraq;. Et Cremnoſ. Et Antillideſ due uuluiſ utiliſſime. Torminibuſq; & ſecundarum more in uino pote. Callitrix fotu lociſ medet̃. Albugineſ in capite tollit. Capilloſ inficit oleo trita. Geranion in uino albo potũ. & hipociſtiſ in rubro ꝓfluuiũ ſiſtunt. Hyſopũ ſuffocationeſ laxat. Radix uerbenace pota ex aqua ad omĩa ĩ ꝑtu aut ex ꝑtu mala preſtantiſſima eſt. Peucedano quidam miſcent in uino nigro ſemen cupreſſi contritũ. Nã ſemẽ pſyllii deferuefactũ in aqua cũ intepuerit: epiphoraſ oẽſ uteri lenit. Symphiton tritum in uino nigro euocat mẽſeſ. Partuſ accelerat ſcordotiſ pota drachma ſucci in aq̃ mulſa cyathiſ q̃tuor. Dictamni folia preclara dãtur ex aqua. Conſtat uniuſ oboli pondere uel ſi mortui ſint in utero infãteſ ꝓtinuſ reddi ſñ uexatione puerpere. Similiter prodeſt Pſeudodictamnum: ſed tardiuſ Cyclaminoſ adalligata. Ciſſanthemoſ pota. Item Betonice farina ex aqua mulſa. Arſenogonon & Thelygonon herbe ſunt habẽteſ uuaſ floribuſ olee ſimileſ: pallidioreſ tamen. Semẽ

Ad partus eliciendos

albū: papauerīſ mō. Theligoni potu feminam cōcipi narrant.

CAP. XXXVI. De Arſenogono & Thelygono.

R ſenogonon ab ea ſemine olee nec alio diſtat. huiuſ potu mareſ generari ꝑhibēt: ſi credimuſ. alii utrāq; ocimo ſimilē tradūt. Arſenogoni ſemē aūt geminū eſſe teſtibuſ ſimile. Māmaꝝ uitiuſ aizoum: q̄d Digitellū appellauimuſ unice medet̄. Erigeron ex paſſo mammaſ uberioreſ facit. Sonchū in farre coctū. que uero Maſtoſ uocat̄ indita rimaſ māmaꝝ e ptu hiſcentiū aufert: in facie aliaſq; cutiſ uitia emēdat. Gētiana Nymphea heraclia illita cyclamini radix maculaſ omēſ. Caucalie grana mixta cere liquide extēdunt cutē in facie. erugantq;. Vitia oīa Acori radix emēdat. Capillū Liſimachia flauū facit. Denigrat Hypericon: q̄d & Oriſton uocat̄. Item Ophryoſ herba: denticulato oleri ſimiliſ: foliiſ duobuſ. Nigriciam dat & Palemonia in oleo decocta. Pſilothrum noſ quidē in muliebribuſ medicamentiſ tractamuſ. uerū etiā uiriſ in uſu eſt. Efficaciſſimū aūt habet̄ Archezoſtiſ. Item Tithymalli ſucco uel in ſole cū oleo illito crebro: uel euulſiſ piliſ. Quadrupedum ſcabiē ſanat hyſopum ex oleo fotū. Anginaſ peculiariter ſideritiſ. ueꝝ & reliqua genera herbarum reddamuſ.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VIGESIMVSSEXTVS DE MEDICINIS QVARVNDAM HERBARVM PER MORBOS FINIT: INCIPIT VIGESIMVSSEPTIMVS DE QVIBVSDAM ALIIS HERBIS ET MEDICINIS FOELICITER.

CAP. I. De Cura & benignitate ueteꝝ: ī inueniendiſ ac tradendiſ herbiſ: & naturæ beneficentia.

Reſcit apud me certe tractatu ipſo ammiratio antiquitatiſ. quātoq; maior copia herbaꝝ dicenda reſtat: tanto magiſ adorare priſcorum in inueniendo curam: In tradendo benignitatem ſubit. Nec dubie ſuperata hoc mō poſſet uideri etiā rerū nature ipſiuſ munificētia: ſi humani operiſ eſſet inuentio. Nunc uero deorum fuiſſe eā app̄et aut certe diuinam etiā cū homo inuenerit. eandēq; omniū parentem genuiſſe hec: & oſtendiſſe: nullo uite miraculo maiore ſi uerū fateri uolumuſ. Scythicam herbam a Meotidiſ paludibuſ & Euphorbiā e monte Atlante; ultraq; Herculiſ colūnaſ & ipſo rerū nature defectu. Parte alia Britānicā ex oceāi īſuliſ extra terraſ poſitiſ. itēq; ethiopidē ab exuſto ſyderibuſ axe: aliaſ p̄terea aliūde ultro citroq; humane ſaluti in toto orbe terrarum portari immenſa Romanæ paciſ maieſtate nō hoīeſ mō diuerſiſ iter ſe terriſ gētibuſq;: uerū etiā mōteſ & excedētia in nubibuſ iuga paſtuſq; pecorū & herbaſ quoq; inuicem oſtentant. Eternum queſo deorum ſit munuſ iſtud. adeo Romanoſ uelut alteram lucem dediſſe rebuſ humaniſ uidentur.

CAP. II. De Aconitu: & remediiſ eiuſ.

Ed ātiquoꝝ curam diligētiāq; qſ poſſit ſatiſ uenerari? cū cōſtet omniū uenēoꝝ ociſſimū eē aconitū: & tactiſ quoq; genitalibuſ feminini ſexuſ animaliū eodē die inferre mortem. Hoc fuit uenenum quo interemptaſ dormienteſ a Calfurnio Beſtia uxoreſ. M: Ceciliuſ accuſator obiecit. Hinc illa atrox peroratio eiuſ in digitū. Orcum fabulæ narrauere E ſpumiſ cerberi caniſ extrahente ab inferiſ Hercule. Ideoq;

apud Heracleam ponticam ubi monſtratur eiuſ ad inferoſ aditus gigni. Hoc quoq; tamen in uſuſ humane ſalutiſ uertere. Scorpionũ ictibuſ aduerſari expiẽdo aconitũ datum in uino calido. Ea eſt natura ut hominẽ occidat: niſi inuenerit quod in hõine perimat. Cum eo ſolo colluctatur uelut preſentiuſ inuento ſolo. Nec pugna eſt cum uenenũ in uiſceribuſ repperit. Mirumq; exitialia per ſe ambo cũ fuerint duo uenẽa in homine commoriuntur: ut homo ſuperſit. Immo uero etiam ferarũ remedia antiq prodiderunt: demõſtrando quomõ uenenata quoq; ipſa ſanant᷑. Torpeſcũt ſcorpiõeſ Aconiti tactu. Stupentq; pallenteſ & uinci ſe confitentur. Auxiliatur eiſ elleborum album tactu reſoluente. Ceditq; aconitum duobuſ maliſ ſuo & omnium. Quod ſi quiſ illa forte ab homine excogitari potuiſſe credit: ingrate deoꝝ intelligit munera. Tãgunt carneſ aconito. Necantq; guſtatu earum pantheraſ. niſi hoc fieret repleturaſ illoſ ſituſ: ob id quidam Pardaliancheſ appellauere. At illaſ ſtatim liberari morte excrementorum hominiſ guſtu demonſtratum. Quod certe caſu repertum quiſ dubitet? & quotienſ fiat etiam nunc: ut nouum naſci. quoniam feriſ ratio & uſuſ inter ſe tradi non poſſit. Hic ergo caſuſ hic eſt ille qui plurima inuenit in uita deuſ. Hoc habet nomen: per quem intelligit᷑ eadem & parenſ reꝝ omniũ & magiſtra utraq; cõiectura pari: ſiue iſta cotidie feraſ inuenire: ſiue ſemper ſcire iudicemuſ. Pudendumq; rurſuſ omnia animalia que ſint ſalutaria ipſiſ: noſſe ipſa; preter hominem. Sed & maioreſ oculorum quoq; medicamentiſ aconitum miſceri: ſaluberrime ꝓmulgauere apta profeſſione: malum quidem nullum ſine aliquo bono dicere. Faſ ergo nobiſ erit: q nulla diximuſ uenenata: nunc demonſtrare quale ſit aconitum uel deprehendendi gratia. Folia habet cyclamini aut cucumeriſ non plura quatuor ab radice leniter hirſuta. Radicem modicam Cammaro ſimilem marino: quare quidam Cãmaron appellauere. Alii Lycoctonon ex qua diximuſ cauſa. Radix incuruatur paulum ſcorpionũ mõ: quare & Scorpion aliqui appellauere. Nec defuere qui Myoctonõ appellare mallent: quoniam procul & e longinquo odore mureſ necat. Naſcit᷑ in nudiſ cautibuſ: quaſ Aconaſ uocant. Et ideo Aconitum aliqui dixere nullo iuxta ne puluerẽ qdem nutriente. Hanc aliqui rationẽ nominiſ attulere. alii qm̃ uiſ eadẽ in morte eſſet que cotibuſ ad ferri aciem deterendam ſtatimq; admota uelocitaſ ſentiret᷑.

CAP. III. De Ethiopide.

Thiopiſ radix folia habet Phlomo ſimilia. magna & multa. & hirſuta ab radice. Caulẽ quadrangulum ſcabꝝ: ſimilem Arctio. multiſ concauum. In aliiſ ſemẽ Eruo ſimile candidum geminum: radiceſ numeroſaſ longaſ. Plenaſ molleſ glutinoſaſ guſtu ſiccãti. Creſcũtq; ut cornua poſſint uideri. Preterea in Ethiopia naſcunt᷑. & in Ida mõte Troadiſ: & in Meſſenia. Colligunt᷑ Autũno ſiccant᷑ in ſole aliquot diebuſ ne ſitũ ſẽtiant. medẽt᷑ uuluiſ pote in uino albo. iſchiadiciſ: pleureticiſ: faucibuſ ſcabriſ: decocta potu dant᷑. Sed que ex Ethiopia uenit: eximia ẽ atq; illico ꝓdeſt.

CAP. IIII. De Amaranto.

Maranton ferulacea eſt duoꝝ palmorũ altitudine Origano ſimiliſ flore: bulbiſ aureiſ. Huiuſ uſte nidor urinam cit. uuluamq; purgat. tãto magiſ inſidentibuſ cauſa nominiſ non hec: ſed quoniam diutiſſime non marceſcit.

CAP. V. De Aloe.

Loe Scylle ſimilitudinem habet maior & pĩguioribuſ foliiſ ex obliquo ſtriata. Cauliſ eiuſ tener ẽ rubẽſ mediuſ: non diſſimiliſ Antherico. Radice una ceu palo in terra dimiſſa. Graui odore: guſtu amara. Laudatiſſima ex India affert᷑. ſed naſcit᷑ & ĩ Aſia. nõ tñ ea utunt᷑ niſi ad uulnera recẽtibuſ foliiſ. mirifice enĩ conglutinat.

uel ſucco. ob id in turbinibuſ cadorũ eã ſerunt ut Aizoũ maiuſ. Quidam & caulẽ añ maturitatẽ ſemiſ ĩcidũt ſucci gratia. Aliq & folia. Inuenit᷑ & ꝑ ſe lachryma adherẽſ. Ergo pauimẽtandũ ubi ſata ſit cẽſent: ut lachryma ñ abſorbeat᷑. Fuere q traderent in Iudea ſuper Hieroſolymam metallicã eiuſ naturam. ſed nulla magiſ improba eſt. neq; alia nigrior eſt aut tumidior. Erit ergo optima pinguiſ: ac nitida ruffi coloriſ friabiliſ: ac iocineriſ modo coacta. facile liqueſcenſ. Improbanda nigra & dura: harenoſa quoq;: que & guſtu intelligitur. Gummi adulteratur ut acacia. Natura eiuſ ſpiſſare: denſare & leuiter calfacere. Vſuſ in multiſ: & principaliſ aluum ſoluere. cum pene ſit ſola medicamentorum que per ſe id preſtant. Confirmat etiã ſtomachũ adeo ut non infeſtet ulla uiſ contraria. bibitur drachma. Ad ſtomachi uero diſſolutionẽ in duobuſ cyathiſ aque tepide uel frigide: cocleariſ mẽſura biſ ter ue in die ex interualliſ ut reſ exigit. Purgationiſ etiam cauſa plurimum tribuſ drachmiſ. Efficacior ſi pota ea ſumatur cibuſ. Capillum fluentem continet cum uino auſtero capite in ſole contra capillum peruncto. Dolorem capitiſ ſedat temporibuſ & fronti impoſita ex aceto & roſaceo. Dilutiorq; infuſa: oculoꝝ uitia omnia ſanari ea conuenit. Priuatim pruriginеſ & ſcabiem genarum. Itẽ inſignita ac liuida illita cũ melle. maxime pontico. Tonſillaſ. gingiuaſ. & omnia oriſ ulcera. ſãguiniſ excreatiõeſ ſi modice ſint. drachme pondere ex aqua. ſi minuſ ex aceto pota. Vulnerum quoq; ſanguinem & undecunq; fluentem ſiſtit per ſe uel ex aceto. Aliaſ etiam eſt uulneribuſ utiliſſima ad cicatricem perducenſ. Eadem inſpergitur exulceratiſ genitalibuſ uirorum condylomatiſ: rimiſq; ſediſ: aliaſ ex uino: aliaſ ex paſſo: aliaſ ſicca per ſe ut exigit mitiganda curatio. Aut coercẽda. Hemorrhoidum quoq; abundantiam leniter ſiſtit. Dyſenterie infunditur. Et ſi difficiliuſ concoquant᷑ cibi: bibit᷑ a cena modico interuallo. Et in regio morbo tribuſ oboliſ ex aqua. Deuorantur pilule cũ melliſ decocto. aut reſina terebinthina ad purganda interiora. Digitorum pterygia tollit. Oculorum medicamẽtiſ lauatur. ut quod ſit arenoſiſſimum: ſubſidat. aut torretur in teſta: pennaq; ſubinde uerſat᷑ ut poſſit equaliter torreri.

CAP. VI. De Alcaea.

Lcæa folia habet ſimilia uerbenace: que & Periſtereon cognominatur. Cauleſ treſ aut q̃tuor folioꝝ plenoſ. florẽ roſe. radiceſ albaſ. cũ plurimũ ſex. cubitaleſ. obliquaſ. Naſcit᷑ in pingui ſolo nec ſicco. uſuſ radiciſ ex uino uel ex aqua dyſẽtericiſ. aluo cita. & ruptiſ conuulſiſ.

CAP. VII. De Alypho.

Lyphon cauliculuſ eſt molli capite non diſſimiliſ Bete acre guſtatu ac lentum. mordenſq; uehemẽter & accẽdenſ. Aluum ſoluit in aqua mulſa addito ſale modico minima potio duarum drachmarum. media quatuor. maxĩa ſex. ea purgatione q̃ uiſ datur e gallinaceo.

CAA. VIII. De Alſine.

Lſine quam qdam Myoſ otan appellant: naſcit᷑ in luciſ: unde & Alſine dicta ẽ. Incipit a media hyeme. Areſcit eſtate media cũ prorepit: muſculoꝝ. aureſ imitat᷑ foliuſ. Sed aliam docebimuſ eſſe que iuſtiuſ Myoſotiſ uocetur. Hec eadẽ erat que Alſine: niſi minor minuſq; hirſuta eſſet. Naſcit᷑ in hortiſ & maxĩe in parietibuſ. Cum terit᷑: odorẽ cucumiſ reddit. Vſuſ eiuſ ad collectioneſ: inflãmationeſq;. Quin emẽdat omnia que Alſine. ſed infirmiuſ. Epiphoriſ peculiariter imponit᷑. Itẽ uerẽdiſ: ulceribuſq; cũ farina hordeacea. Succuſ eiuſ auribuſ infundit᷑.

CAP. VIIII. De Androſace.

Ndroſaces herba ē alba amara ſine foliis: folliculos in cirris habens. & ĩ iis ſemē. Naſcit̃ in maritimis Iſtrie maxime. Dat̃ hydropicis. drachmis duabus tuſa aut decocta in aqua uel aceto uel uino. Vehementer enim urinas cit. Dat̃ & podagris. illinit̃q;. Idem effectus eſt & ſeminis.

CAP. X. De Androſamo.

Ndroſemon ſiue ut alii appellauere: Aſcyron. Non abſimile eſt hyperico: de q̃ diximus cauliculis maioribus dēſioribuſq; & magis rubētibus. Folia alba ruta figura. Semē papaueris nigri. Come trite ſanguineo ſucco manantes. Odor Reſinæ. Gignitur in uineis. Fere medio autumno effoditur: ſuſpendit̃q;. Vſus ad purgandā aluum tuſe cū ſemine poteq; matutino: uel a cena duabus drachmis in aqua mulſa: uel uino uel aqua pura: totius potiōis ſextario. Trahit bilem. Prodeſt Iſchiadicis maxīe. Sed poſtera die Capparis radicem reſine permixtam deuorare oportet drachme pondere. Iterumq; q̃tridiu interuallo eadem facere. A purgatione autē ipſa robuſtiores uinū bibere: infirmiores aquam. Imponit̃ & podagris: & ambuſtis & uulneribus cohibens ſanguinem.

CAP. XI. De Ambroſia.

Mbroſia uagi nomīs ē. & circa alias herbas fluctuās. Fruticē unū habēs dēſum ramoſum tenuem trium fere palmorū. Tertia parte radice breuiore foliis rute circa imum caulem in ramulis ſemen eſt uuis dependētibus: odore uinoſo: qua decauſa Botrys a quibuſdam uocat̃, ab aliis Artemiſia. Coronant̃ illa Cappadoces. Vſus eius ad ea que diſcuti opus ſit.

CAP. XII. De anconi: ſiue anonide.

Nconin quidam Ononida malunt uocare ramoſam ſimilem Fenogreco. Niſi fruticoſior hirſutiorq; eſſet odore iucundo. Poſt uer ſpinoſa. eſtur etiam muria condita. Recens uero margines ulceꝝ erodit. Radix decoquitur ĩ poſca dolori dētiū. Eadem cum melle pota calculos pellit. Comitialibus datur in Oxymelite decocta ad dimidias.

CAP. XIII. De Anagyro: ſiue Acopo.

Nagyros: quā aliq Acoton uocāt: Fruticoſa eſt grauis odore. Flore oleris. Semē in Corniculis non breuibus gignit: ſimile renibus. quod dureſcit per menſes. Folia collectionibus imponunt̃. Difficulterq; parietibus adalligant̃. ita ut a ꝑtu ſtatī auferant̃. Quod ſi emortuus hereat: & ſecunde menſeſq; morentur: drachme pondere bibunt̃ in paſſo folia. Sic & ſuſpirioſis dant̃. & in uino uetere ad phalangioꝝ morſus. Radix diſcutiendis concoquendiſq; adhibet̃. Semen commanducatū uomitiōes facit.

CAP. XIIII. De Anonymo & Ariſtogetone.

Nonymos a non inueniendo nomīe nomē inuenit. affert̃ e Schytia celebrata & ab Hiceſio nō ꝑue autoritatis medico. Itē Ariſtogeton in uulneribus ꝓclara ex aq̃ tuſa & impoſita. Pota uero mammis ꝓcordiiſq; ꝑcuſſis. Item ſanguinem excreantibus. Putauerūt & bibēdā uulneratis. Fabuloſa arbitror: que adiciunt̃ recēte ea ſi urat̃: ferrum aut es ferruminari.

CAP. XV. De Aparine.

Parinen aliqui Omphacocarpon: alii Philanthropon uocant. ramoſā. hirſutā. q̃nis ſēiſue ĩ orbē circa ramos foliis per interualla. ſemē rotundū. durū. cōcauū. ſubdulce. Naſcitur in frumētario agro aut hortis pratiſue aſpitate etiā ueſtiū tenaci/ Efficax contra ſerpentes ſemine poto ex uino drachma & contra phalangia. Sāguīs abundantiam ex uulneribus reprimūt folia impoſita. Succus auribus infunditur.

CAP.XVI. De Arctio:ſiue Arcturio.

Rction aliqui potiuſ Arcturion uocant:ſimiliſ eſt uerbaſco foliiſ. niſi ꝙ hirſutiora ſunt caule longo molli. ſemini cymini. Naſcit̃ in petroſiſ.radice tenera. alba. dulciq;. decoquit̃ in uino ad dentium dolorẽ ita ut contineatur ore decoctum. Bibit̃ ꝓpter iſchiada & ſtranguriam ex uino. Amboſtiſ imponit̃ & ꝑnionibuſ. fouet̃ eadẽ cum radice ſemine trito in uino.

CAP.XVII. De Aſpleno ſiue Hemiono.

Splenon ſunt qui Hemionon uocant: foliiſ trientalibuſ multiſ.radice limoſa. cauernoſa. ſicut filiciſ candida. hirſuta. nec caulẽ nec florẽ nec ſemẽ habet. Naſcit̃ in petriſ. parietibuſ opaciſ. humidiſ. Laudatiſſima in Creta. Huiuſ foliorum iure in aceto decocto per dieſ. xxx. poto: lyenẽ abſumi aiunt. Et illinũt̃. Eadem aũt ſedant ſingultuſ. non danda feminiſ qm̃ ſterilitatem facit.

CAP.XVIII. De Aſclepiade.

Sclepiaſ folia hedere habet. Ramoſ lõgoſ. radiceſ numeroſaſ. tenueſ. odorataſ. florem aureũ. graue ſemẽ. ſerrulatũ. Naſcit̃ in montibuſ. Radiceſ torminibuſ medent̃. & contra ſerpentiũ ictuſ nõ ſolũ potũ: ſed etiam illitum.

CAP.XIX. De Aſtere ſiue Bubonio.

Ster ab aliquibuſ Bubonion appellat̃: qm̃ inguinũ preſentaneũ remedium eſt. Cauliculuſ foliiſ oblongiſ duobuſ aut tribuſ in cacumine capitula ſtelle mõ radiata. Bibit̃ aduerſuſ ſerpẽteſ: ſed & ad inguinũ medicinã. ſiniſtra manu decerpi iubent: & iuxta cinctuſ alligari. Prodeſt & coxendiciſ dolori adalligata.

CAP.XX. De Aſcyroide.

Scyron & Aſcyroideſ ſimilia ſunt inter ſe. ſed Aſcyron maioreſ habet ramoſ. qui Aſcyroideſ uocant̃ ferulaceoſ omnino rubenteſ. capituliſ paruiſ luteiſ. Semẽ in cauliculiſ puſillũ. nigꝝ. reſinoſum. come tincte uelut cruẽtate. q̃ decauſa quidã hanc Androſemon uocauere. Vſuſ ſeminiſ ad iſchiadicoſ potuſ duabuſ drachmiſ: in hydromelitiſ ſextario. Aluũ ſoluit. Bilem detrahit. Illinit̃ & ambuſtiſ.

CAP.XXI. De Aphace.

Phace tenuia admodũ folia habet puſilla. Altior lenticula eſt. Siliquaſ maioreſ fert: in quibuſ terna aut q̃terna ſemina ſunt nigriora & madidiora & minora lẽticula. Naſcit̃ in aruiſ. Natura ei ad ſpiſſandũ efficacior q̃ lenti. Reliquo uſu eoſdẽ effectuſ habet. Stomachi aluiq; fluctioneſ ſiſtit ſemen decoctum.

CAP.XXII. De Alcibio.

Lcibion qualiſ eſſet herba apud autoreſ non repperi. Sed radicem eiuſ & folia trita ad ſerpẽtiſ morſuſ imponi & bibi iubent. Folia quãtum manuſ capiat trita cum uini meri cyathiſ tribuſ. Aut radicem drachmarum trium pondere cum uini eadem menſura.

CAP.XXIII. De Alectoroſ lopho.

Lectoroſ lophoſ que apud uoſ Criſta dicitur: Folia habet ſimilia gallinacee Criſte plura. caulem tenuẽ & ſemen nigrũ in ſiliquiſ. utiliſ tuſſienſibuſ cocta cũ faba freſſa melle addito. & caligini oculorum. Solidũ ſemen conicit̃ in oculum. nec turbat. ſed in ſe caliginem cõtrahit. Mutat colorẽ. Sed ex nigra albicare incipit. & intumeſcit. ac per ſe exit.

CAP.XXIIII. De Alo: ſiue Symphyto petreo & Alga rufa.

Lum noſ uocãuſ Græci Symphyton petreũ ſile cunile bubule: Foliiſ puiſ rãiſ tribuſ aut q̃ttuor. radice a cacuminibuſ thymi ſurculoſũ odoratum guſtu dulce ſaliuam cienſ. longa radiceſ rutila. Naſcit̃ in petriſ: ideoq; Petreum cognominatum. Vtiliſſimum lateribuſ. lyenibuſ renibuſ. torminibuſ. pectoribuſ. pulmonibuſ. ſãguinẽ reiicientibuſ. faucibuſ aſperiſ. Bibitur radix trita & in uino decocta. & aliquando ſuperlinitur. Quin & commanducata ſitim ſedat. præcipueq; pulmonem refrigerat. Luxatiſ quoq; imponitur & conuulſiſ. Lyeni interaneiſ. Aluum ſiſtit cocta ĩ cinereſ Detractiſ quoq; folliculiſ trita cũ piperiſ nouẽ graniſ & ex aqua pota. Vulneribuſ ſanandiſ tanta præſtantia eſt: ut carneſ quoq; cũcoquunt̃ conglutinet addita. Vnde & Græci nomen impoſuere. Oſſibuſ quoq; fractiſ medetur Alga ruffa & ſcorpionũ ictibuſ.

CAP. XXV. De Actea.

Ctea graui foliorum odore caulibuſ aſperſiſ gẽiculatiſ: ſemine nigro ut hedere: bacciſ mollibuſ. Naſcitur in opaciſ & aſperiſ & aquoſiſ. Datur acetabulo pleno interioribuſ feminarum morbiſ.

CAP. XXVI. De Ampeloſagria.

Mpeloſagria uocatur herba foliiſ duriſ cineracei coloriſ: qualem in ſatiſ dixiuſ uiticuliſ longiſ calloſiſ rubentibuſ: qualiter floſ quẽ Iouiſ flammam appellãuſ: ignobiliſ. fert ſemem punici mali ſimile in aciniſ. Radix eiuſ decocta in aque cyathiſ terniſ additiſ uini Coi cyathiſ duobuſ aluum ſoluit leniter. Ideo hydropiciſ datur. Vulue uitia & cutiſ in facie mulierũ emendat. Iſchiadicoſ quoq; uri hac herba ꝓdeſt tuſa cum foliiſ & illita cum ſucco ſuo.

CAP. XXVII. De Abſinthio.

De Abſcinthio

Bſinthii genera ſunt plura. Santhonicum appellat̃ a Gallie ciuitate. Ponticũ a Ponto: ubi pecora pingueſcũt illo: & ob id ſine felle repertuntur. Neq; aliqd̃ præſtantiuſ. Multũq; Italico amariuſ. ſed medulla pontici dulciſ. De uſu eiuſ cõuenit dicere herbe facilime atque inter paucaſ utiliſſime. Præterea ſacriſ populi Romani celebratę peculialiter. Siquidẽ Latiniſ feriiſ quadrige certant in capitolio: uictorq; Abſinthiũ bibit. Credo ſanitatem præmio dari honorifice arbitratiſ maioribuſ. Stomachum corroborat: & ob hoc ſapor eiuſ in uina transfertur: ut diximuſ. Bibitur & decoctum aq̃ ac poſtea nocte & die refrigeratũ ſub diuo decoctiſ ſex drachmiſ folioꝝ cum ramiſſuiſ in celeſtiſ aque ſextariiſ tribuſ. Oportet & ſalem addi. Vetuſtiſſime in uſu eſt. Bibitur & madefacti dilutum. Ita enim appellatur hoc genuſ. Diluti ratio ut quiſquiſ fuerit moduſ aque: tegatur per triduũ. Tritũ raro in uſu eſt. ſicut & ſuccuſ expreſſi. Exprimitur autem cum primum ſemen trugeſcit madefactum aqua triduo recenſ: aut ſiccum ſeptem diebuſ. Deinde coctum in ęneo uaſe ad tertiaſ. x. heminiſ in aque ſextariiſ. xlv. Iterumq; percolatum. Herba lente coquitur ad craſſitudinem melliſ q̃liter ex minore centaurio queritur ſuccuſ. Sed hic Abſinthii inutiliſ ſtomacho capitiq; eſt: cum ſit ille decoctuſ ſaluberrimuſ. namq; aſtringit ſtomachum. bilemq; detrahit. Vrinã cit. Aluũ emollit & in dolore ſanat. Ventriſ animalia pellit. Malaciã ſtomachi & inflãmationeſ diſcutit cũ ſale & nardo gallico. aceto exiguo addito. Faſtidia abſtergit. Concoctioneſ adiuuat. Cruditateſ detrahit cum ruta & pipere & ſale. Antiqui purgationiſ cauſa dabant. Cum marie aque ueteriſ ſextario ſeminiſ ſex drachmiſ: cũ tribuſ ſaliſ & melliſ cyatho. Efficatiuſ purgat duplicato ſale. Diligenter autem teri debet propter difficultatem. Quidam & impollenta dedere ſupradictum ponduſ: addito pullegio. Alii cõtra palyſim. Alii pueriſ folia in fico ſic ut amaritudiẽ

Malachia ſtomaci

ſallerent. Facile thoracem purgat cum Iride ſumptū. In regio morbo crudum bibit̃ cum apio aut adianto. Aduerſus inflationes calidū paulatim ſorbetur ex aqua. Iocineris cā cum gallico nardo. Lyenis cū aceto aut pulte aut fico ſumitur. Aduerſat̃ fungis ex aceto. Itē fiſco. Cicute ex uino. & muris aranei morſibus. Draconi mario Scorpionibus. Oculorum claritati multum confert. Epiphoris cum paſſo imponitur. Suggillatis cum melle. Aures eius decoctum uaporis ſuffitu ſanat. Aut ſi manat ſanies cum melle tritum. Vrinam ac menſes ciunt tres quattuorue ramuli cum gallici nardi radice una cyathis aque ſex. Menſes priuatim cum melle ſumptum. & in uellere appoſitum. Anginis ſubuenit cum melle & nitro. Epinyctidas ex aqua ſanat. Vulnera recentia prius quam aqua tangantur impoſitum. Pretereaq; capitis ulcera. Peculiariter ilibus imponitur cum Cypria cera. aut cū fico. Sanat & pruritus. Non dandū in febri. Nauſeas maris arcet in nauigationibus potum. Inguinum tumorem ī uētrali habitum. Somnos allicit olfactum: aut inſcio ſub capite poſitum. Veſtibus inſertum tineas arcet. Cimices ex oleo perunctis abigit & fumo ſi uratur. Atramentū librariū ex diluto eius temperatum litteras a muſcis tuetur. Capillum denigrat abſinthii cinis unguento roſaceoq; permixtus. Eſt & abſinthium marinum quod quidam Seriphium uocant probatiſſimum in Taphinis Egipti. Huius ramum iſiaci preferre ſolemne habent. anguſtius priore: minuſq; amarum: ſtomacho inimicū. Aluum mollit. pellitq; animalia interaneorum. Bibitur cum oleo & ſale. Aut in farine trimeſtris ſorbitione dilutum. Coquitur quantum manus capiat: in aque ſextario ad dimidias.

CAP. XXVIII. De Ballote ſiue Porro nigro.

Alloten alio nomine porrum nigꝝ Greci uocant: herbam fructicoſā. anguloſis caulibus nigris. hirſutis. foliis ueſtiētibus. maioribus q̄ porri & nigrioribus. graue olentibus. Vis eius efficax aduerſus canis morſus: ex ſale foliis tritis impoſita. Item ad condylomata coctis cinere in folio oleris. purgat & ſordida ulcera cum melle.

CAP. XXVIIII. De Botryde & Brauylla.

Otrys fructicoſa herba eſt luteis ramulis. Semen circa totam naſcitur. Folia Cicorio ſimilia. Inuenit̃ in torrentiū ripis. Medet̃ orthopnoicis. Hoc capadoces ambroſiam uocant: alii artemiſiā. Brauylla ſpiſſandi uim habet cotonei mali modo; nec amplius de ea tradunt autores.

CAP. XXX. De Bryo. Bupleuro: Catanance: & Cemo.

Ryon marina herba ſine dubitatiōe lactuce foliis ſimilis rugoſa ueluti cōtracta ſine caule ab ima radice exeuntibus foliis. Naſcitur in ſcopulis maxime. teſtiſq; terra comprehenſis. precipua ſiccandi ei ſpiſſandiq; uis. Et collectiones omnes inflāmationeſq; cohibēdi. precipue podagre: & qcquid refrigerare opus ſit. Bubleuri ſemē ad ictus ſerpentium dari reperio. Foueriq; plagas decocta ea herba. adiectis foliis Mori aut organi. Catanancen theſſalam herbam q̄lis ſit: a nobis deſcribi ſuꝑuacuū ſit: cum ſit uſus eius ad amatoria tantum. Illud non ab re eſt dixiſſe ad detegendas magicas uanitates electam ad hunc uſum coniectura: quoniam areſcens contraheret ſe ad ſpetiem unguium milui exanimati. Eadem ex cauſa & Cemos ſilebitur a nobis.

CAP. XXXI. De Galla.

Alla duorum generum eſt. Vna ſimilis Aro: Naſcitur in arationibus. Colligit̃ anteq̄ inareſcat. Vſuſq; eoſdē habet quos arum. Bibit̃ quoq; radix huius ad exinaniendas aluos. menſeſq; mulieꝝ. Item caules cū foliis in leguminibus decocti ſanāt tenaſmon. Alterum genus eius quidam Anchuſam uocant: alii Rinocliſiam. Folia Lactuce longiora. plumoſa. radice rubra: que ignes ſacros cum folio polente ſanat impoſita. Iecinoriſ autem uitia in uino albo pota.

CAP. XXXII. De Circeia herba & Circeio.

Irceia Strychno ſatiuo ſimili ſ eſt. flore nigro. puſillo. paruo ſemine ut milii naſcentiſ in qbuſdã corniculiſ. radice ſimipedali. treplici ferme aut quadruplici. alba. odorata. guſtuſ calidi. Naſcitur in apriciſ ſaxiſ. Diluitur in uino. Bibiturq; ad dolorem uulue & uitia. Macerari oportet in ſextariiſ tribuſ quadrãtem radiciſ tuſe ꝑ noctem & diem. Trahit eadem potione ſecundaſ ſemine. Lac minuit in uino aut mulſa aqua pota. Circeion cauliculuſ eſt tener duum cubitorum triangulo ſimiliſ foliiſ ſpinoſiſ circundatuſ. Spine molleſ ſunt. Folia bouiſ lingue ſimilia. minora ſubcandida. & in cacumine capitulata. purpureaſq; ſoluũtur in lanugineſ. Hanc herbã radicemue eiuſ ad alligatam doloreſ uaricum ſanare tradunt.

CAP. XXXIII. De Crategono.

Rategonon ſpice tritici ſimile eſt. multiſ calamiſ ex una radice manantibuſ. multorumq; geniculorum. Naſcitur in opaciſ ſemine milii: uehementer aſpero guſtu. Quod ſi bibant ex uino ante cenam tribuſ oboliſ in cyathiſ aque totidem mulier ac uir ante conceptum diebuſ quadraginta: uiriliſ ſexuſ partum futurum aiunt. Eſt & alia Crategonoſ: que Theligonoſ uocatur. Differentia intelligitur lenitate guſtuſ. Sunt qui florem Crategoni bibenteſ mulliereſ intra quadrageſimum diem cõcipere tradant. Eadem ſanant ulcera uetera nigra cum melle. explent ſinuſ ulcerum Et Atropha carnoſiora faciũt. Purulenta expurgant. Panoſ diſcutiunt. Podagraſ collectioneſq; omneſ leniunt. peculiariter mammarum. Theophraſtuſ arboriſ genuſ intelligi uoluit Crategonon ſiue Crategona quam Italia aquifolium uocat.

CAP. XXXIIII. De Crocodilo.

R ocodilion Chameleontiſ herbe nigre figuram habet. radice longa equaliter craſſa. odoriſ aſperi. Naſcitur in ſabuletiſ. pota ſanguinem per nareſ pellit copioſum craſſumq;. Atq; ita lienem conſumere dicitur.

CAP. XXXV. De Cynoſorchi.

Inoſorchin uel Cynoſarcimam: aliqui Orchin uocant foliiſ olee mollibuſ terniſ paruiſq; ſemipediſ longitudiniſ in terra ſtratiſ radice bulboſa: oblonga: duplici ordine. Superiore que durior eſt & inferiore: que mollior. eduntur ut bulbi cocti in uineiſ forte inuenti. Ex iiſ radicibuſ ſi maiorem edant uiri mareſ generari dicuntur Si minorem: femine. Alterum ſexum. In Theſſali a molliorem in lacte caprino uiri bibunt ad ſtimulandoſ coituſ. Duriorem uero ad inhibendoſ. Aduerſatur alter alteri.

CAP. XXXVI. De Chryſolachano.

Hryſolachanum in pineto lactuce ſimile naſcitur. Sanat neruoſ inciſoſ ſi cõfeſtim imponat̃. Et alibi genuſ Cryſolachani traditur. flore aureo: foliiſ oleriſ Coctum eſtur ut oluſ molle. Herba hec alligata morbum regium habentibuſ ita ut ſpectari ab iiſ poſſit: ſanare id malum traditur. De Cryſolachano nec ſatiſ dici ſcio. nec plura reperio. namq; & hoc uitio laborauere proximi utiq; herbarii noſtri quod ipſiſ notaſ ueluti uulgareſ ſtrictim & nominibuſ tantum indicauere: tanq̃m coagulo terre aluum ſiſti. ſtranguriam diſſolui ſi bibatur ex uino aut aqua.

CAP. XXXVII. De Coagulo.

O aguli folia trita cum aceto: ſerpentium ictibuſ: & ſcorpionũ mederi. Quidã alio hãc nomine Strumum appellãt: alii Grece Strygnon: acineſ habet nigroſ. Ex iiſ cyathuſ ſucci cum mulſi duobuſ: medetur lumbiſ. Item capitiſ dolo ribuſ cũ roſaceo in fuſuſ. Ipſa ſtrumiſ illita ſanandiſ. peculiariſ eſt: alpiniſ maxime fluminibuſ.

CAP.XXXVIII. De Conferua & cocco cnidio.

Onferua appellata a conferruminando: ſpongia aquarum dulcium ueriuſ quam muſcuſ aut herba uilloſe denſitatiſ atque fiſtuloſe. Curatū ea ſcio omnibuſ fere oſſibuſ confractiſ prolapſum ex arbore alta putatorem: circundata uniuerſo corpori aquam ſuam inſpergentibuſ quotienſ inareſceret. raroq; nec niſi deficientem herbam mutationiſ cauſa reſoluentibuſ conualuiſſe uix credibili celeritate. Cocco gnidio color cocci: magnitudo grano piperiſ maior uiſ ardenſ. Itaq; in pane deuoratur: ne adurat cum gulam trāſit. huic uiſ preſentanea contra cicutam. Siſtit aluum.

CAP.XXXVIIII. De Dypſaco.

Ipſacoſ folia habet lactuce. Bulboſaſq; ſpīoſaſ in dorſi medio. caulē duoꝝ cubitoꝝ iiſdē ſpiniſ horridū. genicula eiuſ biniſ foliiſ amplectentibuſ concauo alaꝝ ſinu in quo ſubſiſtit roſ ſalſuſ. In cacūine capitula ſūt echinata ſpiniſ. Naſcitur in aquoſiſ. Sanat rimaſ ſediſ. Itē fiſtolaſ decocta in uino radice uſq; dum ſit craſſitudo cere: ut poſſit in fiſtola collyrium mitti. Item uerucaſ omnium generum. Quidam & alarum quaſ ſupra diximuſ ſuccum illinunt iiſ.

CAP.XL. De Dryopteride & Dryphono.

Ryopteriſ filici ſimiliſ in arboribuſ naſcitur: tēui foliorum ſubdulcium inciſura radice hirſuta. Viſ ei cauſtica ē. Ideo & pſilotrum eſt radix tuſa. illinitur enī uſq; dum ſudoreſ euocet. iterumq; & tertio: ita ne ſudor abluatur. Dryphonon ſimiliſ herba eſt cauliculiſ tenuibuſ cubitalibuſ circundatiſ utrinq; foliiſ pollicari amplitudīe q̃libuſ & oxymyrſine. Sed candioribuſ mollioribuſq;: flore candido Sambuci. Edūt cauliculoſ decoctoſ. Semine uero eiuſ pro pipere utuntur.

CAP.XLI. De Elatine.

Latine folia habet caſie puſilla piloſa rotunda: ſemipedalibuſ ramuliſ quiniſ ſeniſue a radice ſtatim folioſiſ. naſcit̃ in ſegetibuſ. Acerba guſtu. & ideo oculoꝝ fluctionibuſ efficax: foliiſ cum polenta tritiſ & impoſitiſ: ſubdito linteolo. Eadē cū lini ſemine cocta ſorbitioniſ uſu a dyſenteria liberat.

CAP.XLII. De Empetro ſiue Calcifraga.

Mpetron quam noſtri Calcifragā uocant. naſcitur in montibuſ maritimiſ fere in ſaxo quod propiuſ mari fuerit. ſalſa eſt: potaq; bilem trahit ac pituitaſ quo longiuſ magiſq; teritur amarior ſentitur. trahit aquam ſumitur autē in iure aliquo: aut in hydromelite. Vetuſtate uireſ perdit. recenſ urinaſ cit decoctum in aqua uel tritum. calculoſq; frangit. Qui fidem promiſſo huic querunt: affirmant lapilloſ qui ſub feruefiant una rumpi.

CAP.XLIII. De Epicacti ſiue Elleborine: & Epimedio: & Enneaphyllo.

Picactiſ ab aliiſ elleborine uocatur: parua herba exiguiſ foliiſ iocineriſ uitiiſ utiliſſima: & contra uenena pota. Epimedion cauliſ eſt non magnuſ hedere foliiſ deniſ atq; duodeniſ. nunquam florenſ. radice tenui nigra graui odore. Naſcit̃ in humidiſ: & huic ſpiſſandi refrigerandiq; natura. Feminiſ cauenda. Folia in uino trita uirginum māmaſ cohibent. Enneāphyllon longa folia nona habet: cauſtice nature. Imponitur lana circumdata ne urat latuſ. continuo enim puſtulaſ excitat lumborū doloribuſ & coxendicum utiliſſimum.

CAP.XLIIII. De Filice.

Ilicis duo genera nec florē habent nec ſemē: Pterin Greci uocāt: alii Blachnon cuiuſ ex una radice q̃pluresſ exeūt filiceſ: bina etiā cubita excedenteſ lōgitudīe.

non graueſ odore. Hanc marem exiſtimant. Alterum genuſ Thelypterin Greci uocāt alii nympheopterin. Eſt autē ſiugulariſ atq; non fructicoſa breuior molliorq; & dēſior foliiſ ad radicem canniculata. Vtriuſq; radice ſueſ pingueſcunt. Folia utriſq; lateribuſ pennata unde nomen Greci impoſuere. Radiceſ utriq; longe in obliquum. nigre: precipue cum maruere. Siccari autem eaſ ſole oportet. Naſcuntur ubiq;: ſed maxime frigido ſolo. Effodi debent uergiliiſ occidentibuſ. Vſuſ radiciſ intrimatu tm̄: neq; ante nec poſtea. Pellunt teraneorum animalia. Ex iiſ tineaſ cū melle. Cetera ex uino dulci triduo pote. Vtraq; ſtomacho utiliſſima. Aluum ſoluit primo bilem trahēſ mox aquam meliuſ tineaſ cum ſcamonii pari pondere. Radix eiuſ duorum obolorum pondere ex aqua poſt uniuſ diei abſtinentiā bibitur: melle preguſtato contra rheumatiſmoſ. Neutra danda feminiſ: quoniam grauidiſ abortum: ceteriſ ſterilitatem facit. Farina earum ulceribuſ tetriſ inſpergitur. Iumentorum quoq; ceruicibuſ. Folia cimicem necant. Serpentē nō recipiunt. Ideo ſubſterni utile eſt in lociſ ſuſpectiſ. Vſte etiam fugant nidore. Fecere medici huiuſ quoq; herbe diſcrimem. Optima macedōica eſt. Secunda Caſſiopica.

CAP. XLV. De Femore bubulo: Galapſi: Glauce: & Glaution.

Emur bubulū appellatur herba neruiſ & ipſa utiliſ: recenſ in aceto ac trita ſale Galapſiſ aut ut alii Calactobdalon uel Galion. Caulem & folia habet urtice leuiora: & que grauem odorem trita reddant. Flore purpureo. Haſcitur circa ſepeſ ac ſemitaſ ubiq;. Folia cauleſq; duritiaſ & carcinōata ſeruant ex aceto trita & īpoſita. Item ſtrumaſ. Panoſ: & parocidaſ diſcutiūt. Ex uſu eſt & decocto ſucco fouere. Putreſcentia quoq; & grangrenaſ ſanat cum ſale. Glaux antiqtuſ & Galacton uocabāt cythiſo & lenticule foliiſ ſimiliſ auerſa candidiora. Rami in terram ſerpunt quini ſēiue admodum tenueſ ab radice. Floſculi purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in ſorbitione ſimilaginiſ ad excitandam ubertatem lactiſ. eamq; qui hauſerint balneiſ uti cōuenit. Glaucion in Syria & Parthia naſcitur humiliſ herba denſiſ foliiſ fere papaueriſ. minoribuſ tñ. ſordidioribuſq;. odoriſ te ri. guſtuſ amari. cū aſtrictione Granum habet crocei coloriſ hoc in olla fictili luto circunlitum in clibaniſ calefaciūt Deinde exempto ſuccum exprimunt eiuſdem nominiſ. Vſuſ eſt & ſucci & foliorum ſi terantur aduerſuſ epiphoraſ: que uniuerſe uno impetu cadunt. Hinc temperatur collyrium quod medici Diaglaucion uocant. Lactiſ quoq; ubertaſ intermiſſa reſtituitur. Summitur eiuſ rei cauſa ex aqua.

CAP. XLVI. De Glycyſide ſiue Peritorobo: ſiue Peonia.

Lycyſide. Quam aliqui peoniam: aut Pentorobon uocant: caulem habet duum cubitorum: comitantibuſ duobuſ aut tribuſ ſubrutilum cute lauri folia. qualia Iſſatiſ pinguiora rotundioraq; & minora. Semen in ſiliquiſ aliud grano rubente aliud nigro. Duo autem genera ſunt. Femina exiſtimatur cuiuſ radicibuſ ceu balani longioreſ circiter octo aut. vi. inherent. Maſ plureſ habet: quoniam non una radice nixuſ eſt. palmi altitudine: candidaq;. Ea guſtu aſtringit. Femine folia Mirrhā redolent. & denſiora ſunt. Naſcuntur in ſiluiſ. Tradūt noctu effodiendaſ quoniam pico martio impetum in oculoſ faciente interdiu periculoſum ſit. Radix uero cum effodiat̄ periculum eſſe ne ſedeſ procidant. Magna id uanitate ad oſtentationem rei fictum arbitror. Vſuſ in iiſ diuerſuſ. Rubra enī grana rubentiſ menſeſ ſiſtunt. xv. fere pota in uino nigro. Nigra grana uuluiſ medentur ex paſſo: aut uino totidē pota. Radix omneſ uentriſ doloreſ ſedat in uino aluūq; purgat Sanat opiſthotonū morbum regiū reneſ. ueſicam. Matricem autē & ſtomachum decocta in uino aluūq; ſiſtit. Eſtur etiā

Jon

contra malum mentiſ. Sed in medendo .iiii. drachme ſatiſ ſunt. Grana nigra auxiliant̃ & ſuppreſſionibuſ nocturniſ in uino pota quo dictum eſt numero. Stomacho uero & roſionibuſ & eſſe ea & illinere prodeſt. Suppurationeſ quoq; diſcutiuntur. Recenteſ nigro ſemine. uetereſ rubro. Vtrunq; auxiliatur a ſerpente percuſſiſ. Et pueriſ contra calculoſ incipiente ſtranguria.

CAP. XLVII. De Gnaphalio ſiue chamezelo.

Naphaliũ alii Camezelon uocant cuiuſ foliiſ albiſ mollibuſq; pro lomento utũt̃. Sane & ſil ia ſũt. Dat̃ in uino auſtero ad dyſenteriã. uentriſ ſolutioneſ. Mẽſeſq; mulierum ſiſtit. Infunditur autem tenaſmo. Illinitur & putreſcentibuſ ulcerum.

CAP. XLVIII. De Galedrago: Holco: & Hyoſiri: & Holoſteo.

Aledragon uocat Xenocrateſ Leucacantho ſimilem paluſtrem & ſpinoſã. caule ferulaceo alto: cui ſũmo in capite inhereat ſimile ouo. In hoc excreſcente etate uermiculoſ naſci tradit. quoſ pyxide conditoſ adalligari cũ pane prachio ad eã partẽ qua denſ doleat. mireq; illico dolorem tolli. Valere non diutiuſ anno & ita ſi terram non attigerit. Holcuſ in ſaxiſ naſcitur ſicciſ. Ariſtaſ habet in cacumine tenueſ culmo quale ordeum reſtibile. Hec circa caput ad alligata uel circa lacertum educit e corpe ariſtaſ. Hanc quidem ob id Ariſtidam uocant. Hyoſiriſ intubo ſimiliſ: ſed minor. & tactu aſperior. Vulneribuſ contuſa preclare medetur. Holoſteon ſine duritia herba ex aduerſo appellata a greciſ ſicut fel dulce tẽuiſ uſq; in capilamẽti ſpem: longitudĩe .iiii. digitorum ceu gramen foliiſ anguſtiſ aſtringẽſ guſtu. Naſcitur in collibuſ terrẽiſ. Vſuſ eiuſ ad conuulſa rupta in uino pota. Vulnera quoq; conglutinat. Nam & carneſ concoquuntur addita.

CAP. XLVIIII. De Hypophæſto: Hypogloſſa: & Hypecoo.

Ypophæſton naſcitur in ſpiniſ: ex quibuſ fiunt cortine fullonie ſine cauliculo ſine flore capituliſ tantum inanibuſ & foliiſ paruiſ multiſ: herbacei coloriſ. radiculaſ hñſ albaſ. molleſ. Succuſ eaꝝ exprimitur eſtate ad ſoluendam aluũ tribuſ oboliſ maxime in comicialibuſ morbiſ & tremoliſ. hydropiciſ. Cõtra uertigineſ. orthopnoeaſ peralyſeſ incipienteſ. Hypogloſſa folia habet figura ſilueſtriſ myrti concaua ſpinoſa & in iiſ ceu linguaſ folio paruo exeunte de foliiſ. Capitiſ dolorem corona ex iiſ ĩpoſita minuit. Hypecoon ĩ ſegetibuſ naſcitur: foliiſ rute. Natura eiuſ eadem: que papaueriſ ſucco.

CAP. L. De Idea: Iſopyro: ſiue Phaſelio: Latyride: Leontpoetalo: & Lycapſo.

Deæ herbe folia ſunt que oxymyrſine adherentiſ uelut pampini in quibuſ floſ Aluum menſeſq; & omnem abundantiam ſanguiniſ ſiſtit. Spiſſandi cohibendiq; naturã habet. Iſopyron uocant aliqui Phaſeiyon quoniam folium quod eſt aniſo ſile in pampinoſ torquetur. Capitula ſunt in ſummo capite tenuia plena ſeminiſ melanthii cõtra tuſſim & cetera pectoriſ uitia ex melle & aqua mulſa. Item iocineriſ utiliſſima. Lathyriſ folia habet multa lactuce ſimilia tenuiora germina multa in quibuſ ſemen tuniculiſ continetur ut cappariſ que cum inaruere: eximuntur grana piperiſ magnitudine cãdida dulcia facilia purgatu. Hec ĩ cena in aq̃ pura aut mulſa pota hydropicoſ ſanant. Trahunt & bilem. Qui uehementiuſ purgari uolunt: cũ folliculiſ ipſiſ ſũmunt eam: ſtomachum ledunt. Itaq; inuentum eſt ut cum piſce aut iure gallinacei ſũmerent̃ Leontopetalon alii Rhopadion uocãt folio braſſice caule ſemipedali leni cuiuſ ſemẽ in cacumine in ſiliquiſ ciceriſ modo. Radix rape ſimiliſ grandiſ nigra. naſcitur ĩ aruiſ. Radix aduerſatur omnium ſerpentium generibuſ ex uino pota: nec alia reſ celeriuſ proficit datur & iſichiadiciſ. Lycapſoſ longioribuſ quā lactuca eſt foliiſ. craſſioribuſq; caule longo hirſutiſ adnatiſ multiſ capituliſ flore paruo purpureo. Naſcitur in campeſtribuſ. Illinitur cum farina hordeacea igni ſacro. Sudoreſ in febribuſ mouet ſucco aque calide admixto.

CAP. LI. De Lythoſpermo.

Nter omneſ herbaſ Lythoſpermo nihil eſt mirabiliuſ. Alii quidem exonychon uocant. Alii Dyoſpiron. Alii Heraclion. herba quincuncialiſ fere foliiſ duplo maioribuſ quam rute. ramuliſ ſurculoſiſ craſſitudine iunci. Gerit iuxta folia ſingulaſ ueluti barbulaſ & in earum cacuminibuſ lapilloſ candore & rotunditate margaritarū magnitudine ciceriſ. Duritia uero lapidea. Ipſi qua pediculiſ adhereant cauernulaſ habent & intuſ ſemen. Naſcitur & in Italia. ſed laudatiſſimum in Creta. Nec qcq̄m inter herbaſ maiore quidem miraculo aſpexi. Tantuſ eſt decor uelut aurificum arte alterniſ inter folia candicantibuſ margaritiſ tam exquiſita difficultaſ lapidiſ ex herba naſcentiſ. Iacere atq; humi ſerpere autoreſ tradunt. Ego uulſam non herentem uidi. Iiſ lapilliſ drachme pondere potiſ in uino albo calculoſ frangi: pelliq; conſtat: & ſtrāguriam diſcuti. Neq; in alia herbarum fideſ eſt. uſu ſtatī ad quamcūq; medicinā natā Sic eſt autem eiuſ ſpetieſ ut etiam ſine autore uiſa ſtatim noſci poſſit.

CAP. LII. De Lapide uulgari: & Limeo herba: ſiue ueneno ceruario.

Apiſ uulgariſ iuxta flumina fert muſcū ſiccum canū. Hic fricatur altero lapide addita hominiſ ſaliua. Illo lapide tangitur impetigo qui tangit dicit. Pheugete canthärideſ lycoſ agrioſ hymaſ dioci. Limeum herba appellatur a Galliſ qua ſagittaſ in uenatu tingunt medicamento: quod uenenum Ceruarium uocant. Ex hac in treſ modioſ ſalinati additur tantum quantum in una addi ſolet. Ita offa dimittitur in boū faucibuſ in morbiſ. Alligari poſtea ad preſepia oportet donec purgentur. Inſanire. n. ſolent. Si ſudor inſequitur: aqua frigida perfundi.

CAP. LIII. De Leuce: ſiue Leucade: & Lecographide.

Euce mercuriali ſimiliſ nomen ex cauſa accepit per mediū folium cādida linea trauſcurrente. Quare Meſoleucon quidam uocant. Succuſ eiuſ fiſtolaſ ſanat Ipſa contrita carcinomata. fortaſſiſ eadam ſit: que Leucaſ appellatur: contra omnia marina uenena efficax. Spetiem eiuſ autoreſ nō tradunt nec aliud quā ſilueſtrem latioribuſ foliiſ eſſe: efficatiorem hanc ſemine acriore. Leucographiſ qualiſ eſſet: ſcriptū non repperi. Quod & magiſ miror quoniā utiliſ proditur ſanguinē excreātibuſ tribuſ oboliſ cum croco. Item celiaciſ trita ex aqua: & appoſita. Pro fluuio feminarum: Oculoꝝ quoq; medicamentiſ. & explendiſ ulceribuſ que fiunt in teneriſ ꝑtibuſ corpiſ.

CAP. LIIII. De Medio.

Edion folia habet iridiſ ſatiue: caulem trepedalem. & ī eo florem grandem purpureum rotundum ſemine minuto. radicem ſemipedalem. in ſaxiſ opaciſ naſcit̃ Radix drachmiſ duabuſ cum melle menſeſ feminarum ſiſtit eligmate per aliquot dieſ ſumpto. Semen quoq; in uino tritum contra abundantiam feminarum datur.

CAP. LV. De Myoſota: Myagro: Nigina: & Natrice.

Yoſota ſiue Moyſotiſ leuiſ herba: caulibuſ pluribuſ abuna radice aliq̄tenuſ rubentibuſ concauiſ abimo: foliiſ anguſtiſ oblongiſ dorſo acuto nigriſ ꝑ interualla aſſidue geminatiſ & tenuibuſ cauliculiſ ex taleiſ prodeuntibuſ: flore ceruleo. Radix digitali craſſitudine multiſ capillamētiſ fibrata. Viſ ei ſeptica & exulceratrix. ideoq; egilopaſ ſanat. Tradunt Egiptii menſiſ quem Thiatin uocant die. xxvii. fere in auguſto menſe incurrente ſi quiſ huiuſ berbe ſucco inungatur mane priuſq̄ loquat̃ non lippituꝝ eo anno. Myagroſ herba ferulacea eſt foliiſ ſimiliſ rubie tripedanea. Semē oleoſum: quod & fit ex eo. Medetur oriſ ulceribuſ perunctiſ hoc ſucco. Herba que uocatur Nigina tribuſ foliiſ lōgiſ intubaceiſ illita: cicatriceſ ad colorem reducit. Matrix uocatur herba: cuiuſ radix euulſa uiruſ irci redolet. hac in picēo a feminiſ abigūt quoſ mira perſuaſione fatuoſ uocant. Ergo ſpetieſ lymphantium hoc modo aniorum eſſe credimuſ qui tali medicamento iuuentur.

CAP. LVI. De Odonthite: Othona: Onoma: Onopordo: & Oſyri.

Donthiteſ inter feni genera eſt cauliculiſ denſiſ ab eadem radice geniculatiſ trianguliſ nigriſ geniculiſ folia parua habet longiora tamen quā polygonū. Semē in aliſ hordeo ſimile florem purpureū. puſillū: Naſcitur ī pratiſ. Decoctū cauliculoꝝ eiuſ in uino Auſtero quantum manuſ capiat: dentium dolori medetur: ita ut contineāt ore. Othona in Syria naſcitur: ſimiliſ eruce perforatiſ crebro foliiſ flore croci quare quidam Anemoneſ uocauerunt. Succuſ eiuſ oculorū medicamentiſ conuenit. Mordet enim leuiter & calfacit: aſtringitq; ſiccādo: purgat cicatriceſ & nubeculaſ: & quicquid obſtat. Quidam tradunt lauari: atque ita ſiccatam digeri in paſtilloſ. Onoma longa folia habet fere ad treſ digitoſ in terra iacentia tria ad ſimilitudinem Anchuſe inciſa ſn̄ caule ſine flore ſine ſemine. pregnanſ ſi edat eam aut ſupragradiatur: abortum facere dicitur. Onopordon ſi comederint aſini: crepituſ reddere dicuntur. Trahit urinaſ & menſeſ. Aluū ſiſtit. Suppurationeſ & collectioneſ diſcutit. Oſyriſ ramuloſ fert nigroſ tenueſ lentoſ & in iiſ folia nigra ceu lini. ſemenq; in ramuliſ nigrum initio dein colore mutato rubeſcenſ. Smegmata mulieribuſ faciunt ex iiſ Radicum decoctū potū ſanat arcuatoſ. Eedem priuſ quam matureſcat ſemen conciſe & ſole ſiccate: aluū ſiſtūt. Poſt maturitatem uero collecte & in ſorbitione decocte rheumatiſmiſ uentriſ medentur. & per ſe trite ex aqua celeſti bibuntur.

CAP. LVII. De Oxide: & Polyanthemo.

Xiſ folia terna habet. Datur ad ſtomachum diſſolutū. Edunt & qui Enterocelē habent. Polyanthemum: quam quidam Batrachion appellant: cauſtica ui exulcerat cicatriceſ: & ad colorem reducit. Eademq; uitiligineſ concorporat.

CAP. LVIII. De Polygono.

Olygonum Greci uocant quam noſ Sanguinariam. non attollitur a terra foliiſ rute ſimiliſ gramini ſuccuſ eiuſ infuſuſ naribuſ ſupprimit ſanginem: & potuſ cum uino cuiuſlibet partiſ profluuium excreationeſq; cruentaſ inhibet. Qui plura genera Polygoni faciunt: hanc marem intelligi uolunt appellariq; a multitudine ſeminiſ aut denſitate fruticiſ calligonon. Alii Polygonon a frequentia geniculoꝝ: alii Halmada alii Carninothron: alii Dema. Multi Myrthopetalon. Necnon inueniuntur q hāc feminam eſſe dicunt. Marem autem maiorem: minuſq; nigrā & geniculiſ denſiorem: ſemine ſub omnibuſ foliiſ turgeſcentem. Quocunq; hec modo ſe habeant. uiſ earū eſt ſpiſſare ac refrigerare. Semine aluum ſoluunt largiuſ ſumpto. urinam cient. rheumatiſmoſ cohibent. Qui ſi non fuere: non proſunt Stomachi feruori folia imponuntur. Veſice dolori illinuntur: & ignibuſ ſacriſ. Succuſ & auribuſ purulentiſ inſtillatur. Et oculorum dolori per ſe. Dabatur & in febribuſ ante acceſſioneſ duobuſ cyathiſ in tertianiſ q̄rtaniſue precipue. Itē colericiſ dyſentericiſ & in ſolutione ſtomachi. Tertiū genuſ Orion uocatur in montibuſ naſcenſ: arundini tenere ſimile. uno caule. Denſiſ geniculiſ. & in ſe fractiſ. foliiſ autem picee. radiciſ ſuperuacue. inefficatiuſ q̄ ſuperiore peculiare iſchiadiciſ. Quartum genuſ ſilueſtre appellatur pene arboriſ frutice radice lignoſa ſtirpe cedri rubicundum. ramiſ ſparti binum palmorum nigriſ geniculorum ternıſ q̄terniſq; articuliſ. Huic quoq; ſpiſſandi natura. Sapor malicotonei. Decoquit̃ in aqua ad tertiaſ: aut aridi farina inſpergitur. & oriſ ulceribuſ: & attritiſ partibuſ. Propter gingiuaꝝ uero uitia ipſa cõmanducatur. Nomaſ ſiſtit. omniaq;: que ſerpũt aut difficilem cicatricem habent. Priuatim uero ſanat a niue facta ulcera. Herbarii & ad anginaſ utuntur illa. Et in capitiſ dolore coronam ex ea imponunt. Et cõtra epiphoraſ collo circundant. In tertianiſ quidem ſiniſtra manu euulſam adalligant adeo contra profluuia ſanguiniſ. nec ullam magiſ aridam quam polygonum ſeruant.

CAP. LVIIII. De Pancratio.

Ancration aliqui Scyllã puſyllam appellare malunt: foliiſ albi lilii longioribuſ craſſioribuſq; radice bulbi magni colore ruffo. Aluum ſoluit ſucco cũ farina erui ſumpto. Vlcera purgat. hydropiciſ ſpleniciſq; cum melle datur. Alii decoquunt eam donec aqua dulciſ fiat. Eaq; effuſa radicem terenteſ digerunt in paſtilloſ ſole ſiccatoſ & poſtea utuntur ad capitiſ ulcera & cetera que repurganda ſunt. Itẽ ad tuſſim q̃ntũ tribuſ digitiſ apprehenderĩt in uino danteſ. Et ad lateriſ doloreſ aut ꝑipleumoniciſ eligma danteſ. Propter iſchiada in uino bibendũ. Et ꝓpter tormina menſeſq; ciẽdoſ.

CAP. LX. De Peplo.

Eploſ quam aliqui Sychen: alii Mecanion: alii Mecona aphrode uocãt ex una radice tenui fruticat foliiſ rute paulo latioribuſ. Semine ſub foliiſ rotũdo. minuſ candido quam papaueriſ. Inter uiteſ uero colligitur meſſibuſ. ſiccatęq; cum fructu ſuo ſubiectiſ aquiſ in quaſ excidant. Hoc poto aluuſ ſoluitur. Biliſ ac pituita detrahitur. Media potio eſt acetabuli menſura in aque mulſe heminiſ tribuſ: & cibiſ inſpergitur abſoniiſq; ad molliendam aluum.

CAP. LXI. De Periclymeno.

Ericlymenoſ fruticat & ipſa ex interuallo duo folia habenſ ſub candida mollia. In cacumine autem ſemen inter folia durum & quod difficile uelatur. Naſcitur in aruiſ ac ſepibuſ conuoluenſ ſe amminiculiſ quibuſcunq;. Semen eiuſ in umbra ſiccatũ tunditur & in paſtilloſ digeritur. Ii reſoluti dantur in uini albi cyathiſ tribuſ tricẽiſ diebuſ ad lienem: Eumq; urina cruenta aut per aluum abſumit: quod ĩtelligitur a decimo ſtatim die. Vrinam cient & folia & decocta: que & ortopnoiciſ proſunt: partum quoq; adiuuant. ſecundaſq; pellunt pota ſimili modo.

CAP. LXII. De Pelecino: Polygalo: Poterrio: ſiue Phroenino.

Elecinum in ſegetibuſ diximuſ naſci fructicoſam cauliculiſ: foliiſ ciceriſ. Semen in ſiliquiſ fert corniculorum modo aduncis terniſ quaterniſue quale Git nouimuſ amarum. ſtomacho utilem. Additur in antidotiſ. Polygalon palmi altitudinem petit: in caule ſummo foliiſ lenticule: guſtu aſtricto. Que pota lactiſ abundantiam facit. Poterrion: aut ut alii uocant Phroeninon uel Neuraſ large fruticat ſpiniſ retorrida. lanugine ſpiſſa. foliiſ paruiſ rotundiſ. ramuliſ longiſ. mollibuſ. lentiſ. tenuibuſ. flore longo. herbacei coloriſ. ſeminiſ nulli uſuſ. ſed guſtu acuto & odorato. Inuenitur in aquoſiſ collibuſ. Radiceſ habet duaſ aut treſ binum cubitorum in altitudine neruoſaſ candidaſ. firmaſ. Circunfoditur autũno & preciſo frutice dat ſuccum gummi ſimilem. Radix mira uulneribuſ ſanandiſ traditur precipueq; neruiſ uel preciſiſ illita. Decoctũ quoq; eiuſ cum melle potum diſſolutioneſ neruorum: & infirmitateſ & inciſuraſ iuuat.

CAP. LXIII. De Phalangitide: & Plythemate.

Halãgitiſ a quibuſdam Phalangion uocatur. Ab aliiſ Leucanthemon: uel ut in quibuſdã exemplaribuſ ĩuenio Leucacanthon. Ramuli ſunt ei nunq̃ pautioreſ duobuſ in diuerſa tendenteſ. Floſ candiduſ lilio rubro ſimiliſ ſemine nigro: lato ad lenticule dimidie figuram multo tenuiore: radice herbacei coloriſ. huiuſ folio uel flore ſemine auxiliantur contra ſcorpionum phalangiorumq; & ſerpentium ictuſ. Itẽ cõtra tormina. Phythema qualiſ ſit: deſcribere ſuperuacuum habeo cum ſit uſuſ eiuſ tantũ ad amatoria.

CAP. LXIIII. De Phyllo.

Hyllon a greciſ uocat̃: herba in ſaxoſiſ montibuſ femina magiſ herbacei coloriſ Caule tenui radice parua. Semine rotundo. papaueri ſimili. Hec ſui ſexuſ facit partuſ. Mareſ autem ſemine tantum differunt. quod eſt incipiente oliua. Vtrumq; bibitur in uino.

CAP. LXV. De Phelandrio: Phaleride: & Polyrthizo.

Helandrion naſcitur in paluſtribuſ folia apii. Bibitur ſemen eiuſ propter calculoſ & ueſice incommoda. Phaleriſ thyrſum habet longũ tẽuem ceu calamum in ſummo flore inclinatum. Semen ſimile Seſame. Et hoc calculoſ frãgit potum ex uío uel aceto uel cum melle & lacte. Item etiam uitia ueſice ſanat. Polyrrhizon folia hẽt myrti. Radiceſ multaſ. He tuſe dant̃ in uino cõtra ſerpenteſ. Proſũt & q̄drupedibuſ.

CAP. LXVI. De Perſonata.

Erſonata herba uulgariſ eſt eximii aduerſuſ ſcorpioneſ r emedii. Eadem contrita addita muria & oleo anginã eximie curari tradũt. p̃terea in q̄tal ibet laſſitudíe recreari defeſſoſ etiam cum obmuterint ſi ſubiiciatur lingue. Si deuoretur uomitionẽ ſequi ſalutarem.

CAP. LXVII. De Rheo ſiue Rha.

Heum quod & Rha affertur ex iiſ que ſupra pontũ ſunt regionibuſ. Radix coſto nigro ſimiliſ minor & ruffior paulo ſine odore: calfacienſ guſtu & aſtrigẽſ Eadem trita uini colorem reddit ad crocum inclinantem. illata collectioneſ inflãmationeſq; ſedat. Vulnera ſanat. Epiphoraſ oculorũ ſedat ex paſſo illita. Inſignita cũ melle. Et alia liuentia ex aceto. Farina eiuſ inſperigit̃ contra cacoete & ſanguinem reiicienteſ drachme pondere in aqua: Dyſentericiſ etiam & celiaciſ ſi febri careant in uino. Sin aliter ex aqua. Faciliuſ teritur nocte antecedente madefacta. Datur & decoctum eiuſ bibẽdum duplici menſura ad rupta conuulſa contuſiſ ex ſublimi deuolutiſ. Si pectoriſ ſit doloreſ additur piperiſ aliquid & myrrhe. Si diſſolutio ſtomachi ex frigida aqua ſumitur: ſiue intuſ ſiue extra purulentiſ excreationibuſ. Itẽ epaticiſ ſpleneticiſ iſchiadiciſ ad rhenum uitia. ſuſpiria orthopnoeaſ. Artherie ſcapriciaſ ſanat ex paſſo tribuſ oboliſ potiſ trita. aut decoctum eiuſ. Lichenaſ quoq; ex aceto impoſita purgat. Bibitur contra inflãmationeſ & perfrictioneſ: febreſ frigidaſ : ſingultuſ tormina aſperitateſ: capitiſ grauitateſ: melancolicaſ uertigineſ laſſitudinem. doloreſ & conuulſioneſ.

GAP. LXVIII. De Reſeda.

Irca Ariminum nota eſt herba quam Rheſedam uocant. Diſcutit colectioneſ. inflãmationeſq; omneſ. Qui curant ea: addunt hec uerba. Reſeda morboſ reſeda ſciſne ſciſne quiſ hic pulloſ egerit? Radiceſ nec caput nec pedeſ habeant. Hec ter dicunt: totienſq; deſpuunt.

CAP. LXVIIII. De Sthoeachade: & Solano.

Toechaſ in inſuliſ tantũ eiuſdem nominiſ gignitur. odorata herba. coma hiſopi amara guſtu. Mẽſeſ cit potu. Pectoriſ doloreſ leuat. Antidotiſ quoq; miſcet̃ Solanum Greci Strychnon uocant ut tradit Corneliuſ Celſuſ. Huic uiſ reprimendi refrigerandiq;.

· XXVII ·

CAP. LXX. De Smyrnio.

Myrnio caulem habet apii folia latiora & maxime circa ſtoloneſ multoſ: quorū a ſinu exiliunt pinguia ad terram infracta : odor medicato cum q̄dam acrīonia iucundo colore in luteum langueſcente a capitibuſ caulium orbiculato ut apii ſemīe rotundo nigro: qui areſcit incipiente eſtate. Radix quoq; odorata guſtu acri mordet ſuccoſa molliſ. Cortex eiuſ foriſ niger intuſ palliduſ. Odor mirrhe habet qualitatem: unde & nomen. naſcitur & in ſaxoſiſ collibuſ in terreniſ. uſuſ eiuſ ex calefacere: extēuare. Vrinam & menſeſ ciunt folia & radix. Aluum ſemen ſiſtit. Radix collectioneſ & ſuppurationeſ non uetereſ. Item duriciaſ diſcutit illita. Prodeſt & contra phalangia ac ſerpenreſ admixto canchri aut pollyne : aut meliſſophyllo in uino pota. ſed ꝑiculatī quoniam uniuerſa uomitionem mouet. Qua de cauſa aliqñ cum ruta datur. Medetur tuſſi & ortopnoee ſemen uel radix. Item thoraciſ aut lyeniſ & rhenum & ueſice uitiiſ. Radix autem ruptiſ conuulſiſ. Partuſ quoq; adiuuat: & ſecundaſ pellit. Datur iſchiadiciſ cum crethmo in uino. Sudoreſ ciet: & ructuſ. ideo inflationem ſtomachi diſcutit. Vulnera ad cicatricem perducit. Exprimitur ſuccuſ radiciſ utiliſ & feminiſ & thoraciſ precordiorumq; deſideriiſ. Calfacit enim & concoquit. & purgat. Semen peculiariter hydropiciſ datur potum. Quibuſ & ſuccuſ illinitur & malagmate cortice arido. Et ad obſonia utuntur cum mulſo & oleo & garo maxime in elixiſ carnibuſ ſimul. Concoctioneſ facit. Sapore ſimillima piperi. Eadem in dolore ſtomacho efficax.

CAP. LXXI. De Telephio.

Elephion portulace ſimiliſ & caule & foliiſ. Rami a radice ſeptēi octōiq; fruticāt foliiſ craſſiſ carnoſiſ. Naſcitur in cultiſ & maxime inter uiteſ. Illinitur lentigini & cum inaruit: teritur. Illinitur & uitiligini: terniſ fere menſibuſ ſeniſ horiſ noctiſ aut diei. poſtea farina hordeacea illinitur. Medetur & uulneribuſ & fiſtoliſ.

CAP. LXXII. De Trichomane.

Richomaneſ adianto ſimiliſ eſt. Exiliuſ modo nigriuſq;. Foliiſ lenticule denſiſ amariſ aduerſuſ īter ſe. Decoctū eiuſ ſtrāguriaſ ſanat in uino albo potū. addito Cymino ruſtico. Succuſ cohibet capilloſ defluenteſ: aut ſi effluxerint: reperat. Alopeciaſq; denſat tritum & in oleo illitum. Strenutamenta quoq; guſtatu mouet.

CAP. LXXIII. De Thalietro: & Thlaſpi.

Halietrum folia coriandri habet : pinguiora paulo. Caulem papaueriſ. Naſcit̄ ubiq; precipue in canpeſtribuſ. Medentur ulceribuſ folia cū melle. Thlapſe duū geneꝝ eſt anguſtiſ foliiſ digitali longitudine & latitudine in terram uerſiſ: in cacūine diuiſiſ. cauliculo ſemipedali. non ſine ramiſ peltarum ſpetie. ſemine incluſo lenticule effigie niſi quod infringitur. unde nomen. Floſ albicat. Naſcitur in ſemitiſ & ſepibuſ. Semen aſperi guſtuſ. Bilem & pituitam utrunq; extrahit. Modoſſu mendi acetabuli menſura. Prodeſt & iſchiadiciſ infuſum: & donec ſanguinem trahat. Menſeſ quoq; cit ſed partuſ necat: alterum Thlaſpin: aliq perſicon Sinapi uocant latiſ foliiſ radicibuſ magniſ. Et ipſum utile iſchiadicorum infuſioni . Prodeſt & inguinibuſ utrunq;. Precipitur ut qui colligit dicat ſumere ſe contra inguina. Et contra omneſ collectioneſ & contra uulnera. unaq; manu collat.

CAP. LXXIIII. De Tragonia: Tragone: ſiue Tragio: Trago: & Tragologo.

Ragonia herba qualiſ ſit non traditur. Credo & falſū eſſe promiſſum Democriti portentoſum enim eſt adalligatam triduo abſumere lyeneſ. Tragoniſ ſiue tragiō naſcitur in Creta tantum inſula in maritimiſ. Iunipero ſimiliſ & ſemine & folio & rāiſ.

Succuſ eiuſ lacteuſ in gummi ſpiſſatuſ uel ſemen impoſitione ſpicula e corpore eiicit. Tunditur recenſ : & cum uino illinitur aut ſicce farina cum melle. Eadem lactiſ abundantiam facit·mammiſq; unice medetur. Eſt & alia herba Tragoſ: quam aliqui ſcorpion uocant : ſemipede alta fruticoſa : foliiſ puſilliſ racemiſ rubentibuſ grano tritici acuto cacumine & ipſa in maritimiſ naſcenſ. Huiuſ ramorum . x. aut . xii. cacumina trita ex uino pota celiaciſ dyſētericiſ: ſanguinē excreātibuſ menſiúq; abūdantie auxiliantur. Eſt & Tragologon quam alii Comen uocant. Caulem habet paruum: foliiſ crocei: radice longa: dulci ſuper caulem calice lato nigro. Naſcitur in aſperiſ ſine uſu. Et de herbiſ quidem memoria digna hactenuſ accepimuſ aut comperimuſ.

CAP. LXXV. De diuerſitate uirium in herbiſ pro diuerſitate etatum & de herbiſ quedam in genere.

i N fine earum admonere non ab re iudicamuſ: aliiſ aliaſ uirium etateſ eſſe. Longiſſimo tempore durat. Elaterium ut diximuſ. Chlameleon niger. xl. anniſ Centaurium non ultra duodecim. Peucedanum & Ariſtolochia ac uitiſ ſilueſtriſ āno in umbra ſeruantur. Et animaliū quidē ceterorum nullum aliud radiceſ a nobiſ dictaſ attingit: excepta ſpondyle . que omneſ perſequitur. Genuſ id ſerpentiſ eſt. Ne illud quidem dubitatur omnium radicum uim effectuſq; minui ſi fructuſ priuſ matureſcāt. Item ſeminum ante radice propter ſuccum inciſa, reſoluitur autem omnium uiſ conſuetudine. Et deſinunt prodeſſe cum opuſ eſt : que cottidie in uſu fuere : eque quam nocere. Omneſ uero herbe uehementioreſ effectu uiribuſq; ſunt in frigidiſ lociſ & in aquiloniſ. Item ſicciſ. Sunt & gentium differentie non mediocreſ ſicut accepimuſ de tineiſ lōbriciſq; ieſſe Egipti Arabie Syrie Cilicie populiſ. E diuerſo Grecie Phrygie omnino non naſci. Minuſ id mirum quam ꝙ in confinio Attice Boetieq; Thebaniſ innaſcūtur cum abſint Athenienſibuſ. Que contemplatio aufert noſ ad ipſorum animaliū naturaſ. Ingenitaſq; iiſ uel certioreſ morboꝝ omniū medicinaſ rurſuſ. Eniuero rerum omnium parenſ nullum animal ad hoc tantum ut paſceretur: aut alia ſatiaret naſci uoluit. Quin arteſ ſalutareſ inſeruit & uiſceribuſ. Quippe cum ſurdiſ etiā rebuſ inſeruerit. Tum uero illa anime auxilia preſtantiſſima ex anima alia eſſe uoluit contemplatione ante cuncta mirabili.

Spondyle.

Vis herbaꝝ pro Loci natura ·

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VIGESIMVS SEPTIMVS. DE QVIBVSDAM HERBIS ET MEDICINIS FINIT. INCIPIT VIGESIMVS OCTAVVS. DE MEDICINIS EX HOMINE ET MAGNIS ANIMALIBVS FOELICITER.

CAP. I. Deteſtatio eorum qui curari hominem humano ſanguine uoluerunt.

D Ictæ erant omnium reꝝ naturæ inter coelum ac terrā naſcentiū. Reſtabantq; : quæ ex ipſa tellure fodiuntur: ſi non hærbarum : ac fruticū tractata remoedia aufferrēt tranuerſoſ: ex ipſiſ animalibuſ quæ ſanantur reperta maioræ moedicina. Qui ergo dixiuſ herbaſ & florum imagineſ: ac pleraq; inuētu rara ac difficilia: udē tacebiuſ quid in ipſo homine proſit homini? Cæteraq; genera remediorum inter noſ uiuentia? Cum præſertī niſi carenti doloribuſ morbuſq;

palma p̄conio Vrbiſ, Martia eſt, Inter reliq̄ deum munera urbi tributa. Vocabat̄ hec
quōdā Aufeia. fonſ aūt ipſe Piconia. Oritur in ultimiſ montibuſ Pelignorum tranſit
Marſoſ & Fucinū lacū Romā nō dubie petēſ. mox ſpecu merſa ī Tyburtino ſe apit
nouē milibuſ paſſuū fornicibuſ īſtructiſ ꝑducta in urbē. Primuſ eā ī urbē ducere auſpicatuſ
ē Ancuſ Martiuſ, unuſ e regibuſ. Poſtea. M. Tituſ in pretura. Rurſuſq; reſtituit

Aqua virgo ·

. M. Agrippa. Idem & Virginem adduxit ab octaui lapidiſ diuerticulo: duo
milia paſſuum: Preneſtina uia. Iuxta eſt Herculaneuſ riuuſ: quem refugienſ
Virginiſ nomen obtinuit. Horum amnium comparatione differentia ſupradicta deprehenditur
cum quantum Virgo tactu preſtat: tantum preſtet Marthia hauſtu.
Quanq̄ utriuſq; iampridem urbi periit uoluptaſ ambitione auariciaq; ī uillaſ ac ſuburbana &

Ratio inueniendi aquas ·

detorquentibuſ publicam ſalutem. Non abre ſit, querendi aquaſ iunxiſſe rationē.
Reperiuntur ī conuallibuſ maxime. & quodam cōuexitatiſ cardine aut mōtiū
radicibuſ. Multi ſeptentrionaleſ ubiq; parteſ aquoſaſ exiſtimauere. q̄ in re uarietatē
nature aperuiſſe conueniet. In Hyrcaniſ montibuſ a meridiano latere non pluit:
ideo ſiluigeri ab Aquiloniſ tantum parte ſunt. At Olympuſ Oſſa Parnaſuſ Appenninuſ
Alpeſ undiq; ueſtiuntur: Amnibuſq; perfunduntur. Aliqui ab auſtro ſicut in
Creta Albi monteſ. Nihil ergo in iiſ perpetue obſeruationiſ indicabitur. Aquarum
ſunt note iuncuſ aut harundo: aut herba: de qua dictum eſt. Multumq; alicui loco
pectore incubanſ rana. Salix enim erratica & alnuſ aut uitex aut hedera ſponte proueniunt
& corriuatione aque pluuie in locum humiliorem e ſuperioribuſ defluentiſ
augurio fallaci. Certior multo nebuloſa exhalatio eſt ante ortum ſoliſ longiuſ intuentibuſ.
Quod ex edito quidam ſpeculantur proni terram mento attingente. Eſt
& peculiariſ eſtimatio peritiſ tantum nota: quam feruentiſſimo eſtu ſequuntur dieiq;
horiſ ardentiſſimiſ: qualiſ ex quoq; loco repercuſſuſ ſplendeat. Nam ſi terra ſitiente
humidior eſt ille: indubitata ſpeſ promittitur. Sed tanta intentione oculorum opuſ
eſt ut indoleſcant. Quod fugienteſ ad alia experimenta decurrunt loco in altitudinē
pedum quinq; defoſſo. Olliſq; e figlino opere crudiſ aut peruncta pelui erea coopto
lucernaq; ardente concamerata frondibuſ: dein terra: Si figulinum humidum ruptūue
aut ſi in ere ſudor uel lucerna ſine defectu olei reſtincta: aut etiam uelluſ lane madidū
repiatur: non dubie promittitur aquaſ. Quidam & igne priuſ excolunt locum: tanto

promittūt ·

efficatiore uaſorum argumento. Terra uero ipſa promittit candicantibuſ maculiſ
aut tota glauci coloriſ. In nigra enim ſcaturigineſ non fere ſunt perenneſ. Figulariſ
creta ſemper adimit ſpeſ. Nec ampliuſ puteum fodiunt coria terre obſeruanteſ ut a
nigra deſcendat ordo ſupradictuſ. Aqua ſemper dulciſ in argilloſa terra. Frigidior
in Tofo. Nanq; & hic probatur. Dulceſ enim leueſq; facit. & colando continet ſordeſ.
Sabulum exileſ limoſaſq; promittit. Glarea incertaſ uenaſ: ſed boni ſaporiſ.
Sabulum maſculinum: & harena carbunculoſa certaſ ſtabileſq; & ſalubreſ. Rubra
ſaxa optimaſ ſpeiq; certiſſime. Radiceſ montium ſaxoſe. & ſilex. hoc ampliuſ rigēteſ.
Oportet autem fodientibuſ humidioreſ aſſidue reſpondere glebaſ: faciliuſq; ferramēta
deſcendere. Depreſſiſ puteiſ ſulphurata uel aluminoſa occurrentia, puteárioſ necāt.
Experimentum huiuſ periculi eſt demiſſa ardenſ lucerna ſi extinguatur. Tunc ſecūdū
puteum dextra ac ſiniſtra fodiuntur eſtuaria, que grauiorem illum halitum recipiant.

Fit & ſine biſ uitiiſ altitudĩe ipſa grauior aer: quem emendāt aſſiduo liteoꝝ iactatu euentilando, donicum ad aquam uentum eſt, Sine harena tofo ſurgit: ne uene obſtruantur. Quedā aque uere ſtatim incipiente frigidioreſ ſunt. quarum non in altū origo eſt: hybernis enim conſtāt hymbribuſ. Quedā caniſ ortu: ſicut ĩ Macedonia apparet. Vtrunq; ante oppidum Pellam. Incipiente enim eſtate frigida ē paluſtriſ. dein maximo eſtu: in excelſioribuſ oppidi riget. Hoc & in Chio euenit ſimili ratiōe portuſ & oppidi. Athenis Enneacrunoſ nimboſa eſtate frigidior eſt q̄ puteuſ in Iouiſ hortō, at ille ſiccitatibuſ riget. Maxime autem putei circa arcturum. Nam ipſa eſtate deficiūt. omneſq; quatriduo eo ſubſidunt. Iam uero multi hyeme tota ut circa olympum uere primum aquiſ redeuntibuſ. In Sicilia quidem circa Meſſanam & Mylaſ hyeme in totum inareſcunt fonteſ. Eſtate exundant amnemq; faciunt. Appollonie in Ponto fonſ iuxta mare eſtate tantum ſuperfluit. & maxime caniſ ortu. parciuſ ſi frigidior ſit eſtaſ. Quedam terre hymbribuſ ſiccioreſ fiunt: uelut in Narmenſi agro: quod admirandiſ ſuiſ inſeruit. M. Cicero: ſiccitate lutum fieri ꝓdēſ hymbre autem puluerem. Omniſ aqua hyeme dulcior eſt. Eſtate autem minuſ. Autumno minime. Minuſq; per ſiccitateſ. Neq; equaliſ amnium plerunq; guſtuſ eſt: magna aluei differentia. Quippe taleſ ſunt aque qualiſ terra per quam fluunt. qualeſq; herbarum quaſ lauāt ſucci. Ergo iidem amneſ parte aliqua reperiūtur inſalubreſ. Mutant ſaporem & influēteſ riui, ut Boryſthenem: uictiq; diluuntur. Aliq uero & hymbre mutantur. Ter accidit in Boſphoro: ut ſalſi deciderent: necarentq; frumenta. Totienſ & Nili rigua pluuię amara fecere: magna peſtilentia Egypti. Naſcuntur fonteſ deciſiſ plerunq; ſiluiſ: quoſ arborum alimenta conſumebant. Sicut in hemo obſidente Galloſ Caſſandro: cum ualli gratia ſiluaſ cecidiſſent. Plerunq; uero damnoſi torrenteſ corriuantur detracta collibuſ ſilua continere nymboſ ac digere conſueta. Et coli moueriq; terram callumq; ſumme cutiſ ſolui aquarum intereſt. Proditur certe in Creta expugnato oppido quod uocabatur Arcadia: ceſſaſſe fonteſ amneſq; qui ĩ eo ſitu multi erāt. Rurſuſ cōdito poſt ſex annoſ emerſiſſe uti queq; cepiſſent parteſ coli. Terre quoq; motuſ profundunt ſorbētq; aquaſ ſicut circa pheneum Arcadie quinquieſ accidiſſe conſtat. Sicut & in Corico monte amniſ erupit. poſtea q̄ ceptuſ eſt coli. Illa mutatio mirabiliſ: nulla euidente cauſa apparet: Sicut in Magneſia calidaſ factaſ frigidaſ, aliaſ non mutato ſapore. Et in Caria ubi Neptunni templum eſt, amniſ qui fuerat ante dulciſ, mutatuſ in ſalem. Eſt & illa miraculi plena, Arethuſam Syracuſiſ fimum redolere propter Olympia: ueriq; ſimile quoniā alpheuſ in ea inſula ſub ima maria permeet. Rhodiorum fonſ ĩ Cherōneſo nono anno purgamenta egerit. Mutātur & coloreſ aquarum: ſicut Babylonie lacuſ eſtate rubraſ habet diebuſ undecim. Et Boryſtheneſ eſtatiſ temporibuſ ceruleuſ ferē quanq̄ omnium aquarum tenuiſſimuſ. Ideoq; innatanſ Hypani. in quo & illud mirabile. Auſtriſ flantibuſ ſuperiorem Hypanin fieri. Sed tenuitatiſ argumentum & aliud eſt: quod nullum halitum non modo nebulam emittit. Qui uolunt diligenteſ circa hoc uideri dicunt aquaſ grauioreſ poſt Brumam fieri.

opus

Aque: que ſubito oriunt & deſinut.

Aqua hyeme dulcior: eſtate minus.

Peſtilentia Aegypti

Mutatio aquaꝝ mirabilis.

In Magneſia.

In Caria.

Arethuſa

Boryſthenes

Hypanis.

CAP. IIII. De ratione ducēdaꝝ aq̄ꝝ: & qūo medicatiſ utendum.

c Eteꝝ a fonte duci fictilibuſ tubiſ: utiliſſimum eſt: craſſitudine binū digitorum cōmiſſuriſ pyxcidatiſ, ita ut ſuperior ĩtret calce uiua ex oleo leuigatiſ. Libramētū aque ĩ cētenoſ pedeſ ſurſum elici: minimū erit ſi uno cuniculo ueniet ĩ binoſ actuſ lamĩe eſſe debebūt. per quaſ ſurgere in ſublime opuſ fuerit; e plumbo. ſubit altitudinē exortuſ ſui. ut ſi lōgiore tractu ueniat ſubeat crebra: deſcēdatq; liberamēta ne pereãt fiſtulaſ denũ pedũ longitudiniſ eſſe; legittimum eſt. Et ſi quinarie erunt: ſexagena pondo pendere. Si octonarie centena. Si denarie cẽtena uicena: ac deinde ad haſ portioneſ. Denaria appellatur: cuiuſ lamine latitudo ãteq̃ curuetur digitorum decem eſt. dimidioq; eiuſ quinaria. In anfractu enim colliſ quinariam fieri: ubi dometur impetuſ: neceſſarium eſt. Item caſtella prout reſ exiget. Homerum calidorum fontium mentionem nõ feciſſe demiror: cũ alioqui lauari calida frequẽter indiceret. uidelicet quia medicina tunc non erat hec: que nunc aquaꝝ ꝑfugio utitur. Eſt autem utiliſ ſulphurata neruiſ. Aluminata paralyticiſ aut ſimli morbo ſolutiſ. Bituminata aut nitroſa qualiſ Cutilia utiliſ eſt bibendo quoq; purgationibuſ. Pleriq; in gloria ducũt: plurimiſ horiſ perpeti calorem earum: quod eſt inimiciſſimũ. Namq; paulo diutiuſ q̃ balneiſ uti oportet. ac poſtea frigida dulci nec ſine oleo diſcedẽtibuſ quod uulguſ alienũ arbitratur idcirco non alibi corporibuſ magiſ obnoxiiſ. Quippe & uaſtitate odoriſ capita replentur. & frigore infeſtantur ſudãtia. reliqua corporum parte merſa. Similiſ error quo quidam plurimo potu gloriantur. uidiq; iã turgidoſ bibendo: intantum ut annuli integerentur cute: cum reddi non poſſet hauſta multitudo aque. Nec hoc ergo fieri conuenit ſine crebro ſaliſ guſtu. Vtuntur & ceno fontium ipſorum utiliter: ſed ita ſi in litum ſole mareſcat. Nec uero omneſ que ſint calide: medicataſ eſſe credẽdũ: ſicut ĩ Segeſta Sicilie. Lariſſa. Troade. Magneſia. Melo. Lipara. Nec decolor ſpecieſ eriſ argẽtiue: ut multi exiſtimauere: medicaminũ argumentum eſt. quando nihil eorum in patauiniſ fontibuſ: ne odoriſ quidem differentia aliqua deprehenditur. Medendi moduſ idem & in mariniſ erit: que calefiunt ad neruorum doloreſ ferruminandaſ fracturaſ oſſaq; contuſa. Item ad corpora ſiccanda: Qua decauſa & frigido mari utuntur. Preterea eſt aliuſ uſuſ multiplex. Principaliſ uero nauigandi pthiſi affectiſ ut diximuſ: aut ſanguinẽ egerẽtibuſ: ſicut proxime anneũ Gallionẽ feciſſe poſt conſulatum meminimuſ. Neq; enim egyptuſ propter ſe petitur: ſed propter longinquitatem nauigandi. Quin & uomitioneſ ipſe inſtabili uolutatione commote pluribuſ morbiſ capitiſ oculorum pectoriſ; medentur Omnibuſq; propter que helleborum bibitur. Aquam uero mariſ per ſeſe efficatiorẽ diſcutiendiſ tumoribuſ putãt medici. ſi illa decoquatur hordeacea farina ad parotidaſ emplaſtriſ etiam maxime albiſ & malagmatiſ miſcent. Prodeſt & infuſa crebro ictu. Bibitur quoq; q̃uiſ nõ ſine iniuria ſtomachi ad purganda corpora bilemq; atram aut ſanginem concretum reddendum alterutra parte. Quidam & in quartaniſ dedere eã bibẽdam. Et in tenaſmiſ articularibuſq; morbiſ adſeruatam: & ĩ hoc uetuſtate uiruſ deponentem. Aliqui decoctam: omneſ ex alto hauſtam nullaq; dulcium mixtura corruptam. In quo uſu precedere uomitum uolunt. Tunc quoq; acetum aut uinum aqua miſcent: Qui puram dedere raphanoſ ſupermandi ex mulſo aceto iubent: ut ad uomitioneſ reuocent. Clyſteribuſ quoq; marinam infundunt tepefactam. Teſtiũ quidem tumori fouendo: non aliud preferunt. Item pernionum uitio ante ulcera. Simili modo pruritibuſ Pſoriſ & lichenum curationi. Lendeſ quoq; & tetra capitiſ animalia hac curantur. Et liuentia reducit eadem ad colorem. In ꝗbuſ curationibuſ poſt marinam aceto calido fouere; plurimum prodeſt. Quin & ad ictuſ uenenatoſ ſalutariſ intelligitur: ut phalãgioꝝ & ſcorpionũ & phthyade aſpide reſperſiſ. Calida autem ĩ iiſ aſſumitur. Sufficitur eadem cum aceto capitiſ doloribuſ. Tormina quoq; & choleram calida infuſa clyſteribuſ ſedant. Difficiliuſ perfrigeſcunt marina calefacta. Mammaſ rigenteſ precordia: matiemq; corporiſ piſcine mariſ corrigunt. Aũꝝ doloreſ capitiſ grauitateſ cum aceto feruentium uapor. Rubiginem ferro marine

Sulphurata Neruis.
Aluminata paralyticis.
Bituminata
Nitrosa } Purgationib;.
In Patauinis Fontibus.
Anneus Gallio.
Aqua maris.

Denaria Fistula.
Homerus.
intantum
Vomitiones utiles
Cholera
Aurium

celerrime exterũt. Pecoꝝ quoq; ſcabiem ſanant: lanaſq; emolliunt. Nec ignoro hec mediterraneiſ ſuperuacania uideri poſſe. Veꝝ & hec cura ꝓuidit inuenta ratione, q̃ ſibi q̄ſq; aq̃ mariſ faceret. Illud in ea ratiõe miꝝ: ſi pluſ q̃ ſextariuſ ſaliſ cũ quattuor aque ſextariiſ mergat̃: uinci aq̃ ſaleq; non liquari. Cetero ſextariuſ ſaliſ cum q̃ttuor aque ſextariiſ ſalciſſimi mariſ uĩ & naturã ĩplet. Moderatiſſimũ aũt putant ſupradictã aque menſurã octoniſ cyathiſ ſaliſ tẽperari. q̃m ita & neruoſ excalefaciat. & corpuſ nõ exaſpet. Inueterat̃ quod uocat̃ Thalaſſomeli eq̄ſ portiõibuſ mariſ, melliſ, hymbriſ ex alto: & ad hũc uſũ aduehũt. fictiliq; uaſe & picato condunt. Prodeſt ad purgationeſ maxime ſine ſtomachi uexatione & ſapore grato & odore. Hydromeli quoq; ex hymbre puro cũ melle temperabatur quondam, quod daretur appetẽtibuſ uinum egeriſ: ueluti innocentiore potu. Damnatum iam multiſ anniſ iiſdẽ uitiiſ q̄buſ uinum: nec iiſdem utilitatibuſ. Quia ſepe nauiganteſ defectu aque dulcẽſ laborant: hec quoq; ſubſidia demonſtrabimuſ. Expanſa circa nauim uellera madeſcũt accepto halitu mariſ: quibuſ humor dulciſ exprimitur. Item demiſſe reticuliſ in mari cõcaue e cera pile. uel uaſa inania obturata dulcem intra ſe colligũt humorem. Nam ĩ terra marina aqua argilla percolata: dulceſcit. Luxata hominũ corpora & quadrupedum natando in cuiuſlibet generiſ aquam; facillime in artuſ redeunt. Eſt & in metu ꝑegrinãtium: ut temptent ualitudinem aque ignote. Hac cauſa a balneiſ egreſſi ſtatim frigidam ſuſpectam hauriendo. Muſtuſ qui in aqua fuerit podagriſ illituſ prodeſt. Item oleo ammixto calorum dolori tumoriq;. Spumaq; aque affrictu uerrucaſ tollit. Nec non harena littoꝝ mariſ. precipue tenuiſ & ſolibuſ candenſ; in medicina eſt ſiccandiſ corporibuſ cohopertiſ hydropicorum aut rheumatiſmoſ ſentientium. Et hactenuſ de aquiſ. Nunc & de aquatilibuſ. Ordiemur autem ut ĩ reliquiſ a principalibuſ eorum, que ſunt Sal & Spongia.

Ad imitandam aquam Maris ·

Rem miram ·

Thalaſſomeli ·

Hydromeli ·

Ad exp̄mendam aquam dulcẽ in mari

Affrictus

CAP. V. De Sale: & generibuſ: medicinis ac diuerſitatibuſ eiuſ.

s Al omniſ aut fit: aut gignit̃. Vtrunq; pluribuſ modiſ: ſed cauſa gemĩa: Coacto hũore uel ſiccato. Siccat̃ ĩ lacu Tarẽtino eſtiuiſ ſolibuſ. totũq; ſtagnũ ĩ ſalem abit: modicum alioq altitudine genua nõ excedenſ. Itẽ ĩ Sicilia in lacu q Cocãicuſ uocat̃. & alio iuxta Gelã. Hoꝝ extremitateſ tm̃ iareſcũt, ſicut ĩ Phrygia Cappadocia. Aſpendi: ubi largiuſ coquitur & uſq; ad medium lacum. Aliud etiam in eo mirabile: ꝙ tãtundẽ noctu ſubuenit: quantũ die auferaſ. Omniſ eſt aliuſ ſal minutuſ: atq; non gleba eſt. Aliud genuſ ex aquiſ mariſ ſponte gignitur Spuma in extremiſ littoribuſ ac ſcopuliſ relicta. hec enim omniſ rore denſatur. & eſt acrior que ĩ ſcopuliſ inuenitur. Sunt etiã nũ naturaleſ differentie treſ. Nanq; in Bactriſ duo lacuſ uaſti alter ad Scythaſ uerſuſ: alter ad Darioſ ſale eſtuant. Sicut ad Stytium in Cypro & circa Menphin extrahunt lacu: dein ſole ſiccãt. Sed & ſũma fluminũ denſãtur ĩ ſale, ãne reliquo ueluti ſub gelu fluẽte: ut apud Caſpiaſ portaſ que ſaliſ flumĩa appellãt̃ Itẽ circa Mardoſ & Armenioſ. Preterea apud Bactroſ amniſ Ochuſ & Iaxarteſ ex appoſitiſ montibuſ deferũt ſaliſ ramenta. Sunt & in Africa lacuſ & quidem turbidi ſalem ferenteſ. Ferũt quidẽ & calidi fonteſ ſicut Pegaſei. Et hactenuſ habẽt ſe genera ex aq̄ſ ſponte ꝓuenientia. Sũt & monteſ natiui ſaliſ: ut in Indiſ Oromenuſ: In quo lapidicinaꝝ modo cedit̃ renaſcenſ: maiuſq; regum uectigal ex eo eſt: q̃ ex auro atq; margaritiſ. Effoditur & e terra ut palã eſt humore denſato in Cappadocia. Ibi q̄dẽ ceditur ſpeculariũ lapidũ modo. Põduſ magnũ glebiſ: q̄ſ micaſ uulguſ appellat. Carrhiſ Arabie oppido muroſ domoſq; maſſiſ ſaliſ faciunt, aq̃ ferruminanteſ. Inuenit & iuxta Peluſiũ Ptolemeuſ Rex cũ caſtra faceret: quo exẽplo poſtea iter Egyptũ

Aſpendi In Cappadocia

Oromenus mons in India ·

In Cappadocia

Micas glebas ·

Carrhæ Arabiæ oppm ·

Ptolemeus Rex ·

Arabiā etiā ſqaulentibuſ lociſ ceptuſ ē īueniri detractiſ areniſ. Qualiter & ꝑ Africe ſcientia uſq; ad Hāmoniſ oraculū. Iſ qdem creſcenſ cū luna noctibuſ. Nā cyrenaici tractuſ nobilitantur, Hammoniaco & ipſo, quia ſub areniſ īueniatur; appellato. Similiſ eſt colore alumini quod ſchiſton uocant: longiſ glebiſ: neq; perlucidiſ. Ingratuſ ſapore. Sed medicine utiliſ. Probatur q̄maxime perſpicuuſ rectiſ ſciſſuriſ; Inſigne de quo proditur: ꝙ leuiſſimuſ intra ſpecuſ ſuoſ in lucem uniuerſam prolatuſ: uix credibili pondere ingraueſcat. Sed cauſa euidenſ, cuniculoꝝ ſpiritu madido ſic adiuuāte molienteſ: ut adiuuēnt aque. Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellauimuſ: nec non & Cyprio mire ſimili. In Hiſpania quoq; citeriore egelaeſte ceditur glebiſ pene tranſlucentibuſ. Cui iam pridem palma a pleriſq; mediciſ inter omnia ſaliſ genera perhibetur. Omniſ locuſ in quo reperitur ſal: ſteriliſ eſt: nihilq; gignit. & in totum ſponte naſcenſ. Inter hec ſunt facticii uaria genera. Vulgariſ plurimuſq; ī ſaliniſ mari adfuſo: non ſine aquiſ dulciſ riguiſ. Sed hymbre maxime iuuante. ac ſuper omnia ſole multo: non aliter inareſcēſ. Africa circa Vticā conſtruit aceruoſ ſaliſ ad collium ſpetiem. Qui uero ſole lunaq; induruere: nullo humore liqueſcunt. uixq; etiam ferro ceduntur. Fit tamen & in Creta ſine riguiſ in ſalinaſ mare infundentibuſ. Et circa Egyptum ipſo mari influente in ſolum ut credo Nilo ſuccoſum. Fit & e puteiſ in ſalinaſ ingeſtiſ. Prima denſatio Babylonie in bitumē liqdū cogit̄: oleo ſimile: quo & in lucerniſ utuntur. Detracto ſubeſt ſal. Et in Cappadocie puteiſ ac fōte quē ī ſalinaſ ingerūt. In Chaonia excoquūt aq̄m ex fōte refrigerādoq; ſalem faciunt inertem nec candidum. Gallie Germanieq; ardentibuſ ligniſ aq̄ ſalſā infundunt. Hiſpanie quadam ſui parte puteiſ hauriunt, muriam appellanteſ. Et illi quidem etiam lignū referre arbitrantur. Quercuſ optima ut que ꝑ ſe cinere ſincero uim ſaliſ reddat. Alibi Coriluſ laudatur. Ita infuſo liquore ſalſo. Carbo etiam in ſalem uertitur. Quicunq; ligno conficitur ſal niger eſt. Apud Theophraſtum inuenio umbroſ harundiniſ & iūci cinerem decoquere aqua ſalitoſ: donec exiguum ſupereſſet humoriſ. Quin & e muria ſalſamentorum recoquitur. iterunq; conſumpto liquore ad naturam ſuam redit uulgo ī cibiſ iucundiſſimiſ. Marinorum maxime laudat̄ Cyꝓuſ a Salamine. At e ſtagniſ Tarentinuſ. Ac e riguiſ qui Tateuſ uocatur. Hi duo oculiſ utileſ. A Cappadocia uero q in laterculiſ affertur: cuiuſ nitorem dicitur facere. Magiſ tamē extendit iſ quē ſchiſtū appellauimuſ. Itaq; a partu uentrem eo cum melanthio illinunt. Salciſſimuſ ſal qui ſicciſſimuſ. Suauiſſimuſ oīum Tarentinuſ atq; candidiſſimuſ. Et decetero fragiliſ q maxime candiduſ. Pluuia dulceſſit oīſ. Suauiorē tamē roreſ faciūt. Sed copioſū Aqloniſ flatuſ. auſtro non naſcitur. Floſ uero ſaliſ non fit niſi aqlonibuſ. In igne nec crepitat nec exilit Tragaſeuſ. neq; Acanthiuſ ab oppido appellatuſ. Nec ulliuſ ſpuma aut ramentū aut tenuiſ. Agrigentinuſ ignium patienſ ex aq̄ exilit. Sunt & coloꝝ differentie. Rubeuſ Memphi. Ruffuſ eſt circa Oxū. Centuripiſ purpureuſ. Circa Gelā in eadē Sicilia tanti ſplendoriſ: uti imaginē recipiat. In Cappadocia croceuſ effoditur. tranſluciduſ & odoratiſſimuſ. Ad medicīe uſuſ antiq tarentinū maxīe laudabant. Ab hoc uero quecūq; e mariniſ ex genere eo p̄cipue ſpumeū. Iumētoꝝ uero & boū oculiſ Trageſeū & Beticū. Ad obſoniū & cibū utilior quiſquiſ facile liqueſcit. Item humidior. minorem enim amaritudinem habent: ut atticuſ & Euboicuſ. Seruandiſ carnibuſ aptior acer & ſiccuſ, ut Megaricuſ. Conditur etiam odoribuſ additiſ, & pulmētarii uicem implet excitanſ auiditatem inuitāſq; in omnibuſ cibiſ: ita ut ſit peculiariſ ex eo intellectuſ inter innumera condimēta. Ita eſt in mādendo queſituſ garo: Quin & pecudeſ armentaq; & iumenta ſale maxime

Hamoniacus sal

Schiston Alumen.

Egelastinus sal in hispania.

succosum

Babylonia quid

Ligno confici salem

Muria

quercus
Corilus

Theophrastus.

Ad cutis nitorem.

Tarentinus cunctis praeferendus.

qui sal nō crepat in igne.

Salis Laus.

ſollicitantur ad paſtum. multum largioreſ lacte. multoq; gratiore etiam ī caſeo dote. Ergo hercule uita humanior ſine ſale nequit degere. adeoq; neceſſarium elementum eſt, ut tranſierit intellectuſ ad uoluptatem. Animi quoq; ſolatia ſaleſ appellant, oīſq; uite lepoſ & ſumma hylaritaſ, laborumq; requieſ non alio magiſ uocabulo conſtat. Honoribuſ etiam militieq; interponitur, ſalariuſ inde dictiſ: Magna apud antiquoſ autoritate: ſicut apparet ex nomine Salarie uie: quoniā illa ſal in Sabinoſ portari conſuerat. Ancuſ Martiuſ Rex ſaliſ modia ſex milia in congiario dedit populiſ. & ſalinaſ primuſ inſtituit. Varro etiam pulmentarii uice uſoſ ueteres autor eſt. eſitaſſe enim ſalem cum pane & caſeo: ut prouerbio apparet. Maxime tamen in ſacriſ intelligitur autoritaſ, quando nulla cōficiuntur ſine mola ſalſa. Salinarū ſinceritaſ ſūmā fecit ſuam differētiam. Quedam enī fauilla ſaliſ: que leuiſſima ex eo eſt & cādidiſſīa floſ ſaliſ appellatur. Et floſ quidem ſaliſ in totum diuerſa reſ humidioriſq; nature & crocei coloriſ aut ruffi ueluti rubigo ſaliſ. Odore quoq; ingrato ceu grāti diſſentienſ a ſale non modo a ſpuma. In Egypto inuenitur, uideturq; Nilo deferri. Et fontibuſ tamen quibuſdam innatat. Optimū ex eo quod olei quandam pinguitudinē reddit. Eſt enim in ſale pinguitudo, quod miremur. Adulteratur autē tinguiturq; rubrica. aut plerunq; teſta trita. Qui fucuſ aqua deprehenditur diluēte facticium colorem: cum uerus ille non niſi oleo reſoluatur, & unguentarii ꝓpter colorē eo maxīe utāt. Canicia in uaſiſ ſumma eſt. Media uero parſ humidior ut diximuſ. Floriſ natura aſpera excalfactoria ſtomacho inutiliſ. Sudorem cit. Aluum ſoluit in uino & aqua, acopiciſ & ſmegmaticiſ utiliſ. Detrahit & ex palpebriſ piloſ efficaciſſime. Feceſ ime concutiuntur, ut color croci redeat. Preter hec etiamnum appellatur in ſaliniſ ſalſugo, ab aliiſ Salſilago, tota liquida marina aqua ſalſior, ui diſtanſ.

Salarijs ind dictis ·

Anens Martius Rex ·

Flos salis ·

Salaria via ·

unde illud hor · cum sale panis latrantem stomacu bn lenict ·

mola salsa · Sacra nulla cōfici sin sale ·

CAP. VI. De Garo: & Scombro & muria: & alece. Et medicinis ·

a Liud etiamnum liquoriſ exquiſiti genuſ, quod Garon uocauere, īteſtiniſ piſciū ceteriſq; quę abiicienda eſſent: ſale maceratiſ: ut ſit illa putreſcentiū ſanieſ. Hoc olī conficiebatur ex piſce, quē Greci Garō uocabāt. Capite eiuſ uſto ſuffitu extrahi ſecundaſ moranteſ. Nunc e Scombro piſce laudatiſſimū fit in Carthaginiſ: & Carteie cetariiſ. Sociorum id appellatur ſinguliſ milibuſ nummū permutantibuſ cōgioſ pene binoſ. Nec liquor ulluſ pene preter unguenta maiore ī precio eſſe cepit. nobilitatiſ etiam gentibuſ. Scombroſ quidem & Mauritania Beticaq; & Carteia ex oceano intranteſ capiunt: ad nihil aliud utileſ. Laudatur & Clazomene Garo Pompeiiq; & Leptiſ. Sicut muria Antipoliſ ac Thuria. Iam uero & Dalmatia. Vitium huiuſ ē alecis impura nec colata fex. Cepit tamen & priuatim & inutili piſciculo minimoq; confici. Apuam noſtri, Aphyen Greci uocant: quoniam iſ piſciculuſ e pluuia naſcit̄. Foroiulienſeſ piſcem ex quo faciunt Lupum appellant. Tranſiit deīde in luxuriam, creueruntq; genera ad infinitum. ſicuti garum ad colorē mulſi ueteriſ: adeoq; dilutā ſuauitatem: ut bibi poſſit. Aliud uero ad Caſtimoniarum ſuperſtitionem. etiā ſacriſ Iudeiſ dicatum: quod fit e piſcibuſ ſqamma carentibuſ. Sic allex peruenit ad oſtreaſ, echinoſ, urticaſ, cammaroſ, mullorum iocinera. Innumeriſq; generibuſ ad saporē gule cepit ſal tabeſcere. Hec obiter indicata ſint deſideriiſ uitę, & ipſa tamē nonnulli uſuſ in medendo. Nanq; & alece ſcabieſ pectoriſ ſanatur īfuſa per cutem inciſam. Et cōtra caniſ morſuſ draconiſq; marini prodeſt. In linteoliſ autem concerptiſ imponitur. Et garo ambuſta recentia ſanantur ſi quiſ infundat ac non nominet garum. Cōtra canum quoq; morſuſ ꝓdeſt: maxīeq; Crocodili: & ulceribuſ que ſerpunt aut ſordidiſ. Oriſ quoq; & aurium ulceribuſ aut doloribuſ mirifice prodeſt. Muria quoq; ſiue illa

Garum quid ·

Muria ·

Apua Aphyen } Piscis ·

Foroiulienses

Lupus ·

Castimonia ·

ſalſugo.ſpiſſat.mordet.extenuat.ſiccat. Dyſentericiſ utiliſ eſt etiam ſi nome inteſtina corripit. Iſchiadiciſ celiaciſ ueteribuſ infunditur. Fotu quoq; apud mediterraneoſ aque marine uicem penſat.

CAP. VII. De Natura Saliſ & medicinis eius.

s Aliſ natura ẽ per ſe ignea, & inimica ignibuſ, fugienſ eoſ; oĩa erodenſ. Corpora uero aſtringenſ, ſiccãſ. alliganſ. Defũcta aũt ac putreſcẽtia ita uendicanſ ut duret ea ꝑ ſecula. In medẽdo uero mordenſ adurenſ repurgãſ extenuãſ diſſoluẽſ. Stomacho tm̃ inutiliſ ꝑterq̃ ad excitãdã auiditatẽ. Aduerſuſ ſerpẽtiũ morſuſ cũ origano melle Hyſopo. Cõtra Ceraſten cũ origano & cera aut pice aut melle. Auxiliatur contra ſcolopendraſ ex aceto potuſ. Aduerſuſ ſcorpionũ ictuſ cũ quarta ꝑtelini ſeminiſ. & oleo uel aceto illituſ. Aduerſuſ craboneſ uero uel ueſpaſ ſimiliaq; ex aceto. Ad hecerocranaſ capitiſq; ulcera & puſtulaſ papulaſue & īcipienteſ uerrucaſ cũ ſeuo uitulio Itẽ oculoꝝ remediuſ: & ad excreſcenteſ ibi carneſ totiuſq; corporiſ pterygia. Sed in oculiſ peculiariter. Ob id collyriſ emplaſtriſq; additur. Ad hoc maxime probatur Etateuſ aut Cauniteſ. Ex ictu uero ſuffuſiſ cruore oculiſ ſuggilatiſq; cum myrrhe pari põdere ac melle aut cum hyſopo ex aqua calida. utq; foueantur ſalſugine. Ad hec Hiſpanienſiſ eligitur. cõtraq; ſuffuſioneſ oculorum cum lacte in coticuliſ terit̃. Priuatim ſuggillationibuſ in linteolo inuolutuſ crebroq; ex aq̃ feruenti impoſituſ. Vlceribuſ oriſ manantibuſ in linteolo concerpto. Gingiuarum tumori infricatuſ. Et contra ſcabriciem lingue frictuſ comminutuſq;. Aiunt denteſ non erodi neq; putreſcere ſi qſ cottidie mane ieiunuſ ſalẽ contineat ſub lingua; donec liqueſcat. Lepraſ idem & furunculoſ & lichenaſ & ſporaſ emendat cum paſſa uua, exempto eiuſ ligno, & ſeuo bubulo atq; origano ac fermento uel pane: maxime Thebaicuſ. Hic & ad prurituſ eligitur. Tonſilliſ & uuiſ cum melle prodeſt. Quicunq; ad ãginaſ. Hic amplius cum oleo & aceto. Eodem tempore extra fauceſ illituſ cũ pice liquida. Emollit & aluum in uino mixtuſ. Idem noxia & tinearum genera pellit ĩ uino potuſ. Eſtuſ balnearum conualeſcenteſ ut tolerari poſſint; lingue ſubdituſ preſtat. Neruorum dolorem maxime uſurpanda obſeruatione circa humeroſ & reneſ in ſaxiſ aq̃ feruẽti crebro madefactuſ leuat. Colum torminaq; & coxarum doloreſ potuſ: & in iiſdem ſacciſ impoſituſ candenſ. Podagraſ cum farina ex melle & oleo trituſ: ibi maxime obſeruanda uſurpatione qua quidem totiſ corporibuſ nihil eſſe utiliuſ ſale & ſole dicũt Itaq; cornea uidemuſ corpora piſcatorum. Sed hoc precipuum dicatur in podagriſ. Tollit & clauoſ pedum. Item pernioneſ. Ambuſtiſ ex oleo īponitur aut cõmãducatuſ puſtulaſq; reprimit. Ignibuſ uero ſacriſ ulceribuſq; que ſerpũt: ex aceto aut hyſopo. Carcinomatiſ cum uua taminia Phagedeniſ ulcerum trituſ cum farina hordei ſuꝑimpoſito linteolo madente uino. Morbo regio laboranteſ donec ſudent ad ignẽ cõtra prurituſ quoſ ſentiunt: ex oleo & aceto infricatuſ iuuat. & fatigatoſ ex oleo. Multi & hydropicoſ ſale curauere. feruoreſq; febrium cum oleo perunxere. & tuſſim ueterẽ linctu eiuſ diſcuſſere. Clyſteribuſ infundere Iſchiadiciſ. Vlceribuſ excreſcentibuſ uel putreſcentibuſ impoſuere. Crocodilorum morſibuſ ex aceto in linteoliſ: ita ut battuantur ante ictuũ ulcera. Bibitur & contra oppium ex aceto mulſo. Luxatiſ īpõit̃ cum farina & melle. Item extuberationibuſ. Dentium dolori cũ aceto fotuſ & illituſ cũ reſina prodeſt. Ad omnia autem ſpuma ſaliſ iucundior utiliorq;. Sed quicunq; ſal acopiſ additur ad excalfactioneſ. Item ſmegmaticiſ ad extendendam cutem leuãdãq;. Pecorum quoq; ſcabiem & boum illituſ tollit. Datuſq; lingenduſ. & oculiſ iumentoꝝ inſpuitur. Hec de ſale dicta ſint.

Ad dentes .

Ad neruos .

Ad Podagras .

Cornea cõpora piſcatoꝝ

battuant̃ .

CAP. VIII. De Nitri generibuſ & cōfecturiſ: medicinıſq; & obſeruatiōibuſ eiuſ.

n

On eſt differenda & Nitri natura non multum a ſale diſtanſ. & eo diligentiuſ dicenda. quia palā eſt medicoſ qui de eo ſcripſere: ignoraſſe naturam. Nec quēq̄ Theophraſto diligentiuſ tradidiſſe. Exiguum fit apud medoſ caneſcentibuſ ſiccitate conuallibuſ. quod uocant Halmigara. Minuſ etiam in Thracia iuxta Philippoſ ſordidum terra: quod appellant Agrium. Nam quercu cremata nunq̄ multum factitatū eſt: & iam pridem in totum omiſſum. A que uero nitroſe pluribuſ lociſ reperiunt. Sed ſine uiribuſ denſandi. Optimum copioſumq; in Ichne Macedoniæ: quod uocant Caleſtricum candidum purumq; proximū ſali. Lacuſ eſt nitroſuſ exiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit Nitrum circa caniſ ortum noueniſ diebuſ: totidemq; ceſſat ac rurſuſ innatat. & deinde ceſſat. quo apparet ſoli naturam eſſe que gignat: quoniam cōptum eſt nec ſoleſ proficere quicq̄: cum ceſſet: nec hymbreſ. Mirum eſt & illud ſcatebra fōticuli ſemper emicante: lacum nec augeri nec effluere. Iiſ autem diebuſ quibuſ gignitur ſi fuere hymbreſ: ſalſiuſ nitrium faciunt. aquiloneſ deteriuſ quia ualidiuſ commouent limum. Et hic quidem naſcitur. In Egypto autem conficitur multo abundantiuſ: ſed deteriuſ. Nā fuſcum lapidoſumq; eſt. Fit pene eodem modo quo ſal: niſi quod ſaliniſ mare infundunt. nilum autem Nittariiſ. Excedente Nilo ſiccantur: decedēte madēt ſucco nitri. xl. diebuſ continuiſ: non ut ī Macedonia ſtatiſ. Si etiam hymbreſ affuerīt minuſ de flumine addunt. ſtatiq; ut denſari ē ceptum: rapitur ne reſoluatur ī Nitariiſ. Sic quoq; olei natura interuenit ad ſcabiem animalium utiliſ. Ipſum autem conditum in aceruiſ durat. Mirum in lacu Aſānio & quibuſdam circa Chalcida fontibuſ ſummaſ aquaſ dulceſ eſſe: potariq;. inferioreſ nitroſaſ. In nitro optimum quod tenuiſſimum & ideo ſpuma melior. Ad aliqua tātum ſordidum tanq̄ ad inficiendaſ purpuraſ. tīcturaſq; oēſ. Magnuſ & nitro uſuſ qui dicetur ſuo loco. Nitrarie egregie Egyptiiſ. Nam circa Achatin & Memphin tantum ſolebant eſſe. Circa Memphin deterioreſ. Nam & lapideſcit ibi in aceruiſ multiq; ſunt tumuli ea decauſa ſaxei. Faciunt ex iiſ uaſa. Necnō frequenter liquatū cum ſulphure coquenteſ in carbonibuſ. Ad ea quoq; que inueterari uolunt illo nitro utuntur. Sunt ibi nitrarie: in quibuſ & ruffum exit a colore terre. Spumam nitri que maxime laudatur: antiqui negabant fieri: niſi cum roſ cecidiſſet: pregnantibuſ nitrariiſ: ſed non dum parīetibuſ. Itaq; non fieri incitatiſ etiam ſi caderet. Alii operimētorum fermento gigni exiſtīauere. Proxima etaſ medicorum Aphronitꝝ tradidit in Aſia colligi in ſpeluncis molibuſ diſtillanſ. Specuſ eoſ colligaſ uocant. Dein ſiccant ſole. Optimum putatur Lydium. Probatio: ut ſit minime ponderoſum: & maxīe friabile. Colore pene purpureo. Hoc in paſtilliſ affertur. Egyptium in uaſiſ picatiſ ne liqueſcat. Vaſa quoq; ea ſole inareſcentia perficiūtur. Nitri probatio: ut ſit tenuiſſimum & q̄maxime ſpongioſum fiſtuloſūq;. Adulteratur in Egypto calce. Dep̄hēdit̄ guſtu. Sincerum enim facile reſoluitur. adulteratū pūgit. Calce aſperſum reddit odorē uehementer. Vritur in teſta opertum ut exiliat. aliaſ igni non exilit nitrum. nihilq; gignit aut alit. Cum in ſaliniſ herbe gignantur & in mari tot animalia. tantum alge. Sed maiorem eſſe acrimoniam nitro apparet: non hoc tantum argumento: ſed & illo ꝗ nitrarie calciamenta protinuſ conſumunt. Aliaſ ſalubreſ: oculorūq; claritati utileſ. In nitrariiſ non lippiunt. Vlcera allata eo celerrime ſanantur. Ibi facta tarde. Cit & ſudorem cum oleo perunctiſ corpuſq; emollit. In pane ſaliſ uice utuntur Caleſtrico. Ad raphāoſ Egyptio. teneriores eoſ facit. ſed obſonia alba & deteriora. olera uiridiora. In medicina autē calfacit. extenuat. mordet. ſpiſſat. ſiccat. exulcerat. Vtileſ iiſ que

Halmigara ·

Agrium ·

Caleſtricum

Lacus nitroſus ·

Colligas ·

Nitri probatio ·

Ad Raphanos nitrio
xxi ·

euocanda ſint aut diſcutienda & leniuſ mordenda atq; extenuanda : ſicut in papuliſ
puſtuliſq;. Quidam in hoc uſu accenſum uino auſtero reſtringunt. atq; ita trito in
balneiſ utuntur ſine oleo. Sudoreſ nimioſ inhibet cum Iride arida adiecto oleo uiridi.
Extenuat & cicatriceſ oculorum & ſcabritiaſ genarum cum fico illitum aut decoctum
in paſſo ad dimidiaſ parteſ. Item contra argemaſ oculorum. Vngueſ decoctum ĩ paſſo — Ad claritatem oculorꝝ
in mali punici calice adiuuat nitrum. Claritatemq; uiſuſ cum melle inunctum. Prodeſt — Ad dentium dolores .
dentium dolori ex uino ſi cum pipere colluantur. Itẽ cum porro decoctum. Nigreſ
centeſ denteſ crematum dentifricio ad colorem reducit. Capitiſ animalia & lẽdeſ necat
cum ſamia terra illitum ex oleo. Auribuſ purulentiſ uino liquatũ infunditur. Sordeſ
eiuſdem partiſ erodit ex aceto. Sonituſ & tinnituſ diſcutit ſiccum additum. Vitiligineſ
albaſ cum Cymolia Creta equo pondere ex aceto in ſole illitum emendat. Furũculoſ
ammixtum reſine extrahit. aut cum uua alba paſſa. nucleiſ eiuſ ſimul tritiſ. Teſtium
inflammationi occurrit. Item eruptionibuſ pituite in toto corpore cum axungia.
Contraq; caniſ morſuſ addita reſina initiiſ cũ aceto illinitur. Sic & ſerpẽtiũ morſibuſ.
phagedeniſ. & ulceribuſ que ſerpunt aut putreſcunt cum calce ex aceto. Hydropiciſ
fico tuſum datur: illiniturq;. Diſcutit & tormina ſi decoctum bibatur pondere drachme
cum ruta uel anetho uel cymino. Reficit laſſitudineſ cum oleo ex aceto perunctorũ:
& contra algoreſ horreſq; prodeſt: manibuſ pedibuſq; confricatiſ cum oleo. Cõprimit — horrores
& prurituſ ſuffuſorum felle: maxime cum aceto datum. Succurrit & ueneniſ fungoꝝ
ex poſca potum. Aut ſi bupreſtiſ paſta ſit ex aqua. uomitioneſq; euocat. Iiſq ſãguinẽ
tauri biberint cũ Laſare datur. In facie quoq; exulcerationeſ ſanat cũ melle & lacte
bubulo. Ambuſtiſ toſtum donec nigreſcat tritumq; illinitur. Infunditur uentriſ & renũ
doloribuſ aut rigori corporum. neruorumq; doloribuſ. Paralyſi in lingua cum pane
impõitur. Suſpirioſiſ in ptiſana ſumitur. Tuſſim ueterem ſanat flore mixto galbani
reſine terebinthine pari pondere omnium: ita ut fabe magnitudo deuoretur. Coquitur
dilutumq; poſtea cum pice liquida ſorbendũ in angina datur. Floſ eiuſ cũ oleo Cypo
articulorum doloribuſ in ſole iucunduſ ẽ. Regium quoq; morbum in uino exterminat
potũ. Et inflationeſ diſcutit. Sanguiniſ profluũ ſiſtit e naribuſ ex feruẽti aq̃ uapore
naribuſ rapto. Pruriginem alumine permixto tollit. Alarum uiruſ ex aqua cotidiano
fotu. Vlcera ex pituita nata cera permixtum. Quo genere neruiſ quoq; prodeſt. — Alarum uirus .
Celiaciſ infunditur. Perungui ante acceſſioneſ frigidaſ nitro & oleo: multi precipere.
Sic & aduerſuſ lepraſ, lentigineſq; podagraſ. In balneiſ uero ſolia nitri ꝓſunt: atrophiſ
opiſthotoniſ tetaniſ. Sal nitrum ſulphuri concoctum in lapidem uertitur.

CAP. VIIII. De Spongiarum natura: uſuq; & medicinis earum.

s Pongiarum genera diximuſ in naturiſ aquatilium marinorum. Quidã eaſ ita
diſtinguũt. Aliaſ ex iiſ mareſ exiſtimauere tenui fiſtula ſpiſſioreq; perſorbenteſ
& que tinguntur in deliciiſ aliquando & purpura. Aliaſ feminaſ maioribuſ fiſtuliſ ac p/
petuiſ maribuſ durioreſ. Aliaſ quaſ appellant Tragoſ tenuiſſimiſ fiſtuliſ eq; dẽſiſſimiſ.
Candide cura fiunt. e molliſſimiſ recenteſ per eſtatem tincte ſaliſ ſpuma: ad lunam &
pruinaſ ſternũtur inuerſe: hoc eſt qua parte adheſere: ut cãdorem bibant. Animal eſſe
docuimuſ etiam cruore inherente. Aliqui narrant & auditu regi eaſ. cõtrahiq; ad ſonũ.
exprimenteſ abundãtiam hũoriſ. nec auelli petriſ poſſe. ideo abſcindi & ſaniẽ emittere.
Quin & eaſ que ab aquilone ſint geniti preferũt ceteriſ. Nec uſq̃ diutiuſ durare ſpi/
ritum medici affirmant. Sic & prodeſſe corporibuſ: quia noſtro ſuum miſceant & ideo
magiſ recenteſ: magiſq; humidaſ. Sed minuſ in calida aqua minuſq; unctaſ: aut unctiſ
corporibuſ impoſitaſ. Et ſpiſſaſ minuſ adhereſcere. Molliſſimum genuſ earum penicilli — Penicilli .

Ad oculos .

De cetero

oculorum tumoreſ leuāt ex mulſo impoſiti. Item abſtergende lippitudini utiliſſimi. Eā que tenuiſſīa ē molliſſimā quoq; eſſe oportet. Imponūt ſpongie ipſe epiphoriſ ex poſca & ex aceto calido ad capitiſ doloreſ. De cetero recenteſ diſcutiunt. molliunt. mitigāt. Veteres conglutināt uulnera. Vſuſ earum ad abſtergenda. fouenda. operienda a fotu dum aliud imponatur. Vlcera quoq; humida & ſenilia impoſite ſiccant. Fracture & uulnera ſpongiiſ utiliſſime fouentur. Sanguiſ rapitur in ſecando ut curatio perſpici poſſit. Et ipſe uulnerum inflammationibuſ imponuntur, nunc ſicce nūc ex aceto īſpſe nunc e uino. nunc ex aqua frigida. Ex aqua uero celeſti impoſite ſiccant. recētia nō patiuntur ītumeſcere. Imponūtur & ītegriſ partibuſ & fluctione occulta laborātibuſ que diſcutiēda ſint: & iiſ que apoſtemata uocant melle decocto perunctiſ. Item articulariſ aliaſ aceto ſalſo madide aliaſ e poſca. Si ferueat impetuſ ex aqua eedem callo e ſalſo madide. At contra ſcorpionum ictuſ ex aceto. In uulnerum curatione & ſuccide lane uicem implent. Nunc ex uino & oleo: nunc ex eadem. Differentia hec ꝙ lane emolliunt. ſponge coercent rapiūtq; uitia ulcerum. Circumligantur & hydropiciſ ſicce uel ex aqua tepida poſcaue utcunq; blandioribuſ opuſ eſt opeririue aut ſiccare cutem. Imponuntur & iiſ morbiſ quoſ uaporari oporteat: feruenti ex aq̄ ꝓfuſe exp̄ſſeq; īter duaſ tabulaſ. Sic & impoſite ſtomacho proſunt & in febri contra nimioſ ardoreſ. Sed ſpleneticiſ e poſca. Ignibuſ ſacriſ ex aceto. Efficatioreſ quando aliud īponi oportet: ſicut ſanaſ quoq; parteſ ſpatioſe operiant. Sanguiniſ profluuium ſiſtunt ex aceto. aut frigida. Liuorem ab ictu recentem ex aqua ſalſa calida ſepiuſ mutata. Tolluntq; teſtium tumorem doloremq; ex poſca. Ad canum morſuſ utiliter conciſe imponuntur ex aceto aut frigida aut melle abunde ſubīde humectande. Africane ciniſ cū porri ſectiui ſucco ſanguinem reiiciētibuſ hauſtu ſaliſ ex frigida prodeſt. Item ciniſ cū oleo uel aceto fronti illituſ tertianaſ tollit. Priuatī Africane ex poſca tumorem diſcutiūt. Omnium autem ciniſ cum pice crematarum ſanguinem ſiſtit uulnerum. Aliqui raraſ tm̄ ad hoc cum pice urunt. & oculorum cauſa comburuntur in cruda olla figulini operiſ: plurimum proficiente eo cinere cōtra ſcabricieſ genaꝝ: excreſcenteſq; carneſ & qcqd opuſ ſit ibi deſtringere. ſpiſſare. explere. Vtiliuſ in eo uſu lauare cinerem. Preſtant & ſtrigilum uicem linteorūq; affectiſ corporibuſ & cōtra ſolē apte protegunt capita. Medici inſcitia ad duo noīa eaſ redegere. Africanaſ: quarum firmiuſ ſit robur. Rhodiacaſq; ad fouendum mollioreſ. Nunc autem molliſſime circa muroſ Antipoliſ urbiſ reperiuntur. Troguſ autor eſt circa Lyciam penicilloſ molliſſimoſ naſci in alto unde ablate ſint ſpongie. Polybiuſ ſuper egrum ſuſpenſoſ; quietioreſ facere nocteſ. Nunc reuertemur ad marina animalia & aquatilia.

Ad canis morſum .

Penicillos ſup egrum ſuſpenſos
quietiores facere noctes .

CA. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER TRIGESIMVS PRIMVS DE MEDICINIS EX AQVATILIBVS FINIT. INCIPIT LIBER TRIGESIMVS SECVNDVS. ITEM DE RELIQVIS MEDICINIS EX AQVATILIBVS. FOELICITER.

CAP.I. Probemium.

u

Entum ẽ ad ſumma nature exemplorumq; per rerum ordinem. & ipſum ſua ſponte occurrit ĩmenſũ potentie occulte documẽtũ: ut prorſuſ nec aliud ultra queri debeat. nec par aut ſimile poſſit inueniri. Ipſa ſe uincente natura. & quidem numeroſiſ modiſ. Quid enim uiolentiuſ mari uentiſue & turbinibuſ ac procelliſ quo maiore hominum ingenio in nulla ſui parte adiuta eſt: q̃ ueliſ remiſq;? Addatur hiſ & reciproci ęſtuſ ĩenarrabiliſ uiſ. uerſumq; totum mare in flumen. Tamen omnia hec pariterq; eodẽ impellentia; uniuſ ac paruuſ admodum piſciculuſ echeneiſ appellatuſ in ſe tenet. Ruãt uenti licet: & ſeuiãt procelle imperat furori. uireſq; tantaſ compeſcit, & cogit ſtare nauigia. quod nõ uincula ulla: non anchore pondere irreuocabili facte. Infrenat ĩpetuſ & domat mundi rabiem. nullo ſuo labore: non retinendo aut alio modo q̃ adhęrendo. hec tantilla eſt ſatiſ contra tot impetuſ ut uetet ire uauigia. Sed armate claſſeſ ĩponũt ſibi turrium propugnacula: ut in mari quoq; pugnetur: uelut e muriſ. Heu uanitaſ humana cum roſtra illa ęre ferroq; ad ictuſ armata ſemipedalibuſ ĩbibere poſſit; ac tenere deuincta piſciculuſ. Fert̃ acciaco marte tenuiſſe Pretoriã naui Antonii ꝓperãtiſ circuire & exhortare ſuoſ donec tranſiret ĩ aliã. Ideoq; Ceſariana claſſiſ ĩpetu maiore protinuſ uenit. Tenuit & noſtra memoria Caii Principiſ ad Aſtura Antium remigãtiſ ut reſ eſt: etiam auſpicaliſ piſciculuſ. Siquidem nouiſſime tum in urbem reuerſuſ ille ĩperator; ſuiſ teliſ confoſſuſ ẽ. Nec lõga fuit illiuſ more admiratio, ſtatĩ cauſa ĩtellecta, cum e tota claſſe quinq;remiſ ſola non proficeret. & exilientibuſ protinuſ qui id quererent, circa nauim inuenire adherentem gubernaculo, oſtenderuntq; Caio ĩdignanti hoc fuiſſe quod ſe reuocaret. quadringẽtorũq; remigum obſequio cõtra ſe ĩtercederet. Cõſtat & peculiariter miratũ, quomodo adherẽſ tenuiſſet, nec idem polleret ĩ nauigiũ receptuſ. Qui tunc poſteaq; uidere: eum limaci magne ſimilẽ eſſe dicunt. Noſ plurioꝝ opinioneſ poſuimuſ in natura aquatilium cum de eo diceremuſ. Nec dubitamuſ idem ualere omnia genera cum celebri & conſecrato etiam exemplo apud Gnidiam uenerẽ Conchaſ quoq; eiuſdem potentie credi neceſſe ſit. E noſtriſ quidam latiniſ Remoram appellauere eum. Mirumq; e Greciſ: alii lubricoſ partuſ atq; procidenteſ contineri ad maturitatem alligato eo ut diximuſ prodiderunt. Alii ſale adſeruatum adalligatum grauidiſ partuſ ſoluere. ob id alio nomine odinolyontem appellauere. Quocũq; modo iſta ſe habeãt: quiſ ab hoc tenendi nauigia exẽplo de ulla potẽcia nature atq; effectu in remediiſ ſponte naſcentium rerum dubitare debeat? Quin & ſine hoc exemplo per ſe ſatiſ eſſet. Ex eodem mari Torpedo etiã procul & e longĩquo. uel ſi haſta uirgaue attingatur: q̃uiſ preualidoſ lacertoſ torpeſcere: q̃libetq; ad curſũ ueloceſ alligari pedeſ ꝓditur. Quod ſi neceſſe habemuſ fateri hoc exemplo eſſe uim aliquam que odore tm̃ & quadam aura ſui corporiſ afficiat membra: Quid non de remediorũ omniũ momẽtiſ ſperandum eſt? Non ſunt minuſ mira que e lepore marino traduntur. Venenum eſt aliiſ ĩ potu aut ĩ cibo datuſ, aliiſ etiam uiſuſ. Siquidẽ grauidę ſi omnino aſpexerĩt fẽinã ex eo genere duntaxat ſtatĩ nauſea & redũdatione ſtomachi uitiũ fatentur. ac deĩde abortum faciunt. Remedio ẽ maſ ob id induratuſ ſale, ut ĩ brachialibuſ habeant. Eadẽ reſ in mari & tactu quidem nocet. Veſcitur eo unum tantum animaliũ ut nõ ĩtereat. Mulluſ piſciſ. & tenereſcit tantum. & ingratior uiliorq; fit. Homineſ quibuſ ĩ paſtu ẽ: piſcem olent. hoc primo argumento ueneficium id deprehenditur. Cetero moriuntur totidem diebuſ quod uixerit lepuſ. Incertiq; temporiſ ueneficium id eſſe autor eſt Licinuſ Macer. In india affirmant non capi uiuentem: Inuicemq; ibi hominem illi pro

Echeneis piſcis ·

Pretoriana nauis Antonij

C · Princeps ·

Remora ·

Odinolyontes ·

Torpedo ·

Lepus marinus ·

Iuba ad C. Cæſarem.

Catos

Vituli marini Arabici maris.

ueneno eſſe: ac uel digito omnino in mari tactum mori. Eſſe autem ampliorem multo ſicut reliqua animalia. Iuba í iis uoluminibuſ que ſcripſit ad Caium Ceſarem Auguſti filium de Arabia: tradit uituloſ marinoſ ternaſ heminaſ capere. Et hoſ ſexcentorum pedú longitudiniſ. & trecentorum ſexaginta latitudiniſ in flumen Arabie íntraſſe. píguiq; eiuſ negociatoreſ: & omnium piſcium adipe cameloſ perungi in eo ſitu. ut aſiloſ ab iiſ fugent odore.

CAP. II. De ingeniiſ & manſuetudine quorundam piſciú: & ubi ex manu edát: reſpóſaq; dēt ex piſcibuſ.

Ouidius uolumen ſcripſit de piſcibus. hoc Pontanus ex gallia ad ſe miſſum legiſſe affirmat.

m Ibi uidentur mira & que Ouidiuſ ꝓdidit piſcium ígenia í eo uolumíe quod Halieuticon inſcribitur. Scarú inclulú naſſiſ non fronte erúpere: nec íſeſtiſ uiminibuſ caput íſerere. ſed auerſum caude ictibuſ crebriſ laxare foreſ: atq; retrorſú ita erúpe. Quem luctatú eiuſ ſi forte aliuſ ſcaruſ extrinſecuſ uideat: apprehenſa mordicuſ cauda adiuuare nixuſ erumpentiſ. Lupum piſcem rete circúdatum harenaſ arare cauda: atq; ita conditum tranſire rete. Murenam maculaſ appetere ipſaſ conſciam teretiſ ac lubrici tergi: tum multiplici flexu laxare: donec euadat. Polypum hamaſ appetere brachiiſq; complecti nó morſu. nec priuſ dimittere q̃ eſcam circúroſerit. haud harúdie leuatum extra aquam. Scit & Mugil eſſe in eſca hamum: inſidiaſq; non ignorat. auiditaſ tamen tanta eſt: ut cauda uerberando excutiat ciboſ. Minuſ in prouidédo lupus ſollertie habet: ſed magnum robur in penitédo. Nam ut heſerit in hamo: tumultuoſo diſcurſu laxat uulnera donec excidant inſidie. Murene ampliuſ deuorant hamum admouentq; dentibuſ lineaſ: atq; ita erodút. Pytheaſ id tradit. Idē íſixam hamo íuertere ſe: quoniam ſic dorſo cultellato. ſpinaq; lineam preſecare. Liciniuſ Macer murenaſ tm̃ feminini ſexuſ eſſe tradit & concipere e ſerpētibuſ ut diximuſ. ob id ſibilo a piſcatoribuſ tanq̃ ſerpentibuſ euocari & capi. Pingueſcere lactatu. Fuſte non interimi. Eaſdem ferula protinuſ. Animam in cauda habere: certum eſt. eaq; icta celerrime examinari at capitiſ ictu difficulter. Nouacula piſce que tacta ſunt: ferꝝ olent. Duriſſimum eſſe piſcium conſtat. qui Orbiſ uocetur. rotundiſ eſt. et ſine ſquammiſ. totuſque capite conſtat. Miluago quotienſ cernatur extra aquam uolitáſ: tempeſtateſ mutari Trebiuſ Niger autor ē. Xiphian id eſt gladium roſtro mucronato eſſe. ab hoc naueſ perfoſſaſ mergi in oceano ad locum Mauritáie q Cotta uocetur: nó procul a Lyxo flumine. Idē Lolligineſ euolare ex aq̃ tradit: tanta multitudíe ut nauigia demergāt. Et manu ueſcuntur piſceſ í pluribuſ quidem Ceſariſ uilliſ. Sed que uetereſ prodidere í ſtagniſ non piſciniſ admirati eſt in Helore Sicilie caſtello non procul Syracuſiſ. Item in labra Gnidii Iouiſ fonte anguillaſ. Et ee inaureſ additaſ gerunt. Similiter in Chia iuxta ſenum delubrum. In Meſopotamie quoq; fonte Chabura de quo diximuſ piſce. Nam in Limiræ fonte Apolliniſ: quem Curium appellant ter fiſtula euocati ueniút ad augurium. Diripere eoſ carneſ abiectaſ letum eſt conſulantibuſ. caudiſ abigere dirum. Hierapoli Syrte in lacu Veneriſ edituorum uocibuſ parent uocati exornati auro ueniunt adulanteſ. Scalpiuntur. ora hiantia mãibuſ inſerendiſ prebent. In Stabiano Campanie ad Herculiſ petram: Melanuri in mari panem abiectum rapiunt. Iidēq; ad nullú cibú in quo hamuſ ſit: accedunt. Nec illa í nouiſſimiſ mira: amariſſio: eſſe piſceſ ad Apellem inſulam & ad Clazomenaſ. Contra ad ſcopulú Sicilie: ac Lepti Africe & euboeam & Dirrhachium: Rurſuſ ita ſalſoſ: ut poſſint ſalſamenta exiſtimari Circa Cephaloniam & Anpeloporon & Deli petraſ in portu eiuſdē inſule dulceſ. Quá differentiam papulo conſtare: non eſt dubium. Appion maximum piſcium eſſe tradit porcum: quē Lacedemonii Oſtagoriſtú uocát: Grunnire eá cú capiatur. Eſſe uero

Porcus piſcis.

illam nature accidentiam quod magiſ miremur etiã in lociſ quibuſdã: appoſito occurrit exemplo. Siquidem ſalſamenta omnium generum in Italia Beneuenti recentia refici conſtat. Piſceſ marinoſ in uſu fuiſſe protinuſ a condita Roma: Autor eſt Caſſiuſ Hemina. Cuiuſ uerba de ea re hic ſubiiciam. Numa conſtituit ut piſceſ qui ſqammoſi non eſſent ni pollincerent patrimonia ad conuentuſ & conuiuia publica. & priuata cenaſq; ad pluinaria faciliuſ compararentur ni qui ad polinctũ emerent: ꝑcio minuſ parcerent: eaq; premercarentur.

CAP. III. De Corallio & mediciniſ eiuſ.

Vãtum apud noſ Indiciſ Margaritiſ precium eſt de qbuſ ſuo loco ſatiſ diximuſ: tantum apud Indoſ ĩ Corallio. Nanq; iſta perſuaſione gentium conſtat. Gignit̃ quidem & in Rubro mari: ſed nigriuſ. Item in Perſico uocatur Iace. Laudatiſſimum in Gallico ſinu: circa Orcadaſ iſulaſ. Et in Siculo circa Heliam & Drepanum. naſcit̃ & apud Grauiſcaſ. & ante Neapolim Cãpanie: maximeq; rubenſ ſed molle. & ideo uiliſſimũ Erithriſ. Forma eſt ei fruticiſ. color uiridiſ. Bace eiuſ candide ſub aq̃ ac molleſ. Exempte confeſtim durantur & rubeſcũt quaſi corna ſatiua ſpecie atq; magnitudine. Aiunt tactu protinuſ lapideſcere ſi uiuat. Itaq; occupari euelliq; retibuſ aut acri ferramento precidi. Hac decauſa Cheralium uocitatum interpretantur. Probatiſſimum q̃maxime rubet & q̃ ramoſiſſimum: nec ſcabroſum aut lapideum. uel rurſuſ inane aut concauum. Autoritaſ bacarum eiuſ non minuſ Indorum uiriſ quoq; precioſa ẽ q̃ femĩſ noſtriſ unioneſ indici. Aruſpiceſ eoꝝ uateſq; in primiſ religioſum id geſtamẽ amoliẽdiſ periculiſ arbitrantur. Itaq; & decore & religone gaudent. Priuſ q̃ hec noteſcerẽt: galli gladioſ. ſcuta galeaſ. adornabant eo. Nunc tanta pẽuria ẽ uendibili merce: ut ꝑq̃ raro cernatur in ſuo orbe. Surculi infantie adalligati: tutelam habere creduntur. Cõtraq; torminũ ac ueſice & calculorũ mala: in puluerem igne redacti. potiq; cũ aq̃ auxiliãt. Simili modo ex uino poti: aut ſi febriſ ſit: ex aqua ſomnum afferunt. Ignibuſ diu repugnant. Sed eodem medicamine ſepiuſ poto tradunt lyenem quoq; abſumi. Sãguinẽ reiicientibuſ excreantibuſue medentur. Ciniſ eorum miſcetur oculorum medicamentiſ. Spiſſat enim. ac refrigerat. Vlcerũ caua explet. Cicatriceſ extenuat.

CAP. IIII. De Paſtinaca: & Galeo.

Vod ad repugnãtiã rerum attinet: quam Greci Antipathiã uocãt: nihil ẽ uenenaciuſ uſq̃ q̃ in mari paſtinaca: utpote cum radio eiuſ arboreſ necari diximuſ. Hanc tamen perſequitur Galeoſ. Idem & alioſ quidem piſceſ: ſed paſtinacaſ precipue. Sicut in terra ſerpenteſ muſtela. Tanta eſt auiditaſ ipſiuſ ueneni. Percuſſiſ uero ab ea medetur & hic quidem. ſed & Mulluſ ac Laſer.

Antipathia
ut pote

CAP. V. De hiſ quibuſ in aquiſ & in terriſ uictuſ eſt: ut Fibro & Caſtoreo.

Scorpio ledit dum manu tollitur: Erythinuſ. Echeneiſ. Echinuſ. Elephāti Locuſtaꝝ generiſ nigri. pedibuſ quaterniſ biſulciſ. Preterea brachia duo biniſ articuliſ. ſīgulisq; forficuliſ denticulatiſ. Fabri ſiue Zaegauciſci. Glaneuſ. Cōger. Cyreſ Galeoſ. Garuſ. Hippuſ Hippuroſ Hirundo. Ale. Pleumon. Hippocampoſ. Heparcotinoſ. Sunt lacertorum genera Lolligo uolitanſ. Locuſte. Lucerne. Lipariſ. Lamyruſ. Lepuſ. Leoneſ.' Quorum brachia cancriſ ſimilia ſunt. Reliqua parſ locuſte. Mulluſ. Merula īter ſaxatileſ laudata mugil Menaluruſ Mena Metiſ Murēa Miſmyluſ Miſcuſ Murex. Oculata. Ophidion Oſtria Eotia Orcynon. hic eſt pelamidū generiſ maximuſ. Neq; redit ī Meotī. ſimiliſ Tritoni. Vetuſtate melior. Orphuſ. Orthagoriſcuſ. Phager. Pichuſ ſaxatiliūq; Pelamiſ. Earum generiſ maxima Apolectuſ uocatur. Duriuſ Triton Phorcuſ. Phitaruſ. Paſſer Paſtinaca. Polyporum genera pectineſ maximi & nigerrimi eſtate. Laudatiſſimi autem Mityleniſ Rhyaſ Tyndarideſ Saloniſ Altimatia ī īſula Alexandrie. ī Egypto Pectūculi. Purpure. Pegrideſ. Pīna. Pīnothere. Rhina quem Sqatinā uocamuſ. Rōbuſ ſcaruſ principaliſ hodie. Solea Sarguſ. Scylla. Sarda: ita uocatur pelamiſ lōga ex oceano ueniens. Scōber. Salpa. Horuſ Scorpēa Scorpioſ Scyaſcia Sciena Scolopendra. myruſ. Egypta. Strombuſ Solen ſiue Auloſ ſiue donax ſiue Onyx ſiue Dactyluſ. Spondiluſ. Mariſtella. Spongia. Turduſ īter ſaxatileſ nobiliſ. Tynnuſ Trannuſ: quem alii Xiphiā uocāt. Staſſa torpedo Tethea Triphonon. Pelamidū generiſ magni. ex eo Syrena Cymba fuit ueneri. Euax. Xyphi. Hiſ adiiciemuſ apud Ouidium poſita nomina que apud neminem alium repiunt̄. Sed fortaſſiſ in ponto naſcuntur: ubi id uolumen ſupremiſ ſuiſ temporibuſ inchoauit. Bopgyrum in ſcopuliſ uiuētē. Orphū rubentē Rhacinumq; pullum. pictaſ mormyraſ. aureiq; coloriſ Cryſon. Preterea paruum Teragū. & placentem cauda Labꝝ Epodaſ lati generiſ. Preter hec inſignia piſcium tradit. Channem ex ſeipſa concipere. Glaucū eſtate nunq̄ apparere. Pompium qui ſemper comitetur nauigiorum curſuſ. Chromin qui nidificet in aquiſ: Helopem quoq; dicit eſſe noſtriſ incognitū undiſ. Ex quo appet falli eoſ: qui eundem accipenſerem exiſtimauerunt. Helopi palmam ſaporiſ īter piſceſ multi dedere. Sunt preterea a nullo autore nominati Sudiſ latine appellata: a Greciſ Phyren oſtree ſimiliſ nomine: magnitudine inter ampliſſimoſ raruſ. ſed tamen nō degener. & Perne concharum generiſ circa Pontiaſ inſulaſ frequentiſſime. Stant uelut ſuille crure longo in harena defixe. hiātesq; qualimpitudo eſt: pedali nō minuſ ſpatio. Cibum uenantur. Denteſ in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatoſ. Intuſ pro ſpondyli grandiſ caro eſt. Et hyenā piſcem uidi in Oenaria inſula captum caput exerentem. Preter hec purgamenta aliqua relatu indigna. & algiſ potiuſ annumeranda q̄ animalibuſ.

Sarda
Pelamys } eadem.

Helopem nō esse Accipensem.

Cymba veneri .Syrena
Ouidius.

supremis suis temporibus volumen de piscibus inchoauit in Ponto.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER TRIGESIMVS SECVNDVS DE RELIQVIS AQVATILIVM MEDICINIS FINIT· INCIPIT TRIGESIMVS TERTIVS DE METALLIS AVRI ET ARGENTI FOELICITER.

CAP. Primum. Prohemium de Temeraria foſſione metalloꝝ.

m Etalla nunc: ipſeq; opeſ & rerum precia dicentur: tellurem intuſ exquirente cura multiplici. Modo quippe alibi diuitiiſ foditur: querente uita aurum argentum. eſ. electrum. Alibi deliciiſ gēmaſ & parietum digitorūq; pigmenta. Alibi temeritati ferrū auro etiā gratiuſ inter bella cedeſq;. Perſeqmur omneſ eiuſ fibraſ uidemuſq; ſuper excauatoſ monteſ, mirenteſ dehiſcere aliq̃ndo aut ſtremſcere illam. Ceu uero non hoc etiam exemplum indignationiſ ſacre parentiſ exprimi poſſit. Imuſ in uiſcera eiuſ. & in ſede manium opeſ querimuſ, tanq̃ parū benigna fertiliq;, qua ſecetur. Inter hec minimum remediorum gratia ſcrutamur. Cui enim fodiendi cauſa medicina eſt? Quanq̃ & hec ſumma ſui parte tribuit, ut minīe pca: faciliſq; in omnibuſ que proſunt. Illa noſ premunt: Illa noſ ad inferoſ agunt que occulcauit atq; demerſit. Illa que nō naſcūtur: ut repente menſ ad inane euolāſ reputet quiſ deinde futuruſ finiſ eſt: ſeculiſ omnibuſ exhauriēdi eā, quouſq; penetret auaritia: q̃ innocenſ q̃ beata: immo uero & delicata eſſet uita: ſi nihil aliud de ea niſi qđ ſupra terraſ concupiſceret. haberetq; nō niſi quod ſecum eſt? Eruitur quidem aurū & chryſocolla iuxta: ut precioſior uideat̃ nomen ex auro cuſtodiēſ. Parū enim erat nature unam inueniſſe uite peſtem: niſi in precio etiam eſſet ſanieſ auri. Querebat argentum auaricia: Boni conſilii interim inueniſſe minium. Rubentiſq; terre excogitauit uſum. Heu prodigioſa ingenia quot modiſ auximuſ precia rerum? Acceſſit arſ picture & aurum argētumq; celando cariuſ fecimuſ. Didicit homo naturam prouocare. Auxere & artem uitiorū irritamenta. In poculiſ libidineſ celare iuuit. ac ꝑ obſcenitateſ bibere. Abiecta ſunt deinde hec. & ſordere cepere. & auri argentiq; nimium fuit. Murina & cryſtallina ex eadem terra effodimuſ: quibuſ precium faceret ipſa fragilitaſ. Hoc argumentum opum. hec uera luxurie eſtimata eſt gloria: habere quod poſſet ſtatī totū perire. Nec hoc fuit ſatiſ. Turba gemmarum potamuſ. & Smaragdiſ teximuſ caliceſ. ac temulentiæ cauſa terimuſ Indiam. tenere Indiam iuuat. et aurum iam acceſſio eſt.

CAP. II. Quæ prima commendatio auri: & de
origīe anuloꝝ aureoꝝ: & mō auri apud ātiquoſ:
& equeſtri ordine: & iure anulorum aureorum.

rebus

Annulus.

Mida Annulus.

i Vuat & auri cauſa accedere Vtināq; poſſet e uita totum abdicari aurum, ſacra fameſ ut celeberrimi autoreſ dixere: proſciſſum conuiciiſ ab optimiſ quibuſq; & ad perniciem uite repertum. Quantum feliciore euo cum reſ ipſe permutabant̃ īter ſe, ſicut & Troianiſ temporibuſ factitatum Homero credi conuenit. Ita enī ut opinor commertia uictuſ gratia inuenta. alioſ coriiſ boum: alioſ ferro captiuiſq; reemptitaſſe tradit. quanq̃ & ipſe miratuſ aurum eſtimationeſ rerum ita fecit: ut centum boū arma aurea permutaſſe Glaucum diceret cū Diomediſ armiſ nouem boū. Ex qua cōſuetudīe multa legum antiquarum pecore conſtant etiam Rome. Peſſimum uite ſceluſ fecit: q annulum primuſ induit digitiſ. nec hoc quiſ fecerit: traditur. Nam de prometheo omnia fabuloſa arbitror. quāq̃ illi quoq; ferreum annulum dederit antiquitaſ. uinculumq; id non geſtamen intelligi uoluerit. Mide quidem annulum quo circumacto habentē nēo cerneret quiſ nō etiam fabuloſiorem fateatur? Manuſ & prorſuſ ſiniſtre maximam autoritatem conciliauere auro: non quidem Romani quorum more ferendum erat bellice uirtutiſ inſigne. De Regibuſ Romaniſ non facile dixerī. Nullū habt Romuli ī Capitolio ſtatua. nec preter Nume Seruiiq; Tullii alia. Nec. L. quidē Bruti. Hoc ī Tarquiniſ maxime miror: quorum egregia fuit origo unde hic annulorum uſuſ uēit: quāq̃ nunc Lacedemone ferreo utantur. Sed a priſco Tarquinio omnium p̄mo filium

Scribit Homerus in .vi. iliados Glaucum ac Diomedem in medium processisse, ut singlari certamine confligerent. Glaucum deinde post enarratos suos natales inuitatu a Diomede ut ex hostibus hospites fierent, & hospitij necessitate inuicem copularent. quod ut caeteri inquit intelligant: armaturam permutemus. et ita inter se arma permutarunt. Glaucus aurea, qua centum boum precio taxabant, Diomedi dedit. a quo accepit aerea, qua nouem boum tantu existimabant. Und ex hac tam impari armoru permutatione Glaucus stupidus ac demens iudicatus: Diomedes uero solers atq; astutus. cu ille iacturam fecerit, hic lucru. Hoc exemplum quoticunq; muneris aut alterius rei comparatione dissimili fit disputatio comodissime usurpant Latini scriptores.

cum inpretextæ anniſ occidiſſet hoſtem bulla aurea donatum conſtat. unde moſ bulle durauit: ut eorum qui equo meruiſſent filii id inſigne haberent. ceteri lorum. Et ideo miror Tarquinii eiuſ ſtatuam ſine annulo eſſe. Quanq̄ & de nomine ipſo ambigitur. Id greci a digitiſ appellauere. Apud noſ priſci ungulum uocabant. Poſtea & greci & noſtri ſymbolum. longo certe tempore ne ſenatum quidem Romanū habuiſſe aureoſ: manifeſtum ē. Siquidem iiſ tantum: qui legati ad exteraſ genteſ ituri eſſent: annuli publice dabantur. credo quoniam ita exterorum honoratiſſimi intelligebantur. Neq; aliiſ uti moſ fuit: q̄ qui ex ea cauſa publice accepiſſent. uulgoq; ſic triumphabant. Et cum corona ex auro Etruſca ſuſtineretur a tergo: annuluſ tamen in digito ferreuſ erat: equa fortuna triumphantiſ & ſerui coronam ſuſtinentiſ. Sic triumphauit de Iugurta. C. Mariuſ. aureum non ante tertium conſulatum ſumpſiſſe traditur. Ii quoq; qui ob legationem acceperant aureoſ: in publico tantum utebantur: ītra domoſ uero ferreiſ. Quo argumento etiam nunc ſponſe anuluſ ferreuſ mittitur. iſq; ſine gemma. Nec Iliaciſ temporibuſ ulloſ fuiſſe anuloſ uideo. Nuſq̄ certe Homeruſ dicit: cum & codicilloſ miſſitatoſ epiſtolarum gratia indicet. & conditaſ arte ueſteſ. ac uaſa aurea argenteaq;. & ea colligata nodi nō ānuli nota. Sortiri quoq; contra prouocationē duceſ non anuliſ tradit. Fabrice etiam deum fibulaſ & alia muliebriſ cultuſ: ſicut inaureſ in primordio factitaſſe ſine mentione ānulorum. Et qui primuſ inſtituit: contanter id fecit. leuiſq; manibuſ ac latētibuſ īduit, cum ſi honoſ ſecuruſ fuiſſet: dextra fuerit oſtētanduſ. Quod ſi impedimentum potuit in ea aliquod intelligi: etiam in ſartoriſ uſu argumentum eſt: maiuſ ī leua fuiſſe qua ſcutum rapitur. Eſt quidem apud eūdē Homeꝝ uirorum crinibuſ aurum implexum. Ideo neſcio an prior uſuſ a feminiſ ceperit. Rome quidem non fuit aurum: niſi admodum exiguum longo tempore. Certe cum a Galliſ capta urbe pax emeretur: non pluſ q̄ mille pondo effici potuere. Nec ignoro. M. Craſſum duo milia pondo auri rapuiſſe ſuo & Pompeii tertio Conſulatu e Capitolini Iouiſ ſolio a Camillo ibi condita: & ideo a pleriſq; exiſtimari duo milia pondo collata. Sed quod acceſſit: ex gallorum preda fuit: detractumq; ab hiſ in parte capte urbiſ delubriſ. Galloſ autem cū auro pugnare ſolitoſ Torquatuſ indicio eſt. Apparet ergo Gallorum templorumq; tantundem nec ampliuſ fuiſſe. Quod quidem in augurio intellectum eſt: cum Capitolinuſ duplum reddidiſſet. Illud quoq; obiter indicari cōuēit. quoniam de annuliſ ſermonem repetimuſ: editium cuſtodie eiuſ deprehenſum fracta in ore annuli gemma ſtatim expiraſſe: & indiciū ita extinctum. Ergo ut maxime duo tantum milia pondo cum capta eſt Roma āno trecenteſimo. lxiiii. fuere. cū iā capitū liberorum cenſa eſſent. c. lii. milia quingenti. lxxxiii. Eadem poſt annoſ. ccc. vii. qđ ex Capitoline ediſ incendio ceteriſq; oībuſ delubriſ. C. Mariuſ filiuſ p̄neſte detulerat tredecim milia pondo ſub eo titulo in triumpho tranſtulit Sylla. Et argenti. vii. milia Idem ex reliqua ōni uictoria pridie tranſtulerat auri pondo. xv. milia argenti pōdo c. xv. milia. Frequentior autem uſuſ annulorum non ante. Cn. Flauium Annii filiū deprehenditur. Hic nanq; publicatiſ diebuſ faſtiſ quoſ populuſ a pauciſ Principum cotidie petebat. tantam gratiam plebiſ adeptuſ eſt: alioqui libertino patre genituſ & ipſe Appii Ceci Scriba: cuiuſ hortatu exceperat eoſ dieſ: conſultando aſſidue ſagaci ingenio promulgaueratq;: ut Ediliſ Curuluſ crearetur cum. Q. Anitio preneſtino qui pauciſ ante anniſ hoſtiſ fuerat. preteritiſ. C. Petilio & Domitio: quorum patreſ Conſuleſ fuerant. Additum Flauio ut ſimul Tribunuſ plebiſ eſſet. Quo facto tanta Senatuſ indignatione exarſit: ut annuloſ ab eo abiectoſ fuiſſe in antiq̄ſſimiſ rep̄iatē annalibuſ. Fallit pleroſq; qui tum & equeſtrem ordinem id feciſſe arbitrantur. Et enī

Vnđ mos Bulla aurea gestanda.

ungulum
symbolum

Annulus Legatis tm̄ dari solitus.

Mos Triumphantium.

adiectum hoc quoq;. Sed & falera poſita propter que nomen equitum abiectum eſt. Annuloſ quoq; depoſitoſ a nobilitate in annaleſ relatum eſt; non a Senatu uniuerſo. Hoc actum. P. Sempronio Longo. L. Sulpitio Coſſ. Flauiuſ uouit edē cōcordie ſi populo reconciliaſſet ordineſ. Et cū ad id pecunia publica non decerneretur: ex multaticia feneratoribuſ condemnatiſ Ediculam æream fecit in Graetoſcaſi: que tunc ſupra comitium erat. Inciditq; ī tabula erea eā edē. ccc. quattuor anniſ poſt Capitolinā dedicatam. Ita quadringentiſ. xliiii. a condita urbe geſtum eſt. & primum annulorum ueſtigium extat. Promiſcui autem uſuſ alterum ſecundo punico bello. Neq; enī aliter potuiſſent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Inter Scipionē quoq; & Druſum ex annulo in auctione nauali īmicicie cepere. Vnde origo ſocialiſ belli & exitia rerum. Ne tum quidem omneſ Senatoreſ habuerunt: utpote cū mēoria auorum multi. Pretura functi in ferreo conſenuerint. ſicut Calpurnium & Maniliū qui Legatuſ. C. Marii fuerat: Iugurtino bello Feneſtella tradit. Et multi. L. Fufidium illum quem Scauruſ in uita ſua ſcribit. In Quintiorum uero familia aurum ne feminaſ quidem habere moſ fuerit. Nulloſq; ōnino annuloſ maior parſ gentiū hoīmq; etiam qui ſub Imperio noſtro degunt hodie habeat. Non ſignet orienſ aut Egyptuſ etiam nunc litteriſ contenta ſoliſ. Multiſ hoc modiſ ut cetera omnia luxuria uariauit: gemmaſ addendo exquiſiti fulgoriſ. ſenſuq; opimo digitoſ onerando. ſicut dicemuſ in gemmarum uolumine. Mox & effigieſ uariaſ celando ut alibi arſ alibi materea eſſet ī precio. Aliaſ deinde gemmaſ uiolari nefaſ putauit. ac ne quiſ ſignandi cauſa in annuliſ eſſe intelligeret: ſolidaſ induit. Quaſdam uero neq; ab ea parte que digito olcultatur auro cluſit. aurumq; milibuſ lapillorum uiliuſ fecit. Contra uero multi nullaſ admittūt gemmaſ: auroq; ipſo ſignant: ut Claudii Ceſariſ Principatu repertum. Nec nō & ſeruitia iam ferrum auro cingunt: alia per ſe ſamio auro decorant. cuiuſ licentie origo nomine ipſo in Samothracia id inſtitutū declarat. Singuliſ primo digitiſ gerere moſ fuerat q̄ ſunt minimiſ proximi. Sic in Nume & Seruii Tullii ſtatuiſ uidemuſ. Poſtea pollici proximo induere etiam deorum ſimulachriſ. Dein iuuit & minimo dare. Gallie Britānieq; in medio dicuntur uſe. Hic nunc ſoluſ excipitur: ceteri omneſ onerantur. atq; etiam priuatim articuli minoribuſ aliiſ. Sunt qui treſ uni minimo congerant. alii uero & huic unum tantū. quo ſignanda ſignent. Cōditurq; ille ut reſ rara & ad iīurie uſuſ indigna: uelut e ſacrario promitur. Et unum in minimo digito habuiſſe p̄cioſioriſ eſt in recondito ſupellectiliſ oſtentatio. Iam alii pondera eorum oſtentant. aliiſ plureſ q̃ unum geſtare: labor eſt. Alii bratteaſ inſerunt leuiora materia. & propter caſum gemmarū totam ſollicitudinē putant. Alii ſub gēmiſ uenena cludunt: ſicut Demoſtenes ſummuſ oratorum grecie. annuloſq; mortiſ gratia habent. Demūq; & plurima opū ſcelera annuliſ fiunt. Que fuit illa priſcorū uita: qualiſ īnocētia ī qua nihil ſignabat̃? Ac nūc quoq; cibi ac potuſ uindicantur annulo a rapina. Hoc perfecere mancipioꝝ legioneſ. & in domo turba externa acta. Seruoꝝ quoq; cauſa nomēclator adhibēduſ. Sed aliter apud antiquoſ. Singuli Marciporeſ luci poreſue dominorum gentileſ: ōnē uictum in promiſcuo habebant. nec ulla domi cuſtodia a domeſticiſ opuſ erat. Nūc rapiende cōparantur epule: pariterq; qui rapiant eaſ. Sed & claueſ quoq; ipſaſ ſignare non eſt ſatiſ. grauatiſ ſomno aut morientibuſ annuli detrahuntur. maiorq; uite ratio circa hoc inſtrumentum eſſe cepit. Incertum a quo tempore. Videmur tamen poſſe ī extremiſ autoritatē eiuſ rei intelligere circa Policratem Sami Tyrannū: cui dilectuſ ille annuluſ in mare abiectuſ captoſ relatuſ eſt piſce ipſo circiter ducenteſimum. xxx. annum urbiſ noſtre interfecto. Celebratiorē quidē uſum cū fenore cepiſſe argumēto eſt conſuetudo uulgi ad ſponſioneſ etiamnum annulo exiliente. ab eo tempore quo nundum erat arra in uſu: ut plane affirmare poſſimuſ: nummoſ ante apud noſ cepiſſe: mox annuloſ. De nummiſ paulo poſt dicetur. Annuli diſtinxere alterum ordinem a Plebe: ut ſemel ceperant eſſe celebreſ. ſicut tunica ab annuliſ Senatũ tantum quanq̃ & hoc ſero. uulgoq; purpura latiore tunica uſoſ inuenimuſ etiam preconeſ. ſicut patrem L. Elii Stellioniſ Preconini ob id cognominati. Sed annuli plãe medium ordinem tertiumq; Plebi & Patribuſ inſeruere. ac quod antea militareſ equi nomen dederant: hoc nunc pecunie Iudiceſ tribuunt. nec pridem id factum: Diuo Auguſto decuriaſ ordinante: maior parſ Iudicum in ferreo annulo fuit. Iiq; non equiteſ: ſed iudiceſ uocabantur. Equitum nomen ſubſiſtebat in turmiſ equorum publicorum. Iudicũ quoq; non niſi quattuor decurie fuere primo. Vixq; milia ſingula in decuriiſ inuenta ſunt: nondum prouinciiſ ad hoc munuſ admiſſiſ. Seruatumq; in hodiernum diem eſt: ne qſ e nouiſ ciuibuſ in iiſ iudicaret.

CAP. III. De Decuriiſ iudicum: & quotienſ nomina equeſtriſ ordiniſ ĩmutata: & doniſ militaribuſ: & quãdo p̃mũ corona aurea.

Ecurie quoq; ipſe pluribuſ diſcrete nõibuſ fuere Tribunorũ eriſ & Selectorum & iudicum. Propter hoc etiamnum nongenti uocabãtur ex omnibuſ Selecti ad cuſtodienda ſuffragiorum ſcita i comitiiſ. Et diuiſuſ hic quoq; ordo erat ſuperba uſurpatione nominũ. cũ aliuſ ſe Nongentum: aliuſ Selectum: aliuſ Tribunũ appellaret. Tyberii demum Principatuſ nono anno in unitatem uenit equeſter ordo annulorũq; autoritati forma conſtituta eſt. C. Aſinio Pollione. C. Antiſtio Vetere. Coſſ. anno urbiſ condite. dcc. ſeptuageſimoquinto. quod miremur futili pene decauſa. cum. C. Sulpitiuſ Galba indruſtriæ famam apud Principem popinarum peniſ aucuparetur: occupatuſq; in hiſ eſſet queſtuſ in Senatu uulgo inſtitoreſ eiuſ culpe defendi annuliſ. Hac decauſa cõſtitutum: ne cui iuſ eiuſ eſſet: niſi cui ĩgenuo ipſi patri auoq; paterno ſeſtertia. cccc. cenſuſ fuiſſet. & lege Iulia Theatrali in. xiiii. ordinibuſ ſedendi. Poſtea gregatim ĩſigne id appeti ceptum. Propterq; hec diſcrimina Caiuſ Princepſ Decuriã quintam adiecit: tantumq; natum eſt faſtiſ ut que ſub Diuo Auguſto impleri non potuerant decurie non capiant eum ordinem. paſſimq; ad ornamenta ea etiam ſeruitute liberati tranſiliant: quod antea nunq̃ erat factum. quoniam in ferreo annulo Equiteſ Iudiceſq; intelligebantur. adeoq; promiſcuum id eſſe cepit: ut apud Claudium Ceſarẽ in Cẽſura eiuſ unuſ ex eqtibuſ Flauiuſ Procluſ. cccc. ex ea cauſa reoſ poſtularet. Ita dum ſeparatur ordo ab ingenuiſ: communicatuſ ẽ cũ ſeruitiiſ. Iudicũ aũt appellatiõe ſeparari eum ordinem primi omnium inſtituere Gracchi diſcordi popularitate in cõtumeliam Senatuſ. mox ea debellata: autoritaſ nominiſ uario ſeditionum euentu circa publicanoſ ſubſtitit. & aliquãdiu tertie uireſ publicani fuere. M. Cicero demũ ſtabiliuit Equeſtre nomen in conſulatu ſuo ei Senatum concilianſ: ex eo ſe ordine ꝓuectũ eſſe celebranſ: & eiuſ uireſ peculiari popularitate querenſ. Ab illo tempore plane hoc certum corpuſ in Republica factum eſt. Cepitq; adiici Senatui populoq; Romano Equeſter ordo. Qua decauſa & nunc poſt populum ſcribitur: quia nouiſſime ceptuſ ẽ adiici. Quin etiam ipſum Equitum nomẽ ſepe uariatum eſt: In iiſ quoq; qui ad eqtatũ trahebãtur. Celereſ ſub Romulo Regibuſq; appellati ſunt. Deĩde Flexumineſ. poſtea troſuli: cum oppidum in Thuſſiſ citra Volcinioſ hoc nomĩe paſſuũ. ix. milia ſine ullo adiumẽto peditũ cepiſſent. Eiuſ uocabuli uiſ durauit ultra. C. Gracchum. Iuniuſ certe qui ab amicicia eiuſ Gracchanuſ appellatuſ eſt ſcriptum reliquit hiſ uerbiſ. Quod ad equeſtrem ordinem pertinet antea Troſſuloſ uocabant. nunc Equiteſ uocant. Ideoq;

quia non ītelligunt Troſſuloſ nomen quid ualeat: multoſ pudet eo nomine appellari. & cauſam que ſupra dicta eſt: exponit. In uitoſq; etiā num tñ Troſſuloſ uocari. Sūt adhuc alique non omittende in auro differentie. Auxiliareſ quippe externoſ torq̄buſ aureiſ donauere: at ciueſ non niſi argenteiſ. Preterq; armillaſ ciuibuſ dedere: quaſ nō habent externi. Idē quod magiſ miremur coronaſ ex auro dedere ciuibuſ. Quiſ p̄muſ donatuſ ſit ea: non īueni. Sed quiſ primū donauerit a. L. Piſone traditur. A Poſtumiuſ Dictator apud lacum Regillum caſtriſ latinorum expugnatiſ ei cuiuſ maxime opera capta hanc coronam ex preda dedit. Itē. L. Lentuluſ cōſul Ceruilio Cornelio Merendo Samnitum oppido capto. Sed quinq; librarum corona Piſo frugi filium ex priuata pecunia donauit. eamq; coronam teſtamento Reipublice legauit.

CAP. IIII. De Reliquo cultu auri in diiſ: uiriſ: mulieribuſ: & numo aureo: & quando primum ſignatum æſ: argentum: & aurum: & āteq̃ ſignaretur qui moſ ī ere: & que maxīa pecūia primo cenſu: & quotienſ & quibuſ auctoritaſ auri.

Eorum uero honori in ſacriſ nihil aliud excogitatum eſt: q̄ ut auratiſ cornibuſ hoſtie maioreſ duntaxat immolarentur. Sed in milicia quoq; intantum adoleuit hec luxuria: ut. M. Bruti ī Philippiciſ campiſ epiſtole reperiantur frementeſ fibulaſ Tribuniciaſ ex auro geri. At herculeſ idem tu Brute mulierum pedibuſ aurū geſtari tacuiſti. Cuiuſ ſceleriſ noſ coarguimuſ illū primum: qui auro dignitatē per ānuloſ fecit. ut habeant in lacertiſ iam quidem & uiri quod e Dardaniſ uenit. itaq; & Dardanum uocabatur. Vxorie Celticæ dicuntur. Virileſ Celtiberice. Habeant femine ī armilliſ digitiſq; totiſ collo auribuſ. Per haſ diſcurrant cathene circa latera: & īſerta margaritarum pondera e collo dominarū auro pendeant: ut in ſomno quoq; unionū cōſciētia aſſit. Etiam num pedibuſ induitur: atq; inter Stolam Plebemq; hunc medium feminarū equeſtrem ordinem facit. Honeſtiuſ uiri pedagogiſ id damuſ. balneaſq; diueſ puerorū forma conuertit. Iam uero etiam Harpocratem: ſtatuaſq; Egyptiorum numinum in digitiſ uiri quoq; portare incipiunt. Fuit & alia Claudii Principatu differentia īſolēſ iiſ quibuſ admiſſionem liberti eiuſ dediſſent: imaginē prīcipiſ in annulo ex auro gerēdi: magna criminum occaſione. Que oīa ſalutariſ exortuſ Veſpaſiani Prīcipiſ aboleuit: equaliter publicando Principem. De annuliſ aureiſ eorumq; uſu hactenuſ dictum ſit. Proximum ſceluſ fecit: qui primuſ ex auro denarium ſignauit. quod & ipſum lateat autore incerto. Populuſ Romanuſ ne quidem argento ſignato ante Pyrrhum Regē deuictum uſuſ eſt. Libraliſ unde etiam nunc libella dicitur: & dipondiuſ appendebāt aſſiſ. Quare eriſ grauiſ pena dicta. Et adhuc expenſa in rationibuſ dicuntur. Item impendia: & compendia. Quin & militum ſtipendiorum: hoc eſt ſtipiſ ponderande pēſatoreſ libripendeſ dicuntur. Qua conſuetudine in iiſ emptionibuſ que mancupi ſunt: etiam nunc libra interponitur. Seruiuſ Rex primuſ ſignauit eſ. Antea rudi uſoſ Rōe Timeuſ tradit. Signatū eſt nota pecudum: unde & pecunia appellata. Maximuſ cēſuſ cx. milia aſſiū fuit illo rege. Et ideo hec p̄ma Claſſiſ. Argentū ſignatū eſt anno urbiſ quingenteſimooctogeſimoquinto. Q. Fabio Conſule quīq; anniſ ante primum bellū Punicum: & placuit denariuſ pro decem libriſ eriſ. Quinariuſ pro quinq;. Seſtertiū pro bipondio ac ſemiſſe. Libre autem ponduſ eriſ imminutum bello Punico primo cū impenſiſ Reſpublica non ſufficeret. Cōſtitutūq; ut aſſeſ ſextantario pondere ferirēt. Ita quinta parte facta lucri diſſolutum eſ alienū. Nota eriſ fuit ex altera parte Ianuſ geminuſ: ex altera roſtrū nauiſ. In triente uero & quadrante eſ quadranſ antea triūciſ uocatuſ a tribuſ unciſ. Poſtea Annibale urgente. Q. Fabio maxīo Dictatore aſſeſ untialeſ facti.placuitq; denarium.xvi.aſſibuſ permutari. Quinarium octõiſ. Seſtertium quaterniſ. Ita Reſpub. dimidium lucrata eſt. In militari tamen ſtipendio ſemꝑ denariuſ pro decem aſſibuſ datuſ. Nota argenti fuere bige. atq; quadrige: & iñ bigati quadrigatiq; dicti. Mox lege papyriana ſemuntialeſ aſſeſ facti. Liuiuſ Druſuſ in Tribunatu Plebiſ : octauam partem eriſ argento miſcuit. Qui nunc Victoriatuſ appellatur: lege Clodia percuſſuſ eſt. Antea enim hic nummuſ ex Illyrico aduectuſ merciſ loco habebatur. Eſt autem ſignatuſ uictoria: & inde nomen. Aureuſ nummuſ poſt annum ſexageſimumſecũdum percuſſuſ eſt q̃ argenteuſ: ita ut ſcrupulum ualeret ſeſtertiiſ uiceniſ: quod efficit in libraſ rõe ſeſtertii q tunc erant ciſtertioſ nõgẽtoſ. Poſt hec placuit. xl. milia ſignari ex auri libriſ. paulatimq; Principeſ imminuere ponduſ. minutiſſimuſ uero ad. xlv. milia. Sed a nummo prima eſt origo auaricie excogitata fenore queſtuoſaq; ſegnicia. Hec paulatim exarſit rabie quadam non iam auaricia ſed fameſ auri. utpote cum Septumuleuſ. C. Gracchi familiariſ auro repenſum caput eiuſ exciſum ad Opimium tulerit. plumboq; in oſ addito paricidio ſuo Rempublicam etiã circumſcripſerit. Nec iam Quiritiũ aliquo ſed uniuerſo nomine Romano infami: Rex Mithridateſ Aquilio duci capto auꝝ in oſ infundit. hec parit habendi cupido. Pudet intuentem tantum omnia iſta que ſubinde noua Greco ſermone excogitantur expreſſo argenteiſ uaſiſ auro aut incluſo: quibuſ deliciiſ ueneũt tam aurea q̃ inaurata cũ ſciamuſ interdixiſſe caſtriſ ſuiſ Spartacum ne quiſ auꝝ haberet: aut argentum. Tãto fuit pluſ animi fugitiuiſ noſtriſ Meſſalla orator prodidit Antoniũ Trium uiꝝ aureiſ uſum uaſiſ in omnibuſ obſceniſ deſideriiſ: pudendo etiam crimĩe Cleopatre. Sũme apđ exteroſ licentie fuerat poculo aureo puluino ſubdito Philippum Regem dormire ſolitum. Agomencelum Alexandri magni prefectum aureiſ clauiſ ſuffigere crepidaſ. Antoniuſ contumeliam nature uilitatem auro fecit opuſ proſcriptione dignum. Sed preter alia equidem miror Populum Romanum uictiſ gẽtibuſ in tributo ſemꝑ argẽtũ imperaſſe: non aurum ſicut Carthaginicum Annibale uicte argenti pondo annua in quinquaginta annoſ nihil auri. Nec poteſt uideri penuria mundi id eueniſſe. Nam Midaſ & Creſuſ infinitum poſſederant. Iam Cyruſ deuicta Aſia pondo.xxxiiii.milia inuenerat: preter uaſa aurea aurumq; factum: & in eo folia ac platanum uitẽq;. Qua uictoria argenti quingenta milia talentoꝝ reportauit & craterem Semiramidiſ. cuiuſ ponduſ quindecim talentorum colligebat. Talentum autem Egyptium pondo. lxxx. patere Varro tradit. Iam regnauerat in Colchiſ Salauceſ & Eſubopeſ q terrã uirginẽ nactuſ plurimum argenti auriq; eruiſſe dicitur in Suanorum gente. Et alioqui uelleribuſ aureiſ inclyto regno. Sed & illiuſ auree camere & argentee trabeſ narrantur. & columne atq; paraſtate uicto Seſoſtre Egypti Regi tam ſuperbo ut prodatur anniſ quibuſq; ſorte Regeſ ſinguloſ e ſubiectiſ iungere ad currum ſolituſ. ſicq; triumphare. Et noſ fecimuſ que poſteri fabuloſa arbitrentur. Ceſar qui poſtea dictator fuit p̊muſ ĩ edilitate munere patriſ funebri õni apparatu arene argẽteo uſuſ eſt. feraſq; argẽteiſ uaſiſ inceſſere tum primum uiſum. Mox quod etiam in municipiiſ emulentur. C. Antoniuſ ludoſ ſcena argentea fecit. Item. L. Murena & Caiuſ Princepſ in cyrco pecma duxit: In quo fuere argenti pondo.cxxiiii. Claudiuſ ſucceſſor eiuſ cum de Britania triumpharet inter coronaſ aureaſ unam. vii. pondo habuit quam contuliſſet hiſpania citerior. alteram.ix. quam Gallia comata ſicut tituluſ indicauit. Huiuſ deinde ſucceſſor Nero Pompeii theatrum operuit auro in unum diem quo Tyridati Regi Armenie oſtenderat. & quota parſ ea apparatuſ fuit auree domuſ ãbientiſ urbẽ? Auri inerario Populi Romani fuere Sex. Iulio. L. Aurelio Coſſ. ſeptem anniſ ante bellũ Punicũ tertium pondo.dcc.xxvi.argenti nonagintaduo milia & extra nūerū.ccc.&.lxxv.milia. Item Sex.Iulio.L.Martio Coſſ.hoc eſt belli Socialiſ initio.octingēta.xlvi.auri pondo. Ceſar primo introitu urbiſ in ciuili bello ſuo ex erario protulit laterum aureoꝝ.xxvi.milia & ī nūero pōdo.ccc.Nec fuit aliſ tēporibuſ Reſpu.locupletior. Intulit & Emiliuſ Pauluſ Perſeo Rege Macedonico deuicto: predam pondo trium milium.a quo tempore Populuſ Romanuſ tributum pendere deſiit. Laquearia que nunc & in priuatiſ domibuſ auro teguntur.poſt carthaginem euerſam primo īaurata ſunt in Capitolio Cenſura. L. Munnii. Inde tranſire in cameraſ. In parieteſ quoq; q iam & ipſi tanq̃ uaſa inaurantur:cum ſua etaſ uaria de Catulo exiſtimauerit:ꝙ tegulaſ ereaſ Capitolii inauraſſet primuſ. Inuentoreſ auri ſicut metallorum fere omnium ſeptimo uolumīe diximuſ. Precipuam gratiam huic materie fuiſſe arbitror. n̄ colore qui in argento clarior eſt:magiſq; diei ſimiliſ.& ideo militaribuſ ſigniſ familior quoniā iſ longiuſ fulget.manifeſto errore eorum qui colorem ſyderum placuiſſe in auro arbitrantur.cum in gēmiſ aliiſq; rebuſ nō ſit precipuuſ. nec pōdere aut facilitate materie prelatum eſt ceteriſ metalliſ:cum cedat per utrunq; plumbo. Sed quia rerum uni nihil igne deperit:tota etiam in incendiiſ rogiſq; durante materia. Quinimmo quo ſepiuſ arſit:proficit ad bonitatem.auriq; experimento igniſ ē:ut ſimili colore rubeat igniſ. atq; ipſum obryzum uocant. Primum autem bonitatiſ argumentum eſt q̃d difficillime accendi. Preterea mirum prune uiolentiſſime ligni īdomitum palea citiſſime ardeſcere. atq; ut purgetur:cū plumbo coqui.Altera cauſa precii maior ꝙ minimum uſuſ deterit:cum argento ere plumbo linee ducantur: manuſq; ſordeſcant decidua materia. Nec aliud laxiuſ dilatatur:aut numeroſiuſ diuiditur: utpote cuiuſ uncie in ſeptuagenaſ & qnquagēaſ pluresq; bratteaſ quaternū utrīq; digitoꝝ ſpargāt. Craſſiſſime ex iiſ Preneſtine uocatur:etiā num retinenteſ nomē Fortune inaurato ibi fideliſſīe ſimulacro. Proxīa brattea Queſtoria appellatur. Hiſpania ſtrigileſ uocat auri paruulaſ maſſaſ quod ſuper omnia ſolum in maſſo auro inuento capitur: cum cetera in metalliſ repta igni perficiantur. hoc ſtatim aurum eſt: conſummatamq; materiam protinuſ habet cum ita inuenitur. Hec enim inuentio eiuſ naturaliſ eſt. Alia quam dicemuſ coacta. Super cetera non rubigo ulla non erugo non aliud ex ipſo quod conſumat bonitatē: minuatue ponduſ. Iam contra ſaliſ & aceti ſuccoſ domitoreſ rerum conſtantia ſuperq; omnia netur ac texitur lane modo & ſine lana. Tunica aurea triūphaſſe Tarqniū Priſcum Verriuſ tradit.Noſ uidimuſ Agrippinam Claudii Principiſ:edente eo naualiſ prelii ſpectaculum aſſidētem ei:indutam paludamento:auro textili ſine alia materie. Attaliciſ uero iam p̄dē ītexitur inuento Regum Aſie. Marmori & iiſ que oīa candefieri non poſſunt oui candido illinitur. ligno glutini ratione compoſita:Leucoporon uocant. Quid ſit hoc aut quemadmodum fiat:ſuo loco docebimuſ. Eſ inaurari argēto uiuo aut certo hydrargyro legitimū erat. de quibuſ ut dicemuſ illoꝝ naturam reddēteſ:excogitata frauſ eſt. Nanq; eſ cruciatur ī primiſ accenſūq; reſtinguitur ſale aceto alumine.poſtea exarenatur:an ſatiſ recoctum ſit:ſplendore deprehendente.iterumq; exhalatur igni:ut poſſit edomitum mixtiſ punice alumine argento uiuo inductaſ accipere bratteaſ. Alumen ī purgando uim habet talem:qualem eſſe diximuſ plumbo.

CAP.V.De Naturali ratione inueniendi auri.

Vrum inuenit̄ in noſtro orbe: ut omittamuſ Indicum:atq; a formiciſ aut grypibuſ apud ſchytaſ erutum.apud noſ tribuſ modiſ.fluminum rramentiſ ut ī Tago Hiſpanie. Pado Italie. Hebro thracie. Pactalo Aſie. Gāge Indie. Nec ullū abſolutiuſ aurum eſt.ut curſu ipſo trituq; perpolitū. Alio modo puteorum ſcrobibuſ effodit̄:

aut in ruina montium. Quare utraq; ratio dicetur. Aurum qui querunt: ante omnia ſegullum tollunt: ita uocatur indicium. alueuſ ubi id eſt: areneq; lauantur: atq; ex eo quod reſedit: coniectura capitur. ut inueniatur aliquando in ſumma tellure protinuſ rara felicitate: ut nuper in Dalmatia Principatu Neroniſ ſinguliſ diebuſ etiam quinquagenaſ libraſ fundenſ cum iam inuentum eſt in ſummo ceſpite. Alutationem uocãt ſi & auro ea telluſ ſubeſt. Ceterum monteſ Hiſpanie aridi ſterileſq;: & in quibuſ nihil aliud gignatur: huic bono coguntur fertileſ eſſe. Quod puteiſ foditur: canalitiũ uocãt. alii canalitenſe mamoriſ glorie inherenſ: non illo modo quo in oriente Sapphyro atq; thebaico aliiſq; in gemmiſ ſcintillat. Sed micaſ amplexum marmoriſ: hi uenarũ canaleſ per marmor uagantur & latera puteorum & huc illuc: inde nomine inuento. telluſq; ligneiſ columniſ ſuſpenditur. Quod effoſſum eſt tunditur. lauatur. uritur. mollitur in farinam. nam quod in piliſ cudunt Apilaſcudem uocãt argentum quod exit a fornace. ſudoremq; qui e camino iactatur. Spurcicia in omni metallo uocatur Scoria. Hec in auro coquitur iterum & tunditur. Catini fiunt ex taſconio. hec eſt terra alba ſimiliſ argille. neq; enim alia afflatum ignemq; & ardentem materiam tolerat. Tertia ratio opera uicerit Gigantum. Cuniculiſ per magna ſpatia actiſ cauantur monteſ ad lucernarum lumina. Eadem menſura uigiliarũ ſunt multiſq; menſibuſ non cernitur dieſ. Arrugiaſ id genuſ uocant. ſiduntq; rime ſubito. & opprimunt operarioſ: ut iã minuſ temerarium uideatur e profundo mariſ petere margaritaſ: Tanto nocentioreſ fecimuſ terraſ. Relinquuntur itaq; forniceſ crebri montibuſ ſuſtinendiſ. Occurſant in utroq; genere ſiliceſ. Hoſ igni & aceto rumpunt. Sepiuſ uero: quoniam in cuniculiſ uapor & fumuſ ſtrangulat: cedunt fractariſ. cl. libraſ fieri agentibuſ. Egeruntq; hũeriſ noctibuſ ac diebuſ per tenebraſ proximiſ tradenteſ. lucẽ nouiſſimi cernunt. Si lõgior uidet̃ ſilex: latuſ ſequitur. Foſſam ambit quiete. Tamen in ſilice faciliuſ exiſtimatur oꝑa. Eſt nanq; terra ex quodam argille genere glaree mixta: cãdidã uocãt: prope inexpugnabiliſ. Cuneiſ eam ferreiſ aggrediuntur. & iiſdem malleiſ. nihilq; duriuſ putant. niſi ꝙ inter omnia auri fameſ duriſſima eſt. Peracto opere ceruiceſ fornicum ab ultio cedunt. dantq; ſignum rima. Eamq; ſoluſ intelligit in cacumine montiſ eiuſ peruigil. hic uoce ictuue repente reuocari operarioſ iubet: pariterq; ipſe deuolat. Mõſ fractuſ cadit a ſeſe longo fragore: qui concipi hũana mente non poſſit: & flatu incredibili. Spectant uictoreſ ruinam nature. Nec tamen adhuc aurum eſt. nec ſciere eſſe cum fodere. Tãtaq; ad pericula euincenda fuit ſatiſ cauſe ſperare quod cuperent. Aliuſ par eſt labor uel hoc maioriſ impendii flumina ad lauandam hanc ruinam iugiſ montium duxere obiter a centeſimo plerunq; lapide. Corrugoſ uocãt a corriuatione credo. nimirum & hic labor eſt. Precepiſſe libramento oportet ut fruariſ quando influat. itaq; altiſſimiſ partibuſ ducitur. conualliſ & interualla ſubſtructiſ canalibuſ iungũtur. Alibi rupeſ inuie ceduntur. ſedemq; trabibuſ cauatiſ prebere coguntur. Iſ qui cedit: funibuſ pendet: ut procul intuentibuſ ſpecieſ nefaria quidem: ſed alitum fiat. Pendẽteſ maiore ex parte librant: & lineaſ itineri prefigunt. Itaq; inſiſtentiſ ueſtigiiſ hõiſ locuſ ñ eſt. maneſ trahuntur ad homineſ: ut uitium inportent. Id genuſ terre urion uocant. Ergo per ſiliceſ calculoſue ducuntur & urium euitant. Ad capita detectuſ in ſuperciliiſ mõtiũ piſcine cauantur: ducenoſ pedeſ in quaſq; parteſ. & in altitudinem denoſ. Emiſſoria in iiſ quina pedum quadratorum ternum fere linquũtur & repleto ſtagno excuſſiſ obturamentiſ erumpit torrenſ: tanta ui ut ſaxa reuoluat. Aliuſ etiam num in plano labor. Foſſe in quaſ profluat cauantur agangaſ uocant. ee ſternuntur gradatim. Frutex ẽ ulex roriſ marini ſimiliſ aſper aurũq; retinenſ. latera cluduntur tabuliſ: ac ꝑ p̃rupta ſuſpenduntur: carnali ita profluēte de terra ī mari. Hiſ decauſiſ iā promouit Hiſpāia in priore genere que exhauriuntur immenſo labore ne occupent puteoſ in hoc rigāť. Aurum arrugia queſitum non coquitur. ſed ſtatim ſuum eſt. Inueniuntur ita maſſe. Nec non ī puteiſ etiam denaſ excedenteſ libraſ. Palacaſ hiſpani alii palacranaſ. Iidem quod minutum eſt balucem uocant. Vlex ſiccatuſ uritur: & ciniſ eiuſ lauatur ſuſtrato ceſpite herboſo ut ſidat aurū. Vicena milia pondo ad hunc modum anniſ ſinguliſ aſturiam atq; Galletiam & Luſitamam preſtare quidā traderūt. ita ut plurimū aſturia gignat. Neq; in alia parte terrarum tot ſeculiſ hec fertilitaſ. Italie parcitum ē uetere interdicto patrum: ut diximuſ: alioqui nulla fecundior metallorum quoq; erat telluſ. Extat lex cenſoria uictimilianae aurifodine: qua in uercellenſi agro cauebatur: ne pluſ quinq; hominum in opere publicani haberent. Aurum faciendi eſt etiam nū una ratio ex auripigmēto quod in Syria foditur pictoribuſ in ſumma tellure auri colore ſed fragili lapidum ſpecularium modo. Inuitaueratq; ſpeſ Caiū Principem auidiſſimū auri. q̄obrem iuſſit excoqui magnum ponduſ. & plane fecit aurum excellenſ. ſed ita parui ponderiſ ut detrimentum ſentiret illud propter auaricitiam expertuſ. q̄q̄ auripigmenti libre. xiiii. permutarentur. nec poſtea temptatum ab ullo eſt. omni auro īeſt argentum uario pondere: alibi dena alibi nona: alibi octaua parte. In uno tantū Gallie loco quod uocant Albucrarenſe. xxxvi. portio inuenitur ideo ceteriſ preeſt. Vbicunq; quinta argenti porcio eſt: Electrum uocatur. Scrobeſ ee reperiuntur in Canalienſi. Fit & cura Electrū argento addito. Quod ſi quintam portionē exceſſit: incudibuſ nō reſiſtit. Eſt electro autoritaſ Homero teſte qui Menelai Regiam auro electro. argento ebore. fulgere tradit. Minerue templum habet Lindoſ īſula Rhodioꝝ in quo Helena ſacrauit calicem ex electro. Adiicit hiſtoriam. mamme ſue mēſura. Electri natura eſt ad lucernarum lumina clariuſ argēto ſplēdere. Quod eſt natiuum & uenena deprehendit. nanq; diſcurrunt in calicibuſ arquuſ celeſtibuſ ſimileſ cū igneo ſtridore. & gemina ratione predicunt.

CAP. VI. De Prima aurea ſtatua.

Vrea ſtatua prima omniū nulla inanitate & anteq̄ ex ere aliquo illo mō fieret: quam uocant holoſphyraton in templo Anaetidiſ poſita dicitur. In ſitu terrarū nomen hoc ſignificauimuſ: numīe gentibuſ illiſ ſacratiſſimo. Direpta ē Antonii Parthiciſ rebuſ. Scitumq; narratur dictum uniuſ ueteranorum Bononie hoſpitali Diui Auguſti cena cum īterrogaretur: eſſet ne uerum: eum qui primuſ uiolaſſet hoc numē oculiſ mēbriſq; captā exſpiraſſe? reſpondit enī tū maxīe Auguſtū de cruore eiuſ cenare. ſeq; illū eē totūq; ſibi cēſū ex ea rapīa eſſe. Hoīm p̄muſ & aureā ſtatuā & ſolidā Gorgiaſ Leontinuſ delphiſ in tēplo ſibi poſuit. lxx. circiter olympiade. Tātuſ erat docēde oratorie artiſ queſtuſ. Auꝝ pluribuſ modiſ pollet ī remediiſ. Vulneratiſq; & īfātibuſ applicať: ut minuſ noceant: que inferantur ueneficia. Eſt & ipſi ſuperlato uiſ malefica galinarum quoq; & pecorum feturiſ. Remediū eſt abluere illatū & ſpargere eoſ quibuſ mederiueliſ. Torretur & cum ſaliſ grummo pondere triplici miſſo. & rurſū cum duabuſ ſaliſ portionibuſ & una lapidiſ quē ſchiſton uocant: Ita uiruſ tradit rebuſ una crematiſ in fictili uaſe ipſum purum & incorruptum. Reliquuſ ciniſ ſeruatuſ in fictili & ex aqua illituſ: lichenaſ in facie ſanat. Lomento id conuenit ablui. Fiſtulaſ etiā ſanat. & que uocantur hemorrhoideſ. Quod ſi trito ſpūa adiiciatur putria ulcera & tetri odoriſ emēdat. Ex melle uero decoctum cū melanthio & illitū umbilico leuiter ſoluit aluum. Verrucaſ curari eo. M. Varro eſt autor.

CAP. VII. De Chryſocolla: & mediciniſ ex terriſ mirabilia quoq; de Glutinandiſ: ꝑficiēdiſq; metalliſ.

Hryſocolla humor eſt in puteiſ quoſ diximuſ: per uenā auri defluenſ craſceſſēte limo rigoribuſ hyberniſ uſq; in duriciam pumiciſ. Laudatiorem eandem in erariiſ metalliſ: & proximā ī argentariiſ fieri: compertum eſt. Inuenitur & in plumbariiſ uilior etiam auraria. In omnibuſ autem iiſ metalliſ fit & cura multum infra naturalē illā: immiſſiſ in uenam aquiſ leuiter hyeme tota: uſq; ī Iuniū menſem. Dein ſiccatiſ ī Iunio & Iulio ut plane intelligatur nihil aliud chryſocolla q̃ uena putriſ. Natiua duricia maxime diſtat. uuam uocant. Et tamen illa quoq; herba quam luteam appellāt: tingitur. Natura eſt que lino laneue ad ſuccum bibendum. Tunditur ī pila. deinde tenui cribro ſecernitur. poſtea molitur. ac deīde tenuiuſ ſic cribatur. Quicquid nō trāſmeat repetitur in pila. dein molitur. Puluiſ ſemper ī catinoſ digeritur: & ex aceto macerat̄: ut omniſ duricia ſoluatur. Ac rurſuſ tunditur dein lauatur in conchiſ. ſiccaturq;. tūc tīguitur aluīne ſchiſto & herba ſupradicta. pingiturq; anteq̃ pingat. Refert q̃ bibula dociliſq; ſit. Nam niſi rapuit colorem. adduntur & ſcyatum atq; turbiſtum ita uocant. medicamēta ſorbere cogentia. Cū tinxere pictoreſ: orobiſtin uocant. Eiuſq; duo genera faciunt. Elutā que ſeruatur in lomenta. Et liquidā globuliſ ſudore reſolutiſ. hec utraq; genera ī cypro fiunt. Laudatiſſīa īter armēia. Secūda in Macedōia. Largiſſīa ī Hiſpāia. Sūma cōmēdatiōiſ ē ut colorē herbe ſegetiſ lete uirētiſ q̃ſimilile reddat. Viſūq; iā Nerōiſ Prīcipiſ ſpectaculiſ arenā cyrci chryſocolla ſterni: cū ipſe cōcolori panno aurigaturuſ eſſet inducta opificum turba. Tribuſ eam generibuſ diſtinguūt. Aſperam que laxatur in libraſ. vii. Mediā que denariiſ quiniſ. Attritam quam & herbaceam uocant: que. xiii. Sublinunt autem arenoſam: priuſ q̃ inducant atramento & paretonio. Hec ſunt tenacia eiuſ & colore blanda. Paretonium: quoniam eſt natura pīguiſſimū & propter leuorē tenaciſſimū atramēto aſpergit̄: ne paretonii cādor pallorem chryſocolle afferat. Luteam putant a lutea herba dictam: quam ipſā ceruleo ſubtritam chryſocolla inducunt: uiliſſimo genere atq; falciſſimo. Vſuſ chyſocolle & in medicina eſt ad purganda uulnera cum cera & oleo. Eadem per ſe arida ſiccat: & cōtrahit. Datur & in āgina orthopnoeaue miſcenda cum melle. Concitat uomitioneſ. Miſcetur & collyriiſ ad cicatriceſ oculorum. ac uiribuſ ēplaſtriſ. Ad doloreſ mitigādoſ & cicatriceſ trahendaſ. Hanc chryſocollā medici aceſin appellant que nō eſt orobitiſ. Chryſocollā & aurificeſ ſibi uendicant agglutinando auro & inde omneſ appellatam ſimiliter utenteſ dicunt. Temperatur autem ea Cypria erugine & pueri impubiſ urina: addito nitro. Teritur Cyprio ere in Cypriiſ mortariiſ. Santernam uocant noſtri. Ita feruminatur aurum quod argentoſum uocant. Signumq; eſt ſi addita Santerna niteſcit. E diuerſo eroſum contrahit ſe. hebetaturq;. & difficulter ferruminatur aurū. Ad id glutinum fit auro & ſpuma argenti ad ſupradicta additiſ: unaq; contritiſ. Cōtexi par eſt reliqua circa hoc. ut uniuerſa nature cōtingat ammiratio. Auri glutinū eſt tale. Argillo ferro. Cadmia eriſ maſſiſ. Alumen laminiſ. Reſina plūbo & marmori. Sed plumbum nigrū albo iungitur. Ipſumq; album ſibi oleo. Item ſtagnum eramētiſ Stagno argentum. Pineiſ optime ligniſ eſ ferrumq; fūditur. Sed & Egyptia papyro. Paleiſ aurum. Calx aqua accenditur: & Trachiniuſ lapiſ. Idemq; oleo reſtinguitur: Igniſ autem aceto maxime & uiſco. & ouo. Terra minime flagrat. Carboni maior uiſ exuſto. iterumq; flagranti.

CAP. VIII. De Argento: Argento uiuo: Stibia: Alabaſtro: Scoria argenti: & ſpuma argenti.

B hiſ argenti metalla dicantur. que ſequenſ inſania ẽ. Non niſi ĩ puteiſ repitur. nullaq; ſui ſpe naſcitur: nulliſ ut in auro lucentibuſ ſcintilliſ. Terra eſt alia ruffa alia cineracea. Excoqui non poteſt niſi cum plumbo nigro: aut cum uena plumbi. Galenam uocant que iuxta argenti uenaſ plerunq; reperitur. Et eodem ope ignium deſcendit parſ in plumbũ argẽtũ aũt ſuperne innatat: ut oleũ aquiſ. Reperitur ĩ oĩbuſ pene prouinciiſ. Sed in Hiſpania pulcherrimum. Id quoq; in ſterili ſolo atq; etiam in mõtibuſ. Et ubicunq; una inuenta uena eſt: non procul inuenitur alia. hoc quidem & in omni fere materia unde metalla greci uidentur dixiſſe. Mirũ adhuc per Hiſpãiaſ Ab Annibale. inchoatoſ puteoſ durare ſua ab inuentoribuſ nomina habenteſ. Ex quiſ Bebelo appellatur hodieq; qui. ccc. pondo Annibali ſumminiſtrauit in dieſ. Ad mille quingentoſ iam paſſuſ cauato monte per quod ſpatium Aquitani ſtanteſ diebuſ noctibuſq; egerunt aquaſ lucernarum menſura amnemq; faciunt. Argẽti uena que ĩ ſũmo reperta eſt: crudaria appellatur. Finiſ antiquiſ fodiendi ſolebat eſſe alumen inuentũ. ultra nihil querebatur. Nuper inuenta eriſ uena infra alumen alba nullum finẽ ſpei fecit. Odor ex argẽtifodiniſ inimicuſ omnibuſ animalibuſ. Sed maxĩe canibuſ. aurum argent u mq; quo molliuſ eo pulchriuſ. Lineaſ ex argento nigraſ fieri producitq; miramur. Eſt & lapiſ in iiſ ueniſ: cuiuſ uomica liquoriſ eterni argentumuiuum appellatur. Venenum rerum omnium eſt. Exedit ac perrumpit uaſa permanẽſ tabe dira. Omnia ei innatant preter aurum: id unum ad ſe trahit. ideo & optĩe purgat ceteraſ eiuſ ſordeſ expuẽſ crebro iactatu fictilibuſ in uaſiſ ita uitiiſ abiectiſ ut & ipſum ab auro diſcedat. In pelleſ ſubactaſ effunditur. perq; eaſ ſudoriſ uice defluenſ purum relinquit aurum. Ergo & cum era inaurantur: ſublitum bratteiſ pertinaciſſime retinet. Verum pallore detegit ſimpliceſ aut pretenueſ bratteaſ. Quapropter id furtum querẽteſ oui liquore candido uſum eum adulterauere. Mox & hydrargyro: de quo ſuo dicemuſ loco. Et aliaſ argentumuiuum non largum inuentum eſt. In iiſdem argenti metalliſ inuenitur: ut proprie dicamuſ: ſpume lapiſ candide nitentiſq;: non tamen tranſlucentiſ Stimi appellant. Alii Stibiam: Alii Alabaſtrum: Aliqui Turbaſin. Duo eiuſ genera maſ ac femina. Magiſ probant feminam. Horridior eſt maſ: ſcabriorq; & minuſ ponderoſuſ: minuſq; radiãſ & arenoſior. Femina contra nitet friabiliſ: fiſſuriſq; nõ globiſ dehiſcẽſ. Viſ eiuſ aſtringere ac refrigerare. Principaliſ autem circa oculoſ: nanq; ideo etiã platyophthalmon id appellauere: quoniam in calliblephariſ dilatet oculoſ: & fluctioneſ inhibeat oculorum: exulcerationeſq;. Farina eiuſ & thuriſ gummi ammixto: Siſtit & ſanguinẽ e cerebro profluentem. Efficatior & cõtra recẽtia uulnera. Et contra uetereſ canũ morſuſ inſparſa farina. Et contra ambuſta igni cum adipe ac ſpuma argenti ceruſſaq; & cera. Vritur autem offiſ bubuli fimi circũlitum in clibaniſ. Dein reſtĩguitur mulieꝝ lacte. Teriturq; ĩ mortariiſ ãmixta aq̃ pluuia. Ac ſubinde turbidũ trãſfũditur in ereum uaſ. & mundatur nitro. Fex eiuſ intelligitur plumboſiſſima queq; ſubſedit in mortario. abigiturq;. Dein uaſ in quo turbida tranſfuſa ſunt: opertũ linteo per noctẽ relinquitur. & poſtero die quicquid innatat effunditur. ſpongiaq; aqua tollitur. Quod ibi ſubſedit: floſ intelligitur. ac linteo interpoſito in ſole ſiccatur non ut perareſcat. Iterumq; in mortario teritur & in paſtilloſ diuiditur. Ante omnia autem urẽdi moduſ neceſſariuſ eſt: ne plumbum fiat. Quidam non fimo utuntur coquenteſ: ſed adipe. Alii tritum in aqua triplici linteo ſiccant fecemq; abiiciũt. idq; quod defluxerit tranſfũdũt Ac quicquid ſubſidet id colligenteſ: emplaſtriſ collyriiſq; miſcent. Scoriam in argento Greci uocant helcyſma. Viſ eiuſ aſtringere & refrigerare corpora. Additur ẽplaſtriſ: ut molibdena: de qua dicemuſ in plumbo. Cicatricibuſ maxime glutinandiſ: & contra tenaſmoſ: dyſenteriaſq; ĩfuſa clyſteribuſ cū myrteo oleo. Addunt & ĩ medicamēta que uocant Liparaſ ad excreſcētia ulcerum aut ex attritu facta: aut ĩ capite manantia. Fit & in iiſdem metalliſ: & que uocatur ſpuma argenti. Genera eiuſ tria. Optima quā Chryſitin uocant. Secunda: quam argyritin. Tertia quam Molibditin. Et plerumq; omneſ hi coloreſ in eiſdem tubuliſ inueniuntur. Probatiſſima eſt attica. Secūda hiſpanienſiſ. Chryſitiſ ex ipſa uena fit. Argyritiſ ex argento. Molibditiſ plūbi ipſiuſ fuſura que fit puteoliſ: & inde habet nomen. Omniſ aūt fit ex cocta ſua materia ex ſupiori catino defluenſ in inferiorem. Ex eo ſublata ueruculiſ ferreiſ. atq; in ipſa flamma cōuoluitur ueruculo: ut ſit modici ponderiſ. Eſt autem: ut ex nomine ipſo ītelligi poteſt: feruescētiſ & future materie ſpūa. Diſtat a ſcoria quo poteſt ſpuma a fece diſtare. Alterum purgantiſ ſe materie alterū purgate uitium eſt. Quidam duo genera faciūt ſpume que uocant ſcleritida & pneumonen & peumenen. Tertium molibdenam in plumbo dicendam. Spuma ut ſit utiliſ: iterum coquitur: confractiſ tabuliſ ad magnitudinem annulorum. Ita accenſa follibuſ ad ſeparandoſ carboneſ cineremq;. Abluitur aceto aut uino. Simulq; reſtinguitur. Quod ſi ſit Agyritiſ: ut candor ei dēt: magnitudine fabe confracta ĩ fictili coq iubetur ex aqua addito ĩ linteoliſ tritico. & hordeo nouiſ: donec ea purgentur. Poſtea ſex diebuſ terunt in mortariiſ ter die abluenteſ aq̄ frigida. Et cū deſināt calida. addito ſale foſſili in librā ſpūe obolo. Nouiſſĩo die cōdūt in plumbeo uaſe. Alii cum faba candida & ptiſſana coquunt & in ſole ſiccant. Alii in lana candida cum faba donec lanam ñ denigrent. tunc ſalem foſſilem adiiciunt: ſubĩde aqua mutata: ſiccātq; diebuſ. xl. calidiſſimiſ eſtatiſ. Nec nō ĩ uētre ſuillo ĩ aq̄ coquūt: exemptamq; nitro fricant. & ut ſupra terunt in mortariiſ cum ſale. Sūt qui ñ coquāt: ſed cum ſale terant. & abiecta aqua abluant. Vſuſ eiuſ ad collyria. & nitrum ad muliebrium cicatricum feditateſ tollēdaſ. maculaſq;. & abluendū capillum. Viſ aūt. ſiccare. mollire. refrigerare. temperare. purgare. explere. Vlcerum tumoreſ lenire. Talibuſq; ēplaſtriſ ſupradictiſ. igneſ etiā ſacroſ tollit cū ruta. myrtoq; & aceto. Itēq; perniōeſ cū myrto & cera & abdogmine.

CA. IX. De Minio origine: inuentione: & generibuſ eiuſ: & de Cinnabari eorumq; medicinis.

Nuenitur in argentariiſ metalliſ minium quoq;. & nunc inter pigmenta magne autoritatiſ. & quondam apud Romanoſ ñ ſolū maxĩe: ſed etiam ſacre religioniſ: ut autor eſt Verriuſ. & cuiuſ ſit neceſſe credere autoritati. Iouiſ ipſiuſ ſimulacri faciē diebuſ feſtiſ minio illini ſolitam. triumphantūq; corpora. Sic camillum triumphaſſe. Hac religione etiam nunc addi in unguenta cene triumphaliſ. & a Cenſoribuſ ĩ p̄miſ Iouem miniandum locari. Cuiuſ rei equidem cauſam miror. quanq̄ & hodie id expeti conſtant Ethiopum populiſ. totoſq; eo tingui procereſ. huncq; ibi deorum ſimulacriſ colorem eſſe. Qua propter diligentiuſ proſequemur omnia de eo. Theophraſtuſ. xc. annoſ ante praxibulum Athenienſium Magiſtrum quod tempuſ exit in urbiſ noſtre ducenteſimumquadrageſimum. ix. annum: tradit inuentum minium a Gallia atheniēſe initio ſperante aurum poſſe excoqui arena rubente in metalliſ argenti. Hanc fuiſſe originem eiuſ. Reperiri autem iam tum in Hiſpaniiſ ſed durum & arenoſum. Itē apd̄ colchoſ in rupe quadam inacceſſa ex qua iaculanteſ decuterent: id eſſe adulteꝝ. Optimum uero ſupra Epheſum Cilbianiſ agriſ. Arenam cocci colorem habere. Hanc teri. Dein lauari farinam. & quod ſubſidat iterum lauari. Differentiā artiſ eſſe ꝙ alii miniū faciunt prima locura. Apud alioſ id eſſe dilutiuſ. Sequentiſ autem locure optimum. Autoritatē colori fuiſſe non miror. Iā enĩ Troianiſ temporibuſ rubrica ĩ honore erat

Homero teſte qui naueſ ea commendat. Aliaſ circa picturaſ pigmentaq; ignaruſ. Milton uocant Greci minium: quidam cinnabari. Vnde natuſ error indico nomime. Sic enim appellant illi ſaniem draconiſ eliſi elephantorum morientiū pondere ꝑmixto utriuſq; animaluſ ſanguine: ut diximuſ. Neq; aliuſ eſt color qui in picturiſ proprie ſāguinē reddat. Illa cinnabariſ antidotiſ medicamētiſq; utiliſſima ē. At hercule medici quia cinnabarin uocant pro ea utūtur hoc minio quod uenenum eſſe paulo mox docebimuſ. Cinnabari ueteres que etiam nunc uocāt monocromata: pingebāt. Pīxerūt & ephesio minio. quod derelictū eſt quia curatio magni operiſ erat. pretereaq; utrūq; nimiſ acre exiſtimatur. Ideoq; tranſire ad rubricam & ſinopidem de quibuſ ſuiſ lociſ dicam. Cinnabariſ adulteratur ſanguine caprino: aut ſorbiſ tritiſ. Preciū ſincere nūmi quinquaginta. Iuba minium naſci & in Carmania tradit. Hermogeneſ & in Ethiopia. Sed neutro ex loco inuehitur ad noſ. nec fere aliunde ꝗ ex Hiſpania. Celeberrimū ex Siſaponenſi regione in Betica Miniario metallo uectigalibuſ Populi Romani nulliuſ rei diligentiore cuſtodia. Non licet id ibi perficere excoquique. Romam perfertur uena ſignata ad dena milia fere pondo annua. Rome autem lauatur ī uēdendo precio ſtatua lege ne modum excederet. lxx. in libraſ. Sed adulteratur multiſ modiſ: unde preda ſocietati. Nanq; eſt alterum genuſ in omnibuſ fere argentariſ. Itemq; plumbariſ metalliſ: quod fit exuſto lapide ueniſ permixto non ex illo cuiuſ uomicam argentumuiuum appellauimuſ. Iſ enim & ipſe in argentum excoquitur. Sed aliiſ ſimul repertiſ. Sterileſ etiam plurimi deprehenduntur ſolo colore nec niſi in fornacibuſ rubeſcenteſ. exuſtiq; tunduntur in farinam. Et hoc eſt ſecundariū miniū per ꝗpauciſ notum: multum infra naturaleſ illaſ harenaſ. Hoc ergo adulterat̃ miniū in officiniſ ſociorum. Item ſyrico quo nā modo Syricū fiat ſuo loco dicemuſ. Sublini aut ſyrico minium compēdii ratio demonſtrat. Et alio modo pingentium furto oportunum eſt plenoſ ſubinde abluentium penicilloſ. Sidit aūt ī aqua: conſtatq; furātibuſ. Sincero cocci nitor eſſe debet. Secundarii autem ſplendor ī parietibuſ ſentit imaginē. Quanꝗ hoc rubigo quedam metalli eſt. Siſaponenſibuſ aūt miniariiſ ſue uena arena ſine argento excoquitur. auri modo probatur. Auro candente fucatum nigreſcit. Sīcerum retinet colorem. Inuenio & calce adulterari. Ac ſimili ratiōe ferri cādētiſ lamīa: ſi non ſit aurum: deprehendi illico. Soliſ atq; lune contactuſ inimicuſ. Remedium ut parieti ſiccato cera punica cū oleo liquefacta candēſ ſetiſ inducatur. Iterūq; admotiſ galle carbonibuſ aduratur ad ſudorem uſq;. Poſtea candeliſ ſubigatur ac deinde linteiſ puriſ ſicut & mormora niteſcant. Qui minium in officiniſ poliunt: faciem laxiſ ueſiciſ illigant: ne in reſpirando perniciale m puluerem trahant. & tamen ut per illaſ ſpectēt. Minium in uoluminū quoq; ſcriptura uſurpatur. Clarioreſq; litteraſ uel in auro uel ī marmore etiam in ſepulchriſ facit.

CAP. X. DE Hydrargyro: & Argento inaurando: & coticuliſ: & Argenti generibuſ atq; experimentiſ.

X ſecūdario inuenit uita & hydrargyrū in uicem argenti uiui paulo āte dilatū.

Fit autē duobuſ modiſ. ereiſ mortariiſ piſtilliſq; trito minio ex aceto aut patiniſ fictilibuſ impoſitū: ferrea concha calice coopertū argilla ſuperillita. Dein ſub patiniſ accenſum follibuſ continuo igni. atq; ita caliciſ ſudore deterſo: qui fit argenteo colore: & aque liquore. Idem guttiſ diuidi faciliſ & lubrico hūore cōfluere. Quod cū uenenū eſſe conueniat: omnia que de minio in medicine uſu traduntur: temeraria arbitror. preterꝗ fortaſſe ꝙ illitum capiti uentri ſanguinem ſiſtit dū ne quid prtereat ī uiſcera ac uulnuſ attingat: aliter utendum non eque cenſeam. Hydrargyro argentū īauratur ſolum nunc prope. cum & in era ſimili modo duci debeat. Sed eadem frauſ que ĩ omni uite pte ĩgẽioſiſſia ẽ: uiliorẽ excogitauit materiã: ut docuimuſ. Auri argẽtiq; mĩtionẽ comitatur lapiſ quem coticulam appellant: quondam non ſolitum inueniri niſi ĩ flumĩe Ocho: ut autor ẽ Theophraſtuſ. Nunc uero paſſim quem alii Heraclium alii Lydiũ uocant. Sunt autem modici. quaternaſ unciaſ longitudiniſ: binaſq; latitudiniſ nõ excedẽteſ. Quod a celo fuit in iiſ meliuſ: q̃ quod a terra. Iiſ coticuliſ periti cũ e uena lima rapuerint experimentum: protinuſ dicunt quantum auri ſit ĩ ea quantum argenti uel eriſ ſcrupulari differentia mirabili ratione ñ fallente. Argenti due differentie. Batilliſ ferreiſ candentibuſ ramento impoſito quod candidum permaneat: probatur. Proxĩa bõitaſ ruffo. Nulla nigro. Sed experimento quoq; frauſ interuenit: ſeruatiſ enim in uirorum urina batilliſ inficitur ita ramentum obiter dum uritur: candoremq; mentitẽ. Eſt aliquod experimentũ politi & in halitu hominiſ ſi ſudet protinuſ nubẽq; diſcutiat.

CAP. XI. DE Speculiſ: & Aegyptio argento.

Aminaſ duci & ſpecula fieri non niſi ex optimo poſſe creditum fuerat. Id quoq; iam fraude corrumpitur. Sed natura mira eſt imagineſ reddendi. quod repcuſſo aere atq; ĩ oculoſ regeſto fieri cõuenit. Eadẽ ui ĩ ſpeculiſ uſu polita craſſitudine: pauluq; ppulſa dilatatur ĩ ĩmẽſũ magnitudo imaginum. Tantum intereſt: repercuſſũ illũ reſpuat ac accipiat. Quin etiam pocula ita figurantur: expulſiſ intuſ crebriſ ceu ſpeculiſ: ut uel uno intuente populuſ totidem imaginum fiat. Excogitãtur & monſtrifica ut in templo Smyrne dicata. Id euenit figura materie. Plurimumq; refert: concaua ſint & poculi modo an media depreſſa an elata an auerſa an obliqua ſupina an recta qualitate excipiẽtiſ figure torquente ueniẽteſ umbraſ. neq; enim eſt aliud illa imago: q̃ digeſta claritate materie excipientiſ umbra. Atq; ut oĩa de ſpeculiſ peragantur hoc loco: optĩa apud maioreſ fiebant brũduſina: ſtãgno & ere mixtiſ. Prelata ſũt argẽtea Primuſ fecit Praxitele Magni Pompeii etate. Nuperq; credi ceptũ certiorẽ imaginẽ reddi auro appoſito auerſiſ. Tingit & Egyptuſ argentum: ut in uaſiſ Anubem ſuum ſpectet. pingitq; non celat argentum. Tranſiit inde materia & ad triumphaleſ ſtatuaſ. mirumq; creſcit precium fulgoriſ excecati. Id autem fit hoc modo. Miſcetur argento tertia parſ eriſ Cyprii tenuiſſimi quod coronarium uocant. & ſulphuriſ uiui quantum argenti. Cõflãtur ĩ uictili circumlito argilla. Moduſ coquendi donec ſe ipſa opercula operiant. Nigreſcit oui indurati luteo: ut tamen aceto & creta deteratur. Miſcuit denario triumuir Antoniuſ ferrum. Miſcuit eri falſe monete. Alii e pondere ſubtrahunt cum ſit iuſtum. lxxxiiii. e libriſ ſignari. Igitur arſ facta denarioſ probare. tã iucũda e lege plebe: uti Mario Gratidiano uicatim totaſ ſtatuaſ dicauerit. Mirumq; in hac artium ſola uitia diſcuntur: & falſum denarii ſpectatur exemplar. pluribuſq; ueriſ denariiſ adulterinuſ emitur.

CAP. XII. De Modica pecunia & quorum maxime opeſ fuerĩt: & quando primuſ populuſ Romanuſ Stipem ſparſerit.

On erat apud antiquoſ numeruſ ultra centũ milia. Itaq; hic & hodie multiplcatẽ ut decieſ centena milia: aut ſepiuſ dicantur. Fenuſ hoc fecit nummuſq; percuſſuſ. & ſic quoq; eſ alienũ etiã num· appellatur. Poſtea diuiteſ cognominati: dũ modo notũ ſit: eum qui primuſ acceperit hoc nomen: decoxiſſe creditoribuſ ſuiſ. Ex eadem gente M. Craſſuſ negabat diuitẽ eſſe: niſi q reddditu ãnuo legionem tueri poſſet. In agriſ ſuiſ ſeſtertium. xx. milia poſſidet: Quiritium poſt Syllam ditiſſimuſ. Nec fuit ſatiſ; niſi totũ Parthorum eſuriſſet aurum. Atq; ut nomen quidem optimi occupauerit. Iuuat enim inſectari inexplebilem iſtã habendi cupiditatem. Multoſ poſtea cognouimuſ ſeruitute liberatoſ opulentioreſ. pariterq; treſ Claudii Principatu Pallãtẽ Calliſtũ & Narciſſũ Atq; ut hi omittantur tanq̃ adhuc rerũ potiant̃. C. Aſinio Gallo. C. Martio Cyrino Coſſ. ad. vi. Ka. Febru. C. Ceciliuſ Claudiuſ Iſidoruſ teſtamento ſuo edixit: q̃uiſ multa ciuili bello perdidiſſet: tamen relinquere ſeruorum quattuor milia. centũ. xvi. Iuga boum tria milia ſexcenta. Reliqui pecoriſ. cc. quinquagĩta. vii. milia. In numero pondo ſexcenta milia. Qui funerari ſe iuſſit ſeſterniſ. xi. milibuſ. Congregate & excedenteſ numerum opeſ: Quota tamen porcio erũt Ptolemei: quem Varro tradit Pompeio reſ gerente circa Iudeam: octona milia equitum ſua pecunia tolerauiſſe: Mille cõuiuaſ totidem aureiſ pateriſ imitantem uaſa cũ ferculiſ ſaginaſſe. Quota uero ille ipſe: neq; enim de regibuſ loquor: portio fuerit Pythiſ Bithynii qui platanam auream: uitemq; nobilem illam Dario Regi donauit? Xerxiſ copiaſ: hoc eſt ſeptieſ lxxxviii. milia hominum excepit Epulo: Stipendium quinq; menſium frumentumq; pollicituſ: ut e quinq; liberiſ ſenectuti ſue in delecto unuſ ſaltem concederetur. Hunc quoq; ipſum aliquiſ comparet Creſo Regi. Que malum amentia eſt: id in uita cupere: quod aut etiam ſeruiſ contigerit: aut ne in regibuſ quidem inuenerit finem? Populuſ Ronanuſ ſtipem ſpargere cepit. Sp. Poſtumo. Q. Marſio. Coſſ. Tãta pecunia erat: ut eam conferret. L. Scipioni: ex qua iſ ludoſ fecit. Nã ꝙ Agrippe Menenio ſextãteſ eriſ in funuſ contulit: honoriſ id neceſſitatiſq; propter paupertatẽ Agrippe ñ largitiõiſ eſſe dixerim.

CA. XIII. De Luxuria & frugalitate in uaſiſ & lectiſ argenteiſ & quando lanceſ ĩmodicæ factæ.

Aſa ex argento mira inconſtantia humani ingenii uariat. nullum genuſ officine diu probando. nunc Furniana. nunc Clodiana. nunc Graniana. Etenĩ taterniſ & menſiſ ea adoptauimuſ: nunc Anaglypta: in aſperitatemq; exciſa circumlita auro & picta querimuſ. Iam uero & menſaſ repoſitoriiſ imponimuſ. & ad ſuſtinenda obſonia interradimuſ altera: & intereſt q̃plurimum lima perdiderit. Vaſa coquinaria ex argento Caluuſ orator fieri queritur. At noſ carrucaſ ex argento celare ĩuẽimuſ. Noſtraq; etate Pompeia coniunx Neroniſ Principiſ delicatioribuſ iumẽtiſ ſuiſ ſoleaſ ex auro quoq; induere ſolebat. Libraſ. xxxii. argenti Africanuſ ſequenſ heredi reliquit. Idemq; cum de peniſ triumpharet: quattuor milia. cccc. lxx pondo tranſtulit. Hoc argentum tota Carthago habuit illa terrarum emula: quod nunc in menſarum ẽ apparatu. Poſtea uicta ĩ Numantia & deleta: Idem Africanuſ in triumpho militibuſ xvii. milia pondo dedit. O uiroſ illo imperatore dignoſ: q̄buſ hoc ſatiſ fuit. Frater eiuſ allobrogicuſ primuſ omniũ mille pondo habuit. At Liuiuſ Druſuſ ĩ tribunatu plebiſ xi. milia. Nam propter quinq; pondo notatum a Cenſoribuſ triumphalem ſenem iam fabuloſum uidetur. Item Catum Elium cum legati Etolorum in cõſolatu prãdentem in fictilibuſ adiſſent miſſa ab iiſ uaſa argentea non accepiſſe. neq; aliud habuiſſe argenti ad ſupremum uite diem q̃ duo pocula: que. L. Pauluſ ſocer ei ob uirtutẽ deuicto Perſeo Rege donaſſet. Inuenimuſ legatoſ: Carthaginenſium dixiſſe: nulloſ hominum benigniuſ inter ſe uiuere q̃ Romanoſ. Eodẽ enĩ argẽto apud oẽſ cenitauiſſe ſe ipſoſ. At herculeſ Pompeium paulini equitiſ Arelatenſiſ filium: paternaq; appellatum gente xii. pondo argenti habuiſſe apud exercitum ferociſſimiſ gentibuſ oppoſitum. ſcimuſ. Lectoſ uero mulierum iam pridem totoſ operiri argento & triclinia quedam quibuſ argentum addidiſſe primuſ traditur Caruiliuſ Pollio equeſ Romanuſ. non ut opere. aut delicata ſpecie faceret: ſed punica. Idem & aureoſ fecit. Nec multo poſt argenti Deliacoſ imitati ſunt. Que omnia expiauit bellum ciuile Syllanum. Paulo eum ante hec facta ſunt. Lanceſq; e centeniſ libriſ argenti: quaſ tunc ſuper quingentaſ nūero Rome fuiſſe conſtat. multoſq; ob eaſ proſcriptoſ dolo cōcupiſcētium. Erubeſcant annaleſ ꝗ bellū ciuile talibuſ uitiiſ ĩputauere. Noſtra etaſ fortior fuit Claudii prĩcipatu. Seruuſ eiuſ Druſillianuſ nomine rotunduſ: Diſpenſator Hiſpanie citerioriſ qnq̄genariā lanceā habuit cui fabricande officina priuſ exedificata fuerat. Et comiteſ eiuſ octingentaſ quinquagintaocto librarum. Quare queſo? niſi ut q̃ multi eaſ conſerui inferrent: aut quibuſ cenantibuſ. Corneliuſ Nepoſ tradit ante Sylle uictoriam duo tantum triclinia Rome fuiſſe argentea. Repoſitoriiſ argentū addi ſua memoria ceptū Feneſtella dicit: qui obiit nouiſſimo Tyberii Ceſariſ principatu. Sed & teſtudinea tum in uſum ueniſſe. Ante ſe autem paulo lignea rotunda ſolida nec multo maiora q̃ menſaſ fuiſſe. Se quidem puero. quadrata & compacta aut acere operta ac cedro cepiſſe. Mox additum argentum in anguloſ lineaſq; per commiſſuraſ. Tympana uero ſe iuuene appellata patinaſ & lanceſ q̃ſ ātiq magidaſ appellauerant. Nec copia tantū argenti fuerat uite: ſed ualidiuſ pene inani precium. Idq; iam pridem ut ignoſcamuſ nobiſ. Delphinoſ quiniſ milibuſ ſeſtertiiſ in libraſ emptoſ. C. Gracchuſ habuit. L. uero Craſſuſ orator duoſ ſcyphoſ Mentoriſ artificiſ manu celatoſ ſeſtertiiſ cētum. Confeſſuſ tamen eſt nūq̃ ſe uti propter uerecundiam auſum. Sicut eundem. vi. milibuſ ſeſtertiiſ in ſingulaſ libraſ uaſa empta habuiſſe. Aſia primum deuicta luxuriam miſit in Italiam Siquidem. L. Scipio tranſtulit in triūpho argenti celati pondo milia quadraginta. l. Et uaſorum aureorū pondo. cc. milia anno condite urbiſ ꝗngēteſimo ſexageſimoqnto Eadem Aſia domita: multo etiam grauiuſ afflixit moreſ: inutiliorq; uictoria illa hereditaſ attalo Rege mortuo fuit. Tum enim hec emendi Rome in auctionibuſ regiiſ uerecundia exēpta eſt: urbiſ anno. dc. xxvi. mediiſ. lvii. anniſ erudita ciuitate amare etiam & non ſolum ammirari opulentiā externā. Immenſo & Achaice uictorie mōto ad impellendoſ moreſ: que & ipſa hoc interuallo anno urbiſ. dc. viii. Parthica ſigna & tabulaſ pictaſ ĩuexit: ne qd deeſſet. Pariterq; luxuria nata ē & Carthago ſublata: ita congruentibuſ fatiſ: ut & liberet amplecti uitia: & liceret petiere dignationē Hic aliqui ueterum ut. C. Mariuſ poſt uictoriam Cimbricā cantariſ potaſſe. Liberi patriſ exemplo traditur. Ille arator Arpinaſ & Manipulariſ imperator.

CA. XIIII. De ſtatuiſ argēteiſ & ereiſ quibuſdā & celatura & argēti.

Rgenti uſum in ſtatuaſ primum ad honorem Diui Auguſti in adulationem tempoꝝ tranſiſſe falſo exiſtimat̄. Iā enim triūpho magni Pōpeii reperimuſ trāſlatā Pharnaciſ: qui primo regnauit in Ponto argenteā ſtatuam. Itē Mitridatiſ Eupatoriſ & curruſ aureoſ argenteoſq;: Argentum ſuccedit aliquando & auro luxu feminarum plebiſ: compedeſ ſibi ex eo faciētiū: q̃ſ ĩducere aureaſ moſ uetuſtior uetat. Vidimuſ & ipſi. L. aureliū Fuſcū motū equeſtri ordĩe ob ĩſignē cū celebritate aſſectationē adoleſcētiū ſcole ex argēto ānuloſ habentē. et qd hoc attinet colligere cū capuli militum ebore etiā faſtidito celent̄ argento. uagĩe Catilliſ. baltei laminiſ crepitēt. Iā uero pedagogia ĩ tranſitu utilitatiſ cuſtodiantur. Argento femine lauentur. & niſi argētea ſolia faſtidiant eademq; materia & cibiſ & probriſ ſeruiatur. Videret hec Fabritiuſ & ſtrataſ argento mulierum balineaſ: ita ut ueſtigio locuſ non ſit cum iuriſ lauātium. Fabritiuſ inq̃ qui bellicoſ imperatoreſ pluſ q̃ pateram & ſalinum ex argento habere uetabat. Videret hinc dona fortium fieri hĩc frāgi moreſ: Fabricii noſ puderet. Mirū ĩ auro celando inclaruiſſe neminem argento multoſ. Maxime tamen laudatuſ eſt mentor: de quo ſupra diximuſ. Quattuor paria deniq; ab eo ōnino facta ſūt: ac iam nullū extare dicitur Epheſiæ Dianæ templi & Capitolii incendiiſ. Varro & ereum ſignum eiuſ babuiſſe ſcripſit. Proximi ab eo ammiratione Acragaſ & Boetuſ & Myſ fuere. Extãt bodie omniũ opera in Inſula Rbodiorum. Boeti apud Lyndiam Mineruam ĩ tẽplo. Acragantiſ in templo Liberi patriſ in ipſa Rbodo baccbe centauriq; celati in ſcypbiſ. Myoſ in eadem ede & Silenuſ & Cupido: & ueneratio in ſcypbiſ. Magna fama poſt boſ celebratuſ eſt Antipater: quiq; Satyrum in pbiala grauatum ſomno collocauiſſe ueriuſ q̃ celaſſe dictuſ eſt Stratonicuſ. Mox Cyzicenuſ Tauricuſ. Item Ariſtonicuſ Mityleneuſ laudatur & Hecateuſ. Et circa Magni Pompeii etatem Praxiteleſ Poſidoniuſ Epbeſiuſ Leduſ Naucratiteſ qui prelia armatoſq; celauit. Zopyruſ q Areopagitaſ & iudicum Oreſtiſ in duobuſ ſcypbiſ pondo.xii.eſtimatiſ. Fuit dein Pytbeaſ cuiuſ due uncie uigiti uenierunt Vlyxeſ & Diomedeſ erant ĩ pbiale ẽblemate palladiũ ſurripienteſ. Fecit idem & cocoſ Magireſia appellatoſ paruuliſ potoriiſ. Sed e quibuſ ne exemplaria quidem liceret exprimere. Tam opportuna iniurie ſubtilitaſ erat. Habuit & Teucer Cruſtariuſ famã. Subitoq; bec arſ ita exoleuit, ut ſola iã uetuſtate cenſeatur uſq; adeo attritiſ celaturiſ: ne figura diſcerni poſſit auctoritaſ. Argentum medicatiſ aquiſ inficitur atq; etiam afflatu ſalſo ſicut in Mediterraneiſ Hiſpanie. In argenti & auri metalliſ naſcuntur etiam nunc pigmenta. Fit enim Ceruleum qđ ꝓpe limuſ eſt. Optimum ex eo quod Atticum uocatur. Precium in pondo libraſ. xxii. Proximum marmoroſum ſub dimidio Attici precio. Tertium genuſ eſt preſſum: quod alii Syricum uocant ex inſula Syro. Iam quidem & ex Acbaia quo utũt ad picture umbraſ. Precium ĩ libraſ buiuſ. H S. bini. Dipondiiſ uero detractiſ quod lucidũ uocãt e Gallia ueniens. Hoc autem & Attico ad lumina utuntur. Ad abacoſ nõ niſi marmoroſo: quoniam marmor in eo reſiſtit amaritudini calciſ. Effoditur & ad.xx.ab Vrbe lapidẽ in montibuſ. Poſtea uritur preſſum appellantibuſ qui adulterant. Sed eſſe falſũ aduſtumq; amaritudine apparet: quoniam reſolutum in puluerem eſt.

CA.XV.De Sile & Ceruleo:& Cbryſocolla.& neſtoriano: & Cilono:& ꝙ non omni anno eque ſpecieſ uendantur.

Ile primi inſtituere pingere. Sed Polygnotuſ & Micon Attico duntaxat. Hoc ſecuta etaſ ad lumina uſa eſt. Ad umbraſ aũt Scyrico & Lydio. Lydiũ Sardibuſ emebatur: quod nunc obmutuit. Ceruleum arena eſt. Huiuſ genera tria. Antiquuſ Egyptium: quod maxime probatur Syricũ. boc diluitur facile. Cunq; teriť ĩ q̃ttuor coloreſ mutatur. cãdidiorẽ nigriorẽue. craſſiorem. tenuioremue. Prefertur biuc etiãnũ Cyprium. Acceſſit biſ Puteolanum & Hiſpanienſe. arena ibi confici cepta. Tinguiť autem omne & in ſua coquitur berba. bibitq; ſuccum. Reliqua confectura eadem que cbryſocolle. Ex ceruleo fit: quod uocatur Lomentum. Preficitur id lauãdo terẽdoue & boc eſt Ceruleo candidiuſ. Precia eiuſ. xxiii. in libra. Cerulei. xviii. Vſuſ ĩ creta calciſ impatienſ. Nuper acceſſit & Neſtorianũ ab autore appellatũ. Fit ex Egyptii leuiſſima parte. Precium eiuſ. xl. in libraſ. Idẽ & Puteolani uſuſ. preterq; ad feneſtraſ Vocant Coelon. Non pridem apportari & indicum eſt ceptum. Cuiuſ precium. xvii. in libraſ. Ratio in pictura ad inciſuraſ. boc eſt umbraſ diuidendaſ ab lumine. Eſt & ſubtiliſſimum genuſ Lomenti quod dant tritum quiniſ aſſibuſ eſtimatum. Cerulei ſinceri experimentum in carbone ut flagret. Frauſ uiola arida decocta in aq̃: ſuccoq; per linteum expreſſo in cretã Eretbriam. Viſ eiuſ in medicina ut purget ulcera. Itaq; & emplaſtriſ adiiciunt. Itẽ cauſticiſ. Teritur difficillĩe Sile. In medẽdo leuiter mordet. aſtringitq; & explet ulcera. Vritur ĩ fictilibuſ ut proſit. Precia rerũ que uſq̃ diſpoſuimuſ: ñ ignoramuſ alia in aliiſ lociſ eſſe. & omnibuſ pene anniſ mutari ꝓut nauigatiõeſ conſtiterint. aut ut qſq; mercatuſ ſit: aut aliquiſ preualenſ mancepſ annonã flagellet:

nõ obliti Demetriũ tota Helladia Neroniſ Principatu accuſatũ apud cõſulē. Poni tñ neceſſarium fuit: que plerunq; erant Rome ut exprimeretur autoritaſ rerum.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER TRIGESIMVSTERTIVS DE METALLIS AVRI ET ARGENTI FINIT. INCIPIT LIBER TRIGESIMVS QVARTVS DE METALLIS ERIS ET PLVMBI FOELICITER.

CA. I. De Ere & generibuſ eiuſ.

Roxima dicantur eriſ metalla: cui & in uſu proximum eſt precium Immo uero ante argentum. ac pene etiam ante aurum Corinthio. Stipiſ quoq; autoritaſ ut diximuſ. hinc era militum: tribuni erarii & erariũ: & oberati ab ere dicti. Docuimuſ q̃diu populuſ Romanuſ ere ſignato tantum uſuſ eſſet & alia que uetuſtaſ tradidit cũ equalē Vrbi autoritatē eiuſ declararet a rege Nũa collegio tertio Fabꝝ erariorum inſtituto. Vena quo dictum eſt modo effoditur: igniq; perficitur. Fit & e lapide eroſo: quem uocant Cadmiam. Celebritaſ in Aſia. & quondã in Campania. nunc in Bergomatium agro: extrema parte Italie. Feruntq; nuper in Germania etiam prouintia repertũ. Fit & ex alio lapide: quē chalcitem uocãt ĩ Cypro: ubi prima fuit eriſ inuentio. Mox uilitaſ precipua reperto ĩ aliiſ terriſ preſtantiore: maxime aurichalco. quod ob precipuam bonitatem ammirationē diu obtinuit. Nec reperitur longo iam tempore effeta tellure. Proximum bonitate fuit Saluſtianum in Centronum alpino tractu non longi & ipſum eui. Succeſſit & Liuianum in Gallia utrũq; a metallorum dominiſ appellatum. Illud ab amico Diui Auguſti: hoc a coniuge uelociſ defectuſ. Liuianum quoq; certe admodum exiguum inuenitur. Summa gloria nunc in marianum conuerſa: quod & cordubenſe dicitur. Hoc a Liuiano cadmiam maxime ſorbet. & aurichalci bonitatē imitatur in ſeſtertiiſ dipondiariiſq; Cyprio ſuiſ aſſibuſ contento. Et hactenuſ nobilitaſ in ere naturaliſ ſe habet. Reliq̃ genera artificio conſtant que ſuiſ lociſ reddentur: ſumma claritate ante omnia indicata. Quõdã eſ confuſe auro argentoq; miſcebatur. & tamen arſ precioſior erat. Nunc incertum eſt peior hec ſit an materia. Mirumq; cum ad ĩfinitum operum precia hec creuerint: autoritaſ artiſ extĩcta eſt. Queſtuſ enim cauſa ut oĩa exerceri cepta eſt: que glorie ſolebat. Ideo etiã deoꝝ ad ſcripta operi cũ procereſ gẽtiũ claritatē & hac uia quererent. adeoq; exoleuit fundendi eriſ precioſi ratio: ut iã diu ne fortuna quidē ĩ ere iuſ artiſ habeat. Ex illa aũt ãtiq̃ gloria Corinthium maxime laudatur. hoc caſuſ miſcuit. Corintho cũ caperetur incenſa. mireq; circa id multorum affectatio fuit. Quippe cum tradatur ñ alia decauſa Verrem quem Cicero damnauerat proſcriptum eſſe ab Antonio q̃ ꝗ Corinthiiſ ſe ei ceſſuꝝ negauiſſet. At mihi maior pſ eoꝝ ſimulare eã ſcientiã uidetur: ad ſegregãdoſ ſe a ceteriſ: magiſ q̃ ĩtelligere aliq̃d ſubtiliuſ. & hoc pauciſ docebo. Corĩthuſ capta ē Olympiadiſ centeſimeq̃nquageſimeſexte ãno tertio. noſtre Vrbiſ ſexcẽteſimo octauo: cũ ãte ĩ ſeculo fictoreſ nobileſ eſſe deſiſſēt: quoꝝ iſti oĩa ſigna hodie Corĩthia appellãt. Quapropter ad coarguendoſ eoſ ponemuſ artificum etateſ. nam urbiſ noſtre ãnoſ ex ſupradicta comparatione Olympiadum colligere facile erit. Sunt ergo uaſa tantum Corinthia que iſti elegantioreſ nunc eſ ſculpendo tranſferunt modo ĩ lucernaſ modo in trullaſ: nullo mundiciaꝝ deſpectu. Eiuſ tria genera. Candidũ argento nitore ꝗproxime accedenſ. in quo illa mixtura preualuit. Alterum in quo auri fulua natura. Tertium in quo equaliſ omnium temperieſ fuit. Preter hec eſt: cuiuſ ratio non poteſt reddi quanꝗ hominiſ manuſ ſe ad forme ſimulachrum aptet. Signiſq; illud ſuo colore precioſum ad iocinoriſ imaginem uergenſ: quod ideo hepaziton appellant : procul a Corinthio. Longe tamen ante Egineticū atq; Deliacum. que diu obtinuere prīcipatū Antiquiſſima eriſ gloria Deliaca fuit mercatuſ ī Delo concelebrante toto orbe. & ideo cura officiniſ tricliniorum pedibuſ fulcriſq;. Ibi prima nobilitaſ eriſ. Peruenit deinde ad deum ſimulacra. effigiemq; hominum. & aliorum animaliū. Proxima lauſ Eginetico fuit. Inſula ipſa eſt nec gignenſ. ſed officinarum temperatura nobilitata. Boſ ereuſ īde captuſ in foro bario eſt Rome. Hic eſt exemplar eginetici eriſ. Deliaci autē Iupiter in Capitolio in Iouiſ tonātiſ ede. Illo ere Myron uſuſ eſt. Hoc Policletuſ equaliſ atq; condiſcipuluſ.

CAP. II. De Candelabriſ & eorum ornamentiſ: aliiſq; ereiſ opibuſ.

Mulatio autem & in materia fuit. priuatiq; Egina candelabroꝝ ſuperficiē duntaxat elaborauit: ſicut Tarentiū ſcapoſ. In iiſ ergo iuncta cōmēdatio officinaꝝ eſt. Nec pudet tribunorum militarum ſaliniſ emere. cum ipſum nomen a candelarum nomine impoſitum appareat. Accenſio candelabri taliſ fuit: ut autor eſt Dion. Iuſſu precōiſ Cleſippuſ fullo gibbere & preterea aliaſ feduſ aſpectu fabricatuſ emere id Gegania ſeſtertiiſ. l. eodē q; oſtentante in conuiuio emptum : ludibrii cauſa nudatuſ. atq; impudentia libidiniſ receptuſ ī torum mox in teſtamentum prediueſ nummū uice illud candelabrum coluit. & hanc corinthiiſ fabulam adiecit. indicatiſ tamē moribuſ nobili ſepulchro : per quod eterna ſupra terraſ Geganie dedecoriſ memoria duraret. Sed cum eſſe nulla Corinthia candelabra conſtet: nomen id precipue in iiſ celebratur : qm̄ Nummi uictoria Corinthum quidem diruit : ſed compluribuſ Achaie oppidiſ ſimul era diſpſit. ꝓſci limīa etiā ac ualuaſ in tēpliſ ex ere factitauere. Inuētio & a. Cn. Octauio: qui de Perſe rege naualem triumphum egit factam porticum duplicem ad cyrcum Flaminum: que Corinthia ſit appellata a capituliſ ereiſ columnarū. Veſte quoq; edē ipſam Syracuſana ſuperficie tegi placuiſſe. Syracuſana ſunt in pantheo capita colūnarum a. M. Agrippa poſita. Quin etiam priuata opulentia eo modo uſurpata eſt. Camillo enim crimini obiecit. SP. Caruiluſ Queſtorq; erata hoſtia haberet in domo. Nam triclinia erata abacoſq; & monopodia. Cn. Manliū Aſia deuicta primū īuexiſſe triumpho ſuo: quem duxit urbiſ āno quingenteſimoſexageſimoſeptimo. L. Piſo autor eſt. Antiaſ qdē. L. Craſſū heredem. L. Craſſi oratoriſ multa etiam triclinia erata uēdidiſſe. Ex ere factitauere & cortinaſ tripodum nomine delphicaſ. qm̄ doniſ maxime Apolliniſ Delphici dicabantur. Placuere & lichni penſileſ in delubriſ: arboꝝ mō mala ferētiū lucenteſ. Qualiſ eſt ī templo Apolliniſ Platani quē Alexander Thebaꝝ expūgnatiōe captū ī cyma dicauerat eidē deo. tranſit deīde arſ ubiq; uulgo ad effigieē deoꝝ

CAP. III. Quando primū ſimulachrum ex ære Romæ factū: & de origine ſtatuarum: & honore generibuſ: ac figuriſ.

Om̄e ſimulachrum ex ere factum cereriſ primum reperio ex peculio. SP. Caſſii quem regnum affectantem pater ipſiuſ interemerat. Tranſiit & ab diiſ ad hoīm ſtatuaſ atq; imagineſ multiſ modiſ. Antiqui pingebant eaſ bitumine: quo magiſ mirū ē placuiſſe auro integere. hoc neſcio an Romanum fuerit inuentum. certe etiam Rome non habet uetuſtatem. Effigieſ hominum nō ſolebant exprimi niſi aliꝗ illuſtri cauſa perpetuitatē merentium. & primo ſacrorum certaminum uictoria: maxīeq; Olympie ubi omnium qui uiciſſent: ſtatuaſ dicari moſ erat. Eorū uero qui ter ibi ſuperauiſſēt:

ex membriſ ipſorum ſimilitudine expreſſa: quaſ Econaſ uocant. Athenienſeſ neſcio an primi omniũ Harmodio & Ariſtogitoni tyrannicidiſ publice poſuerint ſtatuaſ. hoc actum eſt eodem anno: quo & Regeſ Rome pulſi. Excepta deinde reſ eſt a toto orbe terrarum humaniſſima ambitione. Et iam omnium municipioꝝ & fori ſtatue ornamẽtũ eſſe cepere. prorogariq; memoria hominum & honoreſ legi euo. & baſibuſ inſcribi: ne ĩ ſepulchriſ tantum legerentur. Mox forum & in domibuſ priuatiſ factum: atq; ĩ atriiſ honoſ clientium inſtituit ſic colore patronoſ.

CAP. IIII. De Statuiſ togatiſ atq; equeſtribuſ: ac bigarum celebratione.

Ogata effigie anquituſ ſtatue dicebant. Placuere & nude tenenteſ haſtam ab ephheboꝝ gymniciſ exẽplaribuſ: quaſ Achilleaſ uocãt. Greca reſ eſt nihil ualere. At contra Romana ac militariſ thoracaſ addere. Ceſar quidem dictator loricatam ſibi dicari in foro ſuo paſſuſ eſt. Nam lupercorum habitu facte: tam nouicie ſunt quã que nuper prodiere penuliſ indute. Manſinuſ eodem habitu ſibi inſtituit quo deditus eſt. Notatum ab autoribuſ &. L. Actium poetam ĩ Camenarũ ede maxima forma ſtatuã ſibi poſuiſſe: cum breuiſ admodum fuiſſet. Equeſtreſ uero ſtatue modo Romanã celebrationem habent: orto ſine dubio a Greciſ exemplo. Sed illi celetaſ tantũ dicabant in ſacriſ uictoreſ. Poſtea uero & qui bigiſ uel quadrigiſ uiciſſent. Vnde & noſtri curruſ nati in iiſ qui triumphaſſet. Serum hoc & iiſ non niſi a Diuo Auguſto ſe iugeſ: ſicut & elephanti. Non uetuſ & bigarũ celebratio ĩ iiſ qui pretura functi curru uecti eſſẽt per cyrcum. Antiquior columnarum. ſicut. C. Menio qui deuicerat Priſcoſ Latinoſ: qbuſ ex federa tertiaſ pede populuſ Rõanuſ preſtabat. Eodẽq; in conſulatu ĩ ſuggeſtu roſtra deuictiſ Antiatibuſ fixerat anno urbiſ. cccc. xvi. Item. C. Duilio qui primuſ naualẽ triũppũ egit de peniſ: que eſt etiam nunc in foro. Item. P. Minutio Prefecto annone: txtra portã Trigeminã untiaria ſtipe collata. Neſcio an primo honor taliſ a Populo. Antea enim a ſenatu erat. preclara reſ: niſi friuoliſ cepiſſet initiiſ. Nanq; & Atti Nauii ſtatua fuit ante curiam: cuiuſ baſiſ cõflagrauit. Curia incenſa. P. Clodii funere. Fuit & hermodori Epheſii in comitio legum quaſ decemuiri ſcribebant: interpretiſ publice dicata. Alia cauſa & alia autoritaſ maior in oratu Coclitiſ ſtatua que durat hodieq;: cum hoſteſ a ponte ſublicio ſoluſ arcuiſſet. Eqdẽ & Sibylle treſ iuxta roſtra ſunt minoreſ ſint licet. Vna quam Pacuuiuſ Tauruſ Ediliſ plebiſ ĩſtituit. Due quaſ. M. Meſſalla. Primaſ putarem haſ & Atti Nauii poſitaſ etate Tarquinii priſci: niſi Regum antecedentium eſſet in Capitolio.

CAP. V. De ſtatuiſ dicatiſ Romulo: Camillo: Tullio: Octauio: Taraciæ.

X iiſ Romuli eſt ſine tunica: ſicut & Camilli in Roſtriſ & ante edẽ Caſtoꝝ fuit M. Tremellii equeſtriſ togata: q Sãniteſ biſ deuicerat. captaq; Anagnia populũ ſtipendio liberauerat. Inter antiquiſſimaſ ſũt & Tullii Celii. L. Roſcii. Et. SP. Matici Fulcini in Roſtriſ a fidenatibuſ in legatiõe interfectorũ. Hoc a Romão populo tribui ſolebat iniuria ceſiſ. ſicut. P. Iunio: &. T. Coruncanio: qui ab Teuſa Illyriorũ Regina interfecti erant. Non omittendum quod annotauere annaleſ: tripedaniaſ iiſ ſtatuaſ in Foro ſtatutaſ. Hec uidelicet menſura honorata tunc erat. Non p̃teribo C. Octauium ob unum uerbum quo Regem Antiochum dilaturum ſe reſponſum dicentem uirga quam tenebat forte circumſcripſit & priuſ q̃ egrederetur circulo illo: reſponſum dare coegit: In qua legatione interfecto Senatuſ ſtatuam poni iuſſit q̃ honoratiſſimo loco in Roſtriſ. Inuẽit & ſtatua decreta Taraciæ Caiæ uirgini Veſtali ut poneretur ubi uellet. quod adiectum non minuſ honoriſ habet: q̃ ꝙ femine eſſet decreta. Meritum eiuſ ipſiſ ponam annalium uerbiſ. Quod campum Tiberinum gratificata ea eſſet populo. Inuenio & Pythagore & Alcibiadi ĩ cornibuſ Comitii poſitaſ cum bello Samnitico Apollo Phythiuſ fortiſſimo Grecorum gentiſ iuſſiſſet & alteri ſapientiſſimo ſimulacra celebri loco dicari: donec Sylla dictator ibi Curiam faceret. Mirumq; ẽ illoſ patreſ Socrati cunctiſ ab eodem deo ſapientia prelato Pythagoram pretuliſſe: aut tot aliiſ uirtute Alcibiadem: aut quenq̃ utroq; Themiſtodi. Columnarũ ratio erat: attolli ſupra ceteroſ mortaleſ. quod & arcuſ ſignificant nouitio ĩuẽto. Primuſ tamẽ honoſ cepit a greciſ. Nulliq; arbitror ptureſ ſtatuaſ dicataſ q̃ Phalerio Demetrio Atheniſ. Siquidem. ccc. lx. ſtatuere: quaſ mox lacerauerunt. nundum ãno hũc numerum dierum excedente. Statuerant Rome etiam in omnibuſ uiciſ. C. Mario gratidiãо Tribuſ ut diximuſ. eaſdemq; ſubuertere Sylle introitu. Pedeſtreſ ſine dubio Rome fuere in autoritate longo tempore. Equeſtrium tamen origo per quã uetuſ ẽ cũ feminiſ etiam honore cõmunicato. Coclie enĩ ſtatua eſt equeſtriſ ceu parum eſſet toga eam cingi. cũ nec Lucretie nec Bruto qui expulerant regeſ propter quoſ Coclia inter obſideſ fuerat: decernerentur. Hanc primam & Oracii Coclitiſ publice dicatam crederim. Ante enim ſibi ac Sybille Tarquinium & regeſ ipſoſ poſuiſſe: ueriſimile ẽ. niſi Coclie poſitam quoq; Piſo traderet ab iiſ qui una obſideſ fuerant redditiſ an Porſenna. Honorem eiuſ habuit e diuerſo Anniuſ Fecialiſ. Equeſtrem ſtatuam contra Iouiſ Statoriſ edem in ueſtibulo ſuperiore domuſ Valerie fuiſſe Publcie Conſuliſ filie: eãq; ſolã fugiſſe: Tyberſq; tranſnatauiſſe: ceteriſ obſidibuſ qui porſene mittebãt: ĩterẽptiſ Terquinii inſidiiſ. L. Piſo prodidit. Idem autor eſt. M. Emilio. Pompilio. ii. Coſſ. a Cenſoribuſ. P. Cornelio Scipiõe &. M. Popilio ſtatuaſ circa forũ eorũ q magiſtratuſ geſſerant ſublataſ omneſ: preter eaſ qui populi aut Senatuſ ſententia ſtatute eſſent. Eam uero quam apud edẽ telluriſ ſtatuiſſet ſibi. Sp. Caſſiuſ qui regnum affectauerat: etiam conflatam a Cenſoribuſ. Nimirum quoq; in ea re ambitioni prouidebabant illi uiri. Extãt Catoniſ ĩ Cenſura uociferationeſ: mulieribuſ Romãiſ in prouintiiſ ſtatuaſ poni: nec tamen potuit inhibere: quo minuſ Rome ponerentur: ſicuti Cornelie Gracchorum matri: que fuit Africani prioriſ filia. Sedenſ enĩ huic poſita: ſoleiſq; ſine amĩto inſigniſ in Metalli publica porticu. Que ſtatua nunc eſt ĩ Octauie operibuſ. Publice autem ab exteriſ poſita eſt Rome a. C. Elio Tribuno plebiſ lege perlata in Stenniũ Statilium Lucanum: qui Thurinoſ biſ infeſtauerat. & ob id Elium Thurini ſtatua & corona aurea donatur. Idem poſtea Fabritium donauere ſtatua liberati obſidione. Paſſimq; ſtatue in Clientela ſunt recepte: & adeo diſcrimen õne ſublatum: ut Annibaliſ etiam ſtatue tribuſ lociſ uiſantur in ea urbe intra cuiuſ muroſ ſoluſ hoſtiũ emiſit haſtã.

CAP. VI. De Statuariiſ: & preciiſ ſignorum ĩmodiciſ: & de Caloſſiſ in orbe celeberrimiſ.

Viſſe autẽ ſtatuariã artẽ familiarẽ Italie quoq; & uetuſtam indicant Herculeſ ab Euandro ſacratuſ ut produnt: ĩ foro Boario qui Triumphaliſ uocatur: atq; ꝑ triumphoſ ueſtitur habitu triũphali. Preterea Ianuſ geminuſ a Numa Rege dicatuſ: qui paciſ belliq; argumento colitur. Digitiſ ita figuratiſ: ut trecentorumq̃nq̃gintaq̃nq; dierum nota per ſignificationem anni temporiſ & eui ſe deum indicaret. Signa quoq; Thuſcanica per terraſ diſperſa: que in Etruria factitata non eſt dubium. Deoꝝ tãtũ putarem eſſe: ni Metrodoruſ Sceptiuſ cui cognomen Romani nominiſ Odioſo ĩdicũ eſt: Vulſinioſ pulſatoſ propter centum &. x ſtatuarum ſigna obiecerit. Mirũq; mihi uidetur cum ſtatuarum in Italia tam uetuſ origo ſit: lignea potiuſ aut fictilia deorum ſimulacra ĩ delubriſ dicata uſq; ad deuictã Aſiã: ũde irrepſit & luxuria. Similitudīeſ exprimendi que prima fuit origo: in ea quã Plaſticen Greci uocant dici conueniētiuſ erit. Etenim prior q̃ ſtatuaria fuit. Sed hec ad ĩfintum effloruit multorum uoluminũ opere ſi quiſ plureſ perſequi uelit. Omnia enim quiſ poſſit? In. M. Scauri Edilitate tria milia ſignorum in ſcena tantum fuere tēperario theatro. Nũmiuſ deuicta Achaia repleuit Vrbem. Ipſe exceſſit non relicturuſ filie dotem. Cur enim nō cum excuſatiōe ponatur? Multa & Luculli inuexere. Rhodi etiamnum. lxx. tria milia ſignorum eſſe Mutianuſ ter Conſul prodidit. nec pauciora Atheniſ & Olympie. Delphiſ ſupereſſe creduntur. Quiſ iſta mortalium perſequi poſſit? aut quiſ uſuſ noſcendi intelligatur? Inſignia tñ maxīe & aliq̃ de cauſa notata: uoluptariũ ſit attigiſſe artificeſq; celebratoſ nominauiſſe ſingulorum quoq; inexplicabili multitudine cum Liſippuſ ad ſexcenta. x. opera feciſſe tradatur. Ante omnia ut arti claritatem poſſent dare uel ſingula. Numeꝝ apparuiſſe defuncto eo cum theſaurum effregiſſet hereſ ſolitum enim ex immani p̄cio cuiuſq; ſigni denarioſ ſeponere aureoſ ſinguloſ. Euecta ſupra humanam fidem arſ eſt ſucceſſu: mox etiam audatia. In argumentum ſucceſſuſ: unum exemplum afferam: nec deorum nec hominũ ſimilitudiniſ expreſſe. Etaſ noſtra uidit in Capitolio: priuſ q̃ id nouiſſime cōflagraret a Vitellianiſ incēſum in cella Iunoniſ canem ex ere uulnuſ ſuũ lambentem. Cuiuſ eximium miraculum & indiſcreta ueriſimilitudo non ex eo ſolum intelligitur ꝙ ibi dicatuſ fuerat: uerum & noua ſatiſdonatione: nam ſumma nulla par uidebatur: capite Tutelarioſ cauere pro eo inſtituti publici fuit. Innũera ſũt exēpla. Moleſ quippe excogitataſ uidemuſ ſtatuarum: quaſ Coloſſoſ uocant turribuſ pareſ. Taliſ eſt in Capitolio Apollo tranſlatuſ a Lucullo ex Apollonio Ponti urbe. xxx. cubitorũ. c. l. talentiſ factuſ. Taliſ in Cāpo Martio Iupiter a Claudio Ceſare dicatuſ qui ideo uocatur Pompeianuſ a uicinitate theatri. Taliſ & Tarēti factuſ a Lyſippo xl. cubitorum. Mirum in eo ꝙ manuſ ferunt moleſ ea ratione libramenti: ut nulliſ cōuellatur procelliſ. Id quidem prouidiſſe & artifex dicitur: modico interuallo. Vnde maxīe opuſ erat flatum frangi oppoſita colũna. Itaq; propter magnitudinē difficultatēq; mouēdi: nō attigit eũ Fabianuſ Verrucoſuſ: cũ Herculē q ē in Capitolio: ĩde tranſferret. Ante omneſ autem ĩ āmi ratione fuit Soliſ Coloſſuſ Rhodi: quem fecerat Chareſ Lyndiuſ Lyſippi ſupradicti diſcipuluſ. Septuagita cubitorum altitudiniſ fuit. Hoc ſimulachrum poſt quinquageſimumſextum annum terremotu proſtratum: ſed iacenſ quoq; miraculo eſt. Pauci pollicem eiuſ amplectuntur. Maioreſ ſunt digiti q̃ plereq; ſtatue. Vaſti ſpecuſ hiant defractiſ membriſ. Spectantur intuſ magne moliſ ſaxa: quoꝝ pondere illud ſtabiliuerat cōſtituenſ. Duodecim anniſ tradunt effectũ. ccc. talētiſ: que cōtulerant ex apꝑatu Regiſ Demetrii relicta more tedio obſeſſa Rhodo. Sunt alii minoreſ hoc in eadem urbe Coloſſi centum numero ſed ubicũq; ſinguli fuiſſēt nobilitaturi locum. Preterq; hoſ deoꝝ quinq;: quoſ fecit Briaxiſ. Factitauit Coloſſoſ & Italia. Videmuſq; certe Apollinē in biblioteca templi Auguſti Thuſcanicum. l. pedũ a pollice. dubium ere mirabiliorem an pulchritudine. Fecit &. SP. Caruiliuſ Iouem q eſt in Capitolio uictuſ Sannitibuſ ſacrata lege pugnantibuſ e pectoralibuſ eorum ocreiſq; & Galeiſ. Amplitudo tanta eſt: ut conſpiciatur a Latiario Ioue. Reli quiſq; lime ſuam ſtatuam eam fecit que eſt ante pedeſ ſimulachri eiuſ. Habent in eodē Capitolio āmirationem & capita duo. que. P. Lentuluſ Conſul dicauit. Alterũ a Charete ſupradicto factum. Alterum fecit Deciuſ comparatione intantum uictuſ: ut artificium minime probabiliſ artificiſ uideatur. Verum omnem amplitudinē eiuſ generiſ ſtatuaꝝ uicit etate noſtra Zenodoruſ Mercurio facto in ciuitate Gallie Aruerniſ per annoſ x.pedum.cccc.in magno precio. Iſ poſtq̃ ſatiſ ibi artẽ approbauerat: Romã accituſ eſt a Nerone: ubi deſtinatum illiuſ principiſ ſimulacrum Coloſſum fecit cẽtũ.x.pedũ lõgitudine: qui dicatuſ Soliſ uenerationi eſt damnatiſ ſceleribuſ illiuſ Prĩcipiſ. Mirabamur in officina non modo ex arg illa ſimilitudinem inſignem uerum & de paruiſ admodum ſurculiſ qui primum operiſ inſtar fiunt. Ea ſtatua indicauit interiſſe fundendi eriſ ſcientiam: cum & Nero largiri auꝝ argentumq; paratuſ eſſet: & Zenodoruſ ſcientia fingendi celandiq; nulli ueterum poſtponeretur. Statuam aruernorum cum faceret: prouĩtie Vibio Auito Preſidẽte duo pocula Calamidiſ manu celata: que Caſſio Syllano auũculo eiuſ p̄ceptori ſuo Germãicuſ Ceſar adamata donauerat: emulatuſ eſt: ut uix ulla differentia eſſet artiſ. Quantoq; maior in zenodoro preſtantia fuit: Tanto magiſ deprehendi eriſ oblitteratio poteſt.

CAP.VII.Nobilitateſ ex ere operum & artificum.ccclxvi.

Igniſ que uocant Corĩthia pleriq; intantũ capiuntur: ut ſecum circũferant. ſicut Hortenſiuſ orator ſpingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero illo iudicio in altercatione neganti ei ſe enigmata intelligere. reſpõdit debere quoniam ſpingẽ domi haberet. Circumtulit & Nero princepſ Amazonem: de qua dicemuſ. & pauloante. C. Ceſtiuſ conſulariſ ſignum: quod ſecum etiam in prelio habuit. Alexãdri quoq; magni tabernaculũ ſuſtinere tradũt ſolite ſtatue.ex quibuſ due ãte Martiſ ultoriſ edẽ dicate ſunt. totidem ante regiam. Minoribuſ ſimulacriſ ſigniſq; ĩnumera prope artificũ multitudo nobilitata eſt. Ante omneſ tamen Phidiaſ Athenienſiſ Ioue Olympie facto ex ebore quidem. ſed & ex ere ſigna fecit. Floruit autem Olympiade octogeſima tertia circiter.ccc. noſtre Vrbiſ anno. Quo eodẽ tempore emuli eiuſ fuere Alcameneſ. Critiaſ. Neſtocleſ. Hegleaſ. Et deinde olympiade octogeſimaſeptima. Ageladeſ. Callõ. Polycletuſ. Phradmon. Gorgiaſ. Lacon. Myron. Pythagoraſ. Scopaſ. Pereliuſ. Ex iiſ polycletuſ diſcipuloſ habuit Argiũ. Aſopodorũ. Alexin. Ariſtiden. Phrinonẽ. Dinonem. Athenodorum. Demeam. Clytorium. Myronem. Lycium. Nonageſima.v. Olympiade floruere Naucideſ. Dinomedeſ. Chanacuſ. Patrocluſ. Centeſimaſecunda Polycleſ. Cephiſodotuſ. Leuitareſ Hipatodoruſ. Cẽteſimaq̃rta Praxiteleſ Euphranor: Centeſima ſeptima Echion Therimachuſ. Centeſimaquarta decima Lyſippuſ fuit: cum & Alexander Magnuſ. Item Lyſiſtratuſ & frater eiuſ Stenniuſ. Euphronideſ. Soſtratuſ. Ion. Syllanion. In hoc mirabile: ꝙ nullo doctore nobiliſ fuit ipſe diſcipuloſq; habuit Theuſin & Iaden. Centeſima.xx. Eutycllideſ. Eutycrateſ. Lahippuſ. Cephiſiorotuſ. Timarchuſ. Pyromachuſ. Ceſſauit deinde arſ: ac rurſuſ Olympiade centeſima.lv. reuixit cum fuere longe quidem infra predictoſ probati tamen Antheuſ Caliſtratuſ. Polycleſ. Atheneuſ. Callixenuſ. Pytocleſ. Pythiaſ. Tymocleſ. Ita diſtinctiſ celeberrimorum etatibuſ: raptim tranſcurram reliquã multitudinẽ & paſſim diſpſã. Venere autem & in certamen laudatiſſimi q̃q̃ diuerſiſ etatibuſ gẽiti quoniam fecerãt Amazonaſ: que cum in templo Epheſie Diane dicarentur: placuit eligi probatiſſimã: ipſorum artificum qui preſenteſ erant iudicio: cũ apparuit eam eſſe: quã omneſ ſecũdã a ſua iudicaſſent. Hec eſt Polycleti. proxima ab eo Phidie. Tertia Cheritie. Quarta Cycloniſ. Quinta Phradmoniſ. Phidiaſ preter Iouem Olympium quẽ nemo emulat̃. Fecit & ex ebore eque Mineruam Atheniſ que eſt ĩ Parthenone ſtanſ. Ex ere uero preter Amazonem ſupradictam Mineruam tam eximie pulchritudiniſ: ut a forma nomẽ acceperit. Fecit & Cnidiſ aliam Mineruam: quam Rome ad edem Fortune Emiliuſ Pauluſ dedicauit. Item duo ſigna: que Catuluſ in eadem ede poſuit: palliata. Et alterum Coloſſicon nudum. Primuſq; artem toreuticen aperuiſſe atq; demonſtraſſe merito iudicatur. Polycletuſ ſycbioniuſ Ageladiſ diſcipuluſ Diadumenum fecit molliter iuuenem. c. talentiſ nobilitatum. Item & Dorophorum uiriliter puerum. Fecit & quē Canona artificeſ uocant: liniamenta artiſ ex eo petenteſ uelut a lege quadam: ſoluſq; hominum artem ipſe feciſſe artiſ opere iudicatur. Fecit & diſtringentem ſe. Et nudum talo inceſſentē. duoſq; pueroſ. Item taliſ nudoſ ludenteſ: qui uocantur Aſtragalizó teſ Et ſunt in Titi imperatoriſ atrio. quo opere nullum abſolutiuſ pleriq; iudicant. Item Mercurium qui fuit Lyſimachie. Herculem qui Rome Antheum a terra ſuſtinētem. Artemona qui phaenaporretoſ appellatuſ eſt. Hic cōſūmaſſe hanc ſcientiam iudicat̄: & toreuticen ſic erudiſſe: ut Phidiaſ aperuiſſe. Proprium eiuſdem: ut uno crure inſiſterent ſigna excogitaſſe: ut ait Varro. & pene ad unū exēplū Myronē Eleutheriſ natum: & ipſum Ageladiſ diſcipulum bucula maxime nobilitauit celebratiſ uerſibuſ laudata: quādo alieno pleriq; ingenio magiſ q̄ ſuo cōmendāt̄. Fecit & canē. & Diſcobolō. & Perſea. & criſtaſ. & Satirum admirantem tibiaſ. & Mineruam. delphicoſ pentathloſ pācratiaſtaſ. Herculem etiam qui eſt apud Cyrcum maximū in ede Pompeii Māgni. Fecit & Cicadæ monumentum. ex locuſte carnibuſ ſicut Siſenna ſignificat. Fecit & Apollinem quem a triumuiro Antonio ſublatum reſtituit Epheſiſ Diuuſ Auguſtuſ ammonituſ in quiete. Primuſ hic multiplicaſſe uarietatem uidetur: numeroſior in arte q̄m Polycletuſ. & in Symmetria diligentior. Et ipſe tamen corporum tenuſ curioſuſ: animi ſēſuſ nō expreſſiſſe. Capillū quoq; & pubē non emendatiuſ feciſſe q̄ rudiſ ātiqtaſ inſtituiſſet. Vicit eum Pythagoraſ ex Italia Reginuſ Pancratiaſte Delphiſ poſito. Eundem uicit & Leōtiuſ cum fecit ſtadio dromon monoſtylon: qui Olympie oſtēdit̄. Et Iolpum puerum tenentem tabellaſ eodem loco: & mala ferentem nudum. Syracuſiſ autem claudicātem: cuiuſ ulceriſ dolorē ſentire etiam ſpectāteſ uidentur. Itē Apollinē citharedum. ſerpētēq; eiuſ cōfici ſagittiſ: qui Dirceuſ appellatuſ eſt: quoniā cum Thebe ab Alexandro caperentur: aurum a fugiente conditum ſinu eiuſ celatum eſſet. Hic primuſ neruoſ & uenaſ exp̄ſſit capillūq; diligentiuſ. Fuit & aliuſ Pythagoraſ Samiuſ initio pictor: cuiuſ ſigna ad edem fortune huiuſce dee ſunt ſeminuda. unde & laudata ſūt. Hic ſupradicto facie quoq; indiſcreta ſimiliſ fuiſſe traditur. Regini aūt diſcipuluſ & filiuſ ſororiſ fuiſſe tradit̄ Soſtratii Lyſippuſ Sytioniuſ. Duriſ negat. Tulliuſ fuiſſe diſcipulum affirmat. Sed primo erarium fabrum. Audendi rationem cepiſſe pictoriſ Eupompi reſponſo. Eum enim interrogatum quem ſequeretur antecedentiū: dixiſſe demonſtrata hominum multitudine: naturam ipſam imitandam eſſe: non artificem. Plurima ex omnibuſ ſigna fecit: & ut diximuſ fecundiſſime artiſ. inter que diſtringētē ſe. quem. M. Agrippa ante thermaſ ſuaſ dicauit mire gratum Tyberio prīcipi qui nō quiuit temperare ſibi in eo: quanq̄ imperioſuſ ſui inter initia principatuſ tranſtulitq; in cubiculum: alio ibi ſigno ſubſtituto. Cum quidem tanta Populi Romani cōtumatia fuit: ut magniſ theatri clamoribuſ reponi Apoxyomenon conflagitauerit. Princepſq; quanq̄ adamatum repoſuerit. Nobilitatur Lyſippuſ & temulenta tibicina & canibuſ ac uenatiōe. In primiſ uero quadriga cum ſole Rhodiorum. Fecit & Alexādꝝ magnū multiſ operibuſ: a pueritia eiuſ orſuſ. Quam ſtatuam inaurari iuſſit Nero Princepſ delectatuſ admodum illa. Dein cum precio periſſet gratia artiſ: detractum eſt aurum: p̄cioſiorq; taliſ exiſtimat̄ etiā cicatricibuſ operiſ atq; conſciſſuriſ in quibuſ auꝝ heſerat remanentibuſ. Idem fecit Epheſtionem Alexādri Magni amicum: quem quidam Polycleto aſcribunt: cum iſ centum prope anniſ ante fuerit. Item Alexandri uenationē que Delphiſ ſacrata eſt Athenis Satyrorum turmam. Alexandrum amicorumq; eiuſ imagineſ ſumma omnium ſimilitudine expreſſit. Haſ Metelluſ Macedonia ſubacta tranſtulit Romam. Fecit & quadrigaſ multorum generum. Statuarie arti plurimũ traditur contuliſſe capillum exprimendo. Capita minora faciendo q̃ antiqui. Corpora graciliora ſiccioraq;: per que proceritaſ ſignorum maior uideretur. Nõ habet latinũ nomẽ: ſymmetria quã diligẽtiſſiẽ cuſtodiuit noua ĩtactaq; ratiõe q̃drataſ ueteꝝ ſtaturaſ permutando. uulgoq; dicebat: ab illiſ factoſ qualeſ eſſent homineſ: a ſe qualeſ uiderentur eſſe. Huiuſ proprie uidentur eſſe argutie opeꝝ cuſtodite in minimiſ quoq; rebuſ. Filioſ & diſcipuloſ reliquit laudatoſ artificeſ Lahippũ & Bedam. Sed ante oẽſ Eutychratem: quãq̃ iſ cõſtantiam patriſ potiuſ emulatuſ q̃ elegantiam auſtero maluit genere q̃ iucundo placere. Itaq; optime expreſſit Herculem Delphiſ: & Alexandrũ Theſpin uenatorem & Theſpiadum prelium equeſtre. Simulacrũ Trophonii ad oraculum. Quadrigaſ medee compluреſ. Equum cum fiſcinĩſ. Caneſ uenantium. Huiuſ quoq; diſcipuluſ fuit Thyſicrateſ & ipſe ſityoniuſ: ſed Liſippi ſecte ꝓpor ut uix diſcernãtur cõplura ſigna. ceu Senex Thebanuſ Demetriuſ Rex. Peuceſteſ Alexandri Magni ſeruator. Digni tanta gloria artificeſ. Qui compoſitiſ uoluminibuſ condidere hec miriſ laudibuſ celebrant & thelaphanem Phoceum ignotum aliaſ: quoniam in Teſſalia ubi habitauerit: latuerint opera eiuſ. alioqui ſuffragiiſ ipſorum equatur Polycleto Mironi Pythagore. Laudant eiuſ Lariſſã. & Spirarchũ Pentathlon & Apollinem. Alii non hanc ignobilitatiſ fuiſſe cauſam: ſed quoniam ſe regũ Xerxiſ & Darii officiniſ dediderit: exiſtimant. Praxiteleſ quoq; marmore felicior: ideo clarior fuit. Fecit tamen ex ere pulcherrima opera. Proſerpine raptum. Item Cathaglyſ. & ebrietatem. & liberum patrem. nobilemq; una Satyrum quẽ greci Periboeton cognõinãt Signa etiam que ante felicitatiſ edem fuere. Veneremq; que cum ipſa ede incendio cremata eſt Claudii principatu: Marmore nulli ſuper terraſ inclyto parem. Itẽ Stephuſam Spilumenta Oenophorum. Harmodiũ & Ariſtogytonem tyrannicidaſ: quoſ a Xerxe Perſarũ Rege captoſ uicta perſide Atheniẽſibuſ remiſit magnuſ Alexãder Fecit & puberem Apollinẽ ſubrepenti lacerte cominuſ ſagitta inſidiantem: quẽ Sauroctonon uocant. Spectantur & duo ſigna eiuſ diuerſoſ affectuſ exprimentia flentiſ matrone & meretriciſ gaudẽtiſ. Hãc putant Phrynẽ fuiſſe. deprehendũtq; ĩ eo amorẽ artificiſ. & mercedẽ in uultu meretriciſ. Habet ſimulacrũ & benignitaſ eiuſ Calamidiſ enim quadrige aurigã ſuam ĩpoſuit. Et ne melior in equorum effigiem hominẽ deuiciſſe crederetur ipſe Calamiſ & aliaſ quadrigaſ bigaſq; fecit: equiſ ſemper ſine emulo expreſſiſ. Sed ne uideatur in hominum effigie inferior. Achamene nulliuſ eſt nobilior Achameneſ Phidie diſcipuluſ & marmorea fecit. & ereum petalum: qui uocãt Encrimõenoſ. At Polycleti diſcipuluſ Ariſtideſ q̃drigaſ & bigaſ. Et Iphicratiſ leena laudãt. Scortum hec Lyre cãtu familiariſ Harmodio & Ariſtogytoni conſilia eorum de tyrannicidio uſq; ad mortem excruciata a tyranniſ non prodidit. Quãobrẽ Atheniẽſeſ eam honori habere uolenteſ: ne tamen ſcortum celebraſſe uiderentur: animal nominiſ eiuſ fecere. atq; ut ĩtelligeretur cauſa honoriſ in opere liguã addi ab artifice uetuerũt. Bryaxiſ Eſculapium & Seleucum fecit. Bedaſ adorantem Batton Apollinẽ & Iunonẽ: qui ſunt Rome in templo concordie. Chreſilaſ uulneratum deficientem: in quo poſſit intelligi: quantum reſtat anime. Et Olimpium Periclem dignum cognomine. Mirũq; in hac arte eſt: quod nobileſ uiroſ nobilioreſ fecit. Cephiſidoruſ Mineruam mirabilẽ in portu Athenienſium. Et Aram ad templum Iouiſ Seruatoriſ in eodem portu: cui pauca comparantur. Canachuſ Apollinem nudum: qui Phileſiuſ cognominatur ĩ Dyclimeo Eginetici eriſ temperatum. Ceruũq; una ita ueſtigiiſ ſuſpendit: ut linum ſubter pedeſ trahatur alterno morſu digitiſ calceq; retinentibuſ ſolum. ita uertebrato dẽte utriſq; in ptibuſ ut a repulſu per uiceſ reſiliat. Idem Celetizõtaſ puero ſ fecit. Chereaſ Alexandrum Magnum. Et Philippum fratrem eiuſ fecit. Cleſilauſ Dorophoron & Amazonem uulneratam. Demetriuſ Lyſimachen : que ſacerdoſ Minerue fuit anniſ lxiiii. Idem & Mineruam que muſica appellatur: quoniam draconeſ in gorgone eiuſ ad ictuſ cithare tinnitu reſonant. Idem equitem Sarmonẽ qui primuſ de eqtatu ſcripſit Dedaluſ & ipſe inter fictoreſ laudatoſ puero ſ duoſ diſtringenteſ ſe fecit. Dynomeneſ Proteſilaum. & Pythodemum luctatorem. Euphranoriſ Alexander Pariſ eſt: in quo laudatur: ꝙ oĩa ſimul intelligantur. Iudex deaꝝ. Amator Helene. Et tamen Achilliſ interfector. Huiuſ eſt Minerua Rome: que dicitur Catuliana infra Capitoliũ a. Q. Luctatio Catulo dicata. Et ſimulacrum boni euentuſ dextra pateram: ſiniſtra ſpicam ac papauer tenenſ. Itẽ Latona puerpera Apollinẽ & Dianã infanteſ ſuſtinenſ in ede Concordie Fecit & quadrigaſ bigaſq; Et Clyticon eximia forma. Et uirtutem egregiã utraſq; Coloſſeaſ. Mulierem miniſtrantem & adorantem. Itẽ Alexandrũ & Philippũ in quadrigiſ. Eutychideſ Eurotan fecit: in qua artem ipſam liquidiorẽ plurimi dixere. Hegie Minerua Pyrrhuſq; Rex laudat̃. Et celetizõteſ pueri. Et Caſtor ac Pollux ante edem Iouiſ tonantiſ. Ageſie in Pario colonia Herculeſ Iſidori. Buthyreuſ lyciuſ Myroniſ diſcipuluſ fuit: qui fecit dignum preceptore puerum ſufflãtẽ languidoſ igneſ & Argonautaſ. Leocraſ : Aquilam ſentientem quid rapiat in Ganymede: & qd ferat: parcentem unguibuſ etiam per ueſtem. Puerum Autolycum pancratio uictorẽ ꝓpter quem Xenophon ſympoſium ſcripſit. Iouemq; illum tonantem in Capitolio ãte cũcta laudabilem. Item Apollinem diademarũ. Luciſcuſ Langonẽ puerum ſubdole ac fucate uernilitatiſ. Lyciuſ & ipſe puerum ſuffitorem. Menechmi uituluſ genu premitur replicata ceruice. Ipſeq; Menechmuſ ſcripſit de ſua arte. Naucideſ Mercurio & Diſcobolo immolante arietem cenſetur. Nauceruſ luctatorem anhelantem fecit. Niceratuſ Eſculapium & Hygiam q ſunt ĩ Concordie templo Rome. Phyromachi q̃driga regitur ab Alcibiade. Polycleſ Hermophroditum nobilem fecit. Pyrrhuſ Hygiã & Mineruã Phenix Lyſippi diſcipuluſ Epidyrſã. Stypax Cypriuſ uno celebrat̃ ſigno. Splachnorte: Periclis Olympii uernula. Hic fuit extra torrẽſ. ignẽ oriſ pleni ſpiritu accẽdẽſ. Syllanion Apollodorum fecit uictorem & ipſum: ſed ĩter cunctoſ diligentiſſimũ artiſ & inimicum ſui iudicem crebro perfecta ſigna frangentem : dum ſatiare cupiditatem nequid artiſ: & ideo inſanum cognominatum. hoc ĩ eo expreſſit: nec hominem ex ere fecit: ſed iracundiam. Et Achillem nobilem. Item Epiſtatem exercentem athletaſ. Strongilion Amazonem: quam ab excellentia crurum Eucnemon appellant. Ob id in comitatu Neroniſ Principiſ circumlatam. Item fecit puerum: quẽ amando Brutuſ Philippenſiſ: cognomine ſuo illuſtrauit. Theodoruſ qui Labyrĩthum fecit Sami: ipſe ſe ex ere fudit preter ſimilitudinem nobilem: fama magne ſubtilitatiſ celebratuſ. Dextra limam tenet. leua tribuſ digitiſ quadrigulam tenuit tranſlatam Preneſte tante paruitatiſ : ut totam eam currumq; & aurigam integeret aliſ ſimul facta muſca. Xenocrateſ Tyſicratiſ diſcipuluſ: aut ut alii Euthycratiſ: uicit utroſq; copia ſignorũ & de ſua arte compoſuit uolumina. Plureſ artificeſ fecere Attali & Eumeniſ aduerſuſ Galloſ prelia: Iſigonuſ. Phyromachuſ Stratonicuſ. Antigonuſ: qui condidit uolumĩa de ſua arte. Boeti quanq̃ argento melior infanſ eximie anſerem ſtrangulat. atq; ex omnibuſ que retuli clariſſima queq; in urbe iam ſunt dicata a Veſpaſiano Principe in templo Paciſ: aliiſq; eiuſ operibuſ uiolentia Neroniſ in urbem conuecta. & ĩ ſellariiſ domuſ auree diſpoſita. Preterea ſunt equalitate celebrati artificeſ: ſed nulliſ operum ſuorũ precipui. Ariſton qui & argentũ celare ſolituſ eſt. Callaſeſ. Deſiaſ. Cãtharuſ

Sityõiuſ: Dionyſiodoruſ Critie diſcipuluſ Deliadeſ. Eupboriõ Eunicuſ & Hecateuſ Argẽti celatoreſ. Leſbocleſ. Prodoruſ. Pithodicuſ. Polignotuſ. Iidem pictoreſ nobiliſſimi. Itẽ ex celatoribuſ Stratonicuſ Scinnuſ: qui fuit Critie diſcipuluſ. Nũc pcẽſebo eoſ: qui eiuſdem generiſ opera fecerunt ut Apollodoruſ. Androboluſ. Aſclepiodoruſ. Aleuaſ philoſophúſ. Apellaſ. & adoranteſ fẽinaſ Antigonuſ. Et luctatoreſ Peryoxyomenon. Tyrannicidaſq; ſupradictoſ. Antimachuſ. Athenodoruſ. Feminaſ nobileſ Ariſtodimuſ. & luctatoreſ bigaſq; cũ auriga. Philoſopoſanuſ Seleucũ Regẽ. Habet quoq; huiuſ gratiam Dorophoruſ. Cephiſodori duo fuere. E priore eſt Mercuriuſ Liberum patrem in infantiam nutrienſ. Fecit & concionantẽ manu elata. Perſona in incerto eſt. Sequenſ philoſophuſ fuit Coditeſ qui cum Phidia Iouẽ Olympiũ fecerat. Philoſophuſ item Cleon & Cẽchranuſ & Gallicleſ. & Cephiſ. & Chalcoſchene ſ. & Comoedoſ. & Athletaſ. Dahippuſ. Pella. Iomenon Daiphron. & democrituſ & demon. Philoſophuſ Epigenon omnia fere predicta imitatuſ preceſſit in tubicine & matrem interfectam. & infãtem miſerabiliter blandientem. Eubolideſ digitiſ cõputanſ. Mycõ Athletiſ ſpectatur. Menogeneſ quadrigiſ. Nec minuſ Niceratuſ õnia que ceteri aggreſſuſ: repreſentauit Alcibiadem. lampadeq; accẽſa matrẽ eiuſ Demareten ſacrificãtẽ Thiſicratiſ bigæ Piſto mulierem impoſuit. Idemq; fecit Martem & Mercuriũ q ſunt in Concordie templo Rome. Perillum nemo laudat ſeuiorem Phalaride tyranno: cui taurum fecit mugituſ hominiſ pollicituſ igne ſubdito. Et primuſ eũ expertuſ eſt cruciatum iuſtiore ſeuicia. In hoc a ſimulacriſ deum: hominũq; deuocauerat humaniſſimã artem: ideo ne tot conditoreſ eiuſ elaborauerant: ut ex ea tormenta fierẽt? Itaq; una decauſa ſeruãtur opera eiuſ: ut quiſquiſ illa uideat: oderit manuſ. Steniuſ Cererẽ Iouẽ Mineruam fecit: qui ſunt Rome in Concordie templo. Idem flenteſ matronaſ & adoranteſ: ſacrificanteſq;. Simon canem & ſagittarium fecit. Stratonicuſ celator ille phũſ Scopaſ utraſq;. Athletaſ autem & armatoſ & uenatoreſ: ſacrificanteſq; Batton. Eunuchir. Glaucideſ. Heliodoruſ. Hycanuſ. Lophõ. Lyſõ Leõ. Menodoruſ. Mygaruſ. Polycrateſ. Poliduſ. Pytocrituſ. Protogeneſ Idemq; pictura clariſſimi: ut dicemuſ. Patrocleſ. Philliſ. Phiſidoniuſ: qui & argentũ celauit nobiliter natione Epheſiuſ. Periclimenuſ. Philõ. Simenuſ. Timotheuſ. Theõneſtuſ. Timarchideſ. Timon. Thyſiaſ. Thraſon. Ex omnibuſ autem maxĩe cognomĩe inſigniſ ẽ Gallimachuſ ſẽp calũniator ſui: nec finem habenſ diligentie. ob id Cacizotechnoſ appellatuſ. Memorabiliſ exẽplo adhibendi cure modum. huiuſ ſunt ſaltanteſ Lacene emẽdatũ opuſ. Sed in quo gratiã omnem diligentia abſtulerit. Quẽ quidem & pictorem fuiſſe tradunt. Non ere captuſ nec arte unam ſolummodo Zenoniſ Cypriam ſtatuam in expeditione non uendidit Cato: ſed quia philoſophi erat. Vt obiter hoc quoq; noſcatur tã iane exẽplũ ĩ mẽtiõe ſtatuarum. Eſt & una non pretereunda licet autoriſ incerti iuſta roſtra Herculiſ tunicati. Eleo habitu Rome. torua facie ſentienteq; ſuprema in tunica. In hac treſ ſũt tituli. Vnuſ. L. Luculli imperatoriſ de manibuſ. Alter qui pupillum Luculli filium ex. S.C. dedicaſſe. Tertiuſ qui. T. Septimum Sabinum Edilem curulem ex priuato in publicum reſtituiſſe teſtatur. Tot certaminũ tanteq; dignationiſ ſimulacꝝ id fuit.

CAP. VIII. De Differentiiſ æriſ & mixturiſ: & de ere ſeruando.

Vnc reuertemur ad differentiaſ eriſ & mixturaſ. In Cyprio Coronarium & regulare eſt: utrunq; ductile. Coronarium tenuatur in laminaſ. taurorumq; felle tinctum ſpeciem auri in coroniſ hiſtrionũ prebet. Idẽq; ĩ unciaſ additiſ auri ſcrupuliſ ſeniſ pretenui Pyropi Brattea igneſcit. Regulare & in aliiſ fit metalliſ. Itemq; Caldariorum differentia: ꝙ Caldarium funditur tantum: malleiſ fragile. quibuſ Regulare obſequitur ab aliiſ ductile appellatum. quale ōne cypriū eſt. Sed & in ceteriſ metalliſ cura diſtat a Caldario. Omne enī purgatiſ diligentiuſ igni uitiiſ excoctiſq; regulare ē In reliquiſ generibuſ palma Campano. Simile in multiſ partibuſ Italie prouintiiſq;. Sed octonaſ plumbi libraſ addunt. & bene recoquunt propter inopiam ligni. Quātū ea reſ differentie afferat: in Gallia maxime ſentitur: ubi inter lapideſ candefactoſ fūditur. Exurente enim coctura: nigrū atq; fragile cōficitur. Preterea ſemel recoquūt. quod ſepiuſ feciſſe bonitati plurimum confert. Id quoq; notaſſe: non ab re eſt. Eſ om̄e frigore magno meliuſ fundi. Sequēſq; temperatura ſtatuaria eſt. Eademq; tabulariſ hoc modo. Maſſa proflatur in primiſ: mox ī proflatam additur tertia portio eriſ Collectanei: hoc eſt ex uſu coempti. Peculiareq; in eo condimentum attritu domiti & cōſuetudine nitoriſ. ueluti manſuefacti. Miſcētur & plumbi argentarii pondo duodena. ac ſelibra e centeniſ proflata. Appellat' etiā nūc & formaliſ tēperatura eriſ tenerrimi: quoniam nigri plumbi decima portio additur. Et argentarii uiceſima: maximeq; ita colorem bibit: quem Grecanicū uocāt. Nouiſſima eſt que uocatur ollaria: uaſe nomē hoc dante. Terniſ aut quaterniſ libriſ plumbi argentarii in centenaſ eriſ additiſ. Cyp̄o ſi addatur plumbum: coloſ purpure fit in ſtatuarum pretextiſ. Era exterſa rubiginē celeriuſ trahūt: q̄ neglecta: niſi oleo perungant'. Seruari ea optīe ī liqda pice tradūt. Vſuſ eriſ ad perpetuitatem monumentorum iam pridem tranſlatuſ eſt. Tabuliſ ereiſ ī quibuſ publice conſtitutioneſ incidantur.

CAP. VIIII. De Cadmia.

Etalla eriſ multiſ modiſ inſtruunt medicinam: utpote cū ulcera omnia ibi ociſſie ſanentur. Maxime tamen prodeſt Cadmia. Fit ſine dubio hec & in argēti fornacibuſ candidior ac minuſ pōderoſa. ſed nequaq̄ cōparande erarie. Plura aūt genera ſunt. Nanq; ipſe lapiſ ex quo fit eſ Cadmia uocatur fuſuriſ neceſſariuſ. medicine īutiliſ. Sic ruſſuſ in fornacibuſ exiſtit aliamq; nominiſ ſui originem recipit. Fit autem egeſta flammiſ atq; flatu tenuiſſima pte materie. & cameriſ lateribuſue fornacium ꝑ q̄titate leuitatiſ applicata. Tenuiſſima eſt in ipſo fornacīu ore qua flamme eluctantur. appellata capnitiſ. exuſta. & nimia leuitate ſimiliſ fauille. Interior optima cameriſ depēdēſ. & ab eo argumento Botryitiſ cognominata. Ponderoſior hec priore. Leuior porro ſecuturiſ. Duo eiuſ coloreſ. Deterior cinereuſ. Puniceuſ melior friabiliſ: oculorumq; medicamentiſ utiliſſima. Tercia eſt in lateribuſ fornacium: que propter grauitatē ad cameraſ peruenire n̄ potuit. hec dicitur placitiſ: & ipſa ab argumento cruſta ueriuſ q̄ pumex intuſ. uariaſ ad pſoraſ utilior. & ad cicatriceſ trahendaſ. Fluūt ex ea duo alia genera Onycitiſ extra pene cerula: ītuſ onyciſ maculiſ ſimiliſ. Oſtracitiſ toga nigra & ceteraꝝ fortiſſīa: uulneribuſ maxīe utiliſ. Oīſ autem Cadmia ī cypri fornacibuſ optīa Iterum a mediciſ coquitur carbone puro atq; ubi in cinerem redit: extinguitur uino amineo. que ad emplaſtra preparatur. Que uero ad ſporaſ aceto. Quidā in olliſ fictilibuſ tuſam urunt. ac lauant in mortariiſ poſtea ſiccant. Nymphodoruſ lapidem ipſum q̄ grauiſſimum ſpiſſumq; urit pruna. & exuſtum Chio uino reſtinguit. tunditq;. mox linteo cribrat: atq; in mortario terit: mox aqua pluuia macerat. Iterumq; terit qđ ſubſedit: donec ceruſe ſimiliſ fiat: nulla dentium offenſa. Eadē Iolle actio: ſed q̄puriſſimū lapidē eligit. Cadmie effectuſ. ſiccare. ſanare. ſiſtere fluctiōeſ. pterygia. ſordeſ oculoꝝ purgare ſcabriciē extenuare. & qcqd in plūbi effectu dicemuſ. Et eſ ipſū ad oīa eadē uritur. preterq; albugineſ oculorum: cicatriceſ. Vlcera quoq; oculorum cū lacte ſanat idq; Egyptii collirii modo terunt in coticuliſ. Facit & uomitioneſ e melle ſumptum. Vritur autem Cyprium in fictilibuſ crudiſ cum ſulphuriſ pari pondere. uaſe circūlito ſpiramento in caminiſ: donec uaſa ipſa percoquantur. Quidā & ſalē addūt. Alii alumē pro ſulphure. Alii nihil ſed aceto tantum aſpergunt. Vſtum teritur mortario Thebaico. aqua pluuia lauatur. minor effectu. iterumq; adiecta largiore teritur. & dum cōſidat. relinquitur. hoc ſepiuſ: donec ad ſpeciem minii redeat. Tunc ſiccatum in ſole: in erea pyxide ſeruatur.

CAP. X. De Scoria: & flore & Sqāma eriſ: & Erugine.

T ſcoria eriſ ſimili modo lauatur: minor effectu q̃ ipſum. Sed & eriſ floſ medicīe utiliſ eſt. Fit ere fuſo: & in aliaſ fornaceſ tranſlato. ibi flatu crebriore excutiūť uelut ſimiliſ ſquāme: quaſ uocāt lepidaſ. Et ſic adulterať floſ: ut ſquāma ueniat ꝑ eo. Eſt autem ſquāma eriſ decuſſa ui clauiſ in quoſ paneſ erei ferruminantur. In Cyp̄iſ maxime officiniſ omnia. Differētia hec eſt ꝙ ſquamma excutitur ictibuſ iiſdē panibuſ Floſ cadit ſponte. Squamme eſt alterum genuſ ſubtiliuſ ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum quod uocant ſtomoma. Atq; hec omnia medici: quod pace eorū dixiſſe liceat: ignorant. Parſ maior & nomina. intantum a conficiendiſ iiſ medicaminibuſ abſunt: qđ eſſe proprium medicine ſolebat. Nunc quotienſ incidere in libelloſ: componere ex iiſ uolenteſ aliqua: hoc eſt impendio miſerorum experiri cōmentaria: Credunt ſymplaſie ea omnibuſ quidam fraudibuſ corrumpenti. factaq; iam pridem ēplaſtra & collyria: mercantur: tabeſq; mercium & frauſ ſymplaſiæ ſic exteritur. Et ſquamma autē & floſ uruntur in patiniſ fictilibuſ aut ereiſ. dein lauantur. ut ſupra ad eoſdē uſuſ. & āpliuſ narium carnoſa uitia. Itēq; ſediſ: & grauitateſ aurium. per fiſtulaſ ī eaſ flatu īpulſa. Et ulcera oriſ faría admota. tollit & cōſillaſ cū melle. Fit & ex cādido ere ſquāma cypria longe inefficacior. Nec ñ urina pueri priuſ macerant clauoſ paneſq;. Quidā uero excuſſam ſquammā terunt: & aqua pluuia lauant. Dāt & hydropiciſ duabuſ drachmiſ ī mulſi. hemina & illinunt cum polline. Eruginiſ quoq; magnuſ uſuſ. Sed pluribuſ fit ea modiſ. nanq; & e lapide ex quo coquitur eſ deraditur: & ere candido perforato: atq; in cadiſ ſuper acetum ſuſpenſo ereo. obturatumq; operculo: multo probatiore q̃ ſi hoc idem ſquammiſ fiat. Quidam uaſa ipſa candidi eriſ fictilibuſ condūt in aceto raduntq;. x. die. Alii uinaceiſ contegunt. totidemq; poſt dieſ radunt. Alii delimatam eriſ ſcobem aceto ſpergunt: uerſantq; ſpatiſ ſepiuſ die: donec abſumatur. Eandemq; ſcobē alii terere in mortariiſ ereiſ ex aceto malūt. Ociſſime uero contrahit Coronariū eruginem reciſamentiſ in acetum additiſ. Adulterant marmore trito maxīe rhodiā eruginē Alii punice aut gummi. Prepue autem fallit atramento ſutorio adulterata. Cetera. n. dente deprehenduntur: ſtridencia in frendendo. Experimentum in batillo ferreo. Nam que ſincera eſt: ſuum colorem retinet: que mixta atramento rubeſcit. Deꝑhēdiť & papyro galla priuſ macerato. Nigreſcit enim ſtatim erugīe illita. Deprehenditur & uiſu maligne uirenſ. Sed ſiue ſinceram ſiue adulteram aptiſſimum eſt eiuſ ſiccatam in patina noua uri & uerſari: donec ut fauilla fiat. Poſtea teritur. & reconditur. Aliq in crudiſ fictilibuſ urunt: donec figulinum percoquatur. Nonnulli & thuſ maſculum ammiſcent. Lauatur autem erugo ſicut Cadmia. Viſ eiuſ colliriiſ oculorum aptiſſīa & de lachrymationibuſ mordendo proficienſ. Sed allini neceſſarium penicilliſ calidiſ: donec rodere deſinat. Hieracium uocatur collirium quod ita maxime cōſtat. Tēpať autem idem hammoniaci unciſ quattuor. eruginiſ Cyprie duabuſ. atramenti ſutorii: quod chalcantum uocant: totidem. Myſy uero una. Croci. vi. Hec omnia trita aceto thaſio colliguntur in pilulaſ: excellentiſ remedii cōtra glaucomatū uitia & ſuffuſionū Contra caliginē & ſcabriciaſ: & albugineſ: ac genarum uitia. Cruda autem erugo: uulnerariiſ ēplaſtriſ miſcetur. Oriſ etiam gingiuarumq; exulcerationem mirifice emēdat

& labiorum ulcera cum oleo. Quod & ſi cera addatur: purgat & ad cicatricē perducit. Erugo & callum fiſtularum erodit. uitiorumq; que circa ſedem: ſiue per ſe ſiue cū hāmoniaco illita: uel collyrii modo in fiſtulaſ adacta. Eademq; cum reſine terebinthine tertia parte ſubacta lepraſ tollit.

CAP. XI. De Scoletia

St & alteꝝ genuſ eruginiſ: quam uocant Scoletiam in Cyprio ere fit. Hec trito alumie & ſale aut nitro pari pōdere cū aceto albo q̄ acerrimo. Non fit hoc niſi æſtuoſiſſimiſ diebuſ circa caniſ ortum. Teritur autem: donec uiride fiat: contrahatq; ſe in uermiculoꝝ ſpeciem. Vnde & nomen. Quod uitium ut emendetur: due parteſ q̄ fuere aceti miſcentur urina pueri impubiſ. idem autem in medicamentiſ & Sāterua efficit qua diximuſ aurum ferruminari. Vſuſq; utriuſq; qui eruginiſ. Scoleciafit & per ſe raſa ab erario lapide: de quo nunc dicemuſ.

CAP. XII. De Chalciti.

Halcitin uocant lapidem. ex quo & ipſum eſ coquitur. Diſtat a Cadmia: ꝗ illa ſuper terram ex ſubdialibuſ petriſ ceditur. hec ex obrutiſ. Item ꝗ chalcitiſ friat ſe ſtatim molliſ natura: ut uideatur lanugo concreta. Eſt & alia diſtinctio: ꝗ ʻchalcitiſ tria genea continet eriſ. & miſyoſ & ſoreoſ. De quibuſ ſinguliſ dicemuſ ſuiſ lociſ. Habet autem eriſ uenaſ oblongaſ. Probatur mellei coloriſ gracili uenarum diſcurſu friabiliſ. nec lapidoſa. Putant & recentem utiliorē eſſe: quoniam inueterata Sori fiat. Viſ eiuſ ad excreſcentia in ulceribuſ. ſanguinem ſiſtere. gingiuaſ. uuam. tonſillaſ. farina compeſcere. Vulue quoq; uitiiſ in uellere imponitur. Cum ſucco uero porri uerendorum additur emplaſtriſ. Maceratur autem in fictili ex aceto circumlito fimo: diebuſ. xl. Et colorem croci trahit. tunc ammixto Cadmie pari pondere medicamentum efficit Soricon dictum. Quod ſi due parteſ ʻchalcitidiſ tercie Cadmie temperent̄: acriuſ hoc idem fiet. Acriuſ etiamnum & uehementiuſ factum ſi aceto q̄ uino temperent̄. Toſta uero efficatior fit ad eadem omnia.

CAP. XIII. De Sori & Miſy.

Ori Egyptium maxime laudatur. multū ſuperato Cyprio Hiſpaniēſi & Africo quanq̄ oculorum quoq; curationi quidam utiliuſ Cyprium putant. Sed in q̄cūq; natione optimum. cui maximum uiruſ olfactu: trituq; pinguiter nigreſcēſ: & ſpōgioſū. Stomacho reſ cōtraria ītantū: ut qbuſdā olfactu mō uomitiōeſ moueat. Et Egyptiū quidem tale. Alteriuſ nationiſ contritum ſplendeſcit. Et Miſy eſt lapidioſiuſ. Prodeſt autem dentiū dolori ſi contineat̄: atq; colluat. Et oriſ ulceribuſ grauibuſ: queq; ſerpūt Vritur carbonibuſ ut chalcitiſ. Miſy aliqui tradiderunt fieri exuſto lapide ī ſcrobibuſ flore eiuſ luteo miſcente ſe ligni pinea fauilla. Reuera aūt e ſupradicto fit lapide cōcretum natura diſcretumq; & optimum in Cypriorum officiniſ. cuiuſ note ſūt friati auree ſcintille. & cum teratur arenoſa natura ſiue terra chalcitidi ſimiliſ. Hoc autem miſcent qui aurum purgant. Vtilitaſ autem eiuſ infuſi cum roſaceo auribuſ purulētiſ & lana impoſiti capitiſ ulceribuſ. extenuat etiam ſcabriciaſ oculorum inueterataſ. Precipue utile tōſilliſ. cōtraq; anginaſ & ſuppurata. Ratio ut. xvi. drachme ī hemīa aceti coquantur addito melle: donec lenteſcat. Sic ad ſupradicta utile eſt. Quotienſ opuſ ſit molliri uim eiuſ: mel aſpegitur. Erodit & callum fiſtularum ex aceto fouentium. & collyriiſ additur. Siſtit & ſanguinem: ulceraq; que ſerpāt: queue putreſcāt Abſumit & excreſcenteſ carneſ. Peculialiter uirilitatiſ uitiiſ utile & feminaꝝ ꝓfluuiū ſiſtit.

CAP. XIIII. De Chalcantho.

Reci cognatiomē eriſ fecerūt noīe & atramento ſutorio. Appellāt enī chalcāthū Nec ulliuſ eque mira natura eſt. Fit in Hiſpania e puteiſ ſtagniſue habentibuſ id genuſ aque. Decoquitur ea ammixta dulci pari menſura: & in piſcinaſ ligneaſ fūdit̄ Immobilibuſ ſup haſ tranſtriſ dependent reſteſ lapilliſ extente: quibuſ adhereſcēſ limuſ uitreiſ aciniſ: imaginem quandam uue reddit. Exemptum ita ſiccatur diebuſ. xxx. Color eſt ceruleuſ per quā ſpectabili nitore uitrūq; eſſe credit̄. Diluendo fit atramētū tinguendiſ coriiſ. Fit & pluribuſ modiſ genere eo ī ſcrobeſ cauato. Quarū e lateribuſ diſtillanteſ hyberno gelu ſtyriaſ ſtalagmiam uocant. neq; eſt puriuſ aliud. Sed ex eo cādidum colorem ſentientem uiolam Leucanthon appellant. Fit & in ſaxroū catiniſ pluuia aqua corriuato limo gelante. Fit & ſaliſ mō flagrantiſſimo ſole admiſſaſ dulceſ aquaſ cogēte. Ideo duplici quidam differentia foſſile aut facticium appellāt. hoc pallidiuſ. & quantum colore: tantum bonitate deteriuſ. Probant maxīe Cypriū ī medicīe uſu. Sumitur ad depellenda uentriſ animalia drachme pondere cum melle. Purgat & caput dilutum ac naribuſ inſtillatum. Item ſtomachū cum melle aut aq̄ mulſa ſūptū Medetur & oculorum ſcabriciei doloriq; necnon & caligini & oriſ ulceribuſ. Siſtit & ſanguinem narium. Item hemorrhoidum. Extrahit oſſa fracta cum ſemīe hyoſcyami Suſpendit epiphoraſ penicillo fronti impoſitum. Efficax & in emplaſtriſ ad purgāda uulnera. & excreſcentia ulcerū. Tollit & uuaſ uel ſi decocto tangantur. Cū lini quoq; ſemine ſuperponitur emplaſtriſ ad doloreſ tollendoſ. Quodq; ex eo cādicat: in eo uſu prefertur uiolaceiſ. Et grauitati aurium per fiſtulaſ inſpiratur. Vulnera etiam per ſe illitum ſanat. ſed tinguit cicatriceſ. Nuperq; inuentum urſorum in harena & leonū ora aſpergere illo. tantaq; eſt uiſ in aſtringendo: ut non queant mordere.

CAP. XV. De Pompholyge & ſpodio.

Tiam nunc in erariiſ reperiuntur que uocāt Pompholygem & ſpodion. Differentia ꝙ Pompholyx lotura paratur. Spodioſ illota eſt. Aliqui id ꝙ ſit cādidū leuiſſimumq; pompholygem dixere. & eſſe eriſ & Cadmie fauillam. Spodion nigriorē ponderoſioremq; eſſe. deraſam parietibuſ fornacium mixtiſ ſcintilliſ aliquando & carbonibuſ. Hec aceo accepto odorem eriſ preſtat. & ſi tāgatur lingua ſaporē horridū. Conuenitq; oculorum medicamentiſ quibuſcunq; uitiiſ occurrenſ. & ad oīa que Spodioſ Hoc ſolum diſtat ꝙ huiuſ elucior uiſ eſt. additur & in emplaſtra: quibuſ leniſ queritur refrigeratio & ſiccatio. Vtilior ad omnia que uino lota eſt. Spodioſ Cypria optima. Fit autem liqueſcentibuſ Cadmia & erario lapide. Leuiſſime hec efflatur & ociuſ. euolatq; e fornacibuſ: & tectiſ adhereſcit. A fuligine diſtāſ cādore. Quod nimiſ candidum ex ea: immature fornaciſ argumeutum eſt. Hoc quidam Pōpholygem uocāt. Quod uero rubicundiuſ ex iiſ inuenitur: acriorem uim habet. exulceratq; adeo ut cū lauatur ſi oculooſ attingat: excecet. Eſt & mellei coloriſ Spodioſ: in qua plurimum eriſ intelligitur. Sed quodcunq; genuſ lauando fit utiliuſ. Purgatur ante pinna: dein craſſioree lotura. Digitiſ ſcabriciem exterunt. Media uiſ eiuſ eſt que uino lauat̄. Eſt & aliqua in genere uini differentia. leni enim lota colliriiſ oculoꝝ nimium uigiliiſ fatigatorum apta putatur. Eademq; efficatior ulceribuſ que manant. uel oriſ: que madēt. & omnibuſ medicamentiſ que parantur contra gāgrenaſ. Fit & in argenti fornacibuſ: Spodioſ quam uocant lauriotin. Vtiliſſima autem oculiſ cōfirmatur: que fit ſaurariiſ. Nec in alia parte magiſ eſt uite ingenia mirari. Quippe ne inquirenda eſſent metalla uiliſſimiſ rebuſ: utilitateſ eadem excogitauit.

CAP. XVI. De Antiſpodio.

Ntiſpodion uocant cinerem fici arboriſ uel caprifici uel myrti folioꝝ cū tenerrimiſ ramorum partibuſ uel oleaſtri uel citonii mali uel lentiſci. Item ex moriſ immaturiſ ideſt cādidiſ ĩ ſole arefactiſ, uel e buxi coma uel pſeudocyperi aut rubi aut terebinthi uel oenantiſ. Taurini quoq; glutiniſ: aut liteorum cinerem ſimiliter pollere inuentum eſt. Vrunt oīa ea crudo fictili in fornacibuſ: donec figulina percoquatur.

CAP.XVII. De Smegmate: & diphryge.

N ærariiſ officiniſ & ſmegma fit: iam liquato ære atq; ꝑcocto: additiſ etiānū carbonibuſ: paulatīq; accenſiſ: ac repente uehementiori flatu expuitur eriſ ſaliua quedam. Solum quo excipiatur: ſtratū eſſe debet facile ab ea diſcernitur quā in iiſdē officiniſ Diphrygia uocant Greci ab eo ꝙ biſ torreatur: cuiuſ origo triplex: fieri enī traditur ex lapide pyrite cremato ĩ caminiſ: donec excoquatur in rubricam. Fit & in Cypro ex luto cuiuſdam ſpecuſ arefacto priuſ: mox paulatim circundatiſ ſarmentiſ. Tertio fit mō in fornacibuſ eriſ fece ſubſidēte. Differentia eſt quidem ꝙ æſ ipſum in catino defluit: Scoria extra fornaceſ: floſ ſupernatat. Diphrygeſ remanet. Quidam tradunt in fornacibuſ globoſ lapidiſ qui coquantur: ferruminari. circa hunc eſ feruere Ipſum uero non percoqui niſi tranſlatum in aliaſ fornaceſ: & eſſe nodum quendā materie. Id quod excocto ſuperſit: Diphryga uocant. Ratio eiuſ in medicina ſimiliſ ſupradictiſ. Siccare & excreſcentia conſumere & perpurgare. Probatur lingua: ut eā ſiccet tactu ſtatim: ſaporemq; eriſ reddat. Vnum etiānum eriſ miraculū ñ omittemuſ. Seruilia familia illuſtriſ in faſtiſ trientē ereum paſcit auro & argento: conſumentem utrunq;. Origo atq; natura eiuſ incomperta eſt mihi. Verba ipſa de ea re Meſſalle ſeniſ ponam. Seruiliorum familia habet trientem ſacrum: cui ſumma cum cura magnificētiaq; ſacra quot āniſ faciūt. quē ferunt aliaſ creuiſſe aliaſ decreuiſſe uideri: & ex eo aut diminutionē aut honorem familie ſignificari.

CAP.XVIII. De Ferro: & : ferreiſ Metalliſ: & differētia ferri.

Roxĩe indicari debent metalla ferri: optimo uite peſſimoq; inſtrumento. Siq̄dē hoc tellurem ſcindimuſ. ſerimuſ arbuſta. pomaria. uiteſ ſqualore deciſo āniſ oībuſ cogimuſ iuueneſcere. Hoc extruimuſ tecta, cedimuſ ſaxa. oēſq; ad alioſ uſuſ ferro utimur. Sed eodē ad bella cedeſ latrocinia: nō cominuſ ſolum: ſed etiā miſſili uolucriq;: nūc tormentiſ excuſſo nunc lacertiſ. nunc uero pennato quam ſceleratiſſimam humani ingenii fraudem arbitror. Siquidem ut ociuſ morſ perueniret ad hominem: alitem illam fecimuſ: pennaſq; ferro dedimuſ. Quamobrē culpa eiuſ ñ natura fiat accepta. Aliquot experimentiſ probatum eſt poſſe innocenſ eſſe ferrum. In federe ꝙ expulſiſ Regibuſ Populo Romano dedit Porſenna: nominatim comprehēſum inuenimuſ: ne ferro niſi in agricultura uteretur. Et cū ſtilo ſcribere uetitū uetuſtiſſimi autoreſ prodiderunt. Magni Pompeii in tertio Conſolatu extat edictum: in tumultu neciſ Clodiane prohibentiſ ullum telum eſſe in urbe. Et tamen uita ipſa non defuit honorē initio habere ferro quoq;. Ariſtonidaſ artifex cum exprimere uellet Athamantiſ furorem Learchū filiū p̄cipitare uolētiſ & p̄cipitato illo reſidentiſ penitentiā: ferꝝ & eſ miſcuit ut rubigīe eiuſ ꝑ nitorē eriſ relucente. exprimeret uerecūdie rubor. Hoc ſignū extat hodierno die. Eſt in eadem urbe & ferreuſ Herculeſ quem fecit halycon laborum dei patiētia inductuſ. Videmuſ & Rome ſcyphoſ e ferro dicatoſ in templo Nartiſ Vltoriſ. Obſtitit eadē nature benignitaſ exigentiſ a ferro ipſo penaſ rubigine. Eadēq; prouidētia nihil tam in rebuſ mortalibuſ faciēte q̃ ꝙ infeſtiſſimū mortalitati Ferri metalla ubiq; prope modum reperiuntur. Quippe inſula etiam Italie Ilua gignente minimaq; difficultate cognoſcunt ipſo colore terre manifeſto. Sed ratio eadē excoquendiſ ueniſ.

In Cappadocia tantum queſtio eſt aque an terre fiat acceptũ: quoniam perfuſa certo fluuio terra neq; aliter ferrum e fornacibuſ reddit. Differentia ferri numeroſa. Pria in genere terre celiue. Aliaſ enim molle tantum plumboq; uiciniuſ ſubminiſtrãt. Aliaſ fragile & eroſum rotarumq; uſibuſ. & clauiſ maxime fugiendum. cui prior ratio cõuẽit Aliud breuitate ſola placet: clauiſq; caligariiſ. Aliud rubiginẽ celeriuſ ſentit. Strictureq; uocantur ee omneſ: quod non in aliiſ metalliſ a ſtringenda acie uocabulo ĩpoſito Et fornacium maxima differentia eſt. In hiſ quidem nucleuſ ferri excoquitur ad indurandam aciem. Alique modo ſunt ad denſãdaſ incudeſ malleorumue roſtra. Summa autem differentia in aqua eſt: cui ſubinde candenſ immergitur. Hec aq̃ alibi atq; alibi utilior nobilitauit loca gloria ferri: ſicuti Bilbilin in Hiſpania & turiaſſonem. Comum in Italia cum ferraria metalla in iiſ lociſ non ſint. Ex omnibuſ autem generibuſ palma Serico ferro eſt. Sereſ hoc cũ ueſtibuſ ſuiſ pellibuſq; mittunt. Secunda Parthico. neq; alia genera ferri eximia acie temperantur ceteriſ enim admiſcentur. Mollior cõplexuſ in noſtro orbe. Aliubi uena bonitatem hanc preſtat: ut ĩ Noriciſ. Aliubi factura: ut Solmone aqua uti diximuſ. Quippe cũ ĩ exacuendo oleareſ coteſ aquarieq; differant. oleo delicatior fiet acieſ. Mirumq; cum excoquatur uena: aque modo liquari ferrum. poſtea in ſpongiaſ frangi. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui moſ eſt: ne aqua ĩ fragilitatem durentur. A ferro ſanguiſ humanuſ ſe ulciſcitur. Contactũ nanq; eo celeriuſ ſubinde rubiginem trahit. De magnete lapide ſuo loco dicemuſ. Concordiaq; quam cũ ferro habet. Sola hec materia uiruſ ab eo lapide accipit: retinetq; longo tempore. Aliud apprehendenſ ferrum: ut annulorum cathena ſpectetur interdum. Quod ĩpitũ uulguſ appellat ferrum uiuum. uulneraq; ex tali aſperiora fiant. Lapiſ hic & ĩ cãtabria naſcitur: non ille magneſ ueruſ caute continua: ſed ſparſa bubbationẽ ita appellant: neſcio an ultro fundendo perinde utiliſ: nondũ enim expertuſ eſt quiſq̃: ferri utiq; inficit aciẽ: ut magneſ. De Magnete lapide Dinocrateſ architectuſ Alexandri Arſinoeſ templum concamerare inchoauerat: ut in eo ſimulacrum eiuſ e ferro pendere in aere uideret̃. Interceſſit morſ & ipſiuſ & Ptolemei Regiſ: ꝙ id ſorori ſue iuſſerat fieri. Metallorum omnium uena ferri largiſſima eſt. Cantabrie maritima parte qua Oceanuſ alluit: monſ prerupte altuſ: ĩcredibile dictu: totuſ ex ea materie eſt: ut in ambitu oceani diximuſ. Ferrum accenſum igni niſi duretur ictibuſ: corrumpitur. Rubenſ non ẽ habile tundendo. neq; anteq̃ albeſcere incipiat. Aceto & alumine illitum fit eri ſimile. A rubigine uindicatur Ceruſſa & gypſo & liquida pice. Hec eſt temperatura a greciſ Antipathia dicta. Ferunt quidam & religione quadam id fieri. Et extare ferreã cathenam apud Euphratem amnem in urbe que Zeuma appellatur: qua Alexander Magnuſ ibi uixerit pontem: cuiuſ annuloſ refecti ſunt rubigine infeſtari. carentibuſ ea prioribuſ. Medicina e ferro eſt: & alia q̃ ſecandi. Nanq; circumſcribi circulo terue circumlato mucrone & adultiſ & infantibuſ prodeſt contra noxia medicamenta. Et prefixoſ in limine e ſepulchro euulſoſ clauoſ: aduerſuſ nocturnaſ lymphationeſ. Pũgiq; leuiter mucrone quo percuſſuſ homo ſit: cõtra doloreſ laterum pectorũue ſubitoſ qui punctionem afferant. Quedam uſtione ſanantur. Priuati uero caniſ rabihi morſuſ Quippe etiam preualente morbo expauenteſq; potum: uſta plaga illico liberantur. Calefit etiam ferro cãdente aqua in multiſ uitiiſ: priuatiſq; dyſentericiſ. Eſt & rubigo ipſa ĩ remediiſ. & ſic Telephũ proditur ſanaſſe Achilleſ ſiue id erea ſiue ferrea cuſpide fecit. Ita certe depingitur ex ea decutienſ gladio. Sed rubigo ferri deraditur humido ferro clauiſ ueteribuſ. Viſ eiuſ. ligare. ſiccare. reſtringere. Emendat alopeciaſ illita. Vtunt' & ad ſcabriciaſ genarum. puſtulaſq; totiuſ corporiſ: cum cera & oleo myrteo.

Ad igneſ uero ſacroſ ex aceto. Item ad ſcabiem. Paronichia digitorum & pterygia: ĩ linteoliſ. Siſtit & feminarum profluuia ĩpoſita uelleribuſ. Plagiſ quoq; recentibuſ uĩo diluta & cum myrrha ſubacta. Et condylomatiſ ex aceto prodeſt. Podagraſ quoq; illita lenit. Squamma quoq; ferri in uſu eſt ex acie aut mucronibuſ maxime ſimili: ſed acriore ui q̃ rubigo. Quamobrem & contra Epiphoraſ oculoꝝ aſſumitur. Sãguinẽq; ſiſtit: cum uulnera maxime ferro fiant. Siſtit & feminarum profluuia. Imponitur & contra lyenum uitia. Hemorrhoidaſ compeſcit ulcerumq; ſerpentia. Et geniſ ꝓdeſt farine modo aſperſa pauliſper. Precipua tamen commendatio eiuſ in Irge emplaſtro ad purganda uulnera fiſtulaſq;: & omnem callum erodendum & raſiſ oſſibuſ carneſ recreandaſ. Componit᷑ hoc modo. Oboliſ ex Cimolia creta duobuſ. drachmiſ ſex ex ere totidem ex ſquamma ferri: totidem cere. Ex oleo ſextariuſ hiſ adiicitur cum ſunt repurganda uulnera aut replenda.

CAP. XVIIII. De Plumbi metalliſ: & Albo plumbo ac nigro.

Equitur natura plumbi. Cuiuſ duo genera. nigrũ atq; candidũ. precioſiſſimum candidum a Greciſ appellatum Caſſiterũ. fabuloſeq; narratũ in inſulaſ Atlãtici mariſ peti: uitilibuſq; nauigiiſ circumſutiſ corio aduehi. Nunc certum eſt ĩ Luſitania gigni & in Gallicia ſũma tellure arenoſa: & coloriſ nigri. Pondere tantũ ea dep̄hẽdit᷑. Interueniunt & minuti calculi: maxĩe torrẽtibuſ ſiccatiſ. Lauant eaſ harenaſ Metallici: & quod ſubſedit: coquunt in fornacibuſ. Inuenitur & ĩ aurariiſ metalliſ que alucia uocant᷑. aqua immiſſa eluunt calculoſ nigroſ paulũ candore uariatoſ. quibuſ eadem grauitaſ que auro. Et ideo in colatiſ in quibuſ aurũ colligitur remanent cũ eo: poſtea cãiniſ ſeparantur. Conflatiq; in albũ plũbũ reſoluuntur. Non fit in Gallicia nigꝝ cũ uicina Cantabria nigro tantũ abundet. Nec ex albo argẽtũ cũ fiat ex nigro. Iungi inter ſe plumbum nigrum ſine albo non poteſt. Nec hoc ei ſine oleo. Ac ne albũ quidẽ ſecum ſine nigro. Album habuit autoritatem & Illiaciſ temporibuſ teſte Homero Caſſiterum ab eo dictum. Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua prouenit uena: nec quicq̃ aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur: mixtiſq; ueniſ conflatur. Eiuſ qui primuſ fluit in fornacibuſ liquor: ſtagnum appellatur. Qui ſecunduſ argentum. Qui remanſit in fornacibuſ: galena que portio ē tertia addita uene. Hec rurſuſ cõflata dat nigrum plumbum deductiſ partibuſ duabuſ. Stagnum illitũ ereiſ uaſiſ ſaporẽ gratiorem facit. & compeſcit eruginiſ uiruſ: mirumq; ponduſ nõ auget. Specula quoq; ex eo laudatiſſima ut diximuſ: Brunduſii temperabantur: donec argenteiſ uti cepere. & ancille. Nunc adulteratur ſtagnum addita eriſ tertia portione candidi in plumbũ album. Fit & alio mõ: mixtiſ albi plumbi nigriq; libriſ. Hoc nũc aliq argentariũ appellant. Iidem & tertiarium uocant in quo due nigri portioneſ ſunt. & tertia albi. Preciũ eiuſ in libraſ. xxx. Et hoc fiſtule ſolidantur. Improbioreſ ad tertiariũ additiſ equiſ partibuſ albi: argentariũ uocant. & eo que uolunt incoquũt. Precia huiuſ faciũt in pondo. cxxx. In libraſ albo per ſe ſincero precia ſunt. xxx. nigro. xvii. Albi nanatura pluſ aridi habet. Contraq; nigri tota hũida ē. Ideo albũ nulli rei ſine mixtura utile eſt. Neq; argentum ex eo plumbatur: quoniã priuſ liqueſcit argentũ. Cõfirmãtq; ſi minuſ albo nigri q̃ ſatiſ ſit miſceatur: erodi ab eo argentum. Album ĩcoquitur ereiſ operibuſ Galliarũ innento: ita ut uix diſcerni queat ab argento. eaq; ĩ coctilia uocãt. Deinde & argentum incoquere ſimili modo cepere: equorum maxime ornamentiſ iumẽtorumq; iugiſ. In Alexia oppido reliq̃ gloria Biturigũ fuit. Cepere deĩde & Eſſeda haculiſ & petorita exornare. Similiq; modo ad aurea quoq; & argẽtea uehicula ianiſ luxuria peruenit. queq; in ſcyphiſ cerni prodigum erat: hec in uehiculiſ atteri cultuſ uocatur. Plumbi albi experimentum in charta eſt: ut liquefactum pondere uideatur non calore rupiſſe. India. neq; eſ neq; plūbū habet. gemmiſq; ſuiſ ac margaritiſ hec permutat. Nigro plumbo ad fiſtulaſ laminaſq; utuntur laborioſiuſ ī Hiſpania eruto: totaſq; per Galliaſ. Sed ī Britania ſummo terre corio adeo large: ut lex ultro dicat̃: ne pluſ certo modo fiat. Nigri generibuſ hec ſunt nomina. Iouetanum. Caprarienſe. Oleaſtrenſe. Nec differentia ulla ſcorie modo ſit excocta diligenter. Mirumq; ī hiſ ſoliſ metalliſ ꝙ derelicta fertiliuſ reuiuiſcunt. Hoc uidetur facere relaxatiſ ſpiramētiſ ad ſatietatem infuſuſ aer: eque ut feminaſ quaſdam fecundioreſ abortuſ facere. Nup id compertum ī Betica Santarenſi metallo quod locari ſolitum. x. libriſ per ducetoſ añ annoſ: poſt q̃ oblitteratum erat. lxv. locatum eſt. Simili modo Antonianum in eadem prouintia pari locatione peruenit ad pondo. cccc. uectigaliſ. Et mirum aqua addita: ñ liqueſcere uaſa e plumbo conſtat. Eadem in aqua calculuſ ereuſue quadranſ ſi addatur. uaſ peruri. In medicina per ſe plumbi uſuſ eſt cicatriceſ reprimere: adalligatiſq; lūborū & renum parti laminiſ frigidiore natura inhiberi impetuſ ueneriſ. Viſaq; ī quiete uenerta ſpōte nature erūpentia uſq; ī morbi genuſ hiſ laminiſ Caluuſ Orator cohibuiſſe traditur uireſq; corporiſ ſtudiorū labore cuſtodiſſe. Nero quoniā ita diiſ placuit: Prīcepſ lamina pectori impoſita: ſub ea cantica exclamanſ alendiſ uocibuſ demoſtrauit rationem. Coquitur ad medicine uſuſ patiniſ fictilibuſ ſubſtrato ſulphure minuto lamiſſ impoſitiſ tenuibuſ opertiſq; ſulphure & ferro mixtiſ. Cū coquitur. muniēda ī eo opere foramina ſpūſ conuenit. alioqui plumbi e fornacibuſ halituſ noxiuſ ſentit̃ & peſtilēſ. & canibuſ ociſſime. Omniū uero metallorum muſciſ & culicibuſ. Quamobrem non ſunt ea tedia in metalliſ. Quidam in coquendo ſcobem plumbi lima queſitam ſulphuri miſcēt Alii Ceruſſā potiuſ q̃ ſulphur. Fit & lotura. Plumbi uſuſ in medicina: cum ſe ipſo terit̃ in mortariiſ plumbeiſ: addita aqua celeſti: donec craſſeſcat. poſtea ſupernatanſ aqua tollitur ſpongiiſ. quod craſſiſſimum fuit ſiccatum diuiditur in paſtilloſ. Quidā limatum plumbum ſic terunt. Quidam etiam plumbaginem ammiſcēt. Alii uero acetū. Alii uinū. Alii adipem. Alii roſam. quidam ī mortario lapideo & maxime thebaico plūbeo piſtillo terere malunt. Candidiuſq; fit ita medicamentum. Id autem quod uſtum eſt plumbum lauatur & ſtibi uiſ & Cadmie poteſt aſtringere. ſiſtere. contrahere cicatriceſ. Vſuſ enī ex eodem & in oculoꝝ medicamentiſ: & maxime contra procidentiam eorū & ſanitatē & ulcerū excreſcentia: rimaſq; ſediſ aut hemorrhoidaſ & condylomata. Ad hec maxīe lotura plumbi facit. Ciniſ aūt uſti ad ulcera ſerpentia aut ſordida. Eadēq; que chartiſ ratio profectuſ. Vritur autem in patiniſ per laminaſ minutaſ cum ſulphure uerſatum rudibuſ ferreiſ aut ferulaceiſ donec liquor mutetur ī cinerem. Dein refrigeratū terit̃ in farinam. Alii elimatam ſcobem in fictili cado coquunt in caminiſ: donec percoquat̃ figlinum. Aliqui Ceruſſam miſcent pari mēſura. aut hordeū teruntq;: ut ī crudo dictū eſt. & preferunt ſic tritum plumbum ſpodio cyprio.

CAP. XX. De Scoria Plumbi: & Molibdena ſiue Galena.

Coria quoq; plūbi in uſu eſt. Optimaq; que ad luteum maxime colorem accedit. ſine plumbi reliquiiſ: aut ſulphuriſ ſpecie & terra carenſ. Lauatur hec ī mortariiſ minutū fracta: donec aq̃ luteū colorē trahat: & tranſfunditur in uaſ puꝝ: idq; ſepiuſ: uſq; dū ſubſidat qđ utiliſſimū eſt. Eoſdemq; effectuſ habet quoſ plumbū. ſed acrioreſ. Mirari ſuccurrit experientiam uite: ne fece quidem neu rerum excrementorumq; feditate in temptata tot modiſ. Fit & ſpodium ex plumbo eodem modo quo ex Cyp̃o ere diximuſ. Lauatur in linteiſ rariſ in aqua celeſti. ſeparaturq; terrenum tranſfuſiōe cribratumq; teritur. Quidam puluerem cum penniſ detergere malunt. ac terere ī uſo odorato. Eſt & Molibdena quam alibi Galenam uocauimuſ plumbi & argenti uena communiſ. Melior hec: q̃to magiſ aurei coloriſ: q̃toq; minuſ plúboſa friabiliſ & modice grauiſ. Cocta cum oleo: iocineriſ colorem trahit. Adhereſcit & auri & argenti fornacibuſ. Et hanc metallicā uocant. Laudatiſſima que ī Zephyrio fiat. Probāt̃ minime terrene minimeq; lapidoſe. Coquūtur lauanturq; ſcorie modo. Vſuſ in lepra ad lenienda refrigerandaq; ulcera. Emplaſtriſq; que non alligantur: ſed illita ad cicatricem perducunt in teneriſ corporibuſ molliſſimiſq; partibuſ. Cópoſitio eiuſ eſt libriſ trbuſ & cere libra una olei tribuſ heminiſ. Quod in ſenili corpore cum amurca addit̃. Temperatur & cú ſpúa argēti & ſcoria plúbi: ad dyſenteriá & tenaſmú fouēdo calida.

CAP. XXI. De Pſimmythio ſiue Ceruſa.

Simmythium quoq; hoc eſt ceruſſam plumbarie dant officine. Laudatiſſimum in Rhodo. Fit autem ramentiſ plumbi tenuiſſimiſ ſuper uaſ aceti aſperrimi ípoſitiſ atq; ita diſtillantibuſ. Quod ex eo cecidit in ipſum acetum arefactum molitur & cribratur. Iterumq; aceto mixto in paſtilloſ diuiditur. & in ſole ſiccatur eſtate Fit & alio modo addito in urceoſ aceti plumbo obturatoſ per dieſ. x. deraſoq; ceu ſitu ac rurſuſ deiecto: donec deficiat materia. Quod deraſum eſt teritur. & cribratur & coquit̃ ī patiniſ: miſceturq; rudiculiſ donec rufeſcat: & ſimile Sandarace fiat. Dein lauat̃ dulci aqua: donec nubecule omneſ eluantur. Siccatur ſimiliter poſtea. & in paſtilloſ diuidiur. Viſ eiuſ eadem que ſupradictiſ. Leuiſſima tamen ex omnibuſ propter quod ad candorem feminarum adhibetur. Eſt aút letaliſ potuſ: ſicut ſpuma argenti. poſtea ceruſſa ipſa ſi coquatur ruffeſcit.

CAP. XXII. De Sandaraca.

Andarace quoq; propemodum dicta natura eſt. Inuenitur autem & ī aurariiſ & ī argentariiſ metalliſ: melior quo magiſ ruffa quoq; magiſ uiruſ redolenſ ac pura friabiliſq;. Valet purgare ſiſtere excalfacere. perrodere. Summa eiuſ doſ ſeptica. Explet alopeciaſ ex aceto illita. Additur oculorum medicamentiſ. Fauceſ purgat cum melle ſumpta. Vocem lympidam ac canoram facit. Suſpirioſiſ tuſſientibuſq; iucunde medet̃ cum reſina terebinthina in cibo ſumpta. Suffita quoq; cú cedro: ipſo nidore eiſ medet̃.

CAP. XXIII. De Arſenico.

T arſenicum ex eadem eſt materia. Quod optimú: coloriſ etiā ī auro excellētiſ. Quod uero pallidiuſ aut ſandarace ſimiliuſ ē: deteriuſ exiſtimatur. Eſt & tertiú genuſ quo miſcetur aureuſ color ſandarace. Vtraq; hec ſquammoſa. Illud uero ſiccú purúq;: gracili uenarum diſcurſu fiſcile. Viſ eadem que ſupra: ſed acrior. Itaq; & cauſticiſ additur & pſilothriſ. Tollit & pterygia digitoꝝ. Carneſq; narium. & condylóata & quicq̃d excreſcit. Torretur: ut ualidiuſ proſit in noua teſta: donec mutet colorē.

C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER TRIGESIMVSQVARTVS DE METALLIS ERIS ET PLVMBI FINIT. INCIPIT LIBER TRIGESIMVSQVINTVS DE PICTVRA COLORIBVS ET PICTORIBVS FELICITER

CAP. I. Prohemiū & de honore picture & uermiculati opiſ inuento: & alienarum ſtatuarum ab uſu.

Etallorum quibuſ opeſ conſtant: ad naſcentium eiſ natura īdicata propemodum eſt. ita connexiſ rebuſ ut immenſa medicine ſilua & officinarum tenebre & moroſa celandi pingēdiq; ac tingendi ſubtilitaſ ſimul dicerentur. Reſtant terre ipſiuſ genera lapidumq; uel numeroſioreſ erarie: plurimiſ ſingula a greciſ precipue uoluminibuſ tractata. Noſ in iiſ breuitatem ſequemur utilē inſtituto mō: nihil neceſſarium aut naturale omittēteſ. Primumq; dicemuſ que reſtāt de pictura arte quondam nobili: tunc cum expeteretur a Regibuſ populiſq;. & alioſ nobilitante quoſ eſſet dignata poſteriſ tradere. Nunc uero in totū marmoribuſ pulſa non quidem ut auro tantum parieteſ toti operiantur: uerum & interraſo marmore: uermiculatiſq; ad effigieſ rerum & animalium cruſtiſ. Nō placent iā abaci. nec ſpacia montiſ ĩ cubiculo dilatantia. Cepimuſ & lapidem pingere. Hoc claudii Prīcipatu inuentum. Neroniſ uero maculaſ que non eſſent in cruſtiſ inſerendo unitatem uariare: ut Ouatuſ eſſet Numidicuſ: ut purpura diſtingueretur Synnadicuſ. Inuenit q̃liter illoſ naſci optaſſent delicie. montium hec ſubſidia deficientium. Nec ceſſat luxuria id agere: ut q̃plurimum incendiiſ perdat. Imaginum quidem pictura q̃maxime ſimileſ in euum propagabantur figure: quod in totum exoleuit. Erei ponuntur clipei. argētea facieſ. ſurdo figurarum diſcrimine ſtatuarum capita permutantur. Vulgatiſ iam pridem ſalibuſ etiam carminum. adeo materiam malunt cōſpici omneſ q̃ ſe noſci. & īter hec pinacothecaſ ueteribuſ tabuliſ conſuunt. alienaſq; effigieſ colunt. ipſi honorem nō niſi in precio ducenteſ. ut frangat hereſ furiſ detrahat laqueuſ. itaq; nulluſ effigie uiuente: imagineſ pecūie non ſuaſ relinquunt. Iidem paleſtraſ athletarum imaginibuſ. & ceromata ſua exornant. Et uultuſ Epicuri per cubicula geſtant ac circumferunt ſecū Natali eiuſ uiceſima luna ſacrificant. feriaſq; ōi menſe cuſtodiunt: quaſ Icadaſ uocāt. ii max ĩe qui ſe ne uiuenteſ quidem noſci uolunt. Ita ē profecto: arteſ deſidia perdidit. & quoniam animorum imagineſ non ſunt: negliguntur etiam corporum. Aliter apud maioreſ in atriiſ he erant: que ſpectarentur: non ſigna externorum artificum. nec era aut marmora. Expreſſi cera uultuſ ſinguliſ diſponebantur armariiſ: ut eſſent imagineſ que comitarentur gentilicia funera. Semperq; defuncto aliquo: totuſ aderat familie eiuſ qui unq̃ fuerat populuſ. Stēmata uero lineiſ diſcurrebāt ad imagiſ pictaſ. Tabule uero codicibuſ implebantur. & monumentiſ rerum in magiſtratu geſtaꝝ. Alie ĩ foribuſ & circa limina animorum in gentium imagineſ erant: affixiſ hoſtium ſpoliiſ: que nec emptori refringere liceret. que etiam dominiſ mutatiſ: domuſ ornamenta erant. Eratq; hec ſtimulacio ſumma & ingenſ exprobrantibuſ rectiſ cottidie imbellem dominū ītrare in alienum triumphum. Extat Meſſalle Oratoriſ indignatio: que prohibuit īſeri gēti ſue bleuinorum alienam imaginem. Similiſ cauſa Meſſalle ſeni expreſſit uolumina illa que de familiiſ condidit: cum Scipioniſ Pomponiani tranſiſſet atriū: uidiſſetq; adoptione teſtamentaria Saluitoniſ: hoc enī ei fuerat cognomen. Africanoꝝ dedecore notam irrepentem ſcipionum nomini. Sed pace Meſſallarum dixiſſe liceat. etiā mētiri clarorum imagineſ: erat aliquiſ uirtutū amor: multoq; honeſtiuſ q̃ mereri: ne quiſ ſuaſ expeteret. Non eſt pretereundum & nouitium inuentum. Siquidem nō ſolū ex auro argentoue aut certe ex ere in bibliothecíſ dicantur illi: quorum immortaleſ anime in iiſdem lociſ ibi loquuntur: quinimmo etiam qui non ſunt: finguntꝰ. pariuntq; deſideria non traditi uultuſ: ſicut in Homero euenit. quo maiuſ ut equidem arbitror nullum eſt fecilitatiſ ſpecimē: q̃ ſemper omneſ ſcire cupere qualiſ fuerit aliquiſ. Aſinii Pollioniſ hoc Rome inuentum: qui primuſ bibliothecam dicando: īgenia hominum rempublicā fecit. An prioreſ ceperint Alexādrie & Pergami Regeſ q bibliotecaſ magno certamīe inſtituere: non facile dixerim. Imaginū amore flagraſſe quondā teſteſ ſunt. & Atticuſ ille Ciceroniſ: edito de iiſ uolumine. &. M. Varro benigniſſimo inuento inſertiſ uoluminum ſuorum fecunditati non nominibuſ tantum ſeptingentorum illuſtrium: ſed & aliquo modo imaginibuſ. non paſſuſ intercidere figuraſ. aut uetuſtatē eui cōtra hoīeſ ualere inuentioni muneriſ. Etiam diſ inuidioſiſ: quando immortalitatem non ſolum dedit: uerum etiam in omneſ terraſ miſit: ut preſenteſ eſſe ubiq; credi poſſent. Et hoc qdē alieniſ ille preſtitit.

CAP. II. Quando primum Clipei imaginum publice poſiti.

Vorum clipeoſ in ſacro uel publico priuatim dicare primuſ inſtituit. ut reperio Ap. Claudiuſ: qui Conſul cū Seruilio fuit: āno urbiſ ducenteſimo. lix. Poſuit enī in Bellone ede maioreſ ſuoſ. placuitq; in excelſo ſpectari & tituloſ honorum legi. Decora reſ utiq; ſi liberorum turbā paruuliſ imaginibuſ ceu nidum aliquem ſoboliſ pariter oſtendant. Qualeſ clipeoſ nemo non gaudenſ fauenſq; aſpicit. Poſt eum. M. Emiliuſ Collega in Conſulatu. Q. Luctatii non in baſilica modo Emilia. uerum & domi ſue poſuit. Id quoq; martio exemplo. Scutiſ enim qualibuſ apud Troiam pugnatum eſt: continebantur imagineſ. Vnde & nomen habuere clipeorum. non ut peruerſa Grāmaticorum ſubtilitaſ uoluit a cluendo. Origo plenam uirtutiſ faciem reddi in ſcuto cuiuſq; qui fuerit uſuſ illo. Peni ex auro factitauere. & clipeoſ & imagineſ. ſecumq; in caſtriſ tulere. Certe captiſ eiſ talem Haſdrubaliſ inuenit. Q. Martiuſ Scipionum in Hiſpania ultor. Iſq; clipeoſ ſupra foreſ Capitoline ediſ uſq; ad incendium primum fuit. Maiorum quidem noſtrorum tanta ſecuritaſ in ea re annotatur: ut. L. Manlio Q. Fuluio. Coſſ. anno urbiſ quingenteſimo. lxxv. M. Anfidiuſ tutele Capitolii Redemptor docuerit Patreſ argenteoſ eſſe clipeoſ qui pro ereiſ per aliquot iā luſtra aſſignabantur.

CAP. III. De Picture initiiſ & monochromato: & primiſ pictoribuſ.

E picture initiiſ incerta nec inſtituti operiſ queſtio eſt. Egyptii ſex milibuſ annorū apud ipſoſ inuentā priuſ q̄ in Greciā tranſiret: affirmant. Vana ꝑdicatiōe ut palam eſt. Greci autem alii apud Sicyoneſ: alii apud Corinthioſ repertam. oēſ ab umbra hominiſ lineiſ circumducta. Itaq; talem primam fuiſſe. Secundam ſinguliſ coloribuſ & monochromateon dictā: poſtq̄ operoſior inuenta erat. durat q; taliſ etiānū Inuentam linearē dicunt a Philode Egyptio uel Cleāte Corīthio. Primi exercuere Ardiceſ Corinthiuſ & Telephaneſ Sicyoniuſ ſine ullo etiamnum colore. Iam tamen ſpargenteſ lineaſ intuſ. Ideo & quoſ pingnrent aſcribere inſtitutum. Primuſ īuenit eoſ coloreſ teſte: ut ferunt arato: Cleophātuſ, Corinthiuſ hunc aut eodē nomīe aliū fuiſſe quem tradit Corneliuſ Nepoſ ſequutum in Italia Demaratū Tarquinii Priſci Rōani Regiſ patrem fugientem a Corintho iniuriaſ Cypſeli tyranni: ut mox docebimuſ. Iā enim abſoluta erat pictura etiam ī Italia. Extant certe hodieq; antiquioreſ urbe picture Ardee in edilibuſ ſacriſ: quibuſ equidē nullaſ eque miror tam longo euo durāteſ ī orbitate tecti ueluti recenteſ. Similiter Lanuuii ubi Atlanta & Helena cominuſ picte ſunt nude: ab eodem artifice. utraq; excellentiſſima forma. ſed altera ut uirgo. ne ruiniſ quidem templi concuſſe. Pōtiuſ legatuſ Caii Principiſ eaſ tollere conatuſ ē libidīe accenſuſ: ſi tecti natura permiſiſſet. Durauere & cetere antiquioreſ & ipſe. Fatebiturq; quiſ eaſ diligenter eſtimauerit: nullam artiū celeriuſ conſummatā: cū Iliaciſ tēporibuſ non fuiſſe eam appareat.

CAP. IIII. De Pictoribuſ Romaniſ: & quando primum

dignitaſ picture: & qui uictoriaſ ſuaſ pictura propoſuerit:
& quando primum externiſ picturiſ dignitaſ Rōe fuerit.

Pud Romanoſ quoq; honoſ mature huic arti contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabii clariſſime gentiſ. princepſq; eiuſ cognominiſ ipſe edem ſalutiſ pinxit anno urbiſ condite. cccc. l. que pictura durauit ad noſtrā memoriā ede Claudii principatu exuſta. Proxime celebrata eſt in foro Boario ede Herculiſ Pacuuii poete pictura. Ennii ſorore genituſ hic fuit: clarioremq; eam artem Rome fecit gloria ſcene. Poſtea non eſt ſpectata honeſtiſ manibuſ: niſi forte quiſ Turpilium equitem Romanum e Venetia noſtre etatiſ belle referat. hodieq; pulchriſ eiuſ opibuſ Verone extantibuſ. Leua iſ manu pinxit: quod de nullo ante memoratur. paruiſ gloriabatur tabelliſ: extinctuſ nuper in longa ſenecta. Ateriuſ Labeo pretoriuſ etiam proconſulatu prouintie Narbonenſiſ functuſ. Sed ea reſ in riſu: & iam contumelia erat. Fuit & principum uirorum non omittendum de pictura celebre conſilium. Q. pediuſ Nepoſ. Q. Pedii Conſulariſ Triūphaliſq; a Ceſare Dictatore coherediſ Auguſto dati cum natura mutuſ eſſet: eum Meſſalla Oraror ex cuiuſ familia pueri auia erat picturam docēdū cēſuit: idq; etiā diuuſ Auguſtuſ comprobauit. Puer magni ꝑfectuſ in ea arte obiit. Dignatio autem precipua Rome increuit: ut exiſtimo a. M. Valerio Maximo Conſule cum Meſſalla princepſ tabulā picture prelii: quo Cartaginenſeſ & Hieronem in Sicilia deuicerat propoſuit in latere curie hoſtilie: anno ab urbe condita quadrigenteſimononageſimo. Fecit hoc quidem &. L. Scipio tabulāq; uictorie ſue Aſiatice in Capitolio poſuit. Idq; egre tuliſſe fratrem africanum tradūt. iratum haud immerito. quoniam filiuſ eiuſ illo prelio captuſ fuerat. Nō diſſimilem offenſiōem & Emiliani ſubiit. L. Hoſtiliuſ manſinuſ: qui primuſ Carthaginē irruperat ſitum eiuſ expugnationemq; depictaſ proponendo ī foro: & ipſe aſſiſtenſ populo ſpectanti ſingula enarrando. Qua comitate proximiſ comitiiſ conſulatum adeptuſ eſt. Habuit ſcena ludiſ Claudii pulchri magnam ammirationem picture: cum ad tegularē ſimilitudinem corui decepti imagine aduolarent. Tabuliſ autem externiſ autoritatem Rome fecit primuſ omnium. L. Mummiuſ: cui cognomen achaici uictoria dedit. Nā cum in preda uendenda reſ diſtraxiſſet & Rex Attaluſ ſex milibuſ ſeſtertium emiſſet ariſtidiſ tabulam Liberumpatrem continentem: precium miratuſ ſuſpicatuſ aliquid in ea uirtutiſ quod ipſe neſciret: reuocauit tabulam attalo multum querente & ī Cereriſ delubro poſuit. Quam primum arbitror picturam externam Rome publicatā. Deīde uideo & in foro poſitaſ uulgo. Hinc enim Craſſi oratoriſ ille lepoſ agentiſ: cui cum reuſ ſub ueteribuſ contextiſ compellatuſ inſtaret. dic ergo Craſſe qualē mereriſ? Talē inquit. oſtendenſ ī tabula pictum infacetiſſime Gallum exterentem līguam. In foro fuit & illa paſtoriſ ſeniſ cum baculo. de qua Tutonorum legatuſ interrogatuſ quanti eum eſtimaret reſpondit ſibi donari nolle talem uiuum uerumq;. Sed precipuam autoritatē fecit publice tabuliſ Ceſar dictator aiace & Medea āte ueneriſ Genitriciſ edē dicatiſ. Poſt eū. M. Agrippa uir ruſticitati q̄ deliciiſ propior. Extat certe eiuſ oratio magnifica & maxīo ciuiū digua de tabuliſ oībuſ ſigniſq; publicandiſ. Quod fieri ſatiuſ fuiſſet: q̄ in uillarum exſilia pelli. Verum eadem illa toruitaſ tabulaſ duaſ Aiaciſ & Veneriſ mercata eſt a Ciziceniſ. xiii. milia pondo. In thermarū quoq; calidiſſima ꝑte marmoribuſ incluſerat paruaſ tabellaſ: paulo ante cum refrigerentur ſublataſ. Super omneſ Diuuſ Auguſtuſ ī foro ſuo in celeberrīa ꝑte poſuit duaſ tabulaſ: que belli pictā faciem habent & triumphum. Idem Caſtoreſ ac Victoriā poſuit: & quaſ dicemuſ ſub artificum mentione in templo Ceſariſ patriſ. Idem in curia quoq; quam in Comitio conſecrabat: duaſ tabulaſ impreſſit parieti. Nemean ſedentem ſupra leonē. palmigerā ipſam aſtante cum baculo ſene. Cuiuſ ſupra caput tabula bige dependet quam Niciaſ ſcripſit ſe inuſſiſſe tali enim uſuſ eſt uerbo. Alteriuſ tabule admiratio eſt puberē filiū ſeni patri ſimilem eſſe: ſalua etatiſ differentia: ſuperuolante aquila draconem cōplexa. Philochareſ hoc ſuum opuſ eſſe teſtatuſ eſt. Immenſam uel unam ſi quiſ tantum hanc tabulam eſtimet: potentiam artiſ: cum propter Philocarem ignobiliſſimoſ alioq Glauconē filiūq; eiuſ Ariſtippū Senatuſ Populuſq; Romanuſ tot ſeculiſ ſpectet. Poſuit & Tyberiuſ Ceſar minime comiſ īperator in tēplo ipſiuſ auguſti quaſ mox indicabimuſ.

CAP. V. De ratione pingendi: & de pigmentiſ.

Actenuſ dictum ſit de dignitate artiſ morientiſ. Quibuſ coloribuſ ſinguliſ primi pinxiſſent: diximuſ cum de pigmentiſ traderemuſ ī metalliſ. Qui monochromatea genera picture uocauerint. Qui deinde & que & quibuſ temporibuſ inuenerint: dicemuſ in mentione artificum. quoniam indicare naturaſ colorum cauſa inſtituti opiſ prior eſt. Tandem ſe arſ ipſa diſtinxit. & inuenit lumen atq; umbraſ differentia coloꝝ alterna uice ſe ſe excitante. Deinde adiectuſ eſt ſplendor aliuſ hic q̃ lumen: quem qa inter hoc & umbram eſſet: appellauerunt tonon. Commiſſuraſ uero colorū & trāſituſ: armogen.

CAP. VI. De Coloribuſ natiuiſ & facticiſ.

Vnt autem coloreſ auſteri aut floridi. Vtrunq; natura aut mixtura euenit.

Floridi ſunt: quoſ dn̄ſ fingenti preſtat: miniū. armenium. Cinabariſ. Chryſocolla Indicum purpuriſſum. Ceteri auſteri. Ex omnibuſ aliiſ naſcuntur. alii fiunt. Naſcūt Sinopiſ. Rubrica. Parethonium. Melinum. Eretria. auripigmentum. Ceteri figūt. Primumq; quoſ in metalliſ diximuſ. Preterea e uilioribuſ Ochra. Ceruſſa uſta. Sandaraca. Sandix. Syricum. atramentum. Sinopiſ inuenta eſt primum in Ponto. Inde nomen a Sinope urbe. Naſcitur & in Egypto. Balearibuſ. africa. Sed optīa ī Lēno & in Cappadocia. Effoſſa & in ſpeluncis. Que ſaxiſ adheſit: excellit. Glebiſ ſuuſ coloſ extra maculoſuſ. Hacq; uſi ſunt uetereſ ad ſplendorem. Specieſ Sinopidiſ treſ: rubra: & minuſ rubenſ. & inter haſ media. Precium optime in libraſ. xii. denariuſ. Vſuſ ad penicillum. aut ſi lignum colorare libeat. Eiuſ que ex africa uēit: octoni aſſeſ. Cicerculum appellant. Que magiſ ceteriſ rubet: utilior abaciſ. Idē precium eiuſ que p̄ſſior uocatur: & eſt maxime fuſca. Vſuſ eiuſ ad baſeſ abacorum. In medicina uero blanduſ emplaſtriſq; & malagmatiſ ſiue ſicca compoſitione eiuſ ſiue liquida. Faciliſ cōtra ulcera in humore ſita. uelut oriſ ſediſ. aluum ſiſtit: infuſa. Feminarum profluuia pota denarii pondere. Eadem aduſta: ſiccat ſcabriciaſ oculorum. uino maxime. Rubrice genuſ in ea uoluere intelligi quidam ſecunde autoritatiſ. Palmam enim lemnie dabant. Minio proximam. Hec eſt antiquiſ multum celebrata cum inſula in qua naſcitur: nec niſi ſignata uenundabatur. unde & phragidem appellauere. hac minium ſublinunt: adulterantq;. In medicīa preclara reſ habetur. Epiphoraſ enim oculorū mitigat & doloreſ circumlita. Egilopiaſ manare prohibet. Sanguinem reiicientibuſ ex aceto dat̄ bibēda Bibitur & contra lyenum renumq; uitia & purgationeſ feminaꝝ. Item & cōtra uenēa & ſerpentium ictuſ terreſtrium marinorumq;. Omnibuſ ideo antidotiſ familiariſ. Ex reliquiſ rubrice generibuſ: fabriſ utiliſſima Egyptia. & africana: quoniam maxime ſorbentur. Picturiſ autē apta naſcitur: & in ferrariiſ metalliſ. Ex eā fit ochra: exuſta rubrica in colliſ nouiſ luto circumlitiſ. Quo magiſ arſit in caminiſ: hoc melior. Omniſ autem rubrica ſiccat: ideoq; & emplaſtriſ conuenit. igni etiam ſacro. Sinopidiſ pontice ſelibra ſiliſ lucidi libriſ. x. & melini grecienſiſ duabuſ mixtiſ: tritiſq; una: per dieſ. xii.

eucophorum fit. hoc eſt glutinum auri cum inducitur ligno. Parethonion nomen loci habet ex Egypto. ſpumam mariſ eſſe dicunt ſolidatam cū limo: & ideo conche minute inueniuntur in eo. Fit & in Creta iuſula atq; Cyrenıſ. Adulteratur Rome creta cimolia decocta conſpiſſataq;. Precium optimo in pondo ſex libraꝝ e candidiſ coloribuſ pinguiſſimum: & tectoriiſ tenaciſſimum: propter liuorem. Melinum candidum & ipſū eſt. Optimum in Melo inſula. In ſamo quoq; naſcitur. Sed eo non utuntur pictoreſ propter nimiam pinguetudinem. Accubanteſ effodunt ibi inter ſaxa uenaſ ſcrutanteſ. In medicina eundem uſum habet quem Eretria creta. Preterea linguam tactu ſiccat. Piloſ detrahit & mitigat. Precium in libra ſeſterciiſ ſinguliſ. Eſt & coloſ tertiuſ e candidiſ Ceruſſe: cuiuſ rationē in plumbi metalliſ diximuſ. Fuit & terra per ſe ĩ Theodoti fundo inuenta Smyrne: qua uetereſ ad nauium picturaſ utebantur. Nunc omniſ ex plumbo & aceto fit: ut diximuſ. Vſta caſu reperta in incendio pyre ceruſſa in hortiſ cremata. Hac primuſ uſuſ eſt Niciaſ ſupradictuſ. Optima nunc aſiatica habetur: que & purpurea appellatur. Preciū eiuſ ĩ libraſ eriſ. v. Fit & Rome cremato Sile marmoroſo & reſtincto aceto. Sine uſta non fiunt umbre. Eretria terre ſue habet nomen. Hac Nicomachuſ & Parrhaſiuſ uſi. Refrigerat: emollitq;. Explet uulnera ſi coquatᷓ ad ſiccanda precipue utiliſ. & capitiſ doloribuſ. & ad deprehendenda pura. ſubeſſe enī ea intelligunt ſi ex aqua illita nō areſcat. Sandaracam & Ochram Iuba tradit ĩ Inſula Rubri mariſ Topazono naſci. Sed inde non peruehuntur ad noſ. Sandaraca quo modo fieret: diximuſ. Fit adulterina & ex Ceruſſa in fornace cocta. Coloſ eſſe debet flammeuſ. precium in libraſ aſſeſ quini. Hec ſi torreatur. equa parte rubrica āſ mixta ſandicem facit. Quanq̃ aīaduerto Virgiliū exiſtimaſſe herbam id eē: illo uerſu.

Sponte ſua Sandix paſcenteſ ueſtiet agnoſ.

Precium in libraſ dimidiū eiuſ quod Sandarace. Nec ſunt alii coloreſ maioriſ pōderiſ. Inter facticioſ eſt & Syricum: quo minium ſublini diximuſ. Fit autem Sinopide & Sandice mixtiſ. Atrameneum quoq; ĩter facticioſ erit. quanq̃ eſt & terra gemine originiſ. aut enim ſalſuginiſ modo emanat. aut terra ipſa ſulphurei coloriſ ad hoc probatᷓ Inuenti ſunt pictoreſ qui e ſepulchriſ carboneſ infectoſ effoderent. Sed importūa hec omnia ac nouicia. Fit enim & fuligine pluribuſ modiſ: reſina uel pice exuſtiſ. Propter quod officinaſ eciam edificauere: fumum eum non emittenteſ. Laudatiſſimum eodem modo fit e tediſ. adulteratur fornacium balnearumq; fuligīe: quo ad uolumīa ſcribēda utūtur. Sunt qui & uini fecem ſiccatam excoquant: affirmantq; ſi ex bono uino fex fuerit: Indici ſpeciē id atramentū prebere. Polygnotuſ & Mycon celeberrimi pictura Athenis e uinaceiſ fecere ſtigmon appellant. Apelleſ commentuſ eſt ex ebore cōbuſto facere: quod Elephantium uocant. Apportatur & Indicū ex India: ĩexplorate adhuc inuentioniſ mihi. Fit etiam apud infectoreſ ex flore nigro: q adhereſcit ereiſ cortiniſ Fit & e tediſ ligno cōbuſto tritiſq; in mortario carbonibuſ. Mira in hoc ſepiaꝝ natura ſed ex iiſ non fit. Omne autem atramentum ſole perficitur. Librarium: & tectorium glutino ammixto. Quod autem aceto liquefactū eſt: egre eluitur. E reliqſ coloribuſ quoſ a dominiſ dari diximuſ propter magnitudinem precii āte omneſ eſt Purpuriſſū e Creta argentaria cum purpuriſ pariter tinguitur. bibitq; eum colorem celeriuſ laniſ. Precipuum eſt primum: feruenti aheno rudibuſ medicamentiſ inebriatum. Proximum egeſto eo addita creta in iuſ idem. Et quotienſ id factum eſt: leuatur bonitaſ ꝑ nūero dilutiore ſanie. Quare puteolanū potiuſ laudatur q̃ Tyriū aut Getulicū uel Lacōicū unde precioſiſſime purpure. Cauſa eſt ꝙ id genuſ maxime inficitur: rubiamq; cogitur ſorbere. Vtiliſſimum a Canuſio Preciū huic a ſinguliſ denariiſ ad libraſ. xxx. Pĩgēteſ

Sandice ſubdita mox ouo inducenteſ purpuriſſū: fulgorē minii faciūt. Si purpuram facere malunt: ceruleū ſublinūt. mox purpuriſſum ex ouo inducunt. Ab hoc maxīa autoritaſ īdico. Ex india uenit arūdinū ſpūe adhereſcente limo cū terit᷑ nigꝝ. At in diluendo mixturā purpure ceruleiq; mirabilē reddit. Alteꝝ genuſ eiuſ ē ī purpurariiſ officiniſ innatāſ coatiniſ: & ē purpure ſpūa. Qui adulterāt uero īdico tīgūt ſtercora colūbina aut cretā ſilenuſiā uel annulariā ultro inficiūt. Probatur carbone. Reddit enim quod ſincerū eſt. flāmā excellentiſ purpure. & dū firmat odorē mariſ olet. Ob id quidā e ſcopuliſ id colligi putant. Precium indico denarii. xx. in libraſ. In medicina Indicū rigoreſ & īpetuſ ſedat. Siccatoriſ ulcera. Armenia mittit quod eiuſ noīe appellat᷑. lapiſ ē hic quoq; chryſocolle modo infectuſ. Optimūq; eſt qđ maxīe uiride ē: cōmūicato colore cū ceruleo. ſolebant libre eiuſ triceniſ nūmiſ taxari. īuenta ꝑ hiſpaniaſ harena eſt ſimilē curā recipienſ. Itaq; ad denarioſ ſenoſ uilitaſ rediit. Diſtat a ceruleo candore modico: q teneriorē hunc efficit colorē. Vſū in medicina ad piloſ tm̄ alendoſ habet. maxīeq; in palpebriſ. Sunt etiānū nouitii duo coloreſ e uiliſſimiſ uiride quod appianum uocatur. & quod chryſocollam lotum mentit᷑. Ceu paꝝ multa dicta ſint mendacia eiuſ. Fit ex creta uiridi: eſtimatum ſeſtertiiſ in libraſ. Annulare qđ uocant candidum eſt: quo muliebreſ picture illuminant᷑. Fit & ipſum ex creta āmixtiſ uitreiſ gemmiſ ex uulgi annuliſ. unde & annulare dictum.

CAP. VII. Qui coloreſ udo non inducantur: & de inuſtiōe ceraꝝ ad claſſiū ac nauium picturaſ & quibuſ coloribuſ antiq pīxerūt: & qn̄ p̄mū gladiatoꝝ pūgne & picture ꝓpoſite.

X oībuſ coloribuſ cretulā amare: udoq; illini recuſāt purpuriſſū Indicū ceruleū melinū auripigmētū appianū ceruſſa. Cere tīgūtur iiſdē coloribuſ ad eaſ picturaſ que inurūtur alieno parietibuſ genere· ſed claſſibuſ familiari. Iā uero & onerariiſ nauibuſ: qm̄ & pericula expingimuſ: ne quiſ miretur & rogoſ pingi. Iuuatq; pugnaturoſ ad mortem aut certe cedē ſpecioſe uehi. Qua contēplatione tot coloꝝ tāta uarietate ſubit antiquitatē mirari. q̄ttuor coloribuſ ſoliſ īmortalia opera illa fecere. ex albiſ melino. ex ſilaceiſ attico. ex rubriſ Sinopide pontica. ex nigriſ atramento. Appelleſ echiō Melāctiuſ nicōachuſ clariſſimi pictoreſ: cū tabule eoꝝ ſingule oppidoꝝ uēirēt opibuſ nunc & purpuriſ in parieteſ migrātibuſ & īdia conferente fluminū ſuoꝝ limū. & draconū & elephantoꝝ ſaniem nulla nobiſ pictura ē. Oīa ergo meliora tunc fuere: cum minor copia. Ita ē: qm̄ ut ſupra diximuſ reꝝ n̄ animi preciiſ excubat᷑. Et noſtre etatiſ inſaniā ex pictura n̄ omittā. Nero princepſ iuſſerat coloſſeū pingi. c. xx. pedū ī līteo īcognitū ad hoc tēpuſ. Ea pictura cū pacta eſſet in merenatiani hortiſ accenſa fulmīe cū optima hortoꝝ parte cōflagrauit. Libertuſ eiuſ cū daturuſ eſſet antii munuſ gladiatorium publicaſ porticuſ occupauit pictura ut cōſtat: gladiatoꝝ: miniſtroꝝq; oīm ueriſ imaginibuſ redditiſ. Hic multiſ iā ſeculiſ ſummuſ aīmuſ in pictura. Pingi autem gladiatoria munera. atq; ī publico exponi cepta a. C. Terentio Lucano. Iſq; auo ſuo a quo adoptatuſ fuerat. xxx. paria in foro per triduum dedit. Tabulamq; pictam in nemore Diane poſuit.

CAP. VIII. De Etate picture opeꝝ & celebritate pictorū.

Vnc celebreſ in ea arte q̄ maxīa breuitate ꝑcurrā. neq; enī inſtituti opiſ ē taliſ exequutio. Itaq; quoſdā uelut ī trāſcurſu & in alioꝝ mentiōe obiter nominaſſe ſatiſ erit. exceptiſ opeꝝ claritatibſ: que & ipſa conueniet attingi: ſiue extant: ſiue īntercidere. Nō cōſtat ſibi ī hac ꝑte Grecoꝝ diligētia multaſ poſt Olympiadaſ celebrādo pictoreſ q̄ ſtatuarioſ autoreſ. Primūq; olīpiade nonageſīa: cū & phidiā ipſum initio pictorē fuiſſe tradāt. Clipeūq; athenis ab eo pictū. p̄tera in cōfeſſo fit. lxxxiii. fuiſſe Paneū fratrē eiuſ q clipeū intuſ pixit elide minerue q̄m fecerat Coloteſ phidie diſcipuluſ. & i faciēdo Ioue olympio adiutor. qd? ꝙ i cōfeſſo piñ ē: bularchi pictoriſ tabula: in q̄ erat magnetū p̄liū: a cādaule rege lydie heraclidaꝝ nouiſſio: q & Myrſiluſ uocitatuſ ē repenſā auro? tāta iā dignatio picture erat. Id circa etatē romuli acciderit neceſſe ē. Duo. n. de. xx. olympiade iteriit cādauleſ: aut ut qdā tradūt eodē āno: quo romuluſ: niſi fallor: manifeſta iā tū claritate artiſ adeo abſolutiore: qd̄ ſi ꝑcipit̄: neceſſe ē ſimul appeat multo uetuſtiora pͥncipia eē: eoſq; q monochrōata pixerūt: quoꝝ etaſ ñ tradit̄. aliq̄to ergo añ fuiſſe hygiemonē monocromadā. q pͥmuſ i pictura marē fēināq; diſcreuerit. eumaꝝ atheniēſē figuraſ oēſ imitari auſū. qq; iuenta eiuſ excoluerit cimonē cleoneū. hic cataglypha iuenit. hoc ē obliq̄ſ iagieſ & uarie formare uultuſ reſpiciēteſ ſuſpiciēteſue: & deſpiciēteſ. articuliſ etiā m̄bra diſtixit. uenaſ ꝓtulit: p̄terq; i ueſte rugaſ: & ſinuſ iuēit. pāeuſ qdē frater phidie etiā p̄liū athēiēſiū aduerſuſ ꝑſaſ apd̄ maratonē factū pixit. adeo iā coloꝝ uſuſ icrebuerat. adeoq; arſ ꝑfecta erat: ut i eo p̄lio icōicoſ duceſ pixiſſe tradāt̄ atheniēſiū milciadē. callimachū. cìegyꝝ. barbaroꝝ dariū thyſſaphernē.

CA. IX. Quādo primū de pictura certamē: & q pͥmo penicillo pixere.

Vinimo certamē picture etiā florēte eo iſtitutū ē corithi ac delphiſ. pͥmuſq; oīm certauit cū timagora Chalcidenſe: ſupatuſq; ē ab eo pythiſ. qd̄ & ipiuſ timagore carmīe uetuſto appet: Chronicoꝝ errore ñ dubio. Alii quoq; poſt hoſ clari fuere. xc. Olipiade: ſicut Polygnotuſ thaſiuſ: q pͥmuſ mulíereſ lucida ueſte pixit. capita eaꝝ mitriſ uerſicoloribuſ opuit. plurimūq; picture pͥmuſ cōtulit. ſiqdē iſtituit oſ adapire. dēteſ oñdere. uultū ab ātiquo rigore uariare. Huiuſ ē tabula i porticu pōpeii: que añ curiā eiuſ fuerat. i q̄ dubitat̄ aſcendētē cū clipeo pixerit: ā deſcēdētē. Hic delphiſ edē pixit. hic & Athenis porticū que poeticū uocat̄ gratuito cū ptē eiuſ micō mercede pigeret. Vñ maior huic autoritaſ. ſiqdē āphictioneſ qd̄ ē publicū grecie cōſiliū hoſpicia ei gratuita decreuere. fuit aliuſ micō: q mīoriſ cognoīe diſtiguit̄: cuiuſ filia Timarete & ipſa pixit. xc aūt olipiade fuere aglaophō Cephiſodoruſ phryluſ Euener pater parrhaſii & p̄ceptor maxīi pictoriſ: de quo ſuiſ āniſ dicēuſ. Oēſ hi iā illuſtreſ ñ tñ i qbuſ herere expoſitio debeat: feſtināſ ad lumīa artiſ: in qbuſ pͥmuſ refulſit Apollodoruſ Atheniēſiſ xciii. olipiade. Hic pͥmuſ ſpecieſ expͥmere iſtituit. pͥmuſq; gloriā penicillo iure cōtulit. eiuſ ē ſacerdoſ adoranſ. & aiax fulmīe incēſuſ: q ꝑgāi ſpectat̄ hodie. neq; añ eū tabula ulliuſ oñdit̄. que tēeat oculoſ. ab hoc artiſ foreſ aptaſ zeuſiſ heracleoteſ itrauit olipiade xcv. āno. iiii. audēteq; iā aliqd penicillū: de hoc. n. adhuc loqmur: ad magnā gloriā ꝑduxit a qbuſdā falſo i. lxxxix. olipiade poſituſ: cū fuiſſe neceſſe ē Demophilū hymereū: & neſeā taſiū. q̄m utriuſ eoꝝ diſcipuluſ fuerit: ābigit̄. In eū Appollodoruſ ſupra dictuſ uerſuſ fecit: artē ipiſ ablatā zeuſin ferre ſecū. opeſ quoq; tātaſ acqſiuit: ut i oſtatiōe eaꝝ olipie aureiſ litteriſ i pallioꝝ teſſeriſ itextū nomē ſuū oſtaret. Poſtea donare opa ſua iſtituit: ꝙ ea nullo ſatiſ digno ꝓcio ꝑmutari poſſe diceret: ſicuti alcmenā Agrigētiniſ. pana archelao. fecit penelopē i q̄ moreſ pixiſſe uidet̄. & athletā. adeoq; ſibi in illo placuit: ut uerſū ſubſcriberet & celebrē ex eo iuiſuꝝ aliquē faciliuſ q̄ imitatuꝝ. Magnificuſ ē Iupiter eiuſ i throno aſtātibuſ diiſ. & Herculeſ ifanſ dracōeſ ſtrāgulāſ alcmēa matre corā pauēte & āphitriōe. depͥhēdit̄ tñ zeuſiſ grādior i capitibuſ articuliſq;. Alioq tātuſ diligētia: ut Agrigētiniſ facturuſ tabulā q̄m i tēplo Iunoniſ Lacinie publice dicarēt: iſpexerit uirgīeſ eoꝝ nudaſ: & qnq; elegerit: ut qd̄ i q̄q; laudatiſſim eēt: pictura redderet. Pixit & mōochrōata ex albo. eq̄leſ eiuſ & emuli fuere timātheſ Androgydeſ. eupōpuſ. prhaſiuſ. Deſcēdiſſe hic cū zeuſide i certamē tradit̄. Et cū ille detuliſſet uuaſ pictaſ tāto ſucceſſu ut ī ſcenā aueſ aduolarēt: ip̄e detuliſſe līteū pictū traditᷣ: ita ueritate repſētata: ut zeuſiſ alitū iudicio tumēſ flagitaret tādē remoto līteo oſtēdi picturā. atq; ītellecto errore cōcederet palmā īgenuo pudore. qm̄ ipſe aueſ fefelliſſet: praſiuſ aūt ſe artificē. Fertur & poſtea zeuſiſ pīxiſſe pueꝝ uuaſ ferētē: ad q̄ſ cū aduolarēt aueſ: eadē īgenuitate ꝓceſſu: iratuſ oꝑi & dixit: uuaſ meliuſ pīxi q̄ pueꝝ nā & ſi hoc cōſūmaſſē: aueſ timere debuerāt. Fecit & figlīa oꝑa: que ſola ī ābracia relicta ſūt: cū īde muſaſ Fuluiuſ nobilior Romā trāſferret. zeuſidiſ manu Rōe helēa ē ī philippi porticibuſ. & ī cōcordie delubro marſyaſ religatuſ. praſiuſ epheſi natuſ: & ip̄e multa cōſtituit. pͥmuſ ſimetriā picture dedit. pͥmuſ argutiaſ uultuſ. elegātiā capilli. uenuſtatē oriſ cōfeſſiōe artificū ī lineiſ extrēiſ palmā adeptuſ. hec ē ī pictura ſūma ſubtilitaſ. corꝑa. n. pīgere & media reꝝ: ē qdē magni oꝑiſ: ſed ī quo multi gloriā tulerīt. extrēa corpoꝝ facere: & deſinētiſ picture modū īcludere: raꝝ ī ſucceſſu artiſ īuēit. ābire enī debet ſe extrēitaſ ipſa: & ſic deſinere: ut ꝓmittat alia poſſe. oſtēdatq; etiā que occultat. hāc ei gloriā cōceſſere ātigonuſ & Xenocrateſ q de picturiſ ſcripſere: p̄dicāteſ quoq; ñ ſolū cōfitēteſ alia multa. Graphidiſ ueſtigia extāt ī tabuliſ ac mēbrāiſ ex qbuſ ꝑficere dicūt artificeſ. minor tñ uidet ſibi cōpatuſ ī mediſ corꝑibuſ expͥmēdiſ. pīxit & demonē athēiēſiū argumēto quoq; īgēioſo. uolebat nāq; uariū. iracūdiū iniuſtū. īcōſtātē. eūdē uero exorabilē. clemētē. miſericordē. excelſū. glorioſū hūilē. ferocē. fugacēq; & oīa ꝑiter oſtēdere. Idē pīxit & theſiā q Rōe ī capitolio fuit. & nauarchū thoracatū & ī una tabula que ē rhodi. meleagꝝ herculē. ꝑſea. hec ibi ter fulmīe ābuſta. neq; oblitterata hoc ipſo miraculū auget. pīxit & archigallū: quā picturā amauit tiberiuſ pͥncepſ: atq; ut autor ē deciuſ epulo. lx. ſeſtertiiſ eſt iatā: cubiculo ſuo īcluſit. pīxit & creſſā nutricē: īfātēq; ī māibuſ eiuſ. & philiſcū & libeꝝ patrē aſtāte uirtute: & pueroſ duoſ ī qbuſ ſpectat ſecuritaſ & ſīplicitaſ etatiſ. Itē ſacerdotē aſtāte puero cū acerra & corona. ſūt & due picture eiuſ nobiliſſīe hoplitideſ. alter ī certamīe ita decurrēſ: ut ſudare uideat. alter arma deponēſ ut ābelare ſētiat. laudat & eneaſ caſtorq; ac pollux ī eadē tabula. Itē telephuſ achilleſ agamēnō. ulixeſ facūduſ artifex ſed quo nēo inſolētiuſ & arrogātiuſ ſit uſuſ gloria artiſ. nā & cognoīa uſurpauit abrodietū ſe appellādo. aliiſq; uerbiſ pͥncipē artiſ: & eā ab ſe cōſūmatā. ſuꝑ oīa apolliniſ ſe radice eoꝝ ortū & herculē quē lindi fecerat talē a ſe pictū q̃lē ſepe īqete uidiſſet. ergo magniſ ſuffragiiſ ſuꝑatuſ a timāthe ē ſami in aiace. armoꝝ quoq; iudicio heroiſ noīe. & ſe moleſte ferre dicebat q̄ iteꝝ ab indigno uictuſ eſſet. pinxit & in mīoribuſ tabelliſ libidineſ. eo genere & petulātibuſ Iociſ ſe reficiēſ. nā timāthi uel plurimū affuit ingenii. eiuſ. n. eſt ephigenia oratoꝝ laudibuſ celebrata q̄ ſtāte ad araſ ꝑitura cū meſtoſ pinxiſſet oēſ: p̄cipue patruū cū triſticie ōnē imaginē cōſūſiſſet: patriſ ipſiuſ uultū uelauit: quē digne ñ poterat oſtēdere. ſūt & alia īgenii eiuſ exēplaria: ueluti ſiclopſ dormiēſ ī puula tabula. cuiuſ & ſic magnitudinē expͥmere cupiēſ pinxit iuxta ſatyroſ thyrſo pollicē eiuſ metiēteſ. atq; in uniuſ eiuſ oꝑibuſ intelligit pluſ ſꝑ q̄ pingit. & cū arſ ſūma ſit: ingēiū tñ ultra artē eſt. pīxit & ero abſolutiſſimi oꝑiſ arte ipſa cōplexuſ uireſ pīgēdi: qđ opuſ nūc rōe ī tēplo paciſ ē. euxinidaſ hac etate docuit ariſtidē p̄claꝝ artificē. eupōpuſ pāphilū apelliſ preceptorē. ē eupōpi uictor certamine gīnico palmā tenēſ. Ipſiuſ autoritaſ tanta fuit: ut diuiſerit picturā in genera tria que āte eū duo fuere helladicū & aſiaticū. Aſiaticū appellabāt ꝓpter hūc q erat ſicyoniuſ. diuiſo helladico tria facta ſūt. Ioniū ſicioniū atticū. pāphili pictura ē cognatio & p̄liū ad philiūtē & uictoria athenīēſiū. Itē Vlyxeſ ī rate ipſe macedo natiōe. ſed pͥmuſ ī pictura oībuſ litteriſ eruditus: p̄cipue arithmetice & geometrice: ſine qbuſ negabat artē ꝑfici poſſe. docuit nēinē mīoriſ taleto ānīſ. x. quā mercedẽ & apelleſ &.melãtiuſ ei dedere.& huiuſ autoritate effectũ ẽ ſicyõe p̄mũ: deĩde & ĩ tota grecia:ut pueri ĩgenui añ oĩa ãtigraphicẽ hoc ẽ picturã ĩ ludo docerẽt:reciperẽtq; arſ ea ĩ p̄mũ gradũ liberaliũ. ſꝑ quidẽ honoſ ei fuit:ut ĩgenui eã exercerẽt. mox ut hõeſti ꝑpetuo ĩterdicto ne ſeruitia docerẽt.Ideo neq; in hac: neq; ĩ toreutice ulliuſ ꝗ ſeruierit opa celebrãt.clari &.cvii.olĩpiade extitere echiõ & terĩachuſ.echiõiſ ſũt nobileſ picture liberpater. Itẽ tragedia & cõedia ſẽirãiſ ex ãcilla adipiſcẽſ regnũ. anuſ lãpadaſ ꝑferẽſ.& noua nupta uerecũdia notabiliſ. ueꝝ & oẽſ p̄uſ gẽitoſ futuroſq; poſtea ſuꝑauit apelleſ eouſq; olĩpiade.c. xii.ĩ pictura ꝓuectuſ:ut plura ſoluſ prope q̃ ceteri oẽſ cõtulerit:uolũibuſ editiſ que doctrinã eã cõtinẽt.p̃cipua eiuſ ĩ arte uenuſtaſ fuit.cũ eadẽ etate maxĩ pictoreſ eſſẽt. quoꝝ opa cũ ãmirarẽt.collaudatiſ oĩbuſ deeſſe iiſ unã illã uenerẽ dicebat: quã greci charita uocant.Cetera oĩa cõtigiſſe.ſed hac ſoli ſibi nẽinẽ parẽ. & aliã gloriã uſurpauit: cũ protogẽiſ opuſ ĩmẽſi laboriſ ac cure ſupra modũ ãxie mirarẽt.dixit.n.oĩa ſibi cũ illo paria eſſe.aut illi meliora:ſed uno ſe p̃ſtare ꝙ manũ ille de tabula neſciret tollere: mẽorabili p̃cepto. nocere ſepe nimiã diligẽtiam fuit aũt ñ mĩoriſ ſĩplicitatiſ q̃ artiſ.nec cedebat ãphiõi de diſpoſitiõe.nec aſclepiodoro de mẽſuriſ. hoc ẽ q̃to qd a quo diſtare deberet. ſcitũ eſt ĩter ꝓtogenẽ & eũ qđ accidit. Ille rhodi uiuebat.quo cũ apelleſ ãnauigaſſet: auiduſ cognoſcẽdi opa eiuſ fama tm̃ ſibi cogniti:cõtinuo officinã petit.aberat ipſe:ſed tabulã magne ãplitudiniſ ĩ machĩa aptatã picture anuſ una cuſtodiebat.hec ꝓtogenẽ foriſ eſſe reſpõdit:ĩterrogauitq; a quo queſitũ diceret. Ab hoc ĩqt apelleſ:arreptoq; pẽicillo lineã ex colore duxit ſũme tenuitatiſ ꝑ tabulã. reuerſo ꝓtogeni que geſta erãt anuſ ĩdicauit.ferũt artificẽ ꝓtinuſ cõtẽplatũ ſubtilitatẽ dixiſſe apellẽ uẽiſſe.ñ.n.cadere ĩ aliũ tã abſolutũ opuſ. Ipſũ tũc alio colore tenuiorẽ lineã ĩ ipſa illa duxiſſe: p̃cepiſſeq; abeũtẽ ſi rediſſet ille: oſtẽderet: adiiceretq; hũc eẽ quẽ quereret: atq; ita euẽit. reuertit̃.n.apelleſ:ſed uĩci erubeſcẽſ:tertio colore lĩeaſ ſecuit:nullũ reliquẽſ ãpliuſ ſubtilitati locũ. at ꝓtogeneſ uictũ ſe cõfeſſuſ ĩ portũ deuolauit. hoſpitẽ querẽſ. placuitq; ſic eã tabulã poſteriſ tradi: oĩm qdẽ: ſed artificũ p̃cipue miraculo. cõſũptã eã cõſtat p̄ore ĩcẽdio dõuſ ceſa.ĩ palatio auide añ a nobiſ ſpectatã ſpatioſiore ãplitudĩe nihil aliud cõtinẽtẽ: q̃ lĩeaſ uiſũ effugiẽteſ. ĩter egregia multoꝝ opa ĩãi ſimilẽ & eo ipſo alliciẽtẽ oĩq; oꝑe nobiliorẽ. apelli fuit alioq̄ ꝑpetua cõſuetudo ñq̃ tã occupatã diẽ agẽdi ut ñ lĩeã ducẽdo exerceret artẽ. qđ ab eo ĩ ꝓuerbiũ uẽit. Idẽ ꝑfecta opa ꝓponebat ĩꝑgula tranſeũtibuſ: atq; poſt ipſã tabulã latenſ uitia q; notarẽt auſcultabat:uulgũ diligẽtiorẽ iudicẽ q̃ ſe p̃ferẽſ.ferũtq; a ſutore rep̃hẽſũ ꝙ ĩ crepidiſ una ĩtuſ paucioreſ feciſſet ãſaſ.eodẽ poſtero die ſuꝑbe emẽdatiõe p̄ſtĩe ãmõitiõiſ cauillãte circa cruſ ĩdignatũ ꝓſpexiſſe denũtiãtẽ ne ſupra crepidã ſutor iudicaret qđ & ipſũ ĩ ꝓuerbiũ uenit. fuit.n.& cõitaſ illi: ꝓpter quã & gratior alexãdro magno erat:frequẽter ĩ officinã uẽtitãti. ũde ut iã diximuſ:ab alio pĩgi ſe uetuit ĩueterato edicto. ſed & ĩ officĩa ĩpite multa diſſerẽti ſilẽtiũ cõiter ſuadebat. rideri eũ dicẽſ a pueriſ q̄ coloreſ tererẽt. tm̃ autoritatiſ & iuriſ erat ei ĩ regẽ alioq̄ iracũdiũ. q̃q̃ Alexander ei hõrẽ clariſſĩo p̃buit exẽplo. nãq; cũ dilecte ſibi ex pallaciſ ſuiſ p̃cipue nõie cãpaſpen nudã pĩgi ob ãmiratiõnẽ forme ab apelle iuſſiſſet: eũq; dũ ꝑet captũ amore ſenſiſſet.dono dedit eã. magnuſ aĩo maior ĩpio ſui. nec mĩor hoc facto q̃ uictoria aliq̃. q̄ppe ſe uicit. nec thoꝝ tm̃ ſuũ: ſed etiã affectũ donauit artifici.ne dilecte qdẽ reſpectu motuſ ut que mõ regiſ fuiſſet mõ pictoriſ eſſet. Sũt q̄ uenerẽ dioneã illo pictã exẽplari putãt. apelleſ & ĩ emuliſ benignuſ ꝓtogeni dignationẽ p̄muſ rhodi cõſtituit. ſordebãt illi ſua. ut pleꝝq; dõeſtica. ꝑcõrãtiq; q̃ti licitarẽt opa effecta: ꝑuũ neſcio qd dixerat. at ille q̃nq̃genis talẽtiſ popoſcit. famãq; diſꝑſit ſe emere ut ꝓ ſuiſ uẽderet. ea reſ cõcitauit

Rhodioſ ad ītelligēdū artificē. nec niſi augētibuſ p̄ciū ceſſit. Imaginū ille ſimilitudīeſ adeo indiſcrete pīxit: ut īcredibili dictu appiō grāmaticuſ ſcriptū reliquerit quēdā ex facie hōīnū addiuinātē: quoſ metopuſ uocāt ex iiſ dixiſſe aut future mortiſ ānoſ: aut p̄terite. n̄ fuerat ei gratia in cōitatu alexādri cū ptolemeo quo regnāte alexādriā ui tēpeſtatiſ expulſuſ ſubornato fraude emuloꝝ plano regio īuitatuſ ad regiſ cenā uenit. Indignātiq; ptolemeo: & uocatoreſ ſuoſ oſtēdēti ut diceret a quo eoꝝ īuitatuſ eſſet: arrepto carbōe extīcto e foculo: imaginē ī ꝑiete deliniauit: agnoſcēte uultū planei rege ex īchoato ꝓtinuſ. pīxit & ātigōi regiſ imaginē altero lūie orbā p̉muſ excogitata rōe uitia cōdēdi. obliquā nāq; fecit. ut qđ corꝑi deerat: picture potiuſ deſſe uideret̄. tm̄q; ea ī ꝑte a facie oñdit. ꝗ totā poterat oñdere. ſūt īter opa eiuſ expirātiū īagīeſ. que aūt nobiliſſīa ſint: n̄ ē facile dictu. uenerē exeūtē e mari diuuſ auguſtuſ dicauit ī delubro patriſ ceſariſ: que anadyomene uocat̄: uerſibuſ greciſ tali ope dū laudat̄: uicta. ſed illuſtrata. huiuſ. n. inferiorē ꝑtē corruptā q̱ reficeret: n̄ poterat īuēiri. Veꝝ ipſa iīuria ceſſit ī gloriā artificiſ cōſenuit hec tabula carie. aliāq; ꝓ ea nero ī p̉ncipatu ſubſtituit ſuo dorothei manu. apelleſ inchoauerat aliā uenerē coīſ: ſupaturuſ etiā ſuā illā p̉orē. Inuidit morſ pacta ꝑte: nec qui ſuccederet oꝑi ad p̄ſcripta liniamēta. inuētuſ ē. pīxit & alexādꝝ magnū fulmē tenentē ī tēplo epheſie diane. xx. talētiſ auri. digiti eminere uidēt̄. & fulmē extra tabulā eſſe. ſed legēteſ meminerīt: oīa ea cōſtare q̄ttuor coloribuſ Immāe tabule p̄ciū accepit aureoſ mēſura n̄ numero. pīxit & megalyſi ſacerdotiſ diane epheſie pōpā. clytū equo ad bellū feſtinātē & ei galeā poſcēti armigeꝝ porrigentem alexādꝝ & philippū quotiēſ pīxerit: enūerare ſupuacuū ē. mirāt̄ eiuſ abronē Samii. Et menādꝝ regē carie rhodii. Itē anceū alexādrie gorgonaſ tenētē tragoedū. Rome caſtorē & pollucē cū uictoria & alexādro magno. Itē belli imaginē reſtrictiſ a tergo mãibuſ alexādro ī curru triūphāte. q̄ſ utraſq; tabulaſ diuuſ auguſtuſ in fori ſui ꝑtibuſ celeberrimiſ dicauerat ſīplicitate moderata. diuuſ claudiuſ pluriſ eſtīauit. In utriſq; exciſa facie alexādri diui auguſti imagineſ dedere. eiuſdē arbitrāt̄ manu eſſe & ī ātonie tēplo herculē auerſū: ut qđ ē difficillimū faciē eiuſ oſtēdat uerius pictura ꝗ ꝓmittat pīxit & ero: & leādꝝ ad ꝗ picturā natura eū ꝓuocauit. ē & equuſ eiuſ ſiue fuit pictuſ ī certamīe quo iudiciū ad mutaſ q̄drupedeſ ꝓuocauit ab hoībuſ. nāq; ābitu ēuloſ p̄ualere ſētiēſ ſinguloꝝ picturaſ īductiſ eq̄ſ oñdit apelleſ tm̄ equo adhinuere. idq; & poſtea ſꝑ illiuſ exꝑimēeū artiſ oſtētat̄. Fecit & neoptolemū ex equo aduerſuſ ꝑſaſ. archelaū cū uxore & filia. ātigonum thoracatū cū equo īcedētē. pitioreſ artiſ p̄ferūt oībuſ eiuſ oꝑibuſ eūdē regē ſedētē ī equo. dianā ſacrificātiū uirginū choro mixtā: quibuſ uiciſſe homeri uerſuſ uidet̄ idipſū deſribētiſ. pīxit & que pīgi n̄ p̄nt. tonitrua. fulgetra fulguraq;. Bronten aſtrapen. ceraunobolon appellāt. Inuenta eiuſ & ceteriſ ꝓfuere in arte unū imitari nēo potuit qđ abſoluta oꝑa atramēto illīebat ita tenui: ut idipſū reꝑcuſſu claritateſ oculoꝝ excitaret. cuſtodiretq; a puluere & ſordibuſ: ad manū intuēti demū apꝑeret. ſed & cū rōe magna ne coloꝝ claritaſ oculoꝝ aciē offenderet ueluti ꝑ lapidē ſpecularē ītuētibuſ e longinquo. & eadē reſ nimiſ floridiſ coloribuſ auſteritatē occulte daret. Eq̄liſ eiuſ fuit ariſtideſ thebanuſ. Iſ oīm p̉muſ āimū pinxit & ſenſuſ om̄ſ exp̄ſſit: quoſ uocant greci ethe. Itē ꝑturbatiōeſ: durior paulo ī coloribuſ. Huiuſ pictura: oppido capto ad matriſ morientiſ ex uulnere mãmā adrepēſ īfanſ. Intelligitq; ſētire mater: & timere ne e mortuo lacte ſanguinem īfanſ lābat. quā tabulā alexāder magnuſ trāſtulerat pellā ī patriā ſuā. Idē pinxerat p̄liū cū ꝑſiſ. c. hoīeſ ea tabula complexuſ pactuſq; ī ſinguloſ mnaſdenaſ a tyrāno elatēſiū mnaſone. Pinxit & currenteſ q̄drigaſ. Et ſupplicantē pene cum uoce. & uenatoreſ cum captura. & leontionem pictorem. &

anapauomenon ꝓpter fratriſ amorē morientē. Itē liberūpatrē & ariadnen ſpectatoſ rome ī ede cereriſ. tragedū & pueꝝ apolliniſ. cuiuſ tabule gratia īterіt pictoriſ īſcitia cui tergēdā eā mādauerat. M. Iuniuſ p̄tor ſub die ludoꝝ apollinariū. Spectata eſt & in ede fidei ī capitolio imago ſeniſ cū lyra pueꝝ docētiſ. pixit & egꝝ ſine fine laudatū q̄ ī arte tm̄ ualuit: ut attaluſ rex unā tabulā eiuſ. c. talētiſ emiſſe tradat̄. ſimul ut dictū eſt & ꝓtogeneſ floruit patria phicaunuſ gētiſ rhodiiſ ſubiecte. Sūma eiuſ pauꝑtaſ ītio artiſq; ſūma intentio: & ideo minor fertilitaſ. qſ eū edocuerit: non putāt conſtare. qdā & naueſ pinxiſſe uſq; ad ānū. l. argumētū eſſe ꝙ cū atheniſ celeberrimo loco minerue delubro propyleon pingeret ubi fecit nobilē paralū & hāmoniadā: quā qdā nauſicam uocant adiecerit ꝑuulaſ naueſ longaſ in iiſ que pictoreſ parerga appellant: ut apꝑeret a qbuſ initiiſ ad arcē oſtentationiſ opa ſua ꝑueniſſent. palmā habet tabulaꝝ eiuſ Lalyſuſ: q ē uſq; hodie rome dicatuſ in tēplo paciſ: quē cū pingeret: tradit̄ madidiſ lupiniſ uixiſſe: qm̄ ſimul famē ſuſtinerent & ſitim: ne ſenſuſ nimia dulcedine obſtrueret. Huic picture q̃ter colorē induxit contra ſubſidia iniurie & uetuſtatiſ: ut decedente ſuperiore inferior ſuccederet. Eſt in ea caniſ mire factuſ: ut quē ꝑiter caſuſ & arſ pinxerit. Nō iudicabat ſe exp̄mere in eo ſpumā anhelātiſ cū in reliq̄ oī ꝑte qđ difficillimū erat: ſibi ipſe ſatiſfeciſſet. diſplicebat aūt arſ ipſa: nec minui poterat. & uidebat̄ nimia ac lōgiuſ a ueritate diſcedere: ſpūaq; illa pingi ñ naſci ex ore anxio animi cruciatu cū ī pictura ueꝝ eſſe nō ueriſimile uellet: abſterſerat ſepiuſ mutaueratq; penicillū: nullo mō ſibi apꝓbanſ. poſtrēo iratuſ arti quod intelligeret ſpōgiā īpegit inuiſo loco tabule: ex illaq; repoſuit ablatoſ coloreſ q̃liter cura optauerat. fecitq; in pictura fortuna naturā. hoc exēplo eiuſ ſimiliſ & nealtē ſucceſſuſ in ſpūa eq ſimiliter ſpongia īpacta ſequutuſ dicit̄ cū pingeret poppizonta retinentē equū. ita ꝓtogeneſ mōſtrauit & fortūa. ꝓpter hūc Ialyſū ne cremaret tabulaſ demetriuſ rex: cū ab ea ꝑte ſola poſſet rhodū capē: ñ īcendit. ꝑcentēq; picture fugit occaſio uictorie. Erat tunc ꝓtogeneſ ī ſuburbano hortulo ſuo: hoc ē demetrii caſtriſ. neq; interpellatuſ p̄liiſ īchoata opa ītermiſit oīno ſed accituſ a rege interrogatuſq; q̄ fiducia extra muroſ ageret: rñdit ſcire ſe illi cū rhodiiſ bellū eſſe ñ cū artibuſ. Diſpoſuit ergo rex in tutelā eiuſ ſtationeſ: gaudenſ ꝙ poſſet manuſ ſeruare qbuſ iā peꝑcerat. & ne ſepiuſ auocaret: ultro ad eū uēit hoſtiſ. relictiſq; uictorie ſue uotiſ inter arma & murorū ictuſ ſpectauit artificē. ſeqt̄q; tabulā eiuſ tēporiſ hec fama: ꝙ cū ꝓtogeneſ ſub gladio pinxerit. ſatyruſ hic ē: quē anapauomenō uocāt: ne qd deſit tpiſ eiuſ ſecuritati tibiaſ tenēſ. fecit & Cydippē triptolemū. cyliſcū tragoediaꝝ ſcriptorē meditātē & athletā: & ātigonū regē: & imaginē matriſ Ariſtoteliſ philoſophi. q ei etiā ſuadebat: ut alexandri magni oꝑa pingeret: ꝓpter eternitatē reꝝ in pictura aīmi uoluptaſ: & quedā artiſ delectatio in hec eū potiuſ tulere. nouiſſīe pixit alexādꝝ ac pana. fecit & ſigna ex ere: ut diximuſ. eadē etate aſclepiodoruſ fuit: quem in ſymmetria mirabat̄ apelleſ. huic mnaſon tyrānuſ ꝓ. xii. diſ dedit in ſinguloſ mnaſ tricenaſ. idēq; theōneſto ī ſinguloſ heroaſ mnaſ cētenaſ. hiſ ānūerari debet nicomachuſ ariſtodemi filiuſ: ac diſcipuluſ. pinxit hic raptū proſerpine. que tabula fuit in capitolio in minerue delubro ſupra ediculā iuuētutiſ. & in eodē capitolio aka quā plācuſ īꝑator poſuerat: uictoria q̃drigā in ſublime rapienſ. hic p̄muſ ulyxi addidit pileum. pinxit & apollinē & dianā. deūq; matrē in leone ſedentē. Et item nobileſ uaccaſ arreptantibuſ ſatyriſ. Scyllāq; que nunc ē rome in tēplo paciſ. nec fuit aliuſ in ea arte uelocior. tradunt nāq; conductū eū ab ariſtrato ſicionioꝝ tirāno ad pingedū ꝙ iſ faciebat Teleſti poete monumētū: p̄finito die intra quē ꝑageret. nec multo ante ueniſſe: accēſo in poenā tyrāno: paucīſq; diebuſ abſoluiſſe celeritate & arte mira. diſcipuloſ habuit ariſtidē fratrē & ariſtoclē filiū & philoxenū eretriū. cuiuſ tabula nulliſ poſtferēda caſſādro regi picta: cōtinuit alexādri p̄liū cū dario. Idē pīxit & laſciuiā: ī q̄ treſ ſileni comeſāt̄ hic celeritatē ꝑceptoriſ ſequutuſ: breuioreſ etiānū q̄ſdā picture uiaſ & cōpendiariaſ inuenit. ānūerat̄ hiſ & nicophaneſ eleganſ & cōcinnuſ: ita ut uetuſta oꝑa pīgeret: ꝓpter eternitatē reꝝ īpetuoſi āimi & cui pauci cōꝑent̄. coturnuſ ei & grauitaſ artiſ. Multū a zeuſide & apelle abeſt apelliſ diſcipuluſ ꝑſeuſ: ad quē de hac arte ſcripſit qui huiuſ fuit etatiſ. ariſtidiſ thebani diſcipuli fuerunt & filii niceroſ & ariſtippuſ cuiuſ ē ſatyruſ cū ſcypho coronatuſ. diſcipuli eiuſ fuerunt antorideſ & euphranor: de ꝗbuſ mox dicemuſ nāq; ſubtexi ꝑ ē: minoriſ picture celebreſ in penicillo e ꝗbuſ fuit pyreicuſ: arte pauciſ poſtferenduſ. ꝓpoſito neſcio an deſtruxerit ſe: q̄m hūilia quidē ſequutuſ hūilitatiſ tñ ſūmā adeptuſ ē gloriā tonſtrinaſ ſutrinaſq; pīxit & aſelloſ & obſonia ac ſimilia: ob hoc cognoīatuſ rypographoſ. In iiſ cōſūmate uoluptatiſ. ꝗppe e pluriſ ueniere q̄maxime multoꝝ. e diuerſo mediana ut īq̄t uarro: oīa operiebat ſerapioniſ tabula e ueteribuſ hic ſcenaſ optīe pinxit. ſed hoīnē pīgere ñ potuit. cōtra dionyſiuſ nihil aliud q̄ hoīeſ pīxit ob hoc āthropographuſ cognoīatuſ. ꝑua & calicleſ fecit. Itē caleceſ: cōicis tabelliſ. utraq; ātiphiluſ. nā & heſionā nobilē pinxit: & alexādꝝ ac philippū cū minerua. q ſūt in ſchola ī octauie porticibuſ & philippi. liberū patrē. alexandꝝ pueꝝ hippolitū tauro emiſſo expaueſcentē. In pōpeia uero cadmū & europen. Idēq; iocoſo noīe & gryllū ridiculi habituſ pīxit. ūde hoc genuſ picture grylluſ uocat̄. Ipſe in Egypto natuſ: didicit a Creſidemo. Decet nō ſileri & ardeatiſ templi pictorem preſertim ciuitate donatū ibi & carmine quod eſt in ipſa pictura. hiſ uerſibuſ.

Dignuſ digna loco picturiſ condecorauit.
Regine Iunoniſ ſupreme coniugiſ templum.
Marcuſ ludiuſ Elotaſ Aetolia oriunduſ.
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc Ardea laudat
Eaq; ſunt ſcripta antiquiſ litteriſ latiniſ.

Nō fraudando & ludio & diui auguſti etate: q p̄muſ īſtituit amenīſſimā ꝑietū picturā uillaſ. & porticuſ. ac topiaria oꝑa. lucoſ. nēora colleſ. piſcinaſ. euripoſ. āneſ. litora. q̄lia qſ optaret. uariaſ ibi obābulātiū ſpecieſ aut nauigātiū terraq; uillaſ adeūtiū aſelliſ aut uehiculiſ. iā piſcanteſ, aucupāteſq; aut uenāteſ aut etiā uindemiāteſ. Sūt in eiuſ exēplaribuſ nobileſ plauſtri acceſſu uille ſub colliū ſcanſione mulieres labēteſ trepideq; ferunt̄ plurime. p̄terea facileſ argucie. facetiſſimi ſaleſ. Idēq; ſubdialibuſ maritimaſ urbeſ pingere inſtituit blandiſſimo aſpectu minimoq; īpēdio. ſed nulla gloria artificū eſt: niſi eoꝝ q tabulaſ pinxere. eoq; uenerabilior apparet antiq̄taſ. nō enī parieteſ excolebāt dnīſ tm̄. nec domoſ uno in loco manſuraſ: que ex incendiiſ rapi non poſſent. Caſula ꝓtogeneſ contētuſ erat ī hortulo ſuo. nulla ī apelliſ tectoriiſ pictura erat. nōdū libebat ꝑieteſ totoſ pingere. oīſ eoꝝ arſ urbibuſ excubabat. pictorq; reſ cōmuniſ terraꝝ erat. Fuit & arelliuſ rome celebriſ paulo āte diuū auguſtum: niſi flagitio inſigni corrupiſſet artē ſꝑ alicuiuſ amore feīe flagrāſ. & ob id deaſ pingenſ: ſed dilectaꝝ imagine: itaq; in pictura eiuſ ſcorta nūerabant̄. fuit & nuper grauiſ ac ſeueruſ. idēq; floriduſ hūiliſ rei pictor amuliuſ. huiuſ erat minerua ſpectantē aſpectanſ q̄cūq; aſpiceret̄. pauciſ die horiſ pingebat. Id quoq; cum grauitate. quod ſemper togatuſ quanq̄ in machiniſ. carcer eiuſ artiſ domuſ aurea fuit. & ideo ñ extant exēpla alia magnopere. Poſt eū fuere in autoritate corneliuſ p̄muſ & actiuſ priſcuſ: q honoriſ & uirtutiſ edeſ Imꝑatori Veſpaſiano auguſto reſtituenti pinxerunt. Sed priſcuſ antiquiſ ſimilior.

CA. X. De auiū cōcētu compeſcendo: & qui primū encauſtiſ

& penicilliſ pinxerint: ſparſimq; prelia mirabilia picturaꝝ.

Et ſint dicta de marmoꝝ ſculptoribuſ. ſūmaq; claritate artificū. quo in tractatu ſubit mentē nō fuiſſe tum autoritatem maculoſo marmori: quam fecere e Tapſo Cycladū inſulaꝝ una eque & e Leſbo: liuidiuſ hoc paulo uerſicoloreſ quidem maculaſ habēſ. Et in totū marmoꝝ apparatū Menāder etiā diligētiſſimuſ luxurie interpreſ primuſ & raro attigit. Colūniſ demū utebant̄ in tēpliſ: nec leticie cauſa: nō dū enim iſta intelligebant̄: ſed q̄a firmiora aliter ſtatui non poterāt. Sic eſt inchoatū Atheniſ templū Iouiſ Olympii: ex quo Sylla Capitoliniſ edibuſ aduexerat colūnaſ. Fuit tñ inter lapidē atq; marmor differētia iā apud Homeꝝ. dicit enī Cebrionē oſ marmoreo ſaxo percuſſū. Sed hactenuſ. Regiaſ quoq; domoſ laudatiſſime tum p̄ter eſ. aurum. electrum. argentū. ebore tm̄ adornanſ. Primū ut arbitror: uerſicoloreſ iſtaſ maculaſ Chiorum lapidicine oſtenderunt: cum extruerent muroſ: faceto in id. M. Ciceroniſ ſale. Omnibuſ enim oſtentabant ut magnificum. Multo inquit magiſ mira reſ eſſet: ſi Tyburtino lapide feciſſetiſ. Et herculeſ: non fuiſſet picture honoſ ulluſ: nō modo tantuſ: aliqua marmorum autoritate. Secandi marmor in cruſtaſ: neſcio an Carie fuerit inuentum. Antiquiſſima quod equidem inueniam: Halicarnaſi Mauſoli domuſ proeconneſo marmore exculpta eſt: latericiiſ parietibuſ. Iſ obiit olympiadiſ cēteſime/ ſexte anno ſecundo. Vrbiſ Rome anno. cccc. ſecundo. Primum Rome parieteſ cruſta marmoriſ operuiſſe totiuſ domuſ ſue in Celio monte Corneliuſ Nepoſ tradidit

Mamurram Formiiſ natū Eqtem Romanū Prefectū fabroꝝ. C. Ceſariſ in Gallia. Neq; id indignatio ſit tali autore inuēta re. Hic nanq; eſt Mamurra Catulli Veronēſiſ carminibuſ proſciſſuſ: quē ut reſ eſt: domuſ ipſiuſ clariuſ q̃ Catulluſ dixit habere: quicquid habuiſſet Comata Gallia. Nanq; adiecit idem nepoſ eum primum totiſ edibuſ nullam niſi e marmore columnam habuiſſe: omneſ ſolidaſ e Caryſtio aut Lunēſi. Deniq;. M. Lepiduſ Catuli in Conſulatu Collega primuſ omniū limina ex Numidico marmore in domo poſuit: magna reprehenſione. Iſ fuit Conſul anno urbiſ. dc. lxvi. Hoc primum inuecti Numidici marmoriſ ueſtigium inuenio. non in columniſ tantū cruſtiſue ut Mamurra Cariſtium poſuit: ſed in ianuiſ & uiliſſimo liminum uſu. Poſt hunc lepidum ferme quadriennio. L. Luculluſ Conſul fuit: qui nomen ut apparet ex re Luculleo marmori dedit: ad modum delectatuſ illo. primuſq; Romam inuexit: atrum alioqui: cum cetera maculiſ aut coloribuſ commendentur. Naſcitur autem in Nilo inſula. ſolumq; pene horum marmorum ab amatore nomen accepit. Inter hoſ primū ut arbitror marmoreoſ parieteſ habuit: ſcena. M. Scauri. non facile dixerim: ſectoſ an ſolidiſ glebiſ politoſ: ſicuti eſt hodie Iouiſ tonantiſ edeſ in Capitolio. nondū enim ſecti marmoriſ ueſtigia inuenerat. Italia Sed quiſquiſ primum inuenit ſecare luxuriamq; diuidere: importuni ingenii fuit. Arena hoc fit. & ferro uidetur fieri Serra in pretenui linea premente arenaſ uerſandoq; tractu ipſo ſecante. Ethiopica ad hoc maxime probatur. Nam id quoq; acceſſit: ut ad Ethiopaſ uſq; peteretur quod faceret marmora. Immo uero etiam in Indoſ unde margaritaſ quoq; peti ſeueriſ moribuſ indignum erat. Hec proxime laudatur. Mollior tamen que ex Ethiopia. Illa enim nulla ſcabricie ſecat. Indica non eque leuigat. ſed ea combuſta polienteſ marmora fricare iubētur. Simile & naxiē uitium eſt & Coptidi: que uocat̄ Egyptia. Hec fuere antiqua genera marmoribuſ ſecandiſ. Poſtea reperta eſt arſ: non minuſ probanda: ex quodā Hadriatici mariſ uado eſtu nudante obſeruatione nō facili. Iā quidē quacunq; arena ſecare e fluuiiſ om̄ibuſ frauſ artificum auſa eſt. qđ diſpendium admodū pauci intelligūt. Craſſior enim arena laxioribuſ ſegmētiſ terit: & pluſ erodit marmoriſ. maiuſq; opuſ ſcabricia politure relinquit. Ita ſecte attenuantur cruſte. Ruſuſq; Thebaica polituriſ accomodatur. Et que fit e toto lapide aut e pumice.

CAP. VII. De Naxio & Armenio ac marmoꝝ generibuſ.

Igniſ e marmore poliendiſ: gemmiſq; etiam ſcalpendiſ atq; limandiſ: naxium diu placuit ante alia uti ita uocantur coteſ in inſula Cypro genite. Vicere poſtea ex Armenia uecte. Marmorum genera & coloreſ non attinet dicere in tanta noticia. nec facile eſt enumerare: in tanta mnltitudine. Quoto enim quoq; in loco non ſuum marmor inuenitur? Et tamen celeberrimi generiſ dicta ſunt in ambitu terrarum cum gentibuſ ſuiſ. non omnia autem in lapidiciniſ gignunt̄. Sed multa & ſub terra ſparſa. Precioſiſſimi quidem generiſ Lacedemoniū uiride. cunctiſq; hilariuſ. Sic & Auguſteū ac deinde Tyberianum in Egypto Auguſti ac Tyberii primum principatu reperta. Differentiaq; eorum eſt ab Ophite: cum ſit illud ſerpentium maculiſ ſimile: unde & nomen accepit: ꝙ hec maculaſ diuerſo modo colligunt: Auguſteum undatim criſpum in uerticeſ: Tyberianum ſparſim conuoluta canicie. neq; ex ophite colūne: niſi parue admodum inueniuntur. Duo eiuſ genera. molle candidum. nigricanſ durum. Dicunt̄ ambo capitiſ doloreſ ſedare adalligati. & ſerpentium ictuſ. Quidam phreneticiſ ac lethargiciſ adalligari iubent candicantem. Contra ſerpēteſ autem a quibuſdam laudat̄ præcipue ex hiſ quem Tephriam appellant a colore cineriſ. Vocatur & Memphiteſ a loco gēmātiſ nature. Cuiuſ uſuſ cōuenit iiſ que urēda aut ſecāda ſūt: ex aceto illituſ.

Obſtupeſcit enim ita corpuſ ut non ſentiat cruciatū. Rubet Porphyriteſ in Egypto ex eodē candidiſ interueniētibuſ punctiſ Leucoſtyctoſ uocat̃. Quantiſ libet molibuſ cedendiſ ſufficiūt lapidicine. Statuaſ ex eo Claudio Ceſari Procurator eiuſ in urbem ex Egypto aduexit triſ Aſiniuſ Pollio nō admodū probata nouitate. Nemo poſtea certe imitatuſ eſt. Inuenit eadem Egyptuſ in Ethiopia quem uocant Baſalten: ferrei coloriſ atq; duricie. Vnde & ei nomen dedit. Nunq̃ iſ autem maior repertuſ eſt q̃ in templo paciſ ab Imperatore Veſpaſiano Auguſto dicatuſ. Argumento Septē orbibuſ circūdantibuſ: per quoſ totidē cubiti ſūmi incremēti arguenteſ annoſ eiuſ intelligunt̃. Non abſimiliſ illi narratur in Thebiſ delubro Serapiſ ut putant Memnoniſ ſtatua dicatuſ: quem cotidiano ſoliſ ortu contactū radiiſ crepare dicunt.

CAP. VIII. De Onychite: ſiue Alabaſtrite & Lygalino.

Nychitē etiā tū in Arabie montibuſ nec uſq̃ alibi naſci putauere noſtri ueteres. Sed & in Germania potoriiſ uaſiſ inde factiſ primū dein pedibuſ lectorū ſelliſq; Corneliuſ nepoſ tradit magno fuiſſe miraculo: cū. P. Lentuluſ Spinter amphoraſ ex eo & urceoſ magnitudīe cadoꝝ oſtēdiſſet. Poſt quinquenniū deiñ triginta duoꝝ pedū longitudine columnaſ uidiſſe. Variatum in hoc lapide poſtea eſt. nanq; pro miraculo inſigni quattuor modicaſ in theatro ſuo Corneliuſ Balbuſ poſuit. noſ āpliores triginta uidimuſ ī ſcena quā Calliſtuſ Ceſariſ Claudii libertoꝝ potentiſſiuſ ſibi exedificauerat. Hunc aliqui lapidem Alabaſtriten uocant: quem cauant ad uaſa unguentaria: quoniam optime ea incorrupta ſeruare dicit̃. Idemq; etiam exuſtuſ: emplaſtriſ conuenit. Naſcitur circa Thebaſ Egyptiaſ. & damaſcum Syrie. Hic ceteriſ candidior. Probatiſſimuſ uero in Carmania. mox in India. Iam quidē & in Syria Aſiaq;. Viliſſimuſ autem & ſine ullo nitore in Cappadocia. Probant̃ q̃maxime mellei coloriſ in uertice maculoſi atq; non tranſlucidi. Vitia uero in iiſ corneuſ color aut candiduſ: & quicquid ſimili uitro eſt. Paulum diſtat ab eo ad unguentorum fidem uti exiſtimant: Lygdinuſ in Tauro repertuſ amplitudine qua lanceſ crateraſq; non excedat. Antea tantū ex Arabia aduehi ſolituſ candoriſ eximii. Magnuſ & contrarie inter ſe nature duobuſ honoſ: Coralitico in Aſia reperto: menſure non ultra bina cubita: candore proximo ebori: & quadam ſimilitudine. E diuerſo niger eſt Alabandicuſ terre ſue nomine: quanquam & Mileti naſcenſ. ad purpuram tamen magiſ aſpectu declinante. Idemq; liquat̃ igni. ac funditur ad uſum. uitri.

CAP. VIIII. De Thebaico & Syenite ſiue Pyropoecilo & obeliſciſ.

Hebaicuſ intercinctuſ aureiſ guttiſ inuenitur in Africe parte Egypto aſcripte coticuliſ ad terenda collyria quadā utilitate nature alia conueniēſ. circa Syenē uero Thebaidiſ Syeniteſ quē ante Pyropoecilō uocabāt. Trabeſ ex eo fecere regeſ quodā certamine Obeliſcoſ uocanteſ Soliſ numini ſacratoſ. Radioꝝ eiuſ argumentū in effigie eſt: & ita ſignificat̃ nomine Egyptio. Primuſ omniū id inſtituit Mitreſ qui in Soliſ urbe regnabat ſomnio iuſſuſ. & hoc ipſū īſcriptū eſt in eo. Etenim ſculpture ille effigieſq; q̃ſ uidemuſ: Egyptie ſūt littere. poſtea & alii Regum in ſupradicta urbe. Sothiſ quattuor numero: quadragenoꝝ & octonum cubitorum longitudine. Ramiſeſ autem iſ quo regnante Ilium captum eſt quadraginta cubitorum. Idemq; digreſſuſ inde: ubi fuit Mneuidiſ Regia poſuit alium longitudine undecenteniſ pedibuſ: per latera cubitiſ quattuor. Opuſ id feciſſe dicuntur uiginti milia hominum. Ipſe rex cum ſubrecturuſ eſſet: uerereturq; ne machine ponderi non ſufficerent: quo maiuſ periculum cure artificum denuntiaret: filium ſuum adalligauit cacumini: ut ſaluſ eiuſ apud molienteſ prodeſſet lapidi. Hac ammiratione operiſ effectum eſt: ut cum oppidũ id expugnaret Cambyſeſ Rex: uentumq; eſſet incẽdio ad crepidineſ Obeliſci: extingui ignem iuberet moliſ reuerentia qui urbiſ nullam habuerat. Sunt & alii duo. Vnuſ a Myrne poſituſ. alter a Phio ſine notiſ quadragintaocto cubitorum. Alexandrie ſtatuit unum octoginta cubitorum Ptolemeuſ Philadelphuſ. quem exciderat Necthabiſ Rex purum Maiuſq; opuſ fuit in dephebendo ſtatuendoue multo q̃m in excidendo. A Satyro Architecto aliqui deuectum tradunt. Rate ut Callixenuſ dixit a Phoenice foſſa perducta: uſq; adiacentem obeliſcum e Nilo. naueſq; duaſ in latitudinem patulaſ: pedalibuſ ſpatiiſ ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem menſurã ponderiſ onerataſ ita ut ſubirẽt obeliſcũ pendentẽ extremitatibuſ ſuiſ in ripiſ utrimq;: poſtea egeſtiſ laterculiſ alleuata naue excepiſſe onuſ ſtatutũ. exciſoſ autem ſex taliſ in monte eodem & artificem donatum talentiſ quinquaginta. Hic autem obeliſcuſ fuit in Arſinoe poſituſ a Rege ſupradicto: munuſ amoriſ in coniuge: eademq; ſorore Arſinoe. Inde eum naualibuſ incommodum. Maximuſ quidam prefectuſ Egypti tranſtulit in forum reciſo cacumine dum uult faſtigium addere auratũ quod poſtea ammiſit. Et alii duo ſunt Alexandrie ad portum in Ceſariſ Templo: quoſ excidit Meſphees Rex quadragenum binum cubitorum. Super omnia acceſſit difficultaſ mari Romam deuehendi: ſpectatiſ admodum nauibuſ. Diuuſ Auguſtuſ priorem aduexerat miraculi gratia: puteoliſq; naualibuſ perpetuiſ dicauerat. Sed incendio conſumptuſ eſt. Diuuſ Claudiuſ aliquot per annoſ aſſeruatum eum quem Caiuſ Ceſar importauerat: omnibuſ quæ unquam in mari uiſa ſunt: mirabiliorem turribuſ puteoliſ ex puluere exedificatiſ perductum Oſtiam portuſ gratia merſit. Alia ex hoc cura nauium quæ Tyberi ſubuehebant: quo experimento palam fuit: non minuſ aquarũ huic amni eſſe q̃ Nilo. Iſ autem obeliſcuſ quem Diuuſ Auguſtuſ in Cyrco magno conſtituit: exciſuſ a Rege Semneſerteo: quo regnante pythagoraſ in Egypto fuit centum uigintiquinq; pedum eſt: & dodrantiſ: preter baſin eiuſdem lapidiſ. Iſ uero qui eſt ĩ Campo Martio nouem pedibuſ minor eſt a Sothide. Inſcriptã ambo rerum nature interpretationem Egyptiorum opere & philoſophie continent. Ei qui eſt in campo Diuuſ Auguſtuſ addidit mirabilem uſum ad deprehendendaſ ſoliſ umbraſ: dierumq; ac noctium magnitudineſ: ſtrato lapide ad obeliſci magnitudinem: cui par fieret umbra Rome confecto die ſexta hora paulatimq; per regulaſ que ſunt ex ere incluſe ſinguliſ diebuſ decreſceret: ac rurſuſ augeſceret. Digna cognitu reſ & ingenio fecundo. Manniuſ Mathematicuſ apici auratam pilam addidit: cuiuſ uertice umbra colligeretur in ſemetipſam alia atq; alia incrementa iaculantem apice: ratione ut ferunt: a capite hominiſ intellecta. Hec dierum obſeruatio triginta iam fere anniſ non congruit; ſiue ſoliſ ipſiuſ diſſono curſu & celi aliqua ratiõe mutato: ſiue uniuerſa tellure aliquid a centro ſuo dimota: ut deprehendi & in aliiſ lociſ accipio: ſiue urbiſ tremoribuſ ibi tantum gnomone intorto. Siue inundationibuſ Tyberiſ ſedimẽto moliſ facto. quanq̃m ad altitudinem impoſite rei in terram quoq; dicantur iacta fundamenta. Tertiuſ eſt in Vaticano Caii & Neroniſ principum cyrco. ex omnibuſ unuſ omnino fractuſ in molitione eiuſ: quem fecerat Sothidiſ filiuſ Nuncoreuſ. Eiuſdem remanet & aliuſ centum cubitorum: quem poſt cecitatem uiſu reddito ex oraculo Soli ſacrauit. Dicantur obiter & Pyramideſ in eadem Egypto Regum pecunie ocioſa ac ſtulta oſtentatio. Quippe cum faciendi eaſ cauſa a pleriſq; tradatur ne pecuniam ſucceſſoribuſ aut emuliſ inſidiantibuſ preberẽt: aut ne plebſ eſſet ocioſa. Multa circa hoc uanitaſ illorum hominum fuit. ueſtigiaq; complurium inchoatarum extant. Vna eſt in Arſinoe urbe. due in Memphi non procul a Labyrintho: de quo & ipſo dicemuſ. totidẽ ubi fuit Meridiſ lacuſ: hoc eſt foſſa grandiſ. Sed Egyptuſ inter mira ac memoranda narrat harum cacumina extrema. que eminere dicuntur. Relique treſ que orbem terrarum impleuere fama: ſane cõſpicue undiq; annauigantibuſ. Site ſunt in parte Africe monte ſaxeo ſteriliq; inter Memphin oppidum: & quod appellari diximuſ Delta a Nilo minuſ quattuor milibuſ paſſuum: a Memphi ſeptem. d. paſſuũ. a uico appoſito quem uocant Buſirin. In quo ſunt aſſueti ſcandere illaſ. Ante haſ eſt Spinx uel magiſ miranda: qua ſilueſtria ſunt accolentium: Amaſin regem putant in ea conditum. & uolunt inuectam uideri. Eſt autem ſaxo naturali elaborata: & rubrica. Capitiſ monſtri ambituſ per frontem cẽtum duoſ pedeſ colligit: longitudo pedum centum quadraginta trium eſt. altitudo a uentre ad ſummũ apicem in capite ſexagintaduum. Sed pyramiſ ampliſſima ex arabiciſ lapidiciniſ conſtat. Trecenta ſexaginta hominum milia anniſ uiginti eam conſtruxiſſe produntur. Treſ uero facte anniſ ſeptuagintaocto & menſibuſ quattuor. Nempe qui de iiſ ſcripſerũt ſunt Herodotuſ. Eubemeruſ. Duriſ. Samiuſ. Ariſtagoraſ. Dyoniſiuſ. Artemidoruſ. Alexander Polyhiſtor. Butarideſ. Antiſtheneſ. Demetriuſ. Demoteleſ. Appion. inter omneſ uero eoſ nõ cõſtat a ꝗbuſ facte ſint: iuſtiſſimo caſu oblitteratiſ tante uanitatiſ autoribuſ. aliqui ex iiſ prodiderunt in rhaphanoſ & allium ac cepaſ mille octingenta talenta erogata. Ampliſſima octo iugera obtinet ſoli quattuor angulorum paribuſ interualliſ per octingentoſ octogintatreſ pedeſ ſingulorum laterum altitudo. a cacumine pedeſ quindecim. alteriuſ interualla ſingula per quattuor anguloſ pareſ. d. cc. trigintaſeptem comprehendunt. Tertia minor predictiſ: ſed multo ſpectatior Ethiopiciſ lapidibuſ conſurgit. ccc. ſexagintatribuſ pedibuſ inter anguloſ. Veſtigia edificationum nulla extant. Arena late pura circum lentiſ ſimilitudine: qualiſ in maiori parte Africe. Queſtionum ſumma eſt quanam ratione in tantam altitudinem ſubuecta ſint cementa. alii enim nitro ac ſale adaggeratiſ cum creſcente opere. ac peracto fluminiſ irrogatione dilutiſ. alii lateribuſ e luto factiſ extructo opere in priuataſ domoſ diſtributiſ. Nilum enim non putant rigari potuiſſe multo humiliorem. In pyramide maxima eſt intuſ puteuſ octogintaſex cubitorum: flumen illo admiſſum arbitrantur. Menſuram altitudiniſ earum: omniumq; ſimiliũ deprehendere inuenit Thaleſ Mileſiuſ umbram metiendo: qua hora par eſſe corpori ſolet. Hec ſunt pyramidum miracula. ſupremumq; illud: ne quiſ Regum opeſ miretur: minimam extitiſſe laudatiſſimam a Rhodope meretricula factam. Eſopi fabularum philoſophi conſerua quondam & contubernaliſ hec fuit. maiore miraculo tantaſ opeſ meretricio eſſe conquiſitaſ queſtu. Magnificatur & alia turriſ a Rege facta in inſula Pharo portum obtinente Alexandrie. quam conſtitiſſe. d. ccc. talentiſ tradunt: magno animo ne quid omittamuſ: Ptolemei Regiſ: quod in ea permiſerit Soſtrati caſſidiſ architecti ſtructure ipſiuſ nomen inſcribi. Vſuſ eiuſ nocturno nautarum curſui igneſ oſtendere ad prenuntianda uada portuſq; introitum. Sicut iam taleſ compluribuſ lociſ flagrãt: ut Potneoſice ac Rauenne ad uitandum periculum etiam in corriuatione. Quanq̃m ſit Periculum in conriuatione ignium ne ſyduſ exiſtimet̃: Quoniã e longinquo ſimiliſ flammarum aſpectuſ eſt. Hic idem Architectuſ primuſ om̃ium penſilem ambulationẽ Gnidi feciſſe traditur.

CAP. XI. De Labyrinthiſ Egyptio: cretico: Lemnio: & Italico.

Icamuſ & Labyrinthoſ uel portentoſiſſimum humanii ingenii opuſ. Sed non ut exiſtimari poſſit falſum. Durat etiam nunc in Egypto in Heracleopolite Nomo qui primuſ factuſ eſt añ annoſ ut tradunt tria milia ſexcentoſ a Peteſuco Rege: ſiue Tithoc. Quanq̃ Herodotuſ totū opuſ regū eſſe dicat. nouiſſieq; Pſammetici. cauſaſ faciendi uarie interpretant̃. Demoteleſ regiam Motherudiſ fuiſſe. Lyciaſ ſepulchrum Meridiſ. plureſ ſoli ſacrum; Id extructum. quod maxime credit̃. Hinc utiq; ſumpſiſſe Dedalum exemplar eiuſ Labyrinthi quē fecit in Creta: nō eſt dubium. ſed centeſimā tantum portionem eiuſ imitatum. que itinerum ambageſ occurſuſq; ac recurſuſ inexplicabileſ continet. Non ut in pauimentiſ puerorumue ludicriſ campeſtribuſ uidemuſ breui lacinia milia paſſuum plura ambulationiſ continentē:: ſed crebriſ foribuſ inditiſ ad fallendoſ occurſuſ: redeundumq; in erroreſ eoſdem. Secunduſ hic fuit ab Egyptio Labyrinthuſ. Tertiuſ in Lemno. Quartuſ in Italia. Omneſ lapide polito fornicibuſ tecti. Egyptiuſ quod miror equidem in introitu lapideiſ e Paro columniſ. Relique erant Syenite. molibuſ compoſitiſ quaſ diſſoluere ne ſæcula quidem poſſint: adiuuantibuſ Heracleopolitiſ: qui id opuſ in uiſu mire infeſtauere. Poſitionem operiſ eiuſ: ſingulaſq; parteſ enarrare non eſt: cum ſit in regioneſ diuiſum atq; in prefecturaſ quaſ uocant Nomoſ ſedecim nominibuſ eorum totidem uaſtiſ domibuſ attributiſ. Preterea templa omnium Egypti deorum continet. ſuperq; Nemeſeſ quindecim ediculiſ incluſe. Sunt pyramideſ complureſ quadragenarum ulnarum ſenoſ radice muroſ obtinenteſ. Feſſi iam eundo perueniunt ad uiarum illum inexplicabilem errorem. Quin & cenacula priuſ excelſa. porticuſq; aſcenduntur nonageniſ gradibuſ omneſ. Intuſ columne de porphyrite lapide. Deorum ſimulacra. Regum ſtatue. Monſtrifice effigieſ. Quarundam autem domorum taliſ eſt ſituſ: ut adaperientibuſ foreſ tonitruum intuſ terribele exiſtat. Maiore autem in parte tranſituſ eſt per tenebraſ. alieq; rurſuſ extra murum labyrinthi edificiorum moleſ pteron appellant. Inde alie ꝑfoſſiſ cuniculiſ ſubterranee domuſ. Refecit unuſ omnino pauca ibi ex monte phado Thebiſ Rex ante Alexandrum Magnum anniſ quingentiſ. Id quoq; traditur fulſiſſe trabibuſ ſpine oleo incocte dum forniceſ quadrati lapidiſ aſſurgerent. De Egyptio & Cretico Labyrinthiſ ſatiſ dictum eſt. Lemniuſ ſimiliſ illiſ columniſ tantum centū quinquaginta memorabilior fuit. Quarum in officina turbineſ ita librati pependerūt: ut puero circunagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmiliuſ & Rholuſ. & Theodoruſ indigena. Extantq; adhuc reliq̃ eiuſ: cum Cretici Italiciq; nulla ueſtigia extent. Nanq; & Italicū dici cōuenit: quem fecit ſibi porſenna Rex Etrurie ſepulchri cauſa ſimul ut & externorū Regū uanitaſ quoq; ab Italiſ ſuparet̃. Sed cum excedat omnia fubuloſitaſ: utemur ipſiuſ. M. Varroniſ in expoſitiōe eiuſ uerbiſ. Sepultuſ eſt inqt ſub urbe Cluſio: in quo loco monumētum reliqt lapide quadrato. Singula latera pedum lata tricenum: alta quinquagenum. Inq; baſi quadrata intuſ Labyrinthum inextricabilem. Quo ſi qſ ĩproperet ſine glomere lini: exitū inuenire nequeat. Supra id quadratum pyramideſ ſtant qnq;. Quattuor in anguliſ & in medio una. In imo late pedum ſeptuagenum quinum. alte centum quinquagenum. ita faſtigate: ut in ſummo orbiſ eneuſ & Petaſuſ unuſ omnibuſ ſit impoſituſ: ex quo pendeant excepta cathenis tintinabula. que uento agitata longe ſonituſ referant: ut Dodone olim factum. Supra quem orbem quattuor pyramideſ inſuper ſingule extāt alte pedum centenum. Supra quaſ uno ſolo quinq; pyramideſ: quarum altitudinem Varronem puduit aducere. Fabule Etruſce tradunt eandem fuiſſe: quam totiuſ operiſ: adeo ueſana clemētia queſiſſe gloriam impendio nulli profuturo. preterea fatigaſſe regni uireſ: ut tamen lauſ maior artificiſ eſſet.

CAP. XII. De Penſili horto: & oppido & templo Epheſie diane.

Eguntur & penſileſ hortoſ: immo uero totum oppidum feciſſe Egiptie Thebe: exercituſ armatoſ ſubito educere ſolitiſ Regibuſ nullo oppidanorum ſentiente. Etiamnum hoc minuſ mirum: q̄ ꝙ flumine medium oppidũ interfluente: que ſi fuiſſẽt: non dubium eſt dicturum Homerum fuiſſe: cum centum portaſ ibi predicaret. Grece magnificentie uera ammiratio extat templum Epheſie Diane ducentiſ uiginti anniſ factũ a tota Aſia. In ſolo id paluſtri fecere: ne terremotuſ ſentiret: aut hiatuſ timeret. Rurſuſ ne in lubrico atq; inſtabili fundamenta tante moliſ locarentur: ante calcatiſ ea ſubſtrauere carbonibuſ. dein uelleribuſ lane. Vniuerſo templo longitudo eſt quadringentorum uigintiquinq; pedum. Latitudo ducentorum uiginti. Columne centum uigintiſeptem a ſinguliſ Regibuſ facte. ſexaginta pedum altitudine. Ex iiſ trigintaſex celate. Vna a Scopa. Operi præfuit Creſiphon architectuſ. Summa miracula: epiſtylia tante moliſ attolli potuiſſe. Id cõſecutuſ eſt ille paronibuſ arena pleniſ molli puluino ſuper capita columnarum exaggerato paulatim exinanienſ ab imo ut ſenſim totũ in colle ſederet. Difficillime hoc contigit in limine ipſo: quod foribuſ imponebat. Etenim ea maxĩa moleſ fuit: nec ſedit. In cubile ergo anxio artifici mortiſ deſtinatiõe ſuprema: Tradũtq; in ea cogitatione feſſum nocturno tempore in quiete uidiſſe preſentem deam: cui templum fiebat: hortantem ut uiueret. ſe compoſuiſſe lapidem. atq; ita poſtero die apparuit. pondereq; ipſo correctuſ uidebatur. Cætera eiuſ operiſ ornamenta plurium librorum inſtar obtinent: nihil ad ſpecimen nature pertinentia.

CAP. XIII. De Delubro Cylici & lapide fugitiuo: & de Echo ſeptieſ reſonante: & edifitio ſine clauo: & mirabilibuſ edificiorum Rome.

Vrat & Cyzici delubꝝ: in quo filũ aureũ cõmiſſuriſ oĩbuſ politi lapidiſ ſubiecit artifex eburneũ Iouẽ dicaturuſ intuſ: coronãte eũ marmoreo Apollĩe. Tralucẽt ergo picture tenuiſſimiſ capillamentiſ: leniq; afflatu ſimulacra refouente. preter ingeniũ artificiſ ipſa materia quãuiſ occulta in precio operiſ intelligit̃. Eodẽ in oppido eſt lapiſ: fugitiuuſ appellatuſ. Argonaute eo pro anchora uſi ibi reliquerant. Hunc e Prytaneo: ita uocatur locuſ ſepe profugum fixere plumbo. Eadem in urbe iuxta portam que Tracia uocatur turreſ. vii. acceptaſ uoceſ numeroſiore repercuſſu multiplicant. nomenq; huic miraculo Echo eſt a greciſ datum. Et hoc quidem natura locorũ euenit. Et plærunq; conuallium: ibi caſu accidit. olympie autem arte mirabili modo in porticu quam oppidani heptaphonon appellant quoniam ſeptieſ eadem uox redditur. Cyzici & buleuterion uocant ædificiũ amplum ſine ferreo clauo ita diſpoſita contignatione ut eximantur trabeſ ſine fulturiſ ac reponantur. Quod item Rome in ponte Sublicio religioſũ eſt: poſtea q̄ Coclite Horatio defendente egre reuulſuſ eſt. Veꝝ & ad urbiſ noſtre miracula trãſire cõuenit. nõ ingẽioꝝq; annoꝝ docileſ ſcrutari uiroſ. & ſic quoq; terrarum orbem uictum oſtendere. qđ accidiſſe totienſ poene: quot referentur miracula: apparebit. Vniuerſitate uero aceruata & in quendam unum cumulum conjecta: nõ alia magnitudo exurget: q̄ ſi munduſ aliuſ quidam in uno loco narretur. nam ut Cyrcum maximum a Ceſare Dictatore extructum longitudine ſtadioruum trium: latitudine uniuſ: ſed cum edificiiſ iugerum quaternum ad ſedem ducentorum. lx. milium inter magna opera dicamuſ. nonne inter magnifica Baſilicam Pauli columniſ e Phrygibuſ mirabilem. Forumq; Diui Auguſti. Templum paciſ Diui Veſpaſiani Imperatoriſ Auguſti: pulcherrima operum. Pantheon Ioui Vltori ab Agrippa factum. cum theatrum ante texerit Rome Valeriuſ Oſtienſiſ Architectuſ ludiſ Liboniſ? Pyramidaſ Regum miramur opera: cum ſolum tantum foro extrucẽdo.

Seſtertiiſ mille ducentiſ Ceſar Dictator emerit. Et ſiquidem impenſe mouent captoſ auaricia animoſ. P. Clodiuſ quem Milo occidit. ſeſtertiiſ. cxlviii. milibuſ domo empta habitauerit. Quod equidem nó ſecuſ ac regum inſaniam miror. Itaq; & ipſum Milonem ſeſtertia ſeptingenta milia eriſ alieni debuiſſe inter prodigia animi humani duco. Sed tunc ſeneſ aggeriſ uaſtum ſpatium & ſubſtructioneſ inſanaſ captioſi mirabantur. Preterea cloacaſ operum omĩum dictu maximum: ſuffoſſiſ montibuſ: atq; ut paulo añ retulimuſ: urbe penſili: ſubterq; nauigata. Id. M. Agrippa fecit in Edilitate poſt Conſulatum permeatuſ: corriuatiſ ſeptem amnibuſ curſu precipiti torrentium modo rapere: atq; auferre omnia coactiſ. Inſuper mole hymbrium concitati uada ac littora quatiunt. Aliquãdo Tyberiſ retro infuſi recipiũt fluctuſ. Pugnantq; diuerſi aquaꝝ impetuſ intuſ. & tamen obnixa firmitaſ reſiſtit. Trahunt̃ moleſ interne tante non ſuccũbentibuſ cauſiſ operiſ. pulſãt ruine ſponte precipiteſ. aut inpacte incendiiſ. quatitur ſolum terremotibuſ. Durãt tamẽ a Tarquinio Priſco. anniſ octingentiſ prope inexpugnabileſ. Nó omittendo memorabili exemplo uel eo magiſ quoniã celeberrimiſ reꝝ conditoribuſ omiſſú eſt. Cú id opuſ Tarquiniuſ Priſcuſ plebiſ manibuſ faceret: eſſetq; labor incertú longior an periculoſior: paſſim cóſcita nece quiritibuſ tediú fugientibuſ. Nouú & iexcogitatú ante poſteaq; remediú inuenit ille Rex ut omniú ita defunctorum figeret crucibuſ corpora: ſpectanda ciuibuſ: ſimul & feriſ uolucribuſq; laceranda. Quamobrem pudor Romani nominiſ ꝓpriuſ qui ſepe reſ perditaſ ſeruauit in preliiſ tunc quoq; ſubuenit. Sed illo tempore impoſuit iam erubeſcenſ: cum puderet uiuoſ tanq̃m pudi turum eſſet extinctoſ. Amplitudinem cauiſ eam feciſſe proditur ut ueiam foeni large onuſtam tranſmitteret. Parua ſunt cuncta que diximuſ: & omnia uni comparanda miraculo: anteq̃m noua attingam. M. Lepido. Q. Catulo Coſſ. ut conſtat inter diligentiſſimoſ autoreſ domuſ pulchrior nó fuit Rome q̃ Lepidi ipſiuſ. at hercule intra annoſ. xxxv. eadem centeſimum locum non obtinuit. Computet in hac eſtimatione qui uolet: marmorum molem: opera pictorú. impendia Regalia. Et cú pulcherrima laudatiſſimaq; certanteſ centú domoſ. poſteaq; eaſ ab innumerabilibuſ aliiſ in hunc diem uictaſ. Profecto incendia puniunt luxum: nec tamen effici poteſt: ut moreſ aliquid ipſo in homine mortaliuſ eſſe intelligant. Sed eaſ omneſ due domuſ uicerunt. Biſ uidimuſ urbem totam cingi domibuſ principum. Caii & Neroniſ. Et huiuſ quidem ne quid deeſſet aurea. Nimirum ſic habitarunt illi qui hoc Imperium fecere: tantaſ ad uincendaſ genteſ triumphoſq; referendoſ ab aratro aut foco exeúteſ quorum agri quoq; minorem modum obtinuere q̃ cellaria iſtorum. Subit uero cogitatio quota portio harum fuerint aree ille quaſ inuictiſ imperatoribuſ decernebant publice ad exedificandaſ domoſ. Summuſq; illarum honoſ erat: ſicut in. L. Valerio Publicola: qui primuſ Conſul fuit cum. L. Bruto poſt tot merita: & fratriſ eiuſ qui biſ in eodem Magiſtratu Sabinoſ deuicerat: adiici decreto: ut domuſ eorum foreſ extra aperirentur: & ianua in publicum reiiceret̃. hoc erat clariſſmú inſigne inter triumphaleſ quoq; domoſ. Non patiemur diuoſ Caioſ uel diuoſ Neroneſ ne hac quidem gloria fame frui. docebimuſq; etiam inſaniam eorum uictam priuatiſ operibuſ. M. Scauri. cuiuſ neſcio an edilitaſ maxime proſtrauerit moreſ ciuileſ. maiuſq; ſit Sylle malú tanta priuigni potentia q̃ proſcriptio tot milium. Hic fecit in edilitate ſua opuſ maximum omnium que unq̃m fuere humana manu facta: non temporaria mora: uerum etiam eternitatiſ deſtinatione. Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex altitudine. ccc. lx. columnaꝝ in ea ciuitate que ſex hymetiaſ nó tulerat ſine probro ciuiſ ampliſſimi. Iã parſ ſcene e marmore fuit. Media e uitro inaudito etiam poſtea genere luxurie. Summe tabuliſ inauratiſ columne ut diximuſ. ime duo de quadragenum pedum. Signa erea inter columnaſ ut indicauimuſ: fuerūt tria milia numero Cauea ipſa cepit hominum. lxxx. milia. cū Pompeii Amphitheatri totienſ multiplicata urbe tantoq; maiore populo ſufficiat large. xl. milia. Sed & reliquuſ apparatuſ tantuſ. Attalica ueſte tabuliſ pictiſ ceteraq; cura fuit: ut in Tuſculanā uillam reportatiſ que ſuperfluebant cotidiani uſuſ deliciiſ incenſa uilla ab iratiſ ſeruiſ concremarent̃ ad ſeſtertia. M. Aufert animū & a deſtinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodige mentiſ. aliāq; connecti maiorem inſaniam. Eligno. C. Curio qui bello ciuili in ceſarianiſ partibuſ obiit: funebri patriſ munere cum opibuſ apparatuq; non poſſet ſuperare Scaurum. unde. n. illi uitricuſ Sylla? & Metella mater proſcriptione diueſ? unde. M. Scauruſ pater totienſ Princepſ ciuitatiſ: & Marianiſ ſodaliciiſ rapinarum prouincialium ſinuſ? cum iam ne ipſe quidem comparari ſibi poſſet. quando hoc certe incendii illiuſ premium habuit cōuectiſ ex orbe terrarum rebuſ: ut nemo poſtea par eſſet inſanie illi. Ingenio ergo ſuo erat utendum. Curioniq; aliud excogitandum fuit. Opere precium eſt ſcire quid inuenerit. & gaudere moribuſ noſtriſ. ac noſtro modo noſ uocare maioreſ. Theatra duo iuxta fecit ampliſſima e ligno cardinū ſinguloꝝ uerſatili ſuſpenſa libramento in quibuſ utriſq; antemeridiano ludorum ſpectaculo edito inter ſeſe auerſiſ: ne inuicē obſtreperent ſcene: & repente circūactiſ ut cōſtiterant. poſtremo iam die diſcedētibuſ tabuliſ & cornibuſ inter ſe coeuntibuſ faciebat amphitheatꝝ: & gladiatoꝝ ſpectacula edebat: Ipſum magiſtratum & Populum Romanum circunferenſ. Quid enim miretur quiſq; in hoc primum? inuentorem? an inuentum? artificem? an autorem? auſū aliquē hoc excogitare? an ſuſcipere? parere? an iubere? Super om̄ia erit populi furor ſedere auſi tam infida inſtabiliq; ſede. En hic eſt ille terrarum uictor & totiuſ dominator orbiſ: qui genteſ & regna diriperet: iura exteriſ mitteret: & quoſdam in numero deoꝝ immortalium: generiſ humani portio in machina pendenſ: & ad periculū ſuū plaudēſ. Que uilitaſ animarum iſta? aut que querela de canniſ? aut quantum mali potuit accidere? Hauriri urbeſ terre hiatibuſ publicuſ mortalium dolor eſt. Ecce Populuſ Ro: uniuerſuſ uelut duobuſ nauigiiſ impoſituſ biniſ cardinibuſ ſuſtinet̃. & ſeipſum depugnantem ſpectat: perituruſ momento aliquo luxatiſ machiniſ. Et per hoc queritur in Tribuniciiſ concionibuſ gratia: ut penſileſ tribuſ faceret. Qualia hic in roſtriſ? Quid non auſuruſ apud eoſ quibuſ hoc perſuaſerit? Vera nanq; confitentibuſ Populuſ Romanuſ funebri munere ad tumulum patriſ eiuſ depugnauit uniuerſuſ. Variauit hanc magnificentiā ſuam feſſiſ turbatiſq; cardinibuſ. & amphitheatri forma cuſtodita nouiſſimo die diuerſiſ duabuſ per medium ſceniſ athletaſ edidit. raptiſq; e contrario repēte pulpitiſ eodem die uictoreſ e gladiatoribuſ ſuiſ produxit. Nec fuit Rex Curio aut gentium Imperator. non opibuſ inſigniſ: uti qui nihil in cenſu habuerit: preter diſcordiā Principū. Sed dicātur uera eſtimatione inuicta miracula: que. Q. Martiuſ Rex fecit. iſ iuſſuſ a Senatu aquarum Appie & Anieniſ tegula ductuſ reficere: nouā a nomine ſuo appellatam cuniculiſ per monteſ actiſ intra Preture ſue tempuſ adduxit. Agrippa uero ī Edilitate ſua: adiecta Virginea aq̃: ceteriſq; corriuatiſ atq; emēdatiſ: lacuſ dcc. fecit. Preterea fonteſ. cv. caſtella. cxxx. compluraq; etiam cultu magnifica & operibuſ. Hiſ ſigna. ccc. erea aut marmorea impoſuit. & columnaſ ex marmore quadringentaſ: eaq; om̄ia annuo ſpatio. Adiecitq; ipſe in edilitatiſ ſue commemoratione & ludoſ unde ſexaginta diebuſ factoſ. & gratuita prebuit balnea centū. lxx. que nūc Rome ad infinitum auxere numerum. Vicit antecedenteſ aquarum ductuſ nouiſſimū impendium operiſ inchoati a Caio Ceſare & peracti a Cladio. Quippe a lapide. xl. ad eam excelſitatem: ut in omneſ urbiſ monteſ leuarentur: influxere curtiuſ atq; ceruleuſ fonteſ. Erogata in id opuſ ſeſtertia quingẽta. lv. milia. Quod ſi quiſ diligẽtiuſ eſtimauerit aquarum abundantiam in publico balneiſ piſciniſ domibuſ euripiſ hortiſ ſuburbaniſ uilliſ ſpatioq; aduenientiſ extructoſ arcuſ: monteſ ꝑfoſſoſ conualleſ eq̃taſ: fatebitur nihil magiſ mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum. Eiuſdem Claudii inter maxima equidem ac memoranda duxerim: quamuiſ deſtitutũ ſucceſſoriſ odio montem perfoſſum ad lacum Fucinum emittendum: inenarrabili profecto impendio: & operariorum multitudine per tot annoſ: cum aut corriuatio aquarum: qua terrenuſ monſ erat egereret᷑ in uertice machiniſ: aut ſilex cedereret᷑. omĩaq; intuſ in tenebriſ fierẽt: que neq; concipi animo niſi ab iiſ qui uidere: neq; humano ſermone enarrari poſſunt. Nam portuſ Oſtienſiſ opuſ pretereo. Item uiaſ inter monteſ exciſaſ. Mare Thirrhenum a Lucrino molibuſ ſecluſum. Tot ponteſ tantiſ impendiiſ factoſ. Et inter plurima alia Italie miracula. Ipſa marmora in lapidiciniſ creſcere autor eſt. Papyriuſ Fabianuſ nature rerum peritiſſimuſ. Exemptoreſ quoq; affirmant compleri ſponte illa montium ulcera. Que ſi uera ſunt: ſpeſ eſt: nunq̃ defuturam luxuriam.

CAP. XIIII. De Magnetiſ Generibuſ & mediciniſ. & de Hematice: & Theamede: & lapide Scyri.

Marmoribuſ digredienti ad reliquorũ lapidum inſignẽſ naturaſ: quiſ dubitet in primiſ Magnetem occurrere? Quid. n. mirabiliuſ? aut qua ĩ parte nature maior improbitaſ Dederat uocẽ ſaxiſ ut diximuſ: reſpondentẽ homini: immo uero & obloquentẽ. Quid lapidiſ rigore pigriuſ? Ecce ſenſuſ manuſq; tributi illi. Quid ferri duricia pugnaciuſ? Sed cedit. & patitur moreſ. trahitur nãq; a Magnete lapide. Domitrixq; illa rerum omnium materia ad inane neſcio quid currit. atq; ut propiuſ uenit: aſſiſtit. teneturq;: & cõplexu heret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant. qdã heradeon. Magneſ appellatuſ eſt ab inuentore ut autor eſt Nicander in India repertuſ. Nanq; & paſſim inuenitur. ut in Hiſpania quoq;. Inueniſſe autem fertur clauiſ crepidarum & baculi cuſpide herentibuſ: cum armenta paſceret. Quinq; genera magnetiſ Sotacuſ demonſtrat. Ethiopicum. & Magneſiacum e Macedonia & contermina a Bebonoea locatum petentibuſ dextera. Tertium in Echio Boetie. Quartum circa Alexandriam Troadem. Quintum in Magneſia Aſie. Differentia prima maſ ſit an femina. Proxĩa in colore. Nam qui in Macedonia & Magneſia reperiuntur: ruffi nigriq; ſũt. Boetiuſ uero ruffi coloriſ pluſ habet q̃ nigri. Iſ qui in Troade inuenitur: niger eſt & feminei ſexuſ: ideoq; ſine uiribuſ. Deterrimuſ autẽ in Magneſia Aſie candiduſ: neq; attrahenſ ferrum ſimiliſq; pumici. Compertum tanto melioreſ eſſe: quanto ſunt magiſ cerulei. Ethiopiciſ lauſ ſumma datur. ponduſq; argento rependit᷑. Inuenitur hic in Ethiopia Zmiri ita uocatur regio arenoſa. Ibi & Hematiteſ ſanguinei coloriſ: ſanguinemq; reddenſ ſi teratur. Sed & crocum. In attrahendo ferrum non eadem que Magneti Hematite natura. Ethiopici argumentũ eſt: ꝙ Magnetem quoq; alium ad ſe trahit. Omneſ autem hi oculorũ medicamentiſ proſunt ad ſuam quiſq; portionem. Maxĩeq; epiphoraſ ſiſtunt. Sanant & aduſta cremati tritiq;. Aliuſ rurſuſ in eadem Ethiopia non procul monſ gignit lapidem Theamiden: qui ferrum omne abigit: reſpuitq;. De utraq; natura eiuſ ſepiuſ diximuſ. Lapidem e Scyro inſula integrum fluctuare tradunt: eandem comminutum mergi.

CAP.XV. De lapidibuſ que cito abſūmūt. corpora in eiſ condita & de iiſ que diu ſeruāt: & de Thaſio lapide ac medicinis eiuſ.

N aſſo troadiſ Sarcophaguſ lapiſ fiſſili uena ſcinditur. Corpora defunctorum condita in eo abſūi conſtat intra.xl.diē:exceptiſ dentibuſ. Mutianuſ ſpecula quoq; & ſtrigileſ & ueſteſ & calciamenta illata mortuiſ lapidea fieri autor eſt. Eiuſ generiſ & in Lycia ſaxa ſunt & in oriente: que uiuentibuſ quoq; adalligata:erodunt corpora. Mitior ē autē ſeruādiſ corporibuſ nec abſumēdiſ Chemiteſ ebori ſimillimuſ in quo darium conditum ferunt. Parioq; ſimiliſ candore & duritia. minuſ tamē pōderoſuſ qui Poruſ uocatur. Theophraſtuſ autor ē & tranſlucidoſ lapideſ ī Egypto inueniri. quoſ ophionite ſimileſ ait. quod fortaſſiſ tunc fuerit: quoniam & ii deſinūt: & noui reperiuntur.

CAP.XVI. De Aſſio lapide.

Sſiuſ guſtu ſalſuſ podograſ lenit pedibuſ in uaſe ex eo cauato inditiſ. Preterea omnia crurum uitia in iiſ lapidicinis ſanantur: cum in metalliſ omnibuſ crura uitiētur. Eiuſdem lapidiſ floſ appellatur. in farinam redigendam molliſ ad quedam perinde efficax. Eſt autem ſimiliſ pumici ruffo. Ammixtuſ eri cyprio mammarum uitia emendat. Pici autē reſineue ſtrumaſ & panoſ diſcutit. Prodeſt & phthiſiciſ lictu. Cū melle uetera ulcera ad cicatricē perducit. Excreſcētia erodit. Et ad beſtiaꝝ morſuſ utiliſ. Repugnantia curationi ac ſuppurata ſiccat. Fit Cataplaſma ex eo podagriciſ: mixto fabe lomento. Idem Theophraſtuſ & mutianuſ eſſe aliquoſ lapideſ g pariant credunt.

CA.XVII. De Ebore foſſili: & lapidibuſ. oſſeiſ. & palmatiſ aliorumq; generibuſ.

Heophraſtuſ autor eſt & ebur foſſile candido & nigro colore inueniri. & oſſa e terra naſci.inueniriq; lapideſ oſſeoſ. palmati circa mundam In hiſpania ubi ceſar Dictator pompeium uicit:reperiuntur. idq; quotienſ fregeriſ. Sunt & nigri: quorum autoritaſ uenit ī marmora: ſicut Tenariuſ. Varro nigroſ ex africa firmioreſ eſſe tradit. quam in Italia. E diuerſo alboſ coranoſ durioreſ quam parioſ. Idem lunenſem ſilicem ſerra ſecari. At tuſculanum diſſilire igni. Sabinū fuſcū addito oleo etiam lucere.idem molaſ uerſatileſ uolſine inuentaſ. Aliquaſ & ſponte motaſ inuēimuſ in prodigiiſ. nuſ q̄m autem hic utilior quam in Italia gignitur.lapiſq; non ſaxum eſt in quibuſdam uero prouintiiſ omnino non inuenitur. Sūt quidam in eo genere mollioreſ: qui & cote leuigantur: ut procul intuentibuſ ophite uideri poſſint. neq; ē aliuſ firmior: quādo & lapidiſ natura ut ligum ſimiliter hymbreſ ſoleſq; aut hyemeſ non patitur. in aliiſ atq; aliiſ generibuſ. Sunt qui & lunam non tolerent & qui uetuſtate rubiginem trahant: coloremue candidum oleo mutent.

CAA.XVIII. De Molari ſiue Pyrite lapide: & de Oſtracite.

Olarem lapidem quidam pyriten uocant: quoniam ſit plurimuſ igniſ illi. Sed eſt aliuſ etiamnum Pyriteſ ſimilitudine eriſ. In Cypro eum reperiri uolunt. & in metalliſ que ſunt circa Acamaniam. unum argenteo colore. alterū aureo. coquūt uarie. Ab aliiſ iterum tertioq; in melle: donec conſumat᷑ liquor. Ab aliiſ pruna priuſ dein melle. & poſtea lauantur ut eſ. Vſuſq; eorum in medicina excalfacere. ſiccare diſcutere humorem extenuare: & duritiaſ nimiaſ mollire. Vtuntur & crudiſ tuſiſq; ad ſtrumaſ atq; furunculoſ. Pyritarum etiamnum aliqui genuſ unum fatiūt plurimum habenſ igniſ quoſ uiuoſ appellamuſ & ponderoſiſſimi ſūt. Hi exploratoribuſ caſtroꝝ maxime neceſſarii: qui clauo uel altero lapide percuſſi: & ſcintillaſ edunt: que excepte ſulphure aut fungiſ aridiſ uel foliiſ: dicto celeriuſ ignē trahunt. Oſtracite ſimilitudinem teſte habent. Vſuſ eorum pro punice ad leuigandā cutem. poti ſanguinē ſiſtūt & illiti cum melle ulcera doloreſq; mammarum ſanant.

CAP.XVIIII. De Amiantho lapide: & melitite & gagate.

Miantuſ alumini ſimiliſ nihil igni deperdit. hic ueneficiiſ reſiſtit ōnibuſ priuatiſ Magorum. Geoden ex argumento appellant: quoniam amplexuſ eſt terram oculorum medicamentiſ utiliſſimuſ. Item mammarum & teſtium uitiiſ. Meliteſ lapiſ ſuccum remittit dulcem. mellitūq; tuſuſ. Et cere mixtuſ eruptionibuſ pituite maculiſq; corporiſ medetur. Et faucium exulceracioni. Epinyctidaſ tollit: et uuluarum doloreſ īpoſituſ uelleri. Gagateſ lapiſ nomen loci & amniſ habet gagateſ lycie. Aiūt & in Leucade expelli mari: atq; infra duodecim ſtadia colligi. niger eſt planuſ. pumicoſuſ. non multum a ligno differenſ. leuiſ. fragiliſ. odore ſi teratur. grauiſ. Fictilia ex eo inſcripta non delentur. Cum uritur: odorem ſulphureum reddit. Mirumq; accēditur aqua oleo: reſtinguit̄. Fugat ſerpenteſ. ita recreatque uulue ſtrangulationeſ. Deprehendit ſonticum morbum & uirginitatē ſuffituſ. Itē ex uino decoctuſ. dētibuſ medetur. Strumiſq; cere permixtuſ. Hoc dicuntur uti Magi in ea quā uocāt Necyomantiam. Id peruri negant ſi euenturum ſit quot aliquiſ optet.

CAP.XX. De Lapide ſpongie & phrygio.

Pongie lapideſ inueniuntur in ſpongiiſ. Et ſunt natiui. Quidā eoſ Cyſteolithoſ uocant: quoniam ueſice medent̄. Calculoſ rumpunt in uino poti. Phrygiuſ lapiſ gentiſ nomen habet. Eſt autem gleba pumicoſa. Vritur ante uino perfuſuſ. flaturq; follibuſ donec ruffeſcat. ac rurſuſ dulci uino reſtinguitur. & hoc triniſ uicibuſ. Tīguendiſ ueſtibuſ tantum utiliſ.

CAP.XXI. De quinque generibuſ hematice & ſchiſto.

Chiſtoſ & hematiteſ cognationem habent. Hematiteſ inuenit̄ in metalliſ. Vſtuſ minii colorem imitatur. Vritur ut phrygiuſ ſed non reſtinguitur uino. Adulteratur Schiſto. Hematiten diſcernunt uene rubenteſ: & friabiliſ eſt natura. oculiſ cruore ſuffuſiſ mire conuenit. Siſtit profluuium mulierum potuſ. Bibunt eum & qui ſanguinem reiecerunt cum ſucco punici mali. Et in ueſice uitiiſ efficax. Bibitur & in uino contra ſerpentium ictuſ. Infirmior ad omnia eadem eſt quem Schiſtō appellāt Sed in iiſ comodior croco ſimiliſ. peculiariuſ ſplendet. proficit oculorū lachrymiſ in lacte muliebri. Procidenteſq; oculoſ preclare cohibet. Hec eſt ſentencia eorum qui nuperrime ſcripſere. Sed Sotacuſ e uetuſtiſſimuſ autoribuſ quinq; genera Hematitarū tradit preter Magnetem. principatū dat ex iiſ Ethiopico: oculorū medicamētiſ utiliſſimo. Et iiſ que panchreſta appellant. Item ambuſtiſ. Alterū Acradamāta dicit uocari: colore nigro. pondere ac duritia inſignem & inde nomen traxiſſe. Precipueq; in Africa repertam. Trahere autem in ſe argentum eſ ferrum. Experimentum eiuſ eſſe in cote: ex lapide Baſanite. reddere enim ſuccum ſanguineum. & eſſe ad iocineriſ uitia precipui remedii. Tercium genuſ arabici facit: ſimili duricia: uix reddētiſ ſuccū ad cotem aquariam aliquando croco ſimilem. Quarti generiſ Elatiten uocari quamdiu cruduſ ſit. Coctum uero Militen. utilem ambuſtiſ. Ad omnia utiliorem rubrica. Quinti generiſ Schiſtoſ hemorrhoidaſ reprimit. In totū autem hematitaſ ōneſ tritoſ in oleo triūdrachmarum pondere a ieiuniſ ſumendoſ. ad uitia ſanguiniſ. Idē autor ē ſchiſtō eſſe alteriuſ generiſ quam Hematiten tradit quem uocant atractiten. naſci in africa nigrum attritum reddere aquariiſ cotibuſ ab ea parte que fuerit ab radice nigrū colorem: ab altera parte croci Ipſum utilem eſſe oculorum medicamentiſ.

CAP. XXII. De Aetice lapide & generibuſ eiuſ.

Eticeſ lapiſ etiam argumeuto nominiſ magnam famam habet. Reperitur in nidiſ aquilarum: ſicuti in decimo uolumine diximuſ. Aiunt binoſ ſueniri: marē & feminam: nec ſine iiſ parere quaſ diximuſ aquilaſ. Et ideo binoſ tantum. Genera eoꝝ quatuor. In Africa naſcentem puſillum & mollem intra ſe ac uelut in aluo habentem argillam ſuauem. candidam. ipſum friabilem quem feminei ſexuſ putāt. Marē autē qui in arabia naſcitur: durum galle ſimilem: aut ſubrutilum in aluo habentem durum lapidem. Tertiuſ in cipro inuenitur: colore illiſ in africa naſcentibuſ ſimiliſ. amplior tamen atque dilatatuſ. Ceteriſ enim globoſa facieſ. Habet in aluo arenam iucundam & lapilloſ. Ipſe tam molliſ ut etiā digitiſ fricet᷑: Quarti generiſ Taphiuſiuſ appellat᷑ naſcenſ iuxta leucadē: in taphiuſa qui locuſ ē dextra nauigantibuſ ex hac ad leucadē Inuenitur in fluminibuſ candiduſ & rotunduſ. Huic ē in aluo lapiſ qui uocatur callimuſ. nec quicquā teneriuſ. Aetite ōneſ grauidiſ adalligati mulieribuſ uel quadrupedibuſ in pelliculiſ ſacrificati uteri animaliū cōtinēt partuſ: non niſi ꝑturiāt: remouēdi alioqui uulue excidium fit. Sed niſi parturientibuſ auferantur: omnino nō pariunt.

CAP. XXIII. De lapide Samio & arabio.

St & lapiſ ſamiuſ in eadem inſula ubi terram laudauimuſ: poliendo auro utiliſ Vtiliſ & in medicina oculorum ulceribuſ cum lacte quo ſupra dictum ē modo cōtra uetereſ lachrymationeſ. prodeſt & cōtra uitia ſtomachi potuſ. uertigineſ ſedat Menteſq; comotaſ reſtuit. Quidam & morbiſ comitialibuſ utiliter dari putāt. Et ad urine difficultateſ. Acopiſ etiā miſcetur. probat᷑ grauitate. & candore. uuluaſ & ꝑtuſ contineri adalligato eo tradunt. Arabiuſ lapiſ ebori ſimiliſ: dentifricuſ accōmodatur crematuſ priuatim hemorrhoidaſ ſanat cum lanugine linteorum: linteoliſ inſuper impoſitiſ.

CAP. XXIIII. De Pumicum natura.

On pretermittenda eſt & pumicū natura. ſi quidem ita appellantur quidam lapideſ ita eroſi anine: in edificiuſ Muſea uocant dependentia ad imaginē ſpecuſ arte reddenda. Sed & ii pumiceſ qui ſunt in uſu corporum leuigandorum feminiſ iā ꝗdem & uiriſ atq; ut ait catulluſ liberiſ: laudatiſſimi ſūt ut Melo Cſyro & eoliiſ īſuliſ probatio in candore & in minimo pondere: & ut quam maxime ſpongioſi aridiq; ſint ac teri facileſ nec arenoſi in fricando. uiſ eorū ī medicina. extenuare ſiccare. ī uſtrina ter ſiccantur: ita ut torreantur carbone puro ac totienſ uino reſtringuantur albo. Lauantur deinde ut cadmia & ſiccati conduntur quā minimum uliginoſo loco. uſuſ farine eiuſ oculorum maxime medicamentiſ. ulcera purgant eorum leuiter explentq; cicatriceſ & emendant. Quidam tercia uſtione refrigeratoſ potiuſ quam reſtinctoſ terere malunt ex uino. Aduntur etiam ad malagmata capitū. uerendorūq; ulceribuſ utiliſſima fiunt ex iiſ dentifrica. Theophraſtuſ autem autor eſt potoreſ in certamine bibendi perſumere farinā eiuſ: ſed niſi uniuerſo potu impleātur: periclitari. Tātāq; refrigerandi naturam eſſe: ut muſta feruere deſinant pumice addito.

CA. XXV. De lapidibuſ mortarioꝝ. & mollibuſ lapidibuſ.

Vctoribuſ cure fuere lapideſ mortariorum quoq; nec medicinalium tātum aut ad pigmenta pertinentium. Etheſiumq; lapidem in iiſ pretulere ceteriſ. mox & Thebaicum: quem Pyrrhopecilon appellauimuſ. Aliqui pſaroniū uocant. Tertium ex chalazio Chryſten. Medici autē & baſaniten. Hic enī lapiſ nihil ex ſeſe remittit

It autem lapideſ qui ſuccum reddūt oculorū medicamentiſ utileſ exiſtimātur. Ideoq; Ethiopici maxime ad ea probantur. Tenarium uero lapidem & Penicum & Hematiten iiſ medicamentiſ prodeſſe tradunt que ex croco componantur. Ex alio tenario qui niger eſt: & ex pario lapide non neq; medicis utilē. Potiorē ex lapide Alabaſtrite Egyptio: uel ex ophite albo. Eſt enim hoc genuſ ophitiſ: ex quo uaſa & etiam cadoſ faciunt. In Syphno lapiſ eſt qui cauat̃: tornaturq; in uaſa coquendiſ cibiſ utilia: uel ad eſculentorum uſuſ. Quod in Comenſi Italie lapide accidere ſcimuſ. Sed in Syphno ſigulare qđ excalfactuſ oleo nigreſcit: dureſcitq;. natura molliſſimuſ tāta q̃litatū differentia eſt. Nam mollice & tranſalpiſ precipua ſunt exempla. In Belgica prouintia candidum lapidem ſerra qua lignum: fatiliuſq; etiam ſecantium ad tegularum & imbricum uicem. Vel ſi libeat: ad que uocant Pauonatea tegendi genera: & igne qdē durati iidem ſectileſ ſunt.

CAP. XXVI. De Speculari lapide & Silicibuſ.

Peculariſ uero quoniam & hic lapiſ nomen obtinet: faciliore multo natura fīdit̃ in quālibeat tenueſ cruſtaſ Hiſpania hunc olim citerior tātum dabat. nec tota: ſed intra centum milia paſſuum circa Segobricam urbem. Iam & Cyproſ & Cappadocia & Sicilia. & nuper inuentum Africa. Poſtferendo omneſ tamen Hiſpanie. Et Cappadocie molliſſimiſ & ampliſſime magnitudiniſ: ſed obſcuriſ. Sunt & in Bononiēſi Italie parte breueſ maculoſi complexu ſiliciſ alligati: quorū tamen appareat natura ſimiliſ eiſ qui in Hiſpania puteiſ effodiuntur profunda altitudine. Necnon & ſaxo incluſuſ ſub terra inuenitur. extrahiturq;: aut excidit̃. Sed maiori parte fiſſili natura abſolutuſ ſegmenti modo: nunquam adhuc quinq; pedū longitudine amplior. Humore hunc terre quidam autumant quadam anima cryſtalli modo glatiari. & in lapidē cōcreſcere Hoc manifeſte apparet: Quod cum forte decidere in puteoſ taleſ Medulle: in oſſibuſ earum apparent in eadem lapidiſ natura poſt unam hyemem figurate Inuenitur & niger aliquando. Sed cādido natura mira cum ſit mollitia nota perpetiēdi ſoliſ rigoriſq;. nec ſeneſcit ſi modo iniuria abſit: cum hoc etiam in cementiſ multorum generum accidat. Inuenere & alium uſū ramentiſ quoq; cyrcū maximum ludiſ cyrcenſibuſ ſternendi: ut ſit in cōmendatione candor.

CA. XXVII. De Phengite lapidide: & lapide trāſlucido.

Erone principe in Cappadocia repertuſ eſt lapiſ duricia marmoriſ cādiduſ atq; tranſlucenſ. etiam qua parte uulue inciderant uene. ex argumento phengiteſ appellatuſ. Hoc conſtruxerat edem fortune quam Seiam appellant: a Seruio rege Sacratam aurea domo complexuſ. Quare etiam foribuſ apertiſ inter dui claritaſ ibi diurna erat haud alio quam ſpecularium modo: tanquam incluſa luce: non trāſmiſſa. In arabia quoq; eſſe lapidem uitri modo tranſlucidum: quo utūtur pro ſpeculaKribuſ Iuba autor eſt.

CAP. XXVIII. De Cotibuſ & eiuſ generibuſ.

Vnc ad operarioſ lapideſ tranſiſſe cōueniat. primūq; coteſ: ferro acuēdo. Multa earum genera. Gretie diu maximam laudem habuere. Secundam Laconice ex Taygeto monte: utreq; oleo indigenteſ. Inter aquariaſ Naxie lauſ maxima fuit mox Atmeniace: de quibuſ diximuſ. Ex oleo & aqua Cilicie pollent. Ex aqua arſinoetice. Reperte ſunt & in Italia aqua trahenteſ aciem acerrimo effectu. Necnon & tranſalpeſ quaſ paſſerniceſ uocant. Quarta ratio eſt ſaliua hominiſ proficiētiū Que in tonſtrinarum officiniſ mutiliſ eſt: fragili mollitia. Flaminitane ex Hiſpania citeriore in eo genere precipue.

CAP. XXVIIII. De reliquiſ lapidibuſ ad ſtructuraſ igni & tempeſtati reſiſtentibuſ.

Eliqua multitudo lapidum in totū edifitiiſ inutiliſ eſt moroſitare. Quedam tamen loca morē aliū habent: ſicuti Carthago in Africa exercetur halitu mariſ fricat̄ uento: & uerberatur hymbri. Sed cura tuentur :picando parieteſ quoniam & tectoria calx roditur. Sciteq; dictum eſt: ad tecta eoſ pice ad uinum calce uti. quoniam ſic muſta condiunt. Alia mollicia circa Romā Fidenati & Albano. In Liguria quoq; Vmbria & Venecia albuſ lapiſ dentata ſerra ſecatur. Hi tractabileſ in opera laborem quoq; tolerant ſub tecto dumtaxat. Aſpergine & gelu pruiniſq; rumpuntur in teſtaſ. Nec contra humoreſ & auram mariſ robuſti. Tiburtini ad reliqua forteſ. uapore diſſiliunt. Nigri ſiliceſ optimi. quibuſdam in lociſ & rubenteſ. Nonnuſquam uero & albi: ſicut in tarquinienſi & Anitianiſ lapidicíniſ circa lacum uolſinienſem. Et ī Stratonenſi ſunt: quibuſ ne igniſ quidem nocet. Iidem & in monumenta ſculpti contra uetuſtatem quoq; incorrupti permanent. Exq; iiſ forme fiūt: in quibuſ era fūdūtur. Eſt & uiridiſ lapiſ uehementer igni reſiſtenſ: ſed nuſquam copioſuſ. Et ubi inuenitur lapiſ non ſaxum eſt. E reliquiſ palliduſ in cemento raro utiliſ. Globoſuſ contra iniuriaſ fortiſ: ſed ad ſtructuram infideliſ: niſi multa ſuffrenatiōe deuinctuſ. Nec certior fluuiatiliſ ſemper ueluti madenſ. Remedium eſt in lapide dubio eſtate eum eximere: nec ante biennium eum inſerere tecto: domitum tempeſtatibuſ. Que ex eo leſa fuerit in ſubterranea ſtructura aptantur utiliuſ. Que reſtiterint: tutū eſt celo cōmittere. Grecie lapide duro ac ſilice equo conſtruunt ueluti latericioſ parieteſ. Cum ita fecerit. Iſodomō uocāt genuſ ſtructure. At cū inequali craſſitudine ſtructa ſūt Pſeudiſodomon. Tertium eſt Euplecton tantummodo frontibuſ politiſ. Reliqua fortuito collocant. Alternaſ coagmentationeſ fieri ut commiſſuraſ antecedentium medii lapideſ obtineant: neceſſarium eſt: in medio quoq; pariete ſi reſ patiatur. Si minuſ: utiq; a lateribuſ. Medioſ parieteſ ſarcire fractiſ cemētiſ. Dictyothetō uocāt reticulatā ſtructuram: qua frequentiſſime Rome ſtruunt: rimiſ opportunam. Structurā ad normā & libellam fieri & ad perpendiculum reſpondere oportet.

CA. XXX. De Ciſterniſ & calce: & arene. generibuſ: & mixtura calciſ & arene. & uitiiſ ſtructure: & coctariiſ: & columniſ.

T ciſternaſ arena pura & aſpera quiq; partibuſ: calciſ quā uehemētiſſime duabuſ conſtrui cōuenit: fragmētiſ ſiliciſ nō excedētibuſ libraſ. Ita ferratiſ uectibuſ calcari ſolum parieteſq; ſimiliter. Vtiliuſ geminoſ eſſe: ut in priore uitia cōſidāt aque atq; per collum in proximum trāſeat maxime pura aqua. Calcem e uario lapide Cato Cenſoriuſ improbat. Ex albo melior quam ex duro & ſtructure utilior. Que ex fiſtuloſo: tectoriiſ. Ad utrunq; danatur ex ſilice. Vtilior eade ex effoſſo lapide quā ex ripiſ fluminum collecto. Vtilior e molari quia eſt quedam pinguior natura eiuſ. Mirū aliquid poſtquam arſerit: accēdi aquiſ. Arene tria genera. Foſſicia cui quarta parſ calciſ addi debet. Fluuiatili aut marine tertia. Si & teſte tuſe tertia parſ addāt melior materia erit. Ab appennio ad Padū non inuenitur foſſicia: nec marina. Ruinarū Vrbiſ ea maxime cauſa quod furto calciſ ſine ferrumine ſuo cemēta cōponūt. Intrita quoq; quo uetuſtior eo melior. Vnde & in ātiquarum edium legibuſ īueniē ne recentiora trima uteretur redēptor quiſ quam. Ideoq; nulla tectoria eoꝝ rime fedauere. Tectoriumq; quod niſi ter arenato & biſ marmorato inductum eſt: nō ſatiſ ſplendoriſ habet. Vliginoſa & ubi ſalſugo teſtatio uitia ſublini utiliuſ. In Grecia tectoriiſ etiam arenatũ quod inducturi ſũt: priuſ ĩ mortario ligneiſ uectibuſ ſubigũt. Experimentũ marmorati eſt in ſubigẽdo. donec rutro nõ cohereat. Contra ĩ albario opere: ut macerata calx ceu glutinum hereat: Sed macerari non niſi a gleba oportet. In Elide edeſ eſt Minerue: in qua frater Phidie Panenuſ tectorium induxit lacte & croco ſubactum: ut ferunt. ideo que ſi teratur in ea hodieq; ſaliua pollice: odorẽ croci ſaporemq; reddere traditur. Columne eedere denſiuſ poſite craſſioreſ uidẽt. Quatuor earum genera. Que ſextam partem altitudiniſ ĩ craſſitudine ima habent: Dorice uocantur. Que nonam: Ionice. Que ſeptimam: Thuſcanice. Corinthiiſ eadem ratio que Ioniciſ. Et differencia: quoniam capitulariſ corinthiarũ eadem eſt altitudo que colligitur craſſitudine ima. ideoq; graciliores uidẽtur Ioniciſ capitelli enĩ altitudo tertia parſ eſt craſſitudiniſ. Antiqua ratio erat columnarum altitudiniſ tertia parſ latitudinũ delubri. In Epheſie Diane ede de qua priuſ fuit ſermo primũ columniſ ſpire ſubdite & capitella addita. placuitq; altitudiniſ octaua parſ ĩ craſſitudine. & ut ſpire haberẽt craſſitudiniſ dimidium ſeptimeq; partiſ detrahentibuſ ſummarum craſſitudini. Preter haſ ſunt que uocantur Attice columne quaterniſ anguliſ pari laterum interuallo.

CAP. XXXI. De Mediciniſ Calciſ.

Alciſ & in medicina magnuſ uſuſ. Eligitur enim recenſ. nec aſpera aquiſ. urit. diſcutit. extrahit; incipienteſq; ſerpere ulcerum ĩpetuſ coercet. Aceto & roſaceo temperata perducit ad cicatricem. Luxatiſ quoq; cum adipe ſuillo aut liquida reſina ex melle medetur. Eadem compoſitione & ſtrumiſ.

CAP. XXXII. De Malta.

Alta e calce fit recenti. gleba uino reſtinguitur. Mox tundit̃ cum adipe ſuillo & ficu duplici lineamento. Que reſ omnium tenaciſſima: & duriciam lapidiſ añcedenſ. Quod maltatur oleo profricatur.

CAP. XXXIII. De Gipſo & generibuſ eiuſ.

Ntecognita calci reſ gypſũ eſt. Plura eiuſ genera. Nam e lapide coquitur: ut in Syria ac Thuriiſ. E terra foditur ut in Cypro. ac Perhebie ſumma tellure: & Hymeticum eſt. Qui coquitur lapiſ non diſſimiliſ Alabaſtrite eſſe debet: aut marmoroſo. In Syria duriſſimoſ ad id eligunt: coquũtq; fimo bubulo ut celeriuſ urantur. Omnium autem optimum fieri compertum eſt e lapide ſpeculari ſquamam uitalem habente. Gypſo madido ſtatim utendum eſt: quoniam celerrime coit ac ſiccat̃. Tamẽ rurſuſ tundi & in farinã reſolui patitur. Vſuſ Gypſi in albariiſ ſigilliſ edificiorum & coroniſ gratiſſimuſ. Exemplumq; illuſtre. C. Proculeum Auguſti Ceſariſ familiarem in maximo ſtomachi dolore gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem.

CAP. XXXIIII. De Pauimentiſ: & quando. primum Rome: & quando primum Camerę.

Auimenta originem apud grecoſ habent elaborata arte picture ratione: donec lithoſtrota expulere eã. Celeberrimuſ fuit in hoc zenodaruſ: q Pergami ſtrauit quod uocant Aſaroton quoniam purgamenta cene in pauimento quoq; euerri ſolent: ueluti relicta. Fecerat paruiſ e teſtuliſ tinctiſq; in uarioſ coloreſ. Mirabiliſ ibi colũba bibenſ: & aquã umbra capitiſ infuſcanſ abripiente alia eſcam ſedenteſ uidereſ in cãtari labro. Apricantur alie ſcabenteſ ſeſe. Pauimenta credo primũ facta: que nũc uocamuſ barbarica. atq; ſubregulanea. In Italia e feſtuciſ cannea. hoc aperte ex nomine ipſo intelligi poteſt. Rome ſcalpturatum in Iouiſ Capitolini ede primum factum ẽ poſt tertium Punicum initum. frequentata uero pauimenta ante Cimbricum magna ratia animorum indicio eſt Lucillianuſ ille uerſuſ.

Ante pauimenta atq; emblemata uermiculata.

Subdialia Greci inuenere talibuſ domoſ contegenteſ facili tractu & tepēte. Sed fallax ubicunq; hymbreſ gelant. Neceſſarium binaſ per diuerſum coaxatiōeſ ſubſterni. Capita earum prefigi ne torqueantur. Et ruderi nouo tertiam partē teſte tuſe addi. Deinde ruduſ inquo due quinte calciſ miſceantur: pedali craſſitudine feſtucari. Tunc nucleo craſſo ſex digitoſ īduci & e teſta grādi nō minuſ alioſ duoſ digitoſ ſtrui. Faſtigium uero ſeruari in pedeſ denoſ & ſeſcuncem. Ac diligēter cote deſpumare. Verniſq; axibuſ contabulare. Que torquentur inutilia putant. Immo & ſilice: aut palea ſubſterni meliuſ eſſe quo minor uiſ calciſ perueniat. Neceſſarium & globolū lapidem ſubiici. Similiter fiunt ſpicata teſtacea. Non negligendum etiānū unum genuſ Grecanicum. Solo feſtucato inicitur ruduſ aut teſtaceum pauimētū. Dein ſpiſſe calcatiſ carbonibuſ inducitur ſabulo calce ac fauilla mixtiſ materia: craſſitudine ſemipedali. ad regulam & libellam exigitur: & eſt forma terrena. Si uero cote depolitū eſt: nigri pauimenti uſum obtinet. Lithoſtrota ceptauere iam ſub Sylla paruuliſ certe cruſtiſ. Extatq; hodie quod in fortune delubro Preneſte fecit. pulſa deinde ex humo pauimenta in cameraſ tranſire: ut pronum uitium. Et hoc certe inuentum ab Agrippa in Thermiſ quaſ Rome fecit. Figlinū opuſ encauſto pīxit. In reliquiſ albaria adornauit. Non dubie uitreaſ facturuſ cameraſ. ſi priuſ id īuentum fuiſſet: aut a parietibuſ ſcene ut diximuſ: Scauri perueniſſet in cameraſ. Quamobrem originem uitri dicemuſ.

CAP. XXXV. De origine uitri & ratione faciendi.

Arſ eſt Syrie que Phoenice uocatur finitima Iudee intra montiſ Carmeli radiceſ paludem habenſ que uocatur Candebea. Ex ea creditur naſci Beluſ amniſ quinq; milium. p. ſpatio in mare profluenſ iuxta ptolemaidem coloniam. lentuſ hic currit. iſalubriſ potu. ſed cerimoniiſ ſacer. limoſuſ. uado profūduſ. Nō niſi refuſo mari harēaſ fatetur. Fluctibuſ enim uolutate niteſcunt detritiſ ſordibuſ. Nunc & a marino creduntur aſtringi morſu: non priuſ utileſ. Quingētorum eſt paſſuū nō ampliuſ littoriſ ſpatium. Idq; tantum multa per ſecula gignendo fuit uitro. Fama eſt appulſa naue mercatorum Nitri cum ſparſi per littuſ epulaſ pararent: nec eſſet cortiniſ attollendiſ lapidum occaſio: glebaſ nitri e naue ſubdidiſſe. Quibuſ accenſiſ permixta harena littoriſ tranſlucenteſ nobiliſ liquoriſ fluxiſſe riuoſ. & hanc fuiſſe originem Vitri. mox ut eſt aſtuta & ingenioſa ſollercia non fuit contenta nitrum miſcuiſſe ceptuſ addi & Magneſ lapiſ: qm̄ inſe liquorem uitri quoq; ut ferrum trahere creditur. Simili mō & calculi ſplendenteſ multifariam cepti uri. deīde conche & foſſileſ arene. Autoreſ ſūt in India e cryſtallo fracta fieri: & ob id nullū cōparari indico. Leuibuſ autē aridiſq; ligniſ coquitur addito Cyprio ac Nitro maxime ophirio. Continuiſ fornacibuſ ut eſ liquatur. maſſeq; fiunt colore pīgui nigricanteſ. Acieſ tanta eſt: quacūq; ut citra ullū ſenſum ad oſſa conſecet quicquid afflauerit corporiſ. Ex maſſiſ rurſuſ fūditur in officiniſ tinguiturq; & aliud flatu figuratur. Aliud torno teritur: aliud argenti modo celatur. Sidone quondam iiſ officiniſ nobili: ſiquidem etiam ſpecula excogitauerat. Hec fuit antiqua ratio uitri. Iam uero & in Vulturno mari Italie arena alba naſcēſ ſex milium paſſuum a littore inter Cumaſ atq; Lucrinū que molliſſīa eſt. pila molaq; teritur. Dein miſcetur tribuſ partibuſ nitri pondere uel menſura: ac liquata in aliaſ fornaceſ tranſfunditur. Ibi fit maſſa que uocatur hammonitrum. Atq; hec recoquitur & fit uitrum purum ac maſſa uitri candidi. Iam uero & per Galliaſ Hiſpaniaſq; ſimili modo arene temperantur. Ferunt Tyberio Principe excogitatum uitri tēperamētū ut flexibile eſſet. & totam officinam artificiſ eiuſ abolitam: ne eriſ argēti auri metalliſ pretia detraherentur. Eaque fama diu crebrior quam certior fuit. Sed quid refert? Eroniſ prīcipatu reperta uitri arte que modicoſ caliceſ duoſ: quoſ appellabāt petrotoſ. Hſ. ſex milibuſ uenderet.

CAP. XXXVI. De obſidiano uitro. & multiſ eiuſ generibuſ.

N genere Vitri & Obſidiana numerantur: ad ſimilitudinē lapidiſ quē ī Ethiopia inuenit Obſidiuſ nigerrimi coloriſ: aliquando & tranſlucidi: craſſiore uiſu atq; in ſpeculiſ parietum pro imagine umbraſ reddente. Gemmaſ multi ex eo faciūt: Vidimuſq; & ſolidaſ imagineſ Diui auguſti. capti materia huiuſ craſſitudiniſ. Dicauitq; ipſe ꝑ miraculo ī tēplo cōcordie obſidiāoſ quatuor elephātoſ. Remiſit & Tiberiuſ Ceſar Heliopolitarū cerimoniiſ repertam ibi ī hereditate eiuſ qui prefuerat Egypto: obſidianam imaginem Menelai. Ex quo apparet antiquior materie origo nunc uitri ſimilitudine interpolata. Xenocrateſ obſidianum lapidem in India & in Samnio Itale & ad occeanum in Hiſpania naſci tradit. Fit & tincture genere obſidianum ad eſcaria uaſa totum rubenſ uitrum atq; non tranſlucenſ: hematinon appellatū. Fit & album & murrhinum aut hyacinthoſ ſapphyroſq; imitatum: & omībuſ aliiſ coloribuſ. Nec eſt alia num materia ſequatior: aut etiā picture accōmodacior. Maximuſ tamē honoſ in candido tranſlucente qua proxima cryſtalli ſimilitudīe. Vſuſ uero ad potādum argenti metalla & auri pepulit. Eſt autem caloriſ impatienſ ni precedat frigiduſ liquor: Addita aqua uitree pile ſole aduerſo ī tātū excādeſcit: ut ueſteſ exurat Fragmenta teporata agglutinantur tantum. rurſuſ ad fūdi non queūt preterquā abrupto ſibimet tingui ueluti cum calculi fiunt. quoſ quidam abaculoſ appellant. aliquoſ etiam pluribuſ modiſ uerſicoloreſ. Vitrum ſulphuri concoctum ferruminatur in lapidem.

CAP. XXXVII. De miraculiſ ignium. & medicine prodigiiſ.

T peractiſ omnibuſ que conſtant ingenio artē natura faciēte: ſuccurrit mirari nihil pene non igni perfici. Igniſ accipit arenaſ: ex quibuſ alibi uitrum alibi argentum: alibi minium alibi plumbi genera: alibi pigmēta: alibi medicamēta fundit. Igne lapideſ in eſ ſoluunt. Igne ferrum gignitur: ac domatur. Igne cremato lapide cementa in tectiſ alligantur: Alia ſepiuſ uri prodeſt. Eademq; materia aliud gignit primiſ ignibuſ. aliud ſecundiſ. aliud tertiſ. Quando ipſe carbo uireſ habere incipit reſtinctuſ. atq; interiſſe credituſ. maioriſ fit uirtutiſ. Immenſa & improba rerū nature portio. Et in qua dubium ſit plura abſumat: an pariat. Eſt & ipſiſ ignibuſ medica uiſ. Peſtilentie que ſoliſ obſcuratione cōtrahīt igniſ ſuffitu multiformiter auxiliari certū eſt. Empedocleſ & Hippocrateſ id demonſtrauere diuerſiſ lociſ. Ad conuulſa uiſcera aut contuſa ut. M. Varro autor eſt. Ipſiſ enim uerbiſ eiuſ utar. Lixciniſ eſt inquit foci. Inde enim ciniſ luxatuſ potuſ medetur. Vt licet uidere gladiatoreſ cum deluſerīt hac iuuari potione. Quin & carbunculum genuſ morbi quo duoſ Conſulareſ nuper abſumptoſ indicauimuſ querneuſ carbo trituſ cum melle ſanat adeo in rebuſ damnatiſ quoq; ac iam nulliſ ſunt aliqua remedia: Non preteribo & unum foci exēplū Romaniſ litteriſ clarum. Tarquinio Priſco regnante tradunt repente in foco cōparuiſſe genitale e cinere maſculini ſexuſ. eamq; que inſederat ibi: Tanaquiliſ Regine ancillam Ocreſtam captiuā conſurrexiſſe grauidam. Ita Seruium Tullium natum qui regno ſucceſſit. Inde & in regia cubāti puero caput arſiſſe uiſum creditumq; Lariſ familiariſ filium. Ob id Compitalia & ludoſ Laribuſ primum inſtituiſſe.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER TRIGESIMVS SEXTVS DE NATVRA LAPIDVM FINIT. INCIPIT TRIGSIMVS SEPTIMVS DE GEMMIS FOELICITER.

CAP. I. Probemiũ & de Anulo Promethei.

T nihil inſtituto operi deſit: gemme ſuperſunt: & in artum coacta rerum nature maieſtaſ: nulla ſui parte mirabilior. Tãtũ tribuunt uarietati. coloribuſ materie. decori. Violare etiam ſigniſ gemmaſ nefaſ ducenteſ. Aliquaſ uero extra precia ulla taxationẽq; humanarum opum arbitranteſ ut pleriſq; ad ſummam abſolutamq; rerũ nature contemplationem ſatiſ ſit una aliqua gemma. Que fuerit origo gemmarum & quibuſ initiiſ ĩtantũ hec ammiratio exarſerit diximuſ quadam tenuſ in mentione auri annulorũq;. Fabule primordiũ a rupe caucaſea tradunt Promethei uinculorum ĩterpretatione fatali. primũq; ſaxi fragmẽtum incluſum ferro ac digito circũdatum. hoc fuiſſe annulum & hoc gemmam.

CAP. II. De Gemma polycratiſ Tyranni.

Iſ initiiſ cepit auctoritaſ in tantum amorem elata ut Polycrati Samio ĩſularũ ac littorum tyranno felicitatiſ ſue quam nimiam fatebatur eſſe ſatiſ piamenti in uniuſ gemme uoluntario damno uideretur: Si cum fortune uolubilitate paria faceret planeq; ab inuidia eiuſ ab unde ſe redimi putaret: ſi hoc unum doluiſſet. Aſſiduo ergo gaudio laſſuſ profectuſ nauigio in altum annulum merſit. at illum piſciſ eximia magnitudine regi natuſ eſce uice raptum ut faceret oſtentum: in culinam domini rurſuſ fortune inſidiantiſ manui reddidit. Sardonicẽ eam gemmam fuiſſe conſtat. oſtẽdũtq; Rome: ſi credimuſ: in Concordie delubro cornu aureo Auguſti dono incluſã & nouiſſimum prope locum tot prelatiſ obtinentem.

CAP. III. De Gemma pyrrhi regiſ & gemmiſ Iſmeniæ. & de optimiſ ſculptoribuſ: nobilitatibuſq; artificum.

Oſt hunc annulum regia fama eſt gemma Pirrhi illiuſ qui aduerſuſ Romanoſ bellum geſſit. nanq; habuiſſe traditur Achaten in qua nouem muſe & Apollo citharam teneneſ ſpectarentur: non arte: ſed ſponte nature ita diſcurrẽtibuſ maculiſ: ut muſiſ quoq; ſinguliſ ſua redderentur inſignia. Nec deinde alia que tradatur magnope gẽmarũ claritaſ extat apud autoreſ: preterq̃ Iſmeniã Choraulen multiſ fulgẽtibuſq; uti ſolitũ comitãte fabula uanitatẽ eiuſ nidicãte. in cypro hic aureoſ denarioſ cẽtũ pro Smaragdo in qua fuerat ſculpta amimone iuſſit enumerari. Et cum duo relati eſſẽt imminuto precio: male me herculeſ curatum dixit. Multum. n. detractum erat gẽme dignitati. Hic uidetur inſtituiſſe. ut omneſ muſice artiſ hac quoq; oſtentatione cẽſerẽt ueluti dionyſiodoruſ equaliſ eiuſ & emuluſ: ut ſibi quoq; par uideretur. Tertiuſ qui eodem tempore fuit inter muſicoſ Nicomachuſ multaſ gemmaſ habuiſſe traditur: ſed nulla peritia electaſ. ſed ſorte quadam. Hiſ exempliſ initio uoluminiſ oblatiſ aduerſuſ iſtoſ qui ſibi hanc oſtentationem arrogant: ut palam ſit eoſ tibicinum gloria tumere. Hoc in Polycratiſ gemma que demõſtratur illibata intactaq; ab Iſmenie etate poſt multoſ annoſ apparet ſcalpi etiam ſmaragdoſ ſolitoſ. Confirmat hanc eãdẽ opinionem edictum Alexandri magni: quo uetuit in gemma ſe ab alio ſcalpi quam a Pyrgotele non dubie clariſſimo artiſ eiuſ. Poſt eum Appolonideſ & Croniuſ in gloria fuere. Quiq; Diui Auguſti imaginẽ ſimilẽ expreſſit qua poſtea prĩcipeſ ſignabãt dioſcorideſ

Sylla Dictator traditione Iugurthe ſemper ſignauit. Eſt & inter autoreſ Catienſem illum cuiuſ patrem Scipio Emilianuſ ex prouocatione interfecerat: pugne eiuſ effigiē ſignaſſe uulgato Stilloniſ Precontini ſale: Quid nam fuiſſe acturum eum ſi Scipio a patre eiuſ interemptuſ eſſet? Diuuſ Auguſtuſ inter initia ſpinge ſignauit. Duaſ aút in matriſ annuliſ iam indiſcrete ſimilitudiniſ inuenerat. Altera per bella ciuilia abſente eo amici ſignauere epiſtolaſ & edicta. Que ratio temporum nomine eiuſ reddi poſtulabat. non in faceto lepore accipientium eniamata afferre eam ſpingem. Quin etiam Mecenatiſ rana per collationem pecuniarum í magno terrore erat. Auguſtuſ poſtea ad deuitanda conuitia Spingiſ Alexandri Magni imagine ſignauit.

CAP. IIII. Quiſ primuſ Dactylothecam Romæ habuerit.

Emmaſ pluréſ quod peregrino appellant nomine Dactylothecam primuſ oīm habuit Rome priuignuſ Sylle Scauruſ. Diuq; nulla alia fuit: donec Pompeiuſ Magnuſ eam que Mithridatiſ Regiſ fuerat: inter dona in Capitolio dicaret: ut. M. Varro: aliiq; eiuſdem etatiſ autoreſ confirmant. multum prelatam ſcauri. Hoc exēplo Ceſar Dictator ſex Dactylothecaſ í ede Veneriſ genitriciſ conſecrauit. Marcelluſ octauia genituſ in palatina appolliniſ ede unam.

CAP. V. De gemmiſ tranſlatiſ in triumpho Pompeii: & natura Murrinorum.

Ictoria tamen illa Pompei primú ad margaritaſ gemmaſq; moreſ inclinauit. Sicut. L. Scipioniſ. &. Cn. Manlii ad celatú argentú & ueſteſ attalicaſ. & triclinia erata. Sicut. L. Mummii ad Corinthia. & tabulaſ pictaſ. Id uti planiuſ noſcat̄: uerba ex ipſiſ Pompeii Triumphorum actiſ ſubiiciá. Ergo tertio triumpho quē de Piratiſ Aſia. Póto gentibuſq; & Regibuſ í ſeptimo operiſ huiuſ uolumine ídicatiſ. M. Piſone M. Meſſalla Conſſ. pridie kalendaſ octobriſ. die nataliſ ſui egit. tranſtulit alueum cú teſſeriſ luſorium e gemmiſ duabuſ latum pedeſ treſ: longú pedeſ quatuor. nec quiſ de ea re dubitet: nulla gemmarum magnitudine hodie prope ad hác āplitudinē accedēte. In quo fuit luna aurea: pondo. xxx. milium. Lecti tricliniareſ treſ. Vaſa ex auro & gemmiſ abacorum nouē: Signa aurea tria: Minerue. Martiſ. & Appolliniſ: corone ex margaritiſ. xxx. treſ. Montem aureum quadratum cú ceruiſ & leonibuſ & pomiſ omniſ generiſ circumdante uite aurea Muſeum ex margaritiſ. in cuiuſ faſtigiú horologiú erat. Imago. Cn. Pompeii e margaritiſ. illa regio honore grata. illiuſ probi oriſ uenerandiq; per cunctaſ genteſ illa in quam ex margaritiſ. ſeueritate uicta & ueriore luxuria quam triumpho. Quod profecto inter illoſ uiroſ duraſſet cognomen. Magni: ſi prima uictoria ſic triumphaſſeſ de margaritiſ Magne: tam prodigia re & feminiſ reperta quam habere gereréq; faſ non ſit. hinc ſic fieri tuoſ uultuſ? ſic te preciosum uideri? nonne illa ſimilior tui eſt imago quam Pyrenei iugiſ impoſuiſti? Graue profecto fedumq; probrum erat: ni ueriuſ ſeuum deorú oſtentum credi oporteret. Clareq; intelligi poſſet iá tú illud caput orientiſ opibuſ ſine reliquo corpore oſtētatú. Cetera triumphi eiuſdem q̃ueriſſime ſubiiciam. Rei P. datum mille talentú. Legatiſ & queſtoribuſ qui oraſ mariſ defendiſſent ſeſtertia bina milia. Cómilitibuſ ſígulíſ quíquaginta. Tolerabiliorem tamē fecit cauſam Caii prícipiſ qui ſuper ónia muliebria oculoſ induebat e margaritiſ. Et Neroniſ prícipiſ qui ſceptra perſoniſ hiſtrionum & cubicula uiatoria unionibuſ cóſternebat. Quinimmo etiá iuſ uidemur ꝑdidiſſe corripienda gemmata potoria: & uarie ſupellectiliſ genera annuloſ tranſeútéſ. Que enim non luxuria ínocentior exiſtimari poteſſit? Eadē uictoria primú in urbē murrina inuexit. primuſq; Pompeiuſ ſex pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit

Que protinuſ ad hominum uſum tranſiere. Abaciſ etiam eſcariiſq; uaſiſ inde expetitiſ. Excreſcitq; in dieſ eiuſ rei luxuſ murrino .lxxx. ſeſtertiiſ empto capaci plane ad ſextarioſ treſ. Caliceq; potauit ex eo ante hoſ annoſ Conſulariſ ob amorem ab raſo eiuſ margine ut tñ iniuria illa preciũ augeret. Neq; ē hodie murrini alteriuſ preſtãtior indicatura. Idem ĩ reliquiſ generiſ eiuſ quãtũ ualuerit licet eſtimare ex multitudine que tãta fuit. ut auferẽte liberiſ eiuſ Nerone Domitio theatrũ peculiare trãſ tiberĩ hortiſ expoſita occuparent: hoc a populo impleri cauenteſ. Et dũ Pompeianiſ p̄ludit etiam Neroni ſatiſ erat: qui uidit tunc annumerari uniuſ ſcyphi fracta membra: que in dolorem credo ſeculi inuidiamq; fortune tanquam Alexandri Magni corpuſ ĩ cõditorio ſeruari ut oſtentarentur: placebat. T. Petroniuſ Cõſulariſ moriturus: inuidia Neroniſ Principiſ ut menſã eiuſ exheredaret: trullã murrinam .ccc. ſeſtertiiſ emptã fregit. Sed Nero ut parerat Principem uicit omneſ .cccc. ſeſtertiiſ capedinem unam parando. Memoranda reſ tanti imperatorem patremq; patrie bibiſſe. Orienſ murrina mittit. Inueniũt̃ enim ibi ĩ pluribuſ lociſ nec ĩſignibuſ. Parthici Regni. Precipua tamen in Carmania. Humorem putant ſub terra calore denſari. Amplitudine nuſq̃ paruoſ excedunt abacoſ. Craſſitudine rara quanta dictum eſt uaſi potorio. Splẽdor iiſ ſine uiribuſ. nitorq; ueriuſ quam ſplendor. Sed in precio uarietaſ colorum: ſubinde circumagentibuſ ſe maculiſ in purpuram candoremq;. & tertium ex utroq; igneſcente ueluti ꝑ tranſitum coloriſ purpura aut rubeſcẽte lacteo. Sũt qui maxime ĩ iiſ laudẽt extremitateſ: & quoſdam colorum repercuſſuſ: qualeſ in celeſti arquu ſpectãt̃. Hiſ Macule pingueſ placẽt. Tranſlucere quicq̃ aut pallere: uitiũ eſt. Item ſaleſ uerruceq; non eminenteſ ſed ut ĩ corpore etiã plerunq; ſeſſileſ. Aliqua & in odore commẽdatio ē.

CAP. VI. De Cryſtallo: & natura ac luxuria eiuſ.

Ontraria huic cauſa cryſtallum facit: gelu uehementiore concreto. Nec alibi certe reperitur: q̃ ubi maxime hyberne niueſ rigent. glaciemq; eſſe certum eſt. unde & nomen Greci dedere Orienſ & hanc mittit. Sed indice nulla prefertur. naſcitur & in Aſia. uiliſſima circa alabandam & Hortoſiam finitimiſq; montibuſ. Item in Cypro. Sed laudata in Europa alpiũ iugiſ. Iuba autor eſt & ĩ quadam inſula Rubri mariſ ante Arabiam ſita naſci que Nerõ uocetur. & in ea que iuxta gemmam topacion ferat. Cubitalẽq; effoſſam a Pythagora Ptolemei Regiſ Prefecto. Corneliuſ Bocchuſ & in Luſitania ꝑ quã mirandi ponderiſ immenſiſ iugiſ deprehẽſiſ ad liberamẽtum aque puteiſ. Mirum & quod Xenocrateſ tradit Epheſiuſ aratro ĩ Aſia & Cypro excitari. Nõ enim inueniri ĩ terreno: nec niſi inter cauteſ: creditum fuerat. Similiuſ ueri eſt: quod idem Xenocrateſ tradit torrentibuſ ſepe deportari. Sudineſ uero negat niſi ad meridiẽ ſpectantibuſ lociſ naſci. Quod certũ ē: non. n. reperitur in aquoſiſ quanq̃ in regione pregelida: uel ſi ad uada uſq; glatiẽt amneſ. Celeſti hũore paruaq; niue id fieri neceſſe eſt. ideo caloriſ impatienſ nõ niſi frigido potu addicatur. Quare naſcat̃ anguloſiſ lateribuſ: nõ facile ratio inueniri poteſt. eo magiſ ꝙ neq; ĩ mucrõibuſ eadem ſpecieſ eſt. ita abſolutuſ eſt laterum leuor: ut nulla id arte poſſit equari. Magnitudo ampliſſĩa adhuc uiſa nobiſ erat: q̃ in Capitolio Liuia Auguſta dicauerat librarum circiter .L. Idem Xenocrateſ autor eſt. uaſ amphorale uiſum. Et aliqui ex India cryſtallum: ſextariorum quattuor. Noſ liquido affirmare poſſumuſ ĩ cautibuſ alpium naſci adeo inuiiſ ut plerunq; fune pendenteſ eam extrahant. Peritiſ ſigna & ĩditia nota ſunt. Infeſtant plurĩſ uitiiſ: ſcabro ferrumine maculoſa nube occulta aliquãdo uomica. preduro fragiliq; centro ſale appellato. Eſt & ruffo aliquibuſ rubigo. Aliiſ capillamentum rime ſimile. Hoc artificeſ celatura occultant. Que uero ſine uitio ſunt: puraſ eſſe malunt aſyntheta appellanteſ. nec ſpumei coloriſ lympideq;: Poſtrema uero autoritaſ in pondere eſt. Inuenio medicoſ que ſunt urenda corporum nó aliter utiliuſ id fieri putare q̄ cryſtallina pila aduerſiſ appoſita ſoliſ radiiſ. Aliuſ hic furor HS. centum. L. milibuſ trulla una non ante multoſ annoſ mercata a matrifamiliaſ nec diuite. Item Nero ammiſſarum rerum nuntio accepto duoſ caliceſ cryſtallinoſ in ſuprema ira fregit illiſoſ. Hec fuit ratio ſeculum ſuum punientiſ ne quiſ aliuſ ex eiſ biberet. Fragmenta ſarciri nullo modo queunt. Mireq; ad ſimilitudinē acceſſere uitri: ſed prodigii modo ut ſuum precium auxerint: cryſtalli non diminuerint.

CAP. VII. De Sucino & electro.

Roximum locum in deliciiſ feminarum tamē adhuc tantum ſucina obtinēt. eādemq; ommnia hec quam gemme autoritatem. Sane maiorē aliquibuſ decauſiſ cryſtallina & murrina. Rigidi potuſ utraq;. In ſuciniſ cauſā ne delicie quidem adhuc excogitauerunt. occaſio eſt uanitaſ grecorum diceret modo legenteſ eque pepertiantē me de ortu eorum: cum hoc quoq; interſit uite ſcire poſteroſ quicq̄d illi prodidere mirandum. Phaetontiſ fulmīe icti ſororeſ fletu mutataſ ī arboreſ populoſ lachrymiſ electrum omnibuſ anniſ fundere iuxta Eridanum amnem: quem padum uocamuſ. Et electrum appellatum: quoniam ſol uocitatuſ ſit Electroſ: plurimi poete dixere. p̄miq; ut arbitror: Eſchyluſ. Philoxenuſ. Nicandor Euripideſ Satyruſ. Quod eſſe falſum Italie teſtimonio patet. Diligentioreſ eorum Electidraſ inſulaſ in mari Hadriatico eē dixerunt. ad q̄ſ dilaberetur Paduſ. Qua appellatione nulla unquam ibi fuiſſe: certū ē Nec uero ullaſ ibi appoſitaſ eſſe ī quaſ quicq̄ curſu Padi deuehi poſſit. Nā quod Eſchyluſ ī Hiberia hoc ē ī Hiſpania Eridanū eſſe dixit: eundēq; appellari Rhodanū: Euripideſ rurſuſ & Appolloniuſ in Hadriatico littore confluere Rhodanū & Padū faciliorē ueniam facit ignorati ſucini: ī tāta orbiſ ignorātia. Modeſtioreſ ſed eq; falſū prodidere in extremiſ Hadriatici ſinuſ rupibuſ inuiiſ arboreſ ſtare que caniſ ortu hoc effunderent gummi. Theophraſtuſ in Liguria effodi dixit. Phetontem ī Ethiopia Hāmoniſ obiſſe. Ob id delubꝝ ibi eſſe atq; oraculum Electrūq; gigni. Philemon foſſile eſſe. & in ſchytia erui duobuſ lociſ: Candidum atq; cerei coloriſ. quod uocaret̄ Electrum. In alio loco fuluum quod appellaretur Sualternicū. Demoſtratuſ: Lyncurion id uocat: & fieri ex urina Lyncum beſtiarum. E maribuſ fuluum & igneum E feminiſ languidiuſ atq; candidum. Alii dixere langurium. & eſſe in Italia beſtiaſ languriaſ. Zenothemiſ Longaſ uocat eaſdem: & circa Padum iiſ uitam affirmat. Sudineſ arborem que gignat in liguria. In eadē ſētencia & Metrodoruſ fuit. Sotacuſ credidit ī Brittānia arboribuſ effluere: quaſ electridaſ uocauit. Pytheaſ Gutonibuſ Germanie genti accoliſ eſſe eſtuarium Metonomon nomine ab oceano ſpacio ſtadiorum ſex milium. Ab hoc diei nauigatione īſulā abeſſe Abalum. Illo uere fluctibuſ aduehi. & eſſe concreti mariſ purgamētū. Incolaſ pro ligno ad ignē uti eo ꝓximiſq; Teutoniſ uendere. huic & Thimeuſ credidit. Sed inſulam Baliſiā uocauit. Philemō negauit flāmam ab Electro reddi. Niciaſ ſoliſ radiorum ſuccum ītelligi uoluit. Hoſ circa occaſum credit uehementioreſ ī terram actoſ pinguē ſudorē in ea parte Oceani relinquere. deinde eſtatibuſ in Germanorum littora eiici. Et in Egypto naſci ſimili modo Et uocari Sacal. Item in India: gratuiſq; thure eſſe Indiſ. In Syria quoq; feminaſ uerticilloſ inde facere. & uocare Harpaga: quia folia & paleaſ: feſtiumq; fibribuſ rapiat. Theophraſtuſ Oceano id exeſtuante ad Pyrenei promontorium eiici Quod Xenocrateſ credidit: qui de iiſ nuperrime ſcripſit. Viuit adhuc Aſarubaſ: qui tradidit iuxta Atlanthicum mare eſſe lacum Cephiſida: quem Mauri uocēt Electrū.

XXXVII

Hunc ſole excalfactum: e limo dare Electrum fluitanſ. Mneſiaſ Africe lacum Sicyonem appellatum: & Cratinam amnem in Oceanum effluentem e lacu: in quo aueſ quaſ Meleagridaſ & Penelopaſ uocat uiuere. Ibi naſci ratione eadẽ qua ſupra dictũ eſt de Electride lacu. Theomeneſ dicit iuxta Syrtin magnam hortum Heſperidum eſſe: ex quo in ſtagnũ cadat. Colligi uero a uirginibuſ Heſperidum. Cteſiaſ indiſ flumen eẽ Hypobarũ: quo uocabulo ſignificet̃ õnia uaſa ferre bona. Fluere a Septentrione in exortum oceanum iuxta montem ſilueſtrem arboribuſ Electrum ferẽtibuſ Arboreſ eaſ Aphytagoraſ uocari: q̃ appellatõne ſignificet̃ predulciſ ſuauitaſ. Mithridateſ in Germanie littoribuſ eſſe inſulam: uocariq; eam Cedron. cedri genere ſiluoſã inde defluere in petraſ. Xenocrateſ non ſucinum tantum in Italia: uerum etiã Thieũ uocari a Scythiſ uero ſacrium quoniam & ibi naſcat̃. Alioſ putare ĩ Humidia gigni Super omneſ eſt Sophocleſ Tragicuſ poeta: quod equidem miror tãta grauitate coturni & preterea uite fama aliaſ principali loco genituſ Atheniſ rebuſ geſtiſ exercitu ducto. Hic ultra Indiã fieri dixit e lachrymiſ Meleagridum auiũ Meleagrũ deflẽtiũ Quod & credidiſſe eum: uel ſperaſſe alii perſuaderi poſſe: quiſ non miretur: quamue puericiam tam imperitiã poſſe reperiri que auiũ ploratuſ annuo credat: lachrimaſue tam grandeſ: aueſque e Grecia ubi Meleagar periit ploratum iſſe in Indoſ? Quid ergo? Non multa eque fabuloſa produnt poete? Sed hoc ea in re que cotidie inuehatur: atq; abundet: & hoc mendacium coarguat ſerio quenq̃ dixiſſe Summa hominum contencio eſt: & intoleranda mendaciorum impunitaſ. Certũ eſt gigni ĩ ĩſuliſ ſeptẽtrionaliſ oceani & a Germaniſ appellari Gleſſum itaq; & a noſtriſ unã ĩſularum ob id gleſſariam appellatam: Germanico Ceſare ibi claſſibuſ rem gerente: Auſtrauiã a Barbariſ dictam. Naſcitur autem defluẽte medulla pinei generiſ arboribuſ: ut gũmi in ceraſiſ: reſina pineiſ erũpit humoriſ abundantia. Dẽſatur rigore uel tepore aut mari cum uero intumeſcenſ eſtuſ rapuit ex inſuliſ: certe in littora expellitur: ita uolubile ut pendere uideatur. Quod arboriſ ſuccum eſſe etiam priſci noſtri credidere: ob id ſucinum appellanteſ. Pinee autem arboriſ eſſe indicio eſt pineuſ in attritu odor. & q̄ accẽſũ cede modo ac nidore fragret. Afferẽt a Germaniſ ĩ Pannoniam: mox per prouinciam: Inde ueneti: primum quoſ Greci Enetoſ uocãt: rei famã fecere. Proxime pannonie id accipienteſ circa mare Hadriaticũ. Pado uero adnexa fabule uidet̃ cauſa: hodieq; Tranſpadanarum agreſtibuſ feminiſ: monilium uice ſucina geſtãtibuſ maxime decoriſ gratia. Sed & medicine: quando tonſilliſ creditur reſiſtere. & fautium uitiſ uario genere aquarum iuxta illoſ infeſtante guttura ac uicinaſ carneſ. Centum fere milibuſ paſſuum abeſt a Carnunto littuſ Pannonie ex quo id Germanie ſuehit̃. precognitum nuper. Vidit enim equeſ Romanuſ miſſuſ ad id comparandũ a Iuliano curante gladiatorium munuſ Neroniſ Principiſ. Qui hec cõmercia & littora peragrauit: tanta copia inuecta ut retia arcendiſ feriſ populũ protegẽtia ſuciniſ nodarẽt̃ Arma uero & librilla totuſq; uniuſ diei apparatuſ eſſet e ſuccino. Maximũ ponduſ iſ glebe attulit. xiii. librarum. Naſci & in India certum eſt. Archelauſ qui regnauit in Cappadocia illinc cortice inherente tradit aduehi rude: poliriq; lacte incoctum. Liquidem primo deſtillare argumento ſunt quedam intuſ tranſlucentia: ut formice aut culiceſ: lacerteq; quaſ adheſiſſe muſteo: non eſt dubium: & incluſaſ indureſcenti. Genera eiuſ plura: Candida odoriſ preſtantiſſimi. Sed nec hiſ nec tetriſ pretiũ: Fuluiſ maior autoritaſ. Ex iiſ etiamnum amplior tranſ lucentibuſ: preter quam ſi nimio ardore flagrent: imaginemq; igneam in eſſe: non ignem placet. Summa lauſ Falerniſ a uini colore dictiſ Mollia fulgure perſpicua ſunt: mihi quibuſ & decocti melliſ lenitaſ placet. Verum hoc quoq; notum fieri oportet quocunq; modo tingui libeat: hedorũ ſeuo & Ancuſe radice. Quippe etiam conchylio ĩficiuntur. Ceterum attritu digitorũ accepta ui caloriſ attrahunt in ſe paleaſ & folia arida: ut Magneſ lapiſ ferrum. Ramenta quoq; ſucini oleo addito flagrant dilucidiuſ diutiuſq; q̃ lini medulla. Taxatio in deliciiſ tanta ut hominiſ quãuiſ parua effigieſ uiuorum hominum uigentiũq; ꝑcia ſuperet. prorſuſ ut caſtigatio una non ſit ſatiſ. In Corinthiiſ eſ placet auro argentoq; mixtum. in celatiſ arſ & ingenia. Murrinorum & cryſtallinorum diximuſ gratiam. Vnioneſ ꝙ capite circunferuntur. gemme digitiſ. In omnibuſ deniq; aliiſ uitiiſ oſtẽtacio aut uſuſ placet. In ſuciniſ deliciarum tantum conſciẽcia. Domitiuſ Nero ĩ ceteriſ uite ſue portentiſ capilloſ quoq; coniugiſ ſue Popee in hoc nomen adoptauerat quodam etiam carmine ſucinoſ appellando. Et quoniam nulliſ uitiiſ deſunt precõſa noĩa ex eo tertiuſ hic quidem coloſ cepit expeti a matroniſ. Vſuſ tamen ſucinorum ĩueniẽ aliquiſ ĩ medicina. ſed nõ ab hoc femĩſ placẽt. Infantibuſ alligari Amuleti ratione prodeſt. Calliſtratuſ & cuicũq; etati contra lymphationeſ prodeſſe tradit. Et urine difficultatibuſ potũ: alligatũq;. Hic & differentiã nouam attulit appellãdo Chryſolectꝝ quaſi coloriſ aurei & matutino grauiſſimi aſpectuſ. Rapaciſſimum ignium & ſi iuxta fuerint: celerrime ardeſcenſ. Hoc collo alligatum. mederi febribuſ & morbiſ. Tritum cum melle ac roſaceo aurium uitiiſ. Et ſi cum melle attico conteratur: oculorũ quoq; obſcuritatibuſ. Stomachi etiã uitiiſ uel per ſe farina eiuſ ſumpta: uel cum maſtice ex aqua pota. Sucina etiam gemmiſ que ſunt tranſlucide: adulterandi magnum habent locum. maxime Amethiſtiſ: cum omni ut diximuſ colore tingantur.

CAP. VIII. De Lyncurio.

E lyncurio proxime dici cogit autorũ pertinatia. Quippe etiã ſi non Electrũ id eſſet lyncurium tamen gemmam eſſe contendunt. Fieri autem ex urina quidẽ Lynciſ ſed egeſtam terra protinuſ beſtia operienti eam: quoniam inuideat hominum uſui. Eſſe autem qualem in igneiſ ſuciniſ colorem. ſcalpiq;. Nec folia tantum aut ſtramenta ad ſe rapere: ſed eriſ etiam ac ferri laminaſ: quod diocleſ quidẽ & Theophraſtuſ credidit. Ego falſum id totum arbitror. nec uiſum in euo noſtro gemmam ullam ea appellatione. Et quod de medicina ſimul prodit̃ calculoſ ueſice eo poto elidi. & morbo regio occurri. ſi ex uino bibatur aut ſi portetur. Et tamẽ nunc gemmarũ cõfeſſa dicemuſ a laudatiſſimiſ orſi. Nec uero id ſolum agemuſ: ſed ad maiorem utilitatẽ uite obiter coarguetur magorum infanda uanitaſ. quando illi uel plurima prodidere de gemmiſ medicine ex iiſ ſpecieſ blando prodigio tranſgreſſi.

CAP. VIIII. De Adamantiſ generibuſ & medicinis.

Aximum in rebuſ humaniſ non ſolum inter gemmaſ precium habet Adamaſ. diu non niſi regibuſ: & iiſ admodum pauciſ cognituſ. unuſ modo ĩ metalliſ repertuſ. per q̃ raro comeſ auri nec niſi in auro naſci uidebatur. Vetereſ eũ in Ethiopũ tãtũ metalliſ inueniri exiſtimauere: inter delubrum Mercurii atq; inſulã Meroen. dixeruntq; non ampliorem cucumeriſ ſemine aut colore diſſimilem inueniri. Nũc genera eiuſ ſex noſcuntur. Indici non in auro naſcentiſ: ſed quadã cryſtalli cognatione. Siquidem & colore tranſlucido non differt. Et laterum ſexangulo leuore turbinatuſ in mucronem. aut duabuſ contrariiſ partibuſ: quo magiſ miremur: ut ſi duo turbineſ latiſſimiſ ſuiſ partibuſ iungantur magnitudine uero etiam auellani nuclei. Similiſ ẽ huic quidem Arabicuſ minor tantum. Similiter & naſcenſ: ceteriſ pallor gentiſ. & in auro non niſi excellentiſſimo naraliſ. Incudibuſ hi deprehenduntur: ita reſpuẽteſ ictum ut ferrum utrinq; diſſultet: incudeſq; etiam ipſe diſſiliant. Quippe duricia inenarrabiliſ ẽ ſimulq; ignium uictrix natura. & nunquam incaleſcenſ. Vnde & nomen indomita uiſ Greca īterpretationē accepit. Vnū ex iiſ uocant Cenchrō: quod ē milii magnitudīe Alterum Macedonicum in Philippico auro repertum. & hic eſt cucumi ſemine par. Poſt hoſ Cypriuſ uocatur in Cypro repertuſ uergenſ in ereum colorem. Sed ī medicina ut dicemuſ: efficaciſſimuſ. Poſt hunc eſt Sidiriteſ ferrei ſplēdoriſ. Pondere ante ceteroſ. Sed natura diſſimiliſ. Nam & ictibuſ frangitur. & alio adamante perforari poteſt. Quod & Cyprio euenit. breuiterq; ut degenereſ nominiſ tantum autoritatem habent. Idq; quod totiſ uoluminibuſ hiſ docere & mandare conati ſumuſ de diſcordia rerum concordiaq;: quam antipathiam ac ſynpathiam appellauere Greci non aliter clariuſ intelligi poteſt. Siquidem illa inuicta uiſ duarum uiolentiſſime nature rerum ferri igniſq; contemptrix hircino rumpitur ſanguine ac ne aliter q̄m recenti calidoq; macerata. Et ſic quoq; multiſ ictibuſ. tunc etiam preterq̄ eximiaſ incudeſ malleoſq; ferreoſ frangenſ. Cuiuſ hoc ingenio inuentum? Quoue caſu repertum? Aut que fuit coniectura experiēdi rem immenſi ſecreti. & infediſſimo animalium omniū. Profecto muneriſ taliſ inuentio hominiſ eſt. nec querenda in ulla parte nature ratio: ſed uolūtaſ. Vt cum feliciter rumpere contingit: in tam paruaſ frangantur cruſtaſ ut cerni uix poſſint. Expetuntur a ſcalptoribuſ. ferroq; includuntur: nullam non duriciā ex facili cauanteſ. Adamaſ diſſidet cum Magnete lapide intantū: ut iuxta poſituſ ferrū nō patiatur abſtrahi. aut ſi admotuſ Magneſ apprehenderit: rapiat: atq; auferat. Adamaſ & uenena irrita facit. & lymphacioneſ abigit. metuſq; uanoſ expellit a mente. ob id quidam eum Anchiten uocauere. Metrodoruſ Scepciuſ ī eadem Germania in Baliſta inſula naſci in qua & Sucinū q̄d equidē legerim: ſoluſ dicit: & prefert Arabiciſ. Quod falſum eſſe quiſ dubitet?

CAP. X. De Margaritiſ.

Roximum apud noſ Indiciſ Arabiciſq; margaritiſ preciū eſt: de quibuſ in nono diximuſ uolumine: inter reſ marinaſ.

CA. XI De Smaragdi generibuſ: & de Gēmiſ uiridibuſ trāſlucidiſ.

Ertia auctoritaſ ſmaragdi perhibetur pluribuſ de cauſiſ. nulliuſ coloriſ aſpectuſ iucundior eſt. Nam herbaſ quoq; uirenteſ frondeſq; deſpectamuſ. Smaragdoſ uero tanto libentiuſ: quoniam nihil omnino uiridiuſ comparatum illiſ uiret. Preterea ſoli gemmarum contutu oculoſ implent, nec ſatiant. Quin & ab intentione alia obſcurata aſpectu Smaragdi recreatur acieſ. Scalpētibuſq; gēmaſ nō alia gratior oculoꝝ refectio eſt. ita uiridi lenitate laſſitudinem mulcent. Preterea longinquo āplificant̄ uiſu: inficienteſ circa ſe repercuſſum aera non ſole mutati: non umbra. non lucerniſ: ſemperq; ſenſim radianteſ: & uiſum admittenteſ ad craſſitudinē ſui facilitate trāſlucida Quod etiā in aquiſ noſ iuuat Idē plerumq; & concaui ut uiſum colligāt. Quapropter decreto hominum iiſ parcitur ſcalpi uetitiſ. Quanq̄ ſchyticorum Egyptiorumq; tāta duricieſ eſt ut nequeant uulnerare. Quorū uero corpuſ extenſum eſt: eadem qua ſpecula ratione ſupini imagineſ rerū reddūt. Nero Prīcepſ gladiatorū pugnaſ ſpectabat Smaragdo. Genera eorū duodecim Nobiliſſimi Scythici ab ea gente ī qua reperiūt̄: appellati. Nulliſ maior auſteritaſ nec minuſ uici: & quantum Smaragadi a gemmiſ diſtant: tantum Schytici a ceteriſ Smaragdiſ. Proximam laudē habēt ſicut & ſedem Bactriani: quoſ in commiſſuriſ ſaxorum colligere dicuntur eteſiiſ flantibuſ. Tunc enim tellure internitent quia iiſ uentiſ maxīe arene mouent̄. Sed hoſ minoreſ multo Scythiciſ eſſe tradunt. Tertium locū Egyptii habēt: qui eruūt̄ circa Coptō oppidū Thebaidiſ in collibuſ & cautibuſ. Reliqua genera ī metalliſ erariiſ īueniūt̄ Quaꝓpter principatum ex iiſ Egyptii obtinent. doſq; eorum ut ĩ colore liquido nec diluto. ueꝝ ex humido pinguiq;: quaq; perſpiciatur imitante tranſlucidum mare pariterq; tranſlucet & inter hoc eſt colorem expellit. & aciem recipit. Ferunt & in ea ĩſula tumulo Reguli Hermie iuxta Cetariaſ marmoreo leoni fuiſſe ĩditoſ oculoſ e Smaragdiſ ita radiantibuſ etiam in gurgitem: ut territi refugerent thynni. diu mirantibuſ nouitatē piſcatoribuſ: donec mutauere oculiſ gemmaſ. Sed & uitia demōſtrari oportet reperta. Sunt quidem omnium eadem. Quedam tamen nationum peculiaria: ſicut in homine Ergo Cyprii uarie glauci: magiſq; ac minuſ in eodē Smaragdo aliiſ partibuſ tenorē illum Scythice auſteritatiſ non ſēper cuſtodiūt. Ad hoc quibuſdam intercurrit ūbra ſurduſq; fit coloſ qui improbatur; etiam dilucior. Hincq; genera diſtinguunt. Et ſūt aliqui obſcuri: quoſ uocant cecoſ. Alii denſi nec e liquido tranſlucidi. Quidam uaria nubecula improbati. Aliud eſt hoc quam ūbra de qua diximuſ. Nubecula. n. albicātiſ eſt uitium cum uiridiſ non pertranſit aſpectuſ ſed aut intuſ occurrit aut excipit in fine uiſum candor Hec coloriſ uitia. Iſta corporiſ capillamentum ſal. plumbago. Ab iiſ Ethyopici laudantur a Copto dierum trium itinere ut autor eſt Iuba. acriter uirideſ: ſed non facile puri aut concoloreſ. Democrituſ in hoc genere poſuit Hermicoſ & Perſicoſ. Illoſ extumeſcenteſ pinguiter. Perſicoſ uero nō tranſlucidoſ ſed iucūdi tenoriſ. Viſū implere quem non admittant. Felium pantherarūq; oculiſ ſimileſ. Nāq; & illoſ radiare nec perſpici. Eoſdem in ſole hebetari. Vmbriſ refulgere & lōgiuſ quam ceteroſ nitere Omnium horum etiamnum uitium quod feliſ colorem aut aeriſ habent. In ſole dilucidi quidem ac liquidi: ſed non uirideſ. Hec uitia in Atticiſ maxĩe ſentiuntur in argentariiſ metalliſ repertiſ: in loco qui Thyricoſ uocatur. ſemper minuſ pingueſ: & e longinquo ſpecioſioreſ. Frequenſ & iiſ plumbago. hoc eſt ut in ſole plūbei uideātur. Illudq; peculiare: ꝙ quidam ex iiſ ſeneſcūt: paulatim uiriditate euanida. & ſole ledūtur. Poſt hoſ medici plurimū uiriditatiſ habēt interdū & e Saphyro Ii ſunt fluctuoſi: & rerum imagineſ complexi: ut uerbi gratia papauerum aut auium Pinnarumq; uel catulorum aut ſimilium. Qui non omnino uirideſ naſcūtur: unio & oleo melioreſ fiunt. Neq; eſt aliorum magnitudo amplior. Carchedonii neſcio an in totum exoleuerint: poſtq̃ metalla eriſ ibi defecerunt: & ſemper tamen uiliſſimi fuere minimiq;. Iidem fragileſ ſed colore incerti & uirentium in caudiſ pauonum colūbarūq; collo plumiſ ſimileſ: ad inclinationē magiſ aut minuſ lucidi. Venoſi quidē ſquamoſiq;. Peculiare erat ĩ iiſ uitiū Sarciō appellatū. Hoc eſt quedā gemme caro. Mox iuxta Carchedonem in qua legebatur: Smaragditeſ uocatuſ eſt. Iuba eſt autor Smaragdū quem Cholan uocant: in Arabia edificiorum ornamentiſ includi. Et lapidem quem Alabaſtriten Egyptii uocant. Cōplureſ uero e proximo Laconicoſ ĩ Taygeto mōte erui Medicil ſimileſ: & alioſ in Sicilia. Inſeritur ſmaragdiſ & que uocatur Tanoſ: e Perſiſ uenienſ gēma ingrate uiridiſ: atq; intuſ ſordida. Itē Calc oſmaragdoſ e Cypro turbida ereiſ ueniſ. Theophraſtuſ tradit: in Egyptiorum commentariiſ reperiri: regi eorum a Rege Babylonio miſſū Smaragdum munere. iiii. cubitorum longitudine & trium latitudine. Et fuiſſe apud eoſ in Iouiſ delubro obeliſcum e quattuor ſmaragdiſ quadraginta cubitorum longitudine. Latitudine uero in una parte quatuor: ĩ altera parte duorum. Se autem ſcribente eſſe in Tyro Herculiſ templo ſtatuam plenam ſmaragdo: niſi ſi potiuſ Pſeudoſmaragduſ ſit. Nam & hoc genuſ reperiri. & in Cypro inuentum ex dimidia parte ſmaragdū: ex dimidia iaſpidem: nondum humore ĩ totum tranſfigurato. Appiō cognominatuſ Pliſtonices: paulo āte ſcriptū reliquit: eſſe etiānū in labyrintho Egypti colloſſeum Serapin e Smaragdo nouem cubitorum.

CAP. XII. De Berylliſ: & Chryſoberylliſ: & Chryſopylo.

Andē multiſ naturā aut certe ſimilē habere Berylli uidēt. India eoſ gignit. raro alibi reꝑtoſ. poliūt omēſ ſexangula figura artificū ingeniiſ: qm̄ hebeſcūt ni color ſurduſ reꝑcuſſu anguloꝝ excitet Aliter. n. politi nō habēt fulgorē eundē. Probatiſſimi ſunt ex iiſ qui uiriditatē puri mariſ imitant. Proximi qui uocant Cryſoberylli & ſūt paulo pallidioreſ: ſed in aureum colorē exeunte fulgore. Vicinū genuſ huic eſt pallidiuſ: & a quibuſdam ꝓprii generiſ exiſtimatur: uocatq; Chryſopraſion. Quarto loco numerantur Hyacinthizonteſ. Quinto quoſ Heroideſ uocant. Poſt eoſ aūt Cerini. Ac deinde Oleagini: hoc eſt colore olei. Poſtremi cryſtalliſ fere ſimileſ. Hi capillamenta habent: ſordeſq;: alioqui euanidi: que ſunt omnium uitia. Indi mire gaudent longitudine eoꝝ. ſoloſq; gemmaꝝ eē predicāt q carere auro malint: & ob id ꝑforatoſ elephantoꝝ ſetiſ religant. Et alioſ conuenit non oportere ꝑforari: quorū ſit abſoluta bonitaſ umbiliciſ ſtatim ex auro capita comprehendentibuſ. Ideoq; cylindroſ ex iiſ facere malunt q̄ gemmaſ: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Quidam & anguloſoſ putāt ſtatim naſci. & perforatoſ gratioreſ fieri medulla candoriſ exēpta: additoq; auro reꝑcuſſa aut omnino caſtigata cauſa ꝑſpicuitatiſ ad craſſitudinē. Vitia preter iam dicta eadem fere que in Smaragdiſ preterea in noſtro orbe aliquādo circa Pontū inueniri putantur. Indi & aliaſ quidem gemmaſ cryſtallo inuento adulterare reꝑerunt. Sed precipue Berylloſ.

CAP. XIII. De Opalio lapide: & uitiiſ atq; experimētiſ eiuſ.

Inimū: Iideq; plurimū ab iiſ differūt Opali Smaragdiſ tātū cedēteſ. India ſolū & hoꝝ eſt mater: atq; ideo eiſ precioſiſſimā gloriā cōpoſitoreſ gemmaꝝ & maxīe inenarrabilē difficultatē dederūt. Eſt enī in iſ Carbūculi tenuior igniſ. Eſt Amethiſti fulgēſ purpura. Eſt Smaragdi uirēſ mare. & cūcta pariter īcredibili mixtura lucētia. Alii ſummo fulgoriſ augmento coloreſ pigmentoꝝ equauere. Alii ſulphuriſ ardentem flāmam. aut etiā igniſ oleo accenſi. Magnitudo nucem auellanā equat: inſigni apud noſ hiſtoria. Siquidē extat hodieq; huiuſ generiſ gemma. propter quam ab Antonio proſcriptuſ Noniuſ Senator eſt filiuſ Strume Nonii eiuſ quē Catulluſ poeta in ſella curuli uiſū īdigne tulit. Auuſq; Seruilii Noniani quē Conſulē uidimuſ. Illeq; ꝓſcriptuſ fugiēſ hūc e fortuniſ ſuiſ omībuſ annulū abſtulit ſecū. Quē certū eſt ſeſtertiiſ. xx. milibuſ eſtimatū. Sed mira Antonii feritaſ atq; luxuria propter gemmam ꝓſcribentiſ. Nec minor Nonii contumatia proſcriptionem ſuā amantiſ cum etiā fere abroſaſ ꝑteſ corporiſ relinquant beſtie propter quaſ ſe periclitari ſciant. Vitia Opali: ſi color in flore herbæ quæ uocatur heliotropium exeat aut cryſtallum aut grandinem. Si ſal interueniat aut ſcabritia: aut cūcta oculiſ occurſantia. nulloſq; magiſ India ſimilitudīe indiſcreta uitro adulterat. Experimentum in ſole tantum. Falſiſ enim contra radioſ libratiſ digito a pollice: unuſ atq; idem tranſlucet coloſ in ſe conſumptuſ. Veri fulgor ſubinde uariat. & pluſ huc illucq; ſpargit. & fulgor luciſ in digitoſ fundit. Hāc gemmā propter eximiā gratiā pleriq; appellauere Pederota. Sunt & qui priuatū eiuſ genuſ faciūt Sangenonq; ab Indiſ uocari dicūt. Tradunt naſci & in Egypto & in Arabia: & uiliſſimi in Ponto. Item in Galatia ac Thaſo & Cypro quippe Opali gratiā habet. Sed molliuſ nitet. raro nō ſcaber. Sūma coloriſ ex aere & purpura conſtat. Viriditaſ Smaragdi deeſt. Conſtatq; melior ille color: cuiuſ fulgor uini colore fuſcatur q̄m qui diluitur aqua. Hactenuſ de principatu conuenit: mulierum maxime Senatuſ Con. Minuſ certa ſunt de quibuſ & uiri iudicāt. Singuloꝝ enim libido: ſinguliſ precia facit. Et ꝑcipue Regum.

CAP. XIIII. De Gemmiſ quibuſ uiri ſimul ac mulíereſ utebantur & primo de Sardonice.

Laudiuſ Ceſar Smaragdoſ induebat & Sardonycaſ. Primuſ autē Romanorum Sardonyce uſuſ eſt p̄or Africanuſ ut tradit Demoſtratuſ. Et inde Romaniſ hāc gemmā fuiſſe celeberrimā. Quamobrē proximū ei dabimuſ locū. Sardonyceſ olym ut ex nomine ipſo apparet intelligebant̄ candore in Sarda: hoc eſt uelut carnibuſ ūgue hominiſ īpoſito & utroq; trāſlucido. Taleſq; eē Indicaſ tradūt Iſmeniaſ: Demoſtratuſ Zenothemiſ. Sotacuſ. Hi quidē duo reliquaſ omēſ que traluceāt cecaſ appellāteſ: que nūc nomē abſtulere. Nullo Sardaꝝ ueſtigio Arabice ſūt. Ceperūtq; pluribuſ he gēme coloribuſ intelligi: radice nigra: aut ceruleum imitante & unguem: creditum enim cādido pingi. Nec ſine quadam ſpe purpure candore in minium tranſeunte. Haſ Indiſ non habitaſ in honore Zenothemiſ ſcribit: tante aliaſ magnitudiniſ: ut inde capuloſ factitarent. Etenim conſtat ibi torrentibuſ detegi. Et placuiſſe in noſtro orbe initio quoniam ſole prope gemmarum ſcalpte ceram non auferrent. Perſuaſimuſ deinde & Indiſ ut ipſi quoq; iiſ gauderent. Vtiturq; perforatiſ utiq; uulguſ tantum in collo. Et hoc eſt nunc Indicaꝝ argumentum. Arabice excellunt candore circuli prelucido atq; non gracili: neq; in receſſu gemme aut in deiectu renidente. ſed in ipſiſ ūbonibuſ nitente. Preterea ſubſtrato nigerrimi coloriſ. Et hoc in Indiciſ cereum: aut corneum inuenitur. etiam circuli albi. quedamq; in iiſ celeſtiſ arquuſ anhelatio eſt. Superficieſ uero locuſtarum mariſ cruſtiſ rubentior. Iam mellee aut feculente: hoc enim nomen eſt uitio: improbantur: & ſi zona alba fundat ſe: non colligat. Simili modo ſi ex alio colore in ſe admittat aliqd enormiter. Nihil.n. in ſua ſede ab alieno interpolari placet. Sunt & Armeniace ut cetere improbande: ſed pallida zona.

CAP. XV. De Onyce & Sarda & Carbunculiſ ac gēmiſ ardētibuſ.

Xponenda eſt & Onyciſ ipſiuſ natura: ꝓpter nominiſ ſotietatem hoc in gemmā tranſilit a lapide Carmaniæ. Sudineſ dicit in gēma eſſe candorē unguiſ humani ſimilitudine. Itē Chryſolythi colorē & Sarde & Iaſpidiſ. Zenothemiſ Indicā Onycē plureſ habere uarietateſ: igneam: nigram: cingentibuſ candidiſ ueniſ oculi mō interuenientibuſ. quarundā oculiſ obliquiſ ueniſ. Sotacuſ & Arabicā onycē tradit. ſed eam a ceteriſ diſtare ꝙ indica igniculoſ habeat albiſ cingētibuſ zoniſ ſinguliſ pluribuſue: aliter q̄ in Sardonyce Indica. Illic enim momentū eſſe: hic circulū. Arabicaſ Onycaſ nigraſ inueniri candidiſ zoniſ. Satyruſ carnoſaſ eſſe Indicaſ parte carbunculi parte Chryſolythi & Amethiſti. Totūq; id genuſ abdicat. Verā aūt onycē plurīaſ uariaſq; cum lacteiſ zoniſ habere uenaſ: omnium in tranſitu colore inenarrabili: & in unum redeunte concentum ſuauitate grata. Nec Sardæ natura differenda eſt diuidue ex eodem nomine. Quapropter omnium obiter gemmarum ardentiū natura indicanda. Principatum habent carbunculi a ſimilitudine ignium appellati: cum ipſi non ſentiant igneſ: ob id a quibuſdam Apyroti uocati. Horum genera: Indici & Garamantici: quoſ & Carchedonioſ uocauere: propter opulentiam carthaginiſ magnæ. Adiciunt Ethiopicoſ & Alabandicoſ in orthaſiaca caute naſcenteſ. Sed qui perficiantur Abandicoſ. Preterea in omni genere maſculi appellantur acrioreſ: at femine languidiuſ refulgēteſ. In maſculiſ quoq; obſeruāt liquidioriſ alioſ flāme. nigrioriſ alioſ. & quoſdā lucidiuſ: ac magiſ ceteriſ in ſole flagranteſ. optimoſ uero Amethyſtizontaſ: hoc eſt quorum extremuſ igniculuſ in Amethiſti uiolam exeat. Proximoſ illiſ quoſ uocant ſyrticaſ pinnato fulgore radianteſ. Inueniri autem ubicunq;: maxime ſoliſ repercuſſu. Satyruſ Indicoſ non eſſe claroſ dicit. ac plerūq; ſordidoſ. ac ſemꝑ fulgoriſ retorridi.

Ethiopicoſ pingueſ: lucemq; non emittenteſ. ſed canuoluto igne flagrare. Caliſtratuſ fulgorem Carbunculi debere candidum eſſe poſuit extremo uiſu nubilantem: & ſi ita attollatur: exardeſcentem. ob id a pleriſq; hunc carbunculum candidum uocari: Qui languidiuſ & liuidiuſ ex indiciſ lucent Liuicontaſ appellari. Carchedonioſ multo minoreſ eſſe. Indicoſ enim ſextarii uniuſ menſura cauari. Archelauſ Carchedonioſ nigrioriſ aſpectuſ eſſe. ſed igne uel ſole: & inclinatione acriuſ q̄m ceteroſ excitari. Eoſdem obumbrante tecto purpureoſ uideri. Sub celo flammeoſ. Contra radioſ ſoliſ & ſcintillare. Ceraſ ſignantibuſ iiſ liqueſcere quamuiſ in opaco multi Indicoſ Carchedoniiſ candidioreſ eſſe. & e diuerſo inclinatione hebetari ſcripſere. Etiamnum in Carchedoniiſ maribuſ ſtellaſ intuſ ardere. Feminaſ uniuerſum fulgorē fundere extra ſe. Abandicoſ ceteriſ nigrioreſ eſſe: ſcabroſq; Naſcuntur & in Tracia coloriſ eiuſdem ignem minime ſentienteſ. Theophraſtuſ autor eſt & in Orchomeno Archadie inueniri & in Chio. Illoſ nigrioreſ: e quibuſdam & ſpecula fieri. Eſſe & Troecenioſ uarioſ: interuenientibuſ maculiſ albiſ. Item Corinthioſ ex pallidiore candidoſ. Maſſilia quoq; importari Boccuſ & Vlyxippōe ſcripſit magno labore ob argillā ſole aduſtiſ ſaltibuſ. Nec eſt aliud difficiliuſ q̄ diſcernere hec genera: Tanta eſt in iiſ occaſio artiſ: ſubditiſ. per que tranſlucere cogantur. Aiunt ab Ethiopibuſ hebitioreſ in aceto maceratoſ q̄ttuordecim diebuſ niteſcere: totidē mēſibuſ durāte fulgore. adulterant᷑ uitro ſimillie. Sed cote deprehendunt᷑: ſicut aliæ gemmæ facticiæ. Mollior enim materia & fragiliſ coenoſa ſcobe deprehēdit᷑ & pondere qđ minuſ eſt uitreiſ. aliqn̄ & puſtuliſ argēti mō relucentibuſ. Eſt & Anthraciteſ appellata: in Theſprotia foſſiliſ: carbonibuſ ſimiliſ. Fallū arbitror qđ & in Lyguria naſci tradiderūt: niſi forte tūc naſcebant᷑. Eſſe in iiſ & p̄cincti candida uena tradunt᷑. hoꝝq; igneuſ color ut ſuperioꝝ eſt. Peculiare quidē ꝗ lacte uelut intermotui extinguuntur. Contra aquiſ perfuſi exardeſcunt. Cognata eſt huic Sandaſtroſ: quam aliqui Garamantiten uocant. Naſcitur in India loco eiuſdem nominiſ. Gignitur & in Arabia ad meridiem uerſa. Commendatio ſumma ꝗ uelut in tranſlucido ſtellanteſ intuſ fulgēt auree gutte: ſēper in corpore: nunq̄ in cute. Accedit religio narrata a ſyderū cognatione ab inſpectoribuſ: qm̄ fere ſtellaꝝ hyadū & numero & diſpoſitiōe ſtellant᷑. Ob hoc a Chaldeiſ in cerimoniiſ habite & hic mareſ auſteritaſ diſticta quodā uigore appoſita tingueſcenſ. Indice qdē etiā hebetare. uiſuſ dicunt᷑. Blandior feminiſ flamma: allicienſ magiſ q̄ accēdenſ. Sūt qui p̄ferant Arabicaſ Indiciſ. Numideq; Chryſolitho illaſ ſimileſ dicunt. Iſmeniaſ uero negat poliri Sandaſtroſ ꝓpter temeritatem. & ob id magno uenire. Sunt qui Sandaſitaſ uocent. Inter om̄eſ cōſtat: q̄ntum numero ſtellaꝝ accedat: tantū & precio accedere. Affert errorem aliquando ſimilitudo nominiſ. Sandaſer Nicander Sandoforion uocauit. alii Sandareſon. Quidā uero hanc Sandaſtron: illā Sandareſon: in India naſcentē illam quoq; & loci nomen cuſtodientem. Malicolore aut olei uiridiſ: omnibuſ improbatam. Ex eodem genere ardentium Lychniteſ appellata a lucernarum accenſarum precipua gratia. Naſcitur circa Orthoſiam: totaq; Carmania ac uiciniſ lociſ. Sed probatiſſima in Indiſ. Quam quidam remiſſiorem Carbunculum eſſe dixerunt. Secunda bonitate ſimiliſ eſt Ioniſ appellata a preclariſ floribuſ. Et aliaſ inuenio differentiaſ. Vnam que purpura radiet. Alteram que cocco: a ſole excalfactaſ: aut digitorum attritu: paleaſ & cartharum fila ad ſe rapere. Hoc idem & Carchedoniuſ facere dicitur: q̄nq̄ multo uilior predictiſ. naſcit᷑ apud Naſamonaſ in montibuſ ut incole putant hymbre diuino. Inuenitur ad repercuſſum lune: maxime plene. Carthaginem quondam deportabatur. Archelauſ & in Egypto circa Thebaſ naſci tradidit, fragileſ. uenoſaſ.

morienti carboni ſimileſ. Potoria uaſa & ex hoc lapide & ex Lychnite factitata inuenio. Omnia autē hec genera ſcalpture contumaciter reſiſtunt: partemq; cere in ſigno tenent. E diuerſo ad hec Sarda utiliſſima: que nomen cum Sardonyce communicauit. Ipſa gemma uulgariſ: & primum Sardibuſ reperta. Sed laudatiſſīa circa Babyloniā cū lapidicine quedā aperient̄: herenſ in ſaxi corde. Hocq; modo metallum apud perſaſ defeciſſe tradit̄. Sed inueniunt̄ compluribuſ aliiſ lociſ: ſicut in Ephire & Aſſo in India triū geneꝝ Rubꝝ. Et qđ demiū uocant a pinguedīe. Tertiū qđ argenteiſ bratteiſ ſublinit̄. Indicaq; perlucente craſſioreſ ſūt Arabice. Inueniuntur & circa Leucada Epiri. & circa Egyptū que brattea aurea ſublinunt̄. Et in hiſ autē mareſ excitatiuſ fulgent. Femine pigrioreſ ſunt: & craſſiuſ nitent. Nec fuit alia gēma apud antiquoſ uſu frequentior. Hac certe apud Menadrum & Philemonem fabule ſuperbiunt: nec ulle tranſlucenti tardiuſ ſuffuſo humore hebetantur: oleoq; magiſ q̄m alio liquore. Damnantur ex iiſ mellee & ualidiuſ teſtacee.

CAP. XVI. De Topacio.

Gregia etiamnū Topatio gloria eſt: ſuo uirenti genere & cū reperta eſt p̄late omnibuſ. Id accidit in Arabie inſula que Chytiſ uocatur. in qua Toglodyte predoneſ cū diutiuſ fame & tempeſtate p̄ſſi herbaſ radiceſq; effoderēt: eruerūt Topazion. Hec Archelai ſententia eſt. Iuba Tobazion inſulā in rubro mari a continēte: ſtadiiſ. ccc. abeſſe tradit: nebuloſā & ideo queſitam ſepe a nauigantibuſ. ex ea cauſa nomē. accepiſſe. Topazin enim Troglodytaꝝ lingua ſignificationē habere querēdi. Ex hac primum importatam Beronice Regine: que fuit mater ſequentiſ Ptolemei a Philemone Prefecto Regiſ: ac mire placuiſſe. & inde factā ſtatuā Arſinoe Ptolemei Philadelphi uxori quattuor cubitoꝝ ſacratā in delubro qđ aureū cognominabatur. recentiſſimi autoreſ & circa Thebaidiſ Alabaſtre oppidum naſci dicunt. Et duo eiuſ genera faciunt Praſoidem atq; Cryſopteron: ſimilem Chryſopraſio. eiuſ enim tota ſimilitudo ad ſuccū porri dirigitur. Eſt aūt. ampliſſima gemmaꝝ. Eadem ſola nobiliū limam ſentit. Cetere ſaxo & cote poliuntur. Hec & uſu atteritur.

CAP. XVII. De Callaide.

Omitatur eam ſimilitudine propior q̄ autoritate Callaiſ uiride pallēſ. Naſcitur poſt aduerſa Indie apud incolaſ Caucaſi mōtiſ Phicaroſ ac Aſdathaſ amplitudīe conſpicua: ſed fiſtuloſa ac ſordiū plena. Sincerior multo preſtantiorq; in Carmania. Vtrobiq; aūt in rupibuſ inuiiſ & gelidiſ: oculi figura extuberanſ: leuiterq; adherenſ. nec ut adnata petriſ: ſed ut appoſita. Quapropter ſcandere ad eam pigricia pedum equeſtreſ populoſ tedet. Simul & periculum terret. ergo eunteſ e longinquo inceſſunt & cū toto muſco excutiūt. Hoc uectigal hocq; geſtamē diutiuſ in ceruice gratiſſimū norunt. Iſ cenſuſ. hec gloria a puericia deiectoꝝ. numeꝝ predicantiū. In quo uaria fortuna. Quidā ictu primo cepere preclaraſ. Multi in ſcđo nullaſ. Et quidē Callaideſ tali ſectura formantur. aliaſ fragileſ. Optimuſ color Smaragdi ut tamen apparet ex alieno eſt ꝙ placeant. Incluſe decorant̄ auro. Aurumq; nulle magiſ decent. Que ſunt earum pulchrioreſ: oleo: unguento & etiam mero colorem deperdunt. Vilioreſ conſtantiuſ repreſentant. neq; eſt mutabilior alia aut mendatior uitro. Sūt qui in Arabia inueniri eaſ dicant in nidiſ auiū quaſ melancoryphoſ uocant.

CAP. XVIII. De Craſio: & Chryſopraſio.

Iridantium & alia plura ſunt genera. Vilioriq; eſt turbe Praſiuſ. Cuiuſ alterum genuſ ſanguineiſ puctiſ horret. Tertium uirguliſ tribuſ diſtinctum eſt candidiſ. Prefertur hiſ Chryſopraſiuſ porri ſuccum & ipſa referente. Sed & paulum declinanſ a Topazio in aurum. huic & amplitudo ea eſt: ut cymbia etiam ex ea fiant. Cylindri quidem celerrime.

CAP. XVIIII. De Nilo & Malachite.

Ndia haſ generat & Nilion fulgoriſ ſi an̄ habeaſ breuiſ. & cū intueare fallaciſ. Sudineſ uero dicit & in Syuero Attice flumīe naſci. eſt aūt color fumide topazii aut aliqn̄ mellee. Iuba in Ethiopia gigni tradit: & in littoribuſ amniſ quē Nilū uocauimuſ: & inde nomē trahere. nō trāſlucet Malachiteſ ſpiſſiuſ uirenſ: a colore Malue nomine accepto. reddendiſ laudata ſigniſ: & infantium cuſtodia q̄dam innato contra pericula ipſoꝝ medicamine.

CAP. XX. De Iaſpide.

Iret & ſepe tranſlucet Iaſpiſ. etiam ſi uictuſ a multiſ antiquitatiſ tamen gloriam retinēſ. Plurime ferūt eam genteſ. Smaragdo ſimilē Indice. Cyprii dicūt glaucū pinguemq;. Perſe aeri ſimilem. ob id uocatur aerizuſa taliſ. Et Iaſpiſ eſt cerulea circa Thermodoontem amnē. In Phrygia purpurea. In Cappadocia ex purpurea cerulea atq; non refulgenſ. Thracia Indice ſimilem mittit. Chalcidia turbidam. Sed minuſ refert nationeſ q̄m bonitateſ diſtinguere. Optima ergo que purpure quicq̄m habet. Secunda que roſe. Tertia que Smaragdi. Singuliſ aūt Greci nomina ex argumento dedere. Quarta apud eoſ uocat̄ Boria celo autumnali matutino ſimiliſ. & hec erit illa que uocatur Aerizuſa. Similiſ eſt & ſarde. imitata & uiolaſ. Nō minuſ multe ſpecieſ relique. ſed om̄eſ in uitio. cerulee aut cryſtallo ſimileſ aut myxiſ. Itē heterizuſa imꝓprio uti arbitror cognomine: uelut e multiſ eiuſdē generiſ cōpoſita gēmiſ. Quamobrē preſtantioreſ funda claudunt̄ id eſt patenteſ nec p̄terq̄ margineſ auro amplectente. Vitiū eſt & breuiſ in iiſ nitor & longe ſplendēſ: & ſal: & om̄ia que in ceteriſ. & uitro adulterant̄: qđ manifeſtū fit cū extra fulgorē ſpargūt: atq; nō in ſe continēt. nec hiſ diuerſa que Sphragidaſ uocāt. Publico gēmaꝝ domino in hiſ tm̄ dato qm̄ optīe ſignēt. Totuſ uero orienſ. pro mauletiſ traditur geſtare. Ea que ex iiſ ſmaragdo ſimiliſ eſt et ꝑtranſuerſū linea alba precingit̄: Grāmatiaſ uocat̄: Que pluribuſ polygrāmoſ Libet obiter uanitatē Magicam hic quoq; coarguere: qm̄ hanc contionantibuſ utilem eſſe prodiderunt. Eſt & Onychipuncta que Iaſponyx uocatur & nubem complexa: & niueſ imitata. Eſt & ſtellata rutiliſ pūctiſ: eſt & ſali Megarico ſimiliſ: & ueluti fumo infecta que Capniaſ uocat̄. Magnitudinē Iaſpidiſ. xii. unciarū uidimuſ formatamq; inde effigiem Neroniſ. thoracatam. Reddetur & per ſe Cyaneo gratia accōmodato pauloante Iaſpidiſ nomīe: colore ceruleo. Optima Scythica: dein Cypria: poſtremo Egyptia. Adulteratur maxime tinctura: idq; in gloria regiſ Egyptii adſcribitur qui primuſ eam tinxit. Diuidit̄ autem hec in mareſ feminaſq;. Ineſt aliquando & aureuſ puluiſ nō qualiſ in ſapphiriuſ Sapphiruſ enim & aureiſ punctiſ collucet.

CAP. XXI. De Sapphiriſ.

Erulee & Sapphiri raroq; cū purpura. Optime apud Medoſ: nuſq̄ tn̄ pluciде. Preterea inutileſ ſcalpture īteruenientibuſ cryſtalliniſ centriſ. Que uero ſunt ex iiſ cyanei coloriſ: mareſ exiſtimantur. aliuſ ex hoc ordo purpureiſ dabitur; & ab iiſ diſcedentibuſ.

CAP. XXII. De Amethyſtiſ.

Rincipatū Amethyſti indice tenēt. Sed in Arabia ex ea quoq; ꝑte que finitima Syrie petria uocatur. Et in Armenia minore. Et in Egypto: & in Galatia reperiunt̄. Sordidiſſime aūt atq; uiliſſīe in Tharſo & Cypro. Cauſā nominiſ afferūt: ꝙ uſq; ad uini colorē accedenſ: priuſ q̄ eum deguſtet. in uiolā deſinit. Fulgorq; quidā in illa purpure nō ex toto igneuſ: ſed in uini colorem deficienſ. perlucent aūt omneſ uiolaceo colore. ſcalpturiſ facileſ. Indice abſolutū purpure colorē habent. Ad hancq; tinguentiū officine dirigūt uota. Fundit autē eum aſpectu leniter blandum. neq; in oculoſ ut Carbunculi uibrat. Alteꝝ eaꝝ genuſ deſcendit ad hyacinthoſ. Hūc colorem Indi ſācon uocāt. talemq; gēmam Sacondion. Dilutior uero ex eodē Sapinoſ uocāt. Eadem & Paraniteſ. in contermino gentiſ Arabie. Quartū genuſ colorē uini habet. Quintum ad uicinia cryſtalli deſcendit albicante purpure deiectu. Hoc & minime probatur: quādo precellēſ debet eſſe in ſuſpectu uelut ex carbunculo refulgēſ quidā in purpura leuiter roſeuſ nitor. Taleſ aliqui malunt Pederotaſ uocari. Alii Anterotaſ. Multi Veneriſ gemmā qđ maxime uidetur de re & ſpecie & colore extremo gēme. Magorum uanitaſ reſiſtere ebrietati eaſ promittit: & inde appellataſ. Et preterea ſi lune nomē ac ſoliſ ſcribatur in iiſ: atq; ita ſuſpendantur collo e capilliſ cynocephali uel plumiſ hirundiniſ: reſiſtere uenefitiiſ. Iam uero quoquomodo adeſſe Regeſ aditiſ. Grandinem auertere quoq; ac ſimilia: propellere & locuſtaſ: precatione addita: quā demōſtrāt. Nā e Smaragdiſ quoq; ſimilia ꝓmiſere: ſi aq̄le ſcalperent̄ aut ſcarabei. Que quidem ſcripſiſſe eoſ non ſine contēptu & irriſu generiſ humani arbitror.

CAP. XXIII. De Hyacinthiſ.

Vltū ab ea diſtat Hyacinthoſ tamen e uicino deſcendēſ. Differentia hec ꝙ ille emicanſ in Amethyſto fulgor uiolaceuſ dilutuſ eſt in Hyacintho. primo quoq; aſpectu gratuſ euaneſcit anteq̄ ſatiet. adeoq; nō implet oculoſ ut pene non attingat: marceſcenſ celeriuſ nominiſ ſui flore.

CAP. XXIIII. De Chryſolithiſ.

Yacinthoſ Ethiopia mittit & Chryſolithoſ: aureo colore tranſlucēteſ. ꝓferunt̄ iiſ Indice. Et ſi uarie nō ſint: Bactriane. Deterrime aūt Arabice: qm̄ turbide ſūt & uarie: & fulgoriſ interpellati nubilo maculaꝝ etiam que lympidiſ contigere: ueluti ſcobe ſua referte. Optime uero ſūt: que in collatiōe auꝝ albicare quadā argēti facie cogunt. Funda includunt̄ perſpicue. Ceteriſ ſubiicit̄ auricalcū. Tam & ſi iam experteſ gemmarum uſu appellantur aliquæ & Chryſelectri: in colorem electri declinanteſ: matutino tm̄ aſpectu iucundi. Ponticaſ deprehendit leuitaſ. Quedā in iiſ dure ſunt. ruffeq; quedam molleſ & ſordide. Bocchuſ autor eſt & in Hiſpania repertaſ: quo in loco cryſtallum dicit ad libramentū aque puteiſ defoſſiſ inde erutā. Et Chryſolithon xii. pondo a ſe uiſam.

CAP. XXV. De Leucochryſiſ.

Iunt & Leucochryſi: interueniente candida uena. Sunt in hoc genere Capnie. Sunt & uitreiſ ſimileſ. ueluti croco refulgenteſ. Vitree uero ut uiſu diſcerni nō poſſint. Tactuſ aūt deprehendit tepidior in uitreiſ.

CAP. XXVI. De Melichryſiſ.

N eodē genere ſūt Melichryſi: ueluti ꝑ aurū ſīcero melle tranſlucēte. q̄ſ India mittit: q̄nq̄ ad iniuriam fragileſ. Eadem & Xyſtion parit plebeiā ibi gemmam.

CAP. XXVII. De Pederote.

Andidarum dux eſt Pederoſ: quanq̄ poteſt queri an in colore numerari debeat totienſ iactati per alienaſ pulchritudineſ nominiſ. Adeo decoriſ prerogatiua in uocabulo facta eſt. Eſt & ſuū genuſ expectatiōe tanta dignū: Coeūt. n. in trāſlucidā cryſtallum uiridiſſuo modo aer ſimulq; purpura. & quidam uini aureuſ nitor: ſemper extremuſ in uiſu: ſed purpura coronatuſ madere ſinguliſ uidet̄ hiſ & pariter omnibuſ. Nec gemmarum ulla eſt liquidior capiti iucunda. ſuauiſ & oculiſ. Laudatiſſima eſt in Indiſ apud quoſ Argenon uocat̃. Proxima apud Egyptioſ: ubi Seniteſ. Tertia in Arabia: ueꝝ ſcabra. Molliuſ radiat põtica & Aſiatica. Ip̃e uero mollioreſ ſũt Gallatica & Tragica. & Cypria. Vitia eaꝝ langor. aut alieniſ turbari coloribuſ. & que ceteraꝝ.

CA. XXVIII. De Aſteria & aſtrio & aſtroite: & aſtrobolo & ceraunia.

Roxima candicantiũ eſt Aſteria principatũ habenſ ꝓprietate nature ꝙ incluſã lucẽ pupille mõ quandã continet ac tranſfũdit cũ inclinatiõe uelut intuſ ambulantẽ ex alio atq; alio loco reddẽſ. eadẽq; cõtraria ſoli regerẽſ candicantiſ radioſ unde & nomen accepit. difficiliſ ad celandum. Indice prefertur in Carmania nata. Similiter candida eſt que uocat̃ Aſtrioſ cryſtallo ꝓpinquanſ in India naſcenſ: & in Palleneſ littoribuſ intuſ a centro cui ſtella lucet fulgore Lune plene. Quidam cauſam nominiſ reddũt: ꝙ aſtriſ oppoſita fulgorẽ rapiãt: ac regerat. Optimã ĩ Carmãia gigni: nullãq; minuſ obnoxiã uitio. Cerauniã enim uocari que ſic deterior. peſſimã lucernaꝝ lumini ſimilẽ. Celebrãt & Aſtroitẽ. miraſq; laudeſ eiuſ in Magiciſ artibuſ Zoroaſtrẽ cecinſſe Quidã diligentiuſ de ea produnt. Aſtrobolon Sudineſ dicit oculiſ piſciũ ſimilem eſſe: & radiare candido ut ſolem. Eſt inter candidaſ & que Ceraunia uocat̃: fulgorẽ ſyderum rapienſ. Ipſa cryſtallina ſplendoriſ cerulei in carmania naſcẽſ. Albã eſſe Zenothemiſ fatetur: ſed habere intuſ ſtellam concurſantẽ. Fieri & hebeteſ Cerauniaſ: quaſ nitro & aceto per aliquot dieſ macerataſ concipere ſtellam eam que poſt totidem menſeſ relãgueſcat. Sothacuſ & alia duo genera fecit Ceraunie nigraſ rubenteſq;. Ac ſimileſ eaſ eſſe ſecuribuſ. per illaſ que nigre ſunt & rotunde urbeſ expugnari & claſſeſ eaſq;: Betuloſ uocari. Que uero longe ſunt Cerauniaſ. Faciunt & aliam raram admodum & Parthorum Magiſ queſitam: quoniam non alibi inueniatur: q̃ in loco fulmine icto.

CAP. XXVIIII. De Iri: & Zero.

Roximũ Ceraunie nomẽ apud eoſ habet que appellatur Iriſ. Effodit̃ in quadam inſula Rubri mariſ que diſtat a Berenice urbe. lx. milia paſſuum. cetera ſui parte cryſtalluſ. Itaq; quidã radicẽ cryſtalli eſſe dixerũt. Vocat̃ ex argumento Iriſ. Nam ſub tecto percuſſa ſole: ſpecieſ & coloreſ arquuſ celeſtiſ in proximoſ parieteſ eiaculat̃: ſubinde mutanſ: magnaq; uarietate ammirationem ſui augenſ. Sexangulam eſſe ut cryſtallum conſtat. Sed eſſe aliquaſ ſcabriſ lateribuſ & anguliſ inequalibuſ dicunt. In ſole aperto proiectaſ: radioſ in ſe recandenteſ diſcutere. Aliq̃ſ uero ante ſe ꝓrecto nitore: adiacentia illuſtrare. Coloreſ uero non niſi ex opaco reddunt: nec ut ipſe habeant: ſed ut repercuſſu parietem illidant. optimaq; que maximoſ arquuſ facit. Simillimoſq; celeſtibuſ. Eſt & alia Iriſ cere ſimiliſ. & predura. Quam Horuſ crematam tuſamq; ad Ichneomonum morſuſ remedio eſſe. Naſci autem in Perſide tradit. Similiſ eſt aſpectu: ſed nõ eiuſdẽ effectuſ que uocat̃ Zeroſ alba nigraq; macula ĩ tranſuerſũ diſtinguente cryſtallum. Expoſitiſ per genera colorum principaliũ gemmiſ: reliquaſ litteraꝝ ordine explicabimuſ.

CAP. XXX. De Achate & Gẽmiſ aliiſ ab. A. littera incipiẽtibuſ.

Chateſ in magna fuit autoritate. nũc in nulla. Reperta primũ in Sicilia iuxta flumen eiuſdem nominiſ: poſtea plurimiſ lociſ. excedenſ amplitudine numeroſa. uarietatibuſ diuerſiſ mutãtibuſ cognomina eiuſ. Vocat̃. n. Phaſſachateſ. Cerachateſ. Sardachateſ. Hemachateſ. Leucachateſ. Dentrachateſ: uelut arbuſcula inſigniſ. Antachateſ. cum urit̃ myrrhã redolenſ. Coraloachateſ: guttiſ aureiſ Sapphiri modo diſtincta: q̃liſ copioſiſſĩa ĩ Creta ſacra appellata. Putãt eã cõtra araneoꝝ & ſcorpionũ ictuſ ꝓdeſſe. qđ in Siculiſ utiq; crediderim: q̃m primũ eiuſ ꝓuintie afflatu Scorpionũ peſtiſ extinguit̃. Et in India inuente contra eadem pollent. & aliiſ magniſ miraculiſ.

reddūt enim ſpecieſ fluminū nemoꝝ & iumentoꝝ: etiam edere & ſtaticulaſ: & equorum ornamēta. Medici coticulaſ inde faciūt. Spectaſſe etiā prodeſt oculiſ. Sitimq; ſedant in oſ addite. Phrygie uiridia non habēt. Thebiſ Egyptiiſ reperte carent rubentibuſ ueniſ & albiſ. Et he quoq; cōtra ſerpenteſ ualide. Eadēq; autoritaſ & Cypriiſ eſt. Sūt etiam qui maxime ꝓbent uitreā perſpicuitatē in hiſ. Reperiunt̄ & in Thracia circa Oetham. Et in Parnaſo. & in Leſbo. ac meſſene. ſimileſ illitiſ floribuſ: & Rhodo. Alie apud Magoſ differentie. Leonine pelli ſimileſ: potentiam habere contra ſcorpioneſ dicuntur. In Perſiſ uero ſuffitu earum tempeſtateſ auerti. & preterea flumina ſiſti. argumentum eſſe ſi in feruenteſ cortinaſ addite: refrigerent. Sed ut proſint leoniniſ iubiſ alligandaſ. Nam hyene pelli ſimilem abhominant̄: diſcordialem domibuſ. Eam uero que uniuſ coloriſ ſit inuictam athletiſ eſſe. Argumentum eiuſ ꝙ in olla plena olei cocta cum pigmentiſ: & intra duaſ horaſ ſubferuefacta: unum colorem ex omnibuſ faciat minii. Acopoſ nitro ſimiliſ eſt: pumicoſa: aureiſ guttiſ ſtellata. Cum hac oleum ſufferuefactum perunctiſ laſſitudinem: ſi credimuſ: ſoluit. Alabaſtriteſ naſcitur in Alabaſtro Egypti: & in Syrie Damaſco candore intercincto uariiſ coloribuſ. Que cremata cū foſſili ſale ac trita grauitateſ oriſ & dētium extenuare dicitur. Alectoriaſ uocant in uētriculiſ gallinacioꝝ inuentaſ cryſtallina ſpecie: magnitudine fabe. Quibuſ Milonem Crotonienſem uſum in certaminibuſ inuictum fuiſſe: uideri uolunt. Androdamaſ argenti nitorem habet ut Adamaſ: quadrata: & ſemper teſſelliſ ſimiliſ magniſ. putantq; nomen impoſitū ab eo: ꝙ impetuſ hoīm & iracundiaſ domet. Eadem ſit an alia Argyrodamaſ: autoreſ non explicant. Antiphateſ nigra contra lucet. Experimentum eiuſ ſi coquat̄ in lacte: facit enim hoc myrrhe ſimile immiſſa. Eamq; contra effaſcinationeſ auxiliari Magi uolunt. Arabica ebori ſimillima eſt. & hoc uideret̄: niſi abnueret duricia. Quamq; putāt contra doloreſ neruorum ꝓdeſſe habentibuſ. Aromatitiſ & ipſa in Arabia traditur gigni. Sed & in Egypto circa piſaſ ubiq; lapidoſa & mirrhe coloriſ & odoriſ. ob hoc Reginiſ frequentata. Aſbeſtoſ in Arcadie montibuſ naſcitur. coloriſ ferrei. Aſpilaten Democrituſ in Arabia gigni tradidit ignei coloriſ. Eam oportere cameli fimo ſpleniciſ alligari. Inueniriq; in nido arabicarum alitum. Et aliam eodem nomine ibi in Leucopetra naſci argentei coloriſ. contra lymphatum habendam. Atizoem in India & Perſidiſ Acidie monte naſci tradit argenteo nitore fulgentem: magnitudine triū digitorum ad lenticule figuram odoriſ iucundi: neceſſariā Magiſ Regē conſtituentibuſ. Augiteſ multiſ nō alia uidet̄ eſſe q̃ que Calaiſ. Amphitane alio nomine appellat̄ chryſocolla in Indie parte: ubi formice eruūt aurum in qua inuenit̄ auro ſimiliſ. quadrata figura. affirmatq; natura eiuſ que magnetiſ: niſi ꝙ augere quoq; auꝝ tradit̄. Aphrodiſiace: ex cādida ruffa eſt. Apiſtoſ: ſepteniſ diebuſ calorē tenet excalfacta igni. nigra ac ponderoſa diſtinguentibuſ eam ueniſ rubentibuſ. Putāt prodeſſe cōtra frigora. Agyptillā Iacchuſ intelligit ꝑ album ſarda nigraq; uena tranſeunte. Vulguſ aūt in nigra radice ceruleam facit.

CAP. XXXI. De Balanite: & Gemmiſ incipientibuſ a. B.

Alanite genera duo habent ſubuirideſ: & corinthii eriſ ſimilitudine illa a copto.

Hec ex Troglodytica regiōe ueniūt mediaſ ſecante flāmea uena. Batrachitaſ mittit & Coptoſ. Vnā rane ſimilē colore. alterā Ebori. Tertiā rubētiſ e nigro. Bapteſ molliſ: alioqui odore excellit. Beli oculuſ albicāſ pupillam pingit nigram e medio aureo fulgore lucentē. Hec ꝓpter ſuā ſpeciē: ſacratiſſimo Aſſyrioꝝ deo dicat̄. aliā aūt quā Belum notant in arbeliſ naſci Democrituſ tradit nuciſ iuglandiſ magnitudine uitrea ſpecie. Baroptenuſ: ſiue Botrypeſ. nigra. ſanguineiſ & albiſ nodiſ alligata dicitur: ueluti portentoſa. Botryteſ alia nigra eſt. alia pampinea incipienti uue ſimiliſ. Boſtrychiten Zoroaſtreſ uocat crinibuſ mulieꝝ ſimiliorẽ. Bucardia bubulo cordi ſimiliſ: Babylone tantũ naſcit̃. Brontea capitibuſ teſtudinũ ſimiliſ e tonitruiſ cadit: putãtq; reſtringi ea fulminiſ ictum: ſi credimuſ. Bolæ nimbo inueniunt̃ glebæ ſimilitudine.

CAP. XXXII. De Cadmite & Gemmiſ incipientibuſ a. C.

Admiteſ eadẽ eẽt: quã Oſtraciten uocãt: niſi ꝙ hãc cerulee ĩterdũ bulle cingũt.

Calaiſ Sapphiꝝ imitat̃: candidior & littoroſa mari ſimiliſ. Chamiteſ quibuſdam uidet̃ ſuũ genuſ habere plurimiſ ſpiriſ fumida: ut ſuo loco diximuſ. Cappadocia & in Phrygia naſcitur ebori ſimiliſ. Calamiten uocant e turbido. feruntq; plureſ Calaicaſ coniunctaſ ſimul inueniri. Catochiteſ Corſicæ lapiſ eſt ceteriſ maior mirabiliſ: ſi uera traduntur: impoſitam manum ueluti gummi retinenſ. Catopyriteſ e Cappadocia prouenit. Cepiteſ ſiue Cepocapiteſ candida eſt uenarum nodiſ coeuntibuſ candore imaginem regerenſ. Ceramiteſ teſte colorem habet. Cynodie inueniuntur in cerebro piſciſ eiuſdẽ nominiſ candide & oblõge: euentuq; mirande. ſi modo eſt fideſ: preſagare eaſ habitum mariſ nubilo colore aut tranquillitate. Ceriteſ Cere ſimiliſ eſt: Circoſ piriſ: Corſoideſ Caniciei hominiſ: Coralloachateſ Corallo: aureiſ guttiſ diſtincte. Coralliſ minio gigniturq; in India & Syene. Crateriteſ inter cryſolithum & electrum colorem habet predure nature. Crocalliſ ceraſ repreſentat. Ciſſiteſ circa Copton naſcitur candida: & uidetur intuſ habere partum qui ſentiatur etiã ſi creditur. Chalcophonoſ nigra eſt: ſed illiſa eriſ tinnitũ reddit tragoidiſ ut ſuadẽt geſtãda. Chelidonie duorum ſunt geneꝝ. hirundinũ colore. & alia parte purpuree: nigriſ interpellantibuſ maculiſ. Chelonia oculuſ eſt Indice teſtudiniſ uel portentoſiſſima Magorum mẽdaciſ melle enim colluto ore impoſitam lingue futurorũ diuinationem preſtare promittunt quintadecima luna & ſilente tota die. decreſcente uero ante ſoliſ ortum. Ceteriſ diebuſ a prima in ſextam horam. Sunt & Chelonitideſ teſtudinum ſimileſ: ex quibuſ ad tempeſtateſ ſedandaſ multa uaticinantur. Eam uero que ſit aureiſ guttiſ cum ſcarabeo deiectam in aquam feruentem: tempeſtateſ tueri. Caloriteſ herbacei coloriſ eſt. dicunt Magi eam inueniri in Sylle auiſ uentre congenitam ei. ferroq; includi iubent ad quedam ꝓdigioſa moriſ ſui. Choaſpiteſ a flumine dicta eſt uiridiſ: fulgoriſ aurei. Chryſolampiſ in Ethiopia naſcitur pallidi coloriſ die: & noctu ignei. Chryſophiſ aurum uidetur eſſe. Cepionide in Eolide nunc ad Arneum pagum quondam oppidum naſcuntur multiſ coloribuſ tranſlucenteſ. aliaſ uitree. aliaſ cryſtalline. aliaſ Iaſpidee. Sed & ſordidiſ tantuſ eſt nitor: ut imagineſ reddant ceu ſpecula. Daphniam Zoroaſtreſ & Orchaſtreſ morbiſ comitialibuſ demonſtrant. Diadochoſ beryllo ſimiliſ eſt. Diphriſ duplex candida ac nigra: maſ ac femina: gentile utriuſq; ſexuſ diſtinguente linea. Dionyſiaſ nigra ac dura mixtiſ rubentibuſ maculiſ. Que ex aq̃ trita: ſaporem uini facit: & ebrietati reſiſtere putatur. Draconiteſ ſiue Draconitia e cerebro fit draconum: ſed niſi uiuentibuſ abſciſo: nunq̃ gemmaſcit: inuidia animaliſ mori ſe ſentiẽtiſ. Igitur moſ eſt: ut dormientibuſ animalibuſ caput amputent. Sotacuſ: qui uiſam eam gemmam ſibi apud regem ſcripſit: bigiſ uehi querenteſ tradit: & uiſo dracone ſpargere omnia medicamenta: atq; ita precidere. Eſſe autem candore tranſlucido: nec poſtea poliri aut artem admittere.

CAP. XXXIIII. De Ecardia: & Gemmiſ incipiẽtibuſ ab. E.

Cardia cognominatur Ecardiſte. Vna in qua nigra effigieſ cordiſ eminet.

Altera eodem nomine uiridi colore: cordiſ ſpeciem repreſẽtat. Tertia nigrũ cor oſtendit reliqua ſui parte candida. Enorchiſ candida eſt: diuiſaq; fragmentiſ: teſtium effigiem rep̄ſentat. Exhebenū Zoroaſtreſ ſpecioſam & candidā tradit: qua aurificeſ aurum poliunt. Eriſtaliſ cum ſit candida: ad inclinationeſ rubeſcere uidet̃. Erotyloſ eadem que mepicoroſ & hieronnimon a democrito laudat̃ in argumentiſ diuinationū. Eumetiſ in Bactriſ naſcit̃: ſilici ſimiliſ. & capiti ſuppoſita uiſa nocturna oraculi modo reddit. Eumetren Beli gemmam ſanctiſſimi deoꝝ ſibi Aſſyrii appellāt poracei coloriſ ſup̄ſtitionibuſ gratam. Eupetaloſ q̃ttuor coloreſ habet. ceruleum: igneum: minii. mali. Eureoſ nucleo oliue ſimiliſ eſt. ſtricte conchaꝝ modo non adeo candida. Eurotiaſ ſitu uidetur operire nigriciā. Euſebeſ ex oleo lapide eſt ex quo tradit̃ Tyri in Herculiſ templo facta ſedeſ: ex q̃ dii facile ſurgebāt. Epimelaſ fit: cū in candida gemma ſupne nigricat coloſ.

CAP. XXXV. De Galaxia. & Gemmiſ incipientibuſ a. G.

Alaxiam aliqui Galactiten uocant: ſimilem proxime dictiſ: Sed intercurrentibuſ ſanguineiſ aut candidiſ ueniſ. Galactiteſ ex uno colore lactiſ eſt. eandem dicunt. Leucogeā & Leucographiam appellant: & Synephiten lactiſ ſucco ac ſapore notabilem. In educatione nutricibuſ lactiſ fecunditatem: infantiū quoq; alligata collo ſaliuam facere dicit̃. In ore aūt liqueſcere. Eandem memoriam adimere dicunt Mittit eam & Acheloũſ amniſ. Sūt qui Smaragdū albiſ ueniſ circūligatū Galactiten uocent. Galaicoſ Argyrodamanti ſimiliſ eſt: paulo ſordidior. Inueniunt̃ autē bine uel terne. Gaſidanen Medi mittūt coloriſ olorini ueluti floribuſ ſparſam. Naſcit̃ & in Arbeliſ. Hec quoq; gēma concipe dicit̃: & intra ſe partū fateri cōcuſſa. Concipere aūt trimeſtri ſpatio. Gloſopetra lingue ſimiliſ humane magne in terra non naſcit̃ ſed deficiente luna celo decidere. & lenocinanti neceſſaria credit̃. Quod ne credamuſ: ꝓmiſſi quoq; uanitaſ facit. Ventoſ enī ea cōprimi narrant. Gorgonia nihil aliud eſt q̃ Corallium. nominiſ cauſa ꝙ in duriciam lapidiſ mutatur. Emollit marina fulminibuſ & typhoni reſiſtere affirmant. Genianen eadem uanitate inimicoꝝ penaſ efficere ꝓmittunt.

CAP. XXXVI. De Heliotropio & ceteriſ incipientibuſ ab. H.

Eliotropiū naſcit̃ in Ethiopia Africa Cypro: Parracei coloriſ: ſāguineiſ ueniſ diſtincta. Cauſa nominiſ: qm̄ deiecta in uaſ aque fulgorē ſoliſ accedentē ꝑcuſſu ſāguineo mutat. maxīe Ethiopica. Eadē extra aquā ſpeculi mō ſolē accipit. dep̄henditq; defectuſ ſubeuntē lunā oſtendēſ. Magoꝝ impudētie uel manifeſtiſſimū hoc quoq; exemplū eſt: quoniā ammixta herba Heliotropio: quibuſdā quoq; additiſ ꝑcatiōibuſ gerentē cōſpici negēt. Hepiſthiteſ quoq; ſpeculi naturā habet in reddēdiſ imaginibuſ: quanq̃ rutila. Experimentū eſt ſi feruentem aquā addita ſtatim refrigeret. aut ſi in ſole addita aridam materiam accendat. Naſcitur in Coryco. Horminodeſ ex argumento uiriditatiſ in candida gemma uel nigra: & aliquando pallida: ambiente circulo aurei coloriſ appellatur. Hexecontalithoſ in parua magnitudine multicolor hoc ſibi nomē adoptauit. Reperit̃ in Troglodytica regione. Hieraciteſ alternat tota miluiniſ nigricanſ ueluti plumiſ. Hymniteſ ouiſ piſciū ſimiliſ eſt: & alia uelut nitro compoſita. predura alioqui. Hammoniſ cornu inter ſacratiſſimaſ Ethiopie gemmaſ aureo colore arietini cornuſ effigiem reddenſ: ꝓmittit̃ prediuināſ omnia repreſentare. Hormeſion inter gratiſſimaſ aſpicit̃ ex igneo colore radianſ auro: portāte ſecū in extremitatibuſ candidam lucem. Hyenie tabido in uaſe inueniri dicunt̃. & ſi credimuſ lingue hominiſ ſubdite: futura p̄dicere. Hematiteſ in Ethiopia q̄dem principaliſ. Sed & in Arabia & Africa inuenit̃: ſanguineo colore. nō ommittenda ꝓmiſſiſ ad coarguendaſ barbaroꝝ inſidiaſ: Zacthaliaſ Babyloniuſ in hiſ libriſ quoſ ſcripſit ad Regem Mithridatem humana gemmiſ attribuit fata: haſ nō contētuſ oculoꝝ & iocineꝝ medicina decoraſſe.

A Rege etiam aliquid petituriſ dedit. & litibuſ iudiciiſq; interpoſuit. In preliiſ etiam eaſ ſalutareſ pronuntiauit. Eſt & alia eiuſdem generiſ: que uocatur Henui ab Indiſ Xanthoſ appellata a Greciſ e fuluo candicanſ.

CAP, XXXVII. De Ideo dactylo & gēmiſ īcipiētibuſ ab. I.

Dei dactili in Creta ferreo colore pollicē humanū exprimunt. Icteriaſ lurido ſimiliſ ideo exiſtimat̄ ſalubriſ cōtra regioſ morboſ. Eſt & alia eodē noīe liqdior. Tertia folio uiridi ſimiliſ latior ṗoribuſ pene ſine pōdere ueniſ luridiſ. Quartū genuſ in eodē colore nigriſ ueniſ deſcendētibuſ. Iouiſ gēma cādida eſt: nō pōderoſa. tenera. Indica: gētiū ſuaꝝ habet nomē: ſubruffo colore in attritu ſudorē purpureū emanat. Alia eodem nomine candida: puluereo aſpectu. Ion apud Indoſ uiolacea eſt: ſed raro ſaturo colore lucet.

CAP. XXXVIII. De Lepidote & gēmiſ īcipiētibuſ ab. L.

Epidoteſ: ſquammaſ piſcium uariiſ coloribuſ imitatur. Leſbiaſ Leſbi patriæ nomen habenſ. Inuenitur & in India. Leucophthalmoſ rutila aliaſ oculi ſpeciē candidam nigramq; continet. Leucopetaloſ: candorem niuiſ ex auro diſtinguit. Libanochroſ thuriſ ſimilitudinem oſtendit: ſed ſuccum mellii. Limoniateſ eadē uidet̄ que Smaragduſ. De Lipare hoc tantū tradit̄ ſuffita ea: omneſ beſtiaſ euocari. Lyſimachuſ Rhodio marmori ſimiliſ eſt aureiſ ueniſ politur ex marmore: amplitudine in anguſtiaſ coeunte: ut inutilia exterant̄. Leucochryſoſ fit Cryſolito interalbicante.

CAP. XXXIX. De Memnonia & Gēmiſ incipiētibuſ ab. M.

Emnonia qualiſ ſit: non tradit̄. Medea nigra eſt: a Medea illa fabuloſa inuēta Habet uenaſ aurei coloriſ ſudorem reddit croci: ſaporē autem uini. Meconiteſ papauera exprimit. Mitrax: a Perſiſ eſt accepta: & rubri mariſ mōtibuſ: multicolor contra ſolem uarie refulgenſ. Meroctes porracea lacte ſudat. Morion indica: que nigerrimo colore tranſlucet. uocatur Promnion: in qua miſcetur & carbūculi coloſ. Alexandriū ubi Sarde. Naſcit̄ ī Cypro Tyro & Galatia. Xenocrateſ & ſub alpibuſ naſci tradit. He ſunt gemme que ad ſculpturaſ aptantur. Myriteſ Myrrhe colorē. habet faciemq; minime gemme ungenti odorem attrita etiam nardi. Myrmedia nigra habet eminentiaſ ſimileſ uerruciſ. Myrſiniteſ melleum colorem habet: myrrhe odorē. Meſoleucoſ eſt mediam gemmam candida diſtinguente linea. Meſomelaſ nigra uena quēlibet colorē ſecante ꝑ mediū. Naſomoniteſ eſt ſanguinea nigriſ ueniſ.

CAP. XL. De Naſomonite & Gēmiſ incipiētibuſ ab. N.

Ebrideſ Liberopatri ſacra nomen traxit a nebridum eiuſ ſimilitudine. Sunt & alie nigre generiſ eiuſdem. Nympharena urbiſ & gentiſ Perſice nomen habet ſimiliſ Nepiſtitæ.

CAP. XLI. De Olca: & Gemmiſ incipientibuſ ab. O.

Lca barbari nominiſ e nigro fuluoq; acuiridi & candido placet. Ombria quam aliqui notiam uocant ſicut Ceraunia & Brontena. cadere cū hymbribuſ & fulminibuſ dicitur eundemq; effectum habere quem Bronea narratur. Preterea in araſ addita ea tradit̄ libamenta non amburi. Oriteſ globoſa ſpecie a quibuſdā & ſideriteſ uocatur: ignē non ſentienſ. Oſtraciaſ ſiui Oſtraciteſ eſt teſtacea durior altera Achate ſimiliſ niſi ꝙ Achateſ politura pīgueſcit doriori. Tātaq; ineſt uiſ: ut alie gēme ſcalpāt̄ fragmentiſ eiuſ. Oſtracidi oſtrea nomen & ſimilitudinem dedere. Opicardelon Barbari uocant: nigrum colore biniſ lineiſ albiſ includentibuſ. De Obſidiano lapide diximuſ ſuperiore libro. Inneniuntur & gemme eodem nomine ac colore: non ſolū in Ethiopia Indiaq;: ſed etiā in Samo ut aliq putāt. & ī littoribuſ Hiſpaniēſiſ Oceani.

CAP. XLII. De Panchro & Gēmiſ incipientibuſ a. P.

Anchroſ fere ex oībuſ coloribuſ conſtat. Pāconuſ lōgior digito: ne cryſtalluſ uideatur numero plurium angulorum cauet. Pancroſ qualiſ ſit: a Metrodoro non dicit̃ ſed carmen Timaridiſ Regine in eadē dicatū Veneri nō ineleganſ ponit. ex quo intelligitur addictam ei fecunditatem. Quidam hanc Panſebaſton uocant. Ponticarum plura ſunt genera. Eſt ſtellata: nunc ſaguineiſ nunc atriſ guttiſ que īter ſacraſ habetur. Alia pro ſtelliſ eiuſdem coloriſ lineaſ habet. Alia montium cōualliūq; effigieſ. Philogynoſ quem & Chryſiten uocant oſtree Attice aſſimilata: inuenitur in Egypto. Phoeniciteſ ex balani ſimilitudine appellatur. Phyciteſ algæ. Perileucoſ fit ab ore gemme ad radicem uſq; candido deſcendente. Peantideſ quaſ quidā grauidaſ uocant pregnāteſ fieri & parere dicūt̃ mederiq; ꝑturiētibuſ. Nataleſ in Macedonia iuxta monumentū Tireſie inueniunt̃: ſpecieſq; eiſ eſt aque glaciate.

CAP. XLIII. De Soliſ Gēma & reliquiſ īcipiētibuſ ab. S.

Oliſ gemma candida eſt: & ad ſpeciem ſyderiſ in orbē fulgenteſ ſpargit radioſ Sagdam Chaldei adhereſcentem nauibuſ habent: inuenitur praſini coloriſ. Samothracia inſula eiuſdem nominiſ gemmam dat nigram ac ſine pōdere ligno ſimilem Sauriten in uentre uiridiſ lacerti arundine deſecti tradunt inueniri. Sarciteſ bubulaſ carneſ preſentat. Seleniteſ ex candido tranſlucet melleo fulgore imaginem lune cōtinenſ redditq; eam in dieſ ſinguloſ creſcentiſ minuentiſq; numero. Naſciq; putat̃ in Arabia. Sideriteſ ferro ſimiliſ & litigio illata diſcordiaſ facit queq; naſcit̃ in Ethiopia. Sideropoeciloſ ex ea fit uariantibuſ guttiſ. Spongiteſ ſpōgie nomen rep̄ſentat. Synodontiteſ e cerebro piſcium eſt qui Synodonteſ uocantur. Syrtite in littore ſirtiū iam quidem in Lucania inueniunt̃ melleo colore: croco refulgenteſ. Intuſ aūt ſtellaſ continent lāguidaſ. Syringiteſ ſtipule internodio ſimiliſ perpetua fiſtula cauatur.

CAP. XLIIII. De Trico & reliquiſ incipientibuſ a. T.

Ricuſ ex Africa niger eſt: ſed treſ ſuccoſ reddit a radice nigrū medio ſanguineū ſummo candidū Telirrhizoſ cinerei coloriſ aut ruffi candidiſ radicibuſ ſpectat̃. Telicardioſ colore cordiſ perſaſ apud quoſ gignitur: magnopere delectat. Muculā appellant. Thracia trium generum eſt: uiridiſ aut pallidior tertia ſanguineiſ guttiſ. Tephriteſ noue lune ſpeciem habet curuate in cornua q̃uiſ cinerei coloriſ. Telicoſ olee nucleo ſimiliſ uidetur neq; eſt gēme honoſ ſed lingentiū calculoſ frāgit pellitq;.

CAP. XLV. De Veneriſ crine & reliq̄ſ īcipiētibuſ ab. V.

Eneriſ crineſ nigerrimi nitoriſ cōtinēt in ſe ſpeciē ruffi criniſ. Veiētana Italica gemma eſt Veiiſ reperta nigram materiam diſtinguente limite albo.

CAP. XLVI. De Zathene & reliquiſ incipientibuſ a. Z.

Athenen in Media naſci Democrituſ tradit: electri colore. Et ſi qſ terat in uino palmeo & croco: cere modo lenteſcere odore magne ſuauitatiſ. Zmilaceſ in Euphrate naſcit̃: Procōneſo marmori ſimiliſ: medio colore glauco. Zoronyſioſ in Indo flumine naſcitur: Magorum gemma eſſe narratur neq; aliud ampliuſ de ea.

CA. XLVII. De Gēmiſ que a mēbriſ hoīſ cognoīant̃ & que ab aliiſ.

St etiānum alia diſtinctio quam equidem fecerim ſubinde uariata expoſitione. Siquidem a membriſ corporum habent nomīa. Hepatiteſ a iocinere. Steatiteſ ſinguloꝝ aīaliū adipe numeroſa. Dactyloſ theu ideſt digituſ diei: q & a Syriſ colitur. Triophthalmoſ Sytiōe naſcit̃ treſ hoīſ ſimul oculoſ exp̄p̄mēſ. Ab aīalibuſ cognoīant̃ Carciniaſ marini cācri colore. Echiteſ uipe. Scorpiteſ ſcorpiōiſ aut colore aut effigie. Scariteſ Scari piſciſ. Trigliteſ muli. Egophtalmoſ capͥno oculo. Egomaliaſ Suillo.

Et a gruiſ collo Geraniteſ. Hieracideſ: accipitriſ. Aetiteſ a colore aquile candicante cauda. Myrmeciteſ innatam repentiſ formice effigiem habet. Scarrabeoꝝ cãthariaſ. Lycophthalmoſ quattuor eſt colorũ ex rutilo & ſãguineo in medio nigrum candido cingitur: ut luporũ oculi illiſ per omnia ſimiliſ. Taoſ pauoni eſt ſimiliſ. Itemq; iaſpidi quã uocari Timian lithon inuenio. Arenaꝝ ſimilitudo eſt in Hammochryſo: uelut auro harenis mixto. Cenchriteſ milii graniſ uelut ſparſiſ. Dryiteſ e trunciſ arborum. hec & lingni modo ardet. Ciſſiteſ in candido collucet edere foliiſ que totam tenent. Narciſſiteſ ueniſ & odore diſtĩguit̃. cyamea nigra ẽ ſed fracta ex ſe fabe ſimilitudinẽ parit. Pyrene ab oliue nucleo dicta eſt huic aliquando ineſſe piſciũ ſpine uidentur. Chalaziaſ grandinũ & colorem & figuram habet: adamantine duricie. Narrant etiã in ignem addite manere ſuum friguſ. Pyriteſ nigra quidẽ: ſed attritu digitoſ adurit. Polizonoſ nigra multiſ zoniſ candicat. Aſtrapie in candido aut cyaneo diſcurrunt e medio fulminiſ radii. In phlegonitide intuſ ardere quedam uidetur flamma que non exeat. In Antracitide ſcintille diſcurrere aliquando uidentur. Enydroſ ſemꝑ rotunditatiſ abſolute in candore eſt leuiſ. Sed admotum fluctuat intuſ in ea ueluti in ouiſ liquor. Politrichoſ in uiridi capillaſ ſed defluuia comaꝝ facere dicit̃. Sunt & a leoniſ pelle & Panthere nominate Leontioſ Pardalioſ. Coloſ appellauit Chryſolythum aureuſ. Chryſopraſũ herbaceuſ. Melleuſ Melichrota quamuiſ plura eiuſ genera ſint. Melichroſ eſt geminuſ parte flauuſ parte melleuſ. Crociaſ a croco. Polia caniciem quandam ſparti inducit. eandẽq; duriorem. Nigra Spartopolia. Rhoditeſ a roſa eſt Meliteſ mali coloriſ. Chalciteſ erei. Phyciteſ fuci. Ratio nominũ non eſt in Borſicite in nigro ramoſa cãdidiſ aut ſanguineiſ frõdibuſ. Nec Gemite uelut in petra candidiſ manibuſ inter ſe cõplexiſ. Ananchitide in Necromãtia dicũt euocari imagineſ deorũ Synochitide ũbraſ inferorum euocataſ teneri dẽdritide alba defoſſa ſub arbore que cedat̃ ſecuriſ aciẽ nõ hebetari. Et ſunt multo plureſ magiſq; mõſtrifice q̄buſ Barbari dedere noĩa cõfeſſi lapideſ eſſe. Nobiſ ſatiſ erit in hiſ coarguiſſe dira mẽdacia.

CAP. XLVIII. De Gemmiſ naſcentibuſ & ficticiiſ & de figuriſ gemmarum.

Emme naſcunt̃ repẽte noue: ac ſine noĩbuſ ut Lãpſaci in metalliſ aurareiſ una inuẽta que ꝓpter pulchritudinẽ Alexãdro Regi miſſa fuit ut autor eſt Theophraſtuſ. Coclideſ quoq; nũc uulgatiſſime fame fiũt ueriuſ q̃ naſcunt̃ in Arabia reptiſ in gentibuſ glebiſ melle excoq tradũt ſeptenis diebuſ noctibuſq; ſine intermiſſione: ita omni terreno uitioſoq; puluere decuſſo purgatã glebã artificũ ĩgenio uarie diſtribui in uenaſ ductuſq; maculaꝝ q̃maxĩe uendibili ratione ſectantium. Quondãq; tante magnitudiniſ fecere ut eq̄ſ Regũ in oriẽte ꝓ faleriſ facerẽt. Et aliaſ oẽſ gẽme melliſ decuctu niteſcũt p̃cipue Corſici. In omni alio uſu acriora abhorrẽteſ. Que uarie ſunt & ad nouitatẽ accedere caliditate ingenioꝝ cõtingit; ut nomẽ uſitatũ non habeant. Phyſeſ appellãt: uelut ipſiuſ nature admirationẽ in iiſ uẽdicãteſ: cũ finiſ noĩm nõ ſit: que perſequi nõ equidem cogito. Innumera ex Greca uanitate conficta. Indicatiſ nobilibuſ gemmiſ. immo etiã plebeiſ rarioꝝ geneꝝ dictu dignaſ diſtrinxiſſe ſatiſ erat Illud mõ meminiſſe conuenit increſcentibuſ uarie maculiſ atq; uerruciſ linearum que interueniunt multiplici ductu & colore mutata ſepiuſ noĩa in eadẽ plerũq; materia. Nũc cõmuniter ad omnium gẽmaꝝ obſeruationẽ ꝑtinentia dicemuſ opinioneſ ſecuti autorũ. Caue aut extuberanteſ uilioreſ uidentur eq̄libuſ figura oblonga maxĩe ꝓbat̃ deinde que uocatur lenticula poſtea clipeidoſ & rotunda anguloſiſ minima gratia Veraſ a falſiſ diſcernendi magna difficultaſ. Quippe cũ inuentũ ſit ex ueriſ gemmiſ

+396
9.ⁿ 49. G

in alteriuſ generiſ falſaſ traducere. Sardoniceſ e Cerauniiſ glutinant᷑ gemmiſ ita ut deprehēdi arſ nō poſſit: aliunde nigro aliūde candido aliunde minio ſumptiſ omnibuſ in ſuo genere probatiſſimiſ. Quinimmo etiā extant cōmentarii autoꝝ: quoſ nō eqdē demonſtrarim: quibuſ modiſ ex cryſtallo tingantur Smaragdi: alieq; tranſlucenteſ. Sardonyx e ſarda. Itē cetere ex aliiſ. neq; eſt ulla frauſ uite lucroſior.

CAP. XLIX. De Ratiōe probandaꝝ Gemmaꝝ.

Oſ cōtra rationē deprehēdendi falſaſ demōſtrabimuſ: qñ etiā luxuriā aduerſuſ fraudē muniri decet. Preter illa que in principalibuſ quibuſq; generibuſ ꝓuatim diximuſ. Tranſlucenteſ matutino probari cēſent aut ſi neceſſe eſt in quartam horam, poſtea uetant. Experimenta pluribuſ modiſ conſtant. Primum pōdere: ſi grauioreſ ſentiuntur. Poſt hec corpore. Ficticiiſ puſtule in profundo apparent. Scabricia in cute. In capillamento frigoriſ inconſtantia, pͥuſ q̄m ad oculoſ perueniat: deſinenſ nitor. Decuſſi fragmēta paulum qđ in lamina ferrea terat᷑ efficaciſſimū experimētū excuſant mangoneſ gemmarū, recuſant ſimiliter & lime probationē. Obſiane fragmenta ueraſ gemmaſ non ſcarificant. Ficticie ſcarificationiſ candicantiam fugiunt. Tantaq; differentia eſt: ut alie ferro ſcalpi non poſſint, alie non niſi retuſo. ueꝝ omeſ adamante. Plurimum autem in hiſ terebrarum proficit feruor. Gemmiferi amneſ ſunt Axiuſ: Meāder Gangeſ. Terraꝝ aūt omniū maxime India; Et iā peractiſ omnibuſ nature operibuſ diſcrimen quoddam rerum ipſarum facere conueniat. Ergo in toto orbe: & in quecunq; celi conuexitaſ uergit: pulcherrima eſt omnium rebuſ meritoq; principatum nature obtinet Italia, rectrix parenſq; mundi altera: uiriſ, feminiſ, ducibuſ, militibuſ, ſeruitiiſ, artiū p̄ſtantia, ingenioꝝ claritatibuſ, Iam ſitu: ac ſalubritate celi atq; temperie: acceſſu cunctarū gentiū facili, littoribuſ portuoſiſ, benigno uentoꝝ afflatu: contigit ei recurrentiſ poſitio in partem utiliſſimam & inter ortuſ occaſuſq; mediam, aquarum copia, nemorum ſalubritate. Montium articuliſ, ferorū animalium innocētia, Soli fertilitate, pabuli ubertate. Quicquid eſt, quo carere uita non debeat: nuſq̄ eſt preſtantiuſ. frugeſ, uinum, olea, uellera, lina, ueſteſ, iuuenci, ne equoſ quidē in trigariiſ preferri ulloſ uernaculiſ animaduerto. Metalliſ auri, argenti, eriſ, ferri, q̄diu libuit excercere: nulliſ ceſſit: & iiſ nunc in ſe grauida ꝑ omni dote warioſ ſuccoſ: & frugum pomorumq; ſaporeſ fundit. Ab ea exceptiſ Indie fabuloſiſ, proxime quidē duxerim Hiſpaniam, quecunq; ambitur mari.

Italiæ Laus

Aſpiciſ illuſtriſ lector quicunq; libelloſ
Si cupiſ artificum nomina noſſe: lege.
Aſpera ridebiſ cognomina teutona forſan
Mitiget arſ muſiſ inſcia uerba uirum:
Cōraduſ ſuueynheym: Arnoldoſ pānartzq; magiſtri
Rome impreſſerunt talia multa ſimul.

M.CCCC.LXXIII.
die Veneriſ. vii. Maii.

Bl. Zurch.
Schwen. Oct. 1916
vro. fr 12

402 manca
l'ultimo bianco

f P728h
1473